PLVTARCHI
VITÆ ILLVSTR.

ARCHI
ILLVSTR.

Cahiers 1–33 seulement. Il y a dans cette édition 65 cahiers
part I

CAMPANVS Francisco Piccolominio Cardinali Senensi meo Salutem. Collegi nuper dispersas gręcorum latinorũq; principũ uitas a Plutarcho scriptas gręce: a diuersis inde interpretibus latinas factas: ut assiduis tuis studiis quibus noctes ac dies ĩpendis: hãc quoq; additam materiã habeas: honestissimi gloriosissimiq; laboris opus & uarietate hystorię & magnitudine rerũ nõ minus utile q̃ iocundũ: ubi & si fuit Plutarchus aliquãto propensior in suos: tamen ita prudẽter ac moderate gręcos hoĩes latinis hominibus cõparauit: ut utrorũq; res gestas tanq̃ in trutina expendẽs illorũ illustrauerit laudes: nostrorũ non obliturauerit: studiumq; illud suum ita uisus est temperasse: ut & gręci debeant ei plurimum: & nostri queri non possint. Tum communem eam hystoriam ita refersit magnis illustribusq; sententiis: ut non magis ostendere in iis uitis quę Clarissimi Principes gesserint: q̃ instituere quid nos facere oporteat: uideatur. Exemploꝝ & uarietatis plenę sunt omnes. Vtinam ea essent gratia translatę omnes: qua sunt scriptę: quanq̃ magna pars fęlicitate ingenii eorum qui transtulerunt: & nitorem retinent suum: & latinum acceperunt. paucę quędam rudiores nactę manus traductę sunt duriusculę: sed quibus gratia defuit interpretis: rerum dignitas nihil est imminuta. Tu uero nosti illam diui Pii auunculi tui sententiam: nullam esse hystoriam cõtemnendã: etiam quę scripta imperitissime: modo sit uera: quippe magis fides rerum ex hystoria, q̃ uerborũ pompa desideratur: cumulatior & absolutior, si pręstetur utrũq;: sed desiderare naturę benignitatem cõcessum est oĩbus: habere perpauci potuerũt. Nec tu uerborum elegãtiam attendas latinam in gręco autore: sed copiam reꝝ diuersitatemq; requiras. Ausim hoc dicere: tantum esse in hoc uno cognitionis rerum antiquarum: quantum in cęteris & gręcis & latinis: quorum scripta extent uniuersis. Paucissimos enim pręteremisit eorum qui gloriam uirtute atq; armis pepererunt: qua in re gloriari nostris licet: Siciliam: Macedoniam: Gręciã Africã: Asiam omnẽ cum una Romana ciuitate collatãs: minime tamen ad cõperationẽ suffecisse. Fuerit Plutarchus ut esse debuit ad gręcos inclinatior: extulerit suos: & ex paruis magna; ex mediocribus maxima dicẽdo fecerit: tamen cum illorum prope neminem qui nominari posset pręterierit: nostrorũ cõplures non attigit. Q. Cincinnatum. Papiriũ Cursorem. & qui sub eo militauit priorem Fabium. Atilium Regulũ. Claudium Neronem: tot Scipiones: Metellos: Sempronios: Flaminios. alios ex priscis multos nõ alia de causa pręteremissos arbitror, nisi quoniã quos iis gręcorum comperare posset, non inueniebat. Expressit Galbam atq; Othonem Cęsarum minimos: & nescio an satis dignos qui inter Cęsares numerentur. Augusti. Vespasiani. Titi. Neruę. & ut taceam cęteros: Traiani sui: quo cum coniunctissime uixit. q; nemo in comparationem ueniebat: mentionem fecit nullam: quorum quantus fuerit splendor gestarum rerũ Plutarchus non ignorauit: sed ea fuit magnitudo Romani nominis: ut danda uenia sit reliquo terrarum orbi: si totus ut propagatione finium, ita ciuium gloria uni urbi par esse non potuit. Nos uero Plutarcho haud multo minus debemus q̃ ipsi gręci. genere conciliatus illis: quicquid pręstiterit, officio uisus est pręstitisse: liberalitate nostris. Vale.

Anser Tarpeii custos Iouis: unde: quod alis
Constreperes: Gallus decidit: ultor adest.
Vdalricus Gallus: ne quem poscantur in usum
Edocuit pennis nil opus esse tuis.
Imprimit ille die: quantum non scribitur anno.
Ingenio: haud noceas: omnia uincit homo:

PRISCOS PHILOSOPHOS TAM GRAECOS
q̃ latinos ſiquid laude dignum eorũ induſtria uigilando
litterarum monumentis quandoq; mandaſſent| conſue/
uiſſe legimus : uel amiciſſimis ſuis : uel regiis uiris illud
dedicaſſe : ut & illos laude gloriaq; immortali afficerent :
& libros eorum auctoritate quadam illuſtrarent . Quod
non modo Platonem & Ariſtotelem : ac Homerum &
Virgiliũ : uerumetiam diuinarum rerum ſcriptores Ihe/
ronimum & Auguſtinum feciſſe reperimus . Quorum
& ſi alteri de rebus diuinis humaniſq; ſcripſerint| tamen utroſq; uirtuti| qua ni/
hil ẽ diuinius proſpexiſſe arbitramur . Nam & res egregie geſtas in lucẽ ad exẽ/
plum aliorum expromebant : & uirtutem illorum quibus libros ſuos dedicarãt
claram| & laudibus celebratam efficiebant . Quod ſi in monte Olympo| illos| qui
aut ceſtu| aut ſaltu cęteros ãteiſſent| premiis ac preconiis extollẽdos eſſe putabãt:
quibus laudibus : quibus litterarum monumentis| dignos iudicabimus : qui
conſilio : ac prudẽtia cęteriſq; animi uirtutibus alios uincũt & excellunt . Itaq;
non immerito ſapientiſſimi uiri uirtutem carminibus extollebant . Hinc eſt hu/
maniſſime princeps| q; prudentiſſimi illi ueteres geſta eorum & clara facinora
magnorum uirorum in conuiuiis cauere uſurpauerunt . At ut eo nauis noſtra
deuehatur : quo curſum direximus : reuertamur : unde noſtra eſt digreſſa oratio .
Cum uitam Theſei clariſſimi uiri e gręco ſermone latinam fecerim : uolui illam .
dignitati tue dedicare . ut libro dignitatem compararẽ tibi uero laudem & glo/
riam per ora hominum diſſiparem . Nam in quem potius labores meos : & ui/
gilias cõferre debeo : q̃ ei | quẽ mihi precipuũ elegi : & q̃ ei qui multis uirtutibus
cęteros pręſtantiſſimos uiros antecellit . Multos certe clariſſimos uiros fuiſſe in
annalibus Romanorũ legimus : qui uel in re militari : uel in republica . cęteros
anteierunt : ſed qui in utroq; clarus fuerit : aut nullos : aut perpaucos percepi/
mus . Tibi non minus foris q̃ domi tua prudentia cõſilio atq; uigilantia gloriã
immortalem fuiſſe comparatam . omnibus conſtat te in obſidione bononienſi a
ſede apoſtolica legatum . Nam in ore omnium latinorum eſt eo tẽpore quo hęc
Vrbs a ſummo Pontifice Martino deſtiuerat incredibilem laudem fuiſſe con/
ſecutũ : quis ne ſcit quãtũ ſplẽdoris & glorię comparaueris| ex eo magiſtratu quẽ
Vrbe Romana geſſiſti . huius ciues tanta prudentia : tantaq; induſtria guber/
naſti : ſumma cum equitate & quiete : ut omnes Romani tui deſiderio capti :
non modo ament : uerum etiam admirentur . & ſummum Pontificẽ exoptent :
& conclamẽt . Qui omnes animi libidines ita fortiter ſemper ſuperaſti : ut nũq̃
a ratione diſceſſeris : & animum inuictum pręſertim contra Auaritiam| contraq;
inſolentiam ſeruaueris . Alexandrum ut reor Macedemonicum imitatus : qui
exiſtimabat non minus regum opus eſſe ſe ipſum q̃ hoſtes uincere . Taceo inau/
ditam moderationem animi tui atq; ſingularem humanitatẽ : cęteraſq; ęgrgeias
uirtutes tuas . Nam mihi haud animus eſt in pręſentiarũ laudes tuas deſcribere

Non enim mediocrē sed summum & e media philosophia oratorem hoc munus expetere uidetur. Itaq; uitam Thesei legendam tibi traducimus: putantes uero ad pronam animi iocunditatem fore/si gesta huius uiri perlegeris. Nam non parum in se fructus habet/& domi/& foris rerum gestarum cognitio. Hinc est q̄ multi clarissimi uiri parentem atq; magistram uite nostre historiam appellauere/& statuas prestantissimorum uirorum in foro & in curia erexere: ut res illorum gestas inspicientibus in memoriam reducerent. Quapropter Licurgo Lacedemoniis triginta Aristoteles statuas erigi iussit. Hinc ē quod Demetrius Phalereus Ptholomeum Egyptium admonuit: ut libros in quibus boni regis officia & clarissimorum principum gesta scripta erant/nunq̄ e manibus dimitteret: quam sententiam secutus Alexander Iliadem Homeri noctu sub puluinari retinebat: sed iam uitam Thesei legere aggrediamur

QVEMADMODVM O SOSSIE SENECION historici in orbis terrarū situ designādo/sibi incognita extrema in partibus tabellarū exprimētes illa pretereūt quod siluestria nemora aridaq; littora sunt: & limose paludes/ac congelata maria/& montes stitici: sic ego quoq; cum comparandas hominum uitas/scribere aggrederer/pulchre a superioribus illis temporibus incipere: uisum est: Vnde scriptores rerū gestarū cognitionem/principiumq; sumpsisse uiderentur. Illa autem quę monstrosa tragicaq; sunt: & certitudine ac fide indigna poetis/& fabularū scriptoribus: q̄ eorum partium sint/relinquendam censeo. Postq̄ Licurgi legū latoris & numine regis/res gestas memoraui: onus non absurdum putauimus Romuli uitam quod uicina tempora cum Licurgo habuerit describere. Sed cū animo uolutarem/ut apud eschilum quo lumine/cui compararem quidam celeberimum: conditor athenarum dignus comparatione Romuli/qui clarissimam urbem Romam condidit uenit in mentem. Itaq; fabulosum illud dimittentes historiam aggrediamur. Cum uero in aliquod minus consentaneum incideremus/opus erit nobis ea quę in antiquis sermonibus audiuerimus in medium efferre. Videtur igitur Theseum multis in rebus Romulo similē extitisse. Nam cum ambo nullis celebritatis nuptiis nascerentur: opinio fuit ex diis genitos fuisse. Ambo etiam bellicosi. Et q̄ omnes nouimus unacum uiribus prudentia insignes fuere: ex claris quidem urbibus: alter Romam exedificauit: alter Athenas: sed uterq; per rapinam uxorem habuit: & neuter inuidia & odia ciuium moriendo effugere potuit. At si quid tragicum narrabimus ad ueritatis presidium illud pertinere censendum est. Thesei patrium genus ab Erytheo & a primis indigenis originem habuit. Maternū uero ex Pelope emanauit. Nā Pelops non pecuniarum magis q̄ filiorum multitudine reges Peloponenses superauit. Multas quidem ex natis optimatibus tradidit: multos etiam principes ciuitate donauit. Inter quos Pytheum Thesei auum qui urbem Trianorum non magnā habitauit: unū fuisse legimus: eloquentia uero ac sapiētia omnibus

ea tempeſtate clariſſimis uiris clarior fuit. Erat autem ſapientia illius talis idea
ac uirtus ꝙ ea uſus Eſiodus in cognoſcendis diſcendiſq; ſententiis pro rebus
agendis maximam illi auctoritatem prebuerit. Quarum unam illam Pythei
fuiſſe tradunt, merces promiſſa homini amico pręcipua ſit. Hanc etiam ſenten-
tiam, & Ariſtoteles philoſophus protulit Euripides cum diceret ypolitum caſti
pythei eruditionem eſſe, gloriam Pythei declarauit. Egeus cum nullos haberet
filios: & oraculum appollinis conſuleret: reſponſum a deo eſt ne priuſq̃ Athe-
nas peteret: cum muliere cōgrederetur. Quod cum non ſatis apertum uidere-
tur, in urbem Trigenam profectus Egeus dei uocem cum Pytheo cōmunicauit
uerba oraculi huiuſmodi fuere: procedentem pedem ab utero optime gręcorū
ne ſoluas priuſq̃ Athenas conceſſeris. Hanc rem obſcuram quidem cum Py-
theus intellexiſſet, perſuaſit Egeum atq; ambiuit ut Etthram amplecteretur. Cū
igitur Egeus illam amplexus fuiſſet: cognouiſſetq; filiam eſſe Pythei, opinare-
turq; concepiſſe, gladium & calciamēta exuens ſub quodam magno & concauo
ſaxo illa depoſuit: iubens ꝙ ſi ex eo filium pareret obſeruato tempore partus
gladium & calciamenta nam potis illa erat ad eleuādum petram: atq; depoſita
tollenda per internuntium clam omnibus tranſmitteret. Egeus hanc rem latere
ſummis uiribus curabat: ꝙ Pallantidas qui eum propter ſterilitatem prolis
paruifaciebat atq; inſidias tendebat uehementer pertimeſcebat. Nam quin-
quaginta ex pallante filii erant: abiit itaq; Egeus: cum autem Ethra filium pe-
periſſet: quidam Theſeum propter expoſitionem ſignorum ſtatim: quidam
uero poſt Athenis cum Egeus ſuum eſſe filium diceret appellatum fuiſſe ferunt
Educatum autem a Pytheo extitiſſe, & pręceptorem ac pedagogum quondam
habuiſſe tradunt. Cui uſq; nunc primis diebus, quibus ſacrificia agunt, arietē
immolantes: maiori eum honore q̃ Sillanium & Paraſium Theſei ſtatuarios
proſequūtur: cum tempus ueris inſtaret: & multi tunc ex pueris in delphum
contenderēt: ut deo capillorum primicias ſoluerent. Theſeum quoq; eo ueniſſe
& uſq; in hodiernum diem Theſiam appellauiſſe ferunt. Vnde Homerus inquit
primam capitis partem tantummodo Theſeum totondiſſe: quare hoc tonſure
genus Theſei propter illum appellari inſtituerūt. Qui primum illuc conceſſere
hunc radendi morem uſurpauere. Quē non ab arabiis ut quidam arbitrantur
accepere: neq; ꝙ ſcelera ament, ſed ꝙ bellicoſi ac prope pugnam conſerāt. Qui
certamina quę manibus conſeruntur pręſtantius cęteris permiſcere didicerunt
ut his uerbis teſtatur Archilocus: hi ad tendendos arcus, fundas agitandaſq;
& ad conſerendum in planicie martem cum hoſtium ingenti ſtrage cęteris ho-
minibus pręſtare uidentur: huius bellandi generis magnopere periti clari in
bello reges propter uires habentur: qui ne hoſtibus capiendi oportunitatem
per capillos prebeant comas anteriores capitis putandas cenſuerunt: hoc Ale-
xandrum Macedonicum diſcrepanter animaduertentem ferunt inſtituiſſe: ut
omnes milites Macedones barbam nouacula raderent: tanq̃ res captu aptiſſi-
ma in bello uideretur: per cętera tempora etthra uerum Theſei genitorem ce-
latum detinuit, ſed Pytheus in medium efferebat illam ex poſſidione peperiſſe
Nam Trigenii poſſidonem deum patrium cultu ingenti proſequūtur: & fructuū
illi primitias tribuunt. Et tridentem inſignem in numiſmate habent. Poſtq̃
adoleuerat ętas: ac corporis robore & prudētia ſimul cū uiribus ualebat etthrea

ipsum ad petram ducens|ac degeneratione certiorem facies iussit ut sumptibus patriis monumentis Athenas nauigaret. Ille eum ad petram uenisset facile illã adscendit. Sed & si tute nauigare posset: & auus & mater precibus eum prose/querentur: ut mari potius q̃ terra ad patrem traiceret|equora conscendere uoluit. Nam per durum nimis auo & matri uidebatur si ad Athenas uiam pedes in/grederetur: nulla uie pars periculorum atq; predonum & sicariorum immunis extaret. Quare illius temporibus homines cogebantur: ut manuum conferen/darum prõptitudine uelocitateq; & corporis robore insignes & bellicosi essent cum ea tempestate ulla in re ad utilitatẽ consequendam|nec natura|nec equitate uterentur. Sed aperta iniquitate gaudentes|ac potentia abutentes: crudelitate atq; asperitate omnia uiolabant atq; deturpabant. Ruborem enim & iusticiam atq; equitatem humanitatemq; tanq̃ timore accipiendarum inferendarumq; in/iuriarũ & pusillanimitate multitudo uituperabant: & nulla in re decus atq; equũ ab his qui amplificare diuitias & opes extendere possent|seruandum esse puta/batur: horum quosdã Hercules insecutus interemit. Qui uero presentia Her/culis fugiendo per latebras latitabant errabantq; q miserabilem uitam agebãt recusabantur atq; negabantur. Postq̃ Hercules calamitate affectus|Iphitum ne/cauit & in Lidiam traiecit: ac diu ibi tempus apud Onimphalem seruiuit. Ac sibi pro perpetrata cede penam suscipiens: tunc res Lidorum multam pacem multamq; quietem habuere. In regionibus uero grecie cum nemo esset qui sce/leratos homines opprimeret|rursus scelera reuirescebant. Itaq; Athenas ex Pe/lopõnesso proficiscentes infortunia sepe subibant. Pytheus cum animo agitaret crudelitatem predonum persuadebat. Theseo ut maritimo itinere Athenas cõ/tenderet. Cum multum de gloria & uirtute Herculis Theseus audiret: & illã attentissimis auribus acciperet: illius rebus gestis uehementer incendebatur. Et presertim illis aures intentas prebebat: qui illũ uidissent|& factis & dictis affuissent: tunc manifeste apparebat|ea passurum fore que post per multa tem/pora Themistocles passus fuit: ut quemadmodum Milciadis trophea somnũ illius inquietabant|sic Theseus uirtutem Herculis admirans|noctu res ipsas in somnis perspiciebat: & interdiu ardore animi uexatus|ad Herculem imi/tandum consilio agitabat. Accedebat etiam q necessitudine Theseus & Hercu/les uinciebantur. Nam Etthra Pythei filia erat. Alimeua uero Lysidice. Ly/sidica autem & Pytheus fratres ex Ippodamea & Pelope nati: & infamiam nõ mediocrem sibi fore ducebat patrem atq; Herculem ãduersus scelestos homines ubicunq; euntes & mari ac terra insectantes dedecore afficere|si ipse propter euitanda discrimina|maria fugiendo nauigaret: & signa generationis calcia/menta & gladium incruentum deferret: nec q̃ primum magnis facinoribus ar/gumenta manifesta natiuitatis preberet|hac animi magnitudine|& hoc consilio uiam ad Athenas ingreditur: non eo animo ut iniuriam inferret: sed ut uim ac iniurias propulsaret. Itaq; primum in Epidauro per Iphitum claua armatũ quem clauatum appellabant ruentem in eum & itinere urgentem necauit. Qui uictoria ac claua letus|illam sibi arripuit|& Herculem pellem leonis ferentem imitatus semper claua utebatur. Quare Hercules magnitudinem superat leo/nis pelle ostendebat. Hic autem clauam ab eo uictam ac raptã & se cum eo in/superabilem fore declarabat. In Ischino quoq; signidum qui in uarias figuras

se uertebat : quo pacto multos morti dederat : claua antea ab eo inusitata inter-
fecit|sed uirtutem cum arte|& studio ingenti coniunctum esse ostendit . Erat aũt
signido filia honesta magnaq; forma|quam perigonem uocabant : hanc mortuo
patre fugientem Theseus prosecutus est . Illa cum ad locum uenisset multis ar-
boribus consitum|& multa herba estiua : atq; spinis refertũ|pueriliter atq; sim-
pliciter tanq̃ ad rem animatam pręcibus & iureiurando obtestabatur|q; si eam
saluam redderet atq; celarent|nunq̃ eam uiolaturam neq; arsuram . Cum igitur
Theseus eam ad se uocaret|& iusiurandum pręstaret|se illius curam suscepturũ
& nulla in re eam iniuria affecturum ad Theseum egressa est . Quę cum habu-
isset congressum cum Theseo|facta grauida Menalippũ peperit . Deinde The-
seus dieni Eurici ex calieno geniti eam donauit . Vnde posteriores tam mares
q̃ fęmine patrio more instituerunt|ut spine atq; herba illa|nec ferro|nec igne ui-
olarentur|uerum sacrificiis & honore prosequerentur . A loco autem sus quam
feam appellabant|non flaua bestia erat|sed bellicosa fęmina atq; inuicta . Hanc
& si in itinere nulla inferret impedimenta|ne oĩa necessitate ĩpulsus facere uide-
retur|paululum subsistens Theseus peremit . Nam existimabat bonum uirum
oportere malorum omnium scelera uindicare|& contra uastas feras certare : atq;
pericula irruendo subire . Quidam arbitrantur Pheam peccatricem & funestã
atq; incontinentẽ fuisse mulierẽ quę illic in Ermione habitaret | & suem a uita
atq; moribus appellatam : deinde a Theseo fuisse peremptam . Schironem uero
uiatores spoliãtem uersus megaram interficiens per petram precipitem euoluit.
Quidam autem ferũt|cum hic hospitibus per iniuriam cibum pede porrigeret
ieiunareq; cogeret : deinde illos calce feriebat|atq; in mare pręcipitabat . Scrip-
tores autem Megarenses repugnando ab hac sentẽtia desciscentes : & diu apud
Simonidem bellantes|neq; pędonem|neq; contumelie illatorem fuisse schironẽ
arbitrantur . Verum probatis ac bonis ac iustis se se familiarem & amicum
prebere . Ea cum enim gręcorum sanctissimum existimabant : & Cirreum sa-
laminum deorum honores Athenis consecutos fuisse existimabant : Pelei uero
& Thelamonis uirtutes a nemine incognitas extitisse . Schironẽ quidem Cirrhei
generum : Eaci autem socerum . Pelei uero & Thelamonis auum asserunt : qui
ex Eudida Schironis & Charide filia nati fuere . Itaq; haud consentaneum ui-
detur cum scelestissimo homine|optimos uiros necessitudinẽ habuisse & utrinq;
maxima pręciosaq; munera suscepta collataq; intercessisse . Sed ferunt Theseum
non nunc cum primum Athenas contendit : uerum postea Eleusinam subditi-
one Megarensium positam excluso diocleo | necatoq; schironem occupasse ab
iis itaq; quidam dissentientes ferunt in Eleusina ciuitate certionem archadium
in palestra peremisse . Et cum paululum progrederetur Damascum in ermione
sibi obuiã factum cogens ipsum per pręcipitia ruere : ea morte qua ipse hospi-
tes efficiebat|interemit hęc more Herculeo gessit . Nam ille eodẽ genere mortis
scelestes homines afficiens quo illi in alios utebantur busiridem parentauit :
antheum palestra superauit : cignum uero gladiatorum more confecit|& Terme-
rum capita confringentem suo scelere mulctatũ reddidit . Vnde prouerbii loco
temerũ malum dicere est usurpatum . Nam ut uidetur Temerius capita hominũ
uerberibus conterebat : hoc acto|Theseus nepharios homines pęna pro eorum
sceleribus mulctaret|de eo more eoq; mortis genere ipsi improbi quo alteros

afficiebant pares pęnas paciebantur. Cũ ulterius Theseus ire pergeret & apud Cephisum ueniret: uiri quidam ex genere Phitalidorum occurrentes amice eũ appellauere: quos cum oraret|ut pro patrio more eum lustrarent|iocunditate rem diuinã agentes domi conuiuium celebrauere: cum antea Theseus neminẽ offendisset inter proficiscendum qui eum humanitate atq amicitia complecte-rentur. Octauo die mensis saturni quẽ nunc Ecatõueona appellant|inde Athe-nas discessit. Cum igitur in urbem uenisset comperit rempublicam seditione agitatam|& Egeũ & rem familiarem priuatim turbatam. Nam Medea ex Co-rintho fugiens pollicita Farmaco Egeum sterilitate curaturam|ibi aderat cum Thesei aduentũ presensisset. Egeus uero ignoraret|& senex omnia propter se-ditionem extimesceret. Medea Egeum persuasit|ut hospitem Farmaco perime-ret. Cum igitur Theseum haud uisum esset q̃ primũ se se notum Egeo reddere & uellet iam se in cõuiuio Egeo cognitũ facere|appositis carnibus gladiũ ut illas cederet enudauit. Egeus statim illo cognito calicem Farmaci abiecit|& Theseũ filium appellauit atq salutauit: cõuocatisq ciuibus omnibus cognitum reddi-dit. Ciues eo q Theseus multa uirtute insignis erat|iocundo uultu illum susce-pere. Fama est fracto calice Farmacum eo in loco effusum esse|ubi nunc in del-phinio locus perifrastum appellatur. Nam hic Egeum ędes habuisse asserunt: & mercurium qui est ad partem templi auroram spectantem in fores Egei ap-pellant. Pallantide cum crederet Egeum sine prole moriturum|ad regnum oc-cupandum adiecerant animũ. Postq̃ uero Theseum Egei filium animaduertere: Egro animo ferebant: si proles Egei qui Pandionis adoptiuus fuerat|& nullam cum tribu Erectriorum necessitudinem habuerat imperaret. Theseo igitur ad-uena regnante bellum contra eum Pallantide machinantur. Quibus duas in partes diuisis palam ex fictiis quidam cum patre ad urbem contendunt. Gar-gitti uero ut bipertiti hostes aggrederẽtur insidias tendunt. Erat cum is pręco quidam gente agnusius nomine leo: hic Theseo positas esse insidias aperuit Theseus repente facto contra insidentes impetu omnes trucidat: qui cũ pallã-te erant hoc audientes fugam arripiunt. Ferunt propter hoc tribum pallineo-rum nullas cum agnusiis nuptias celebrare|neq patria publicaq iussa leone nuntiante audire uelle. Nam propter proditionem contra illum odio afficiũtur Theseus populi aura & rerum gerendarũ gloria auidus ad maratonium thau-rum opprimendum qui multas habitantibus urbem tetrapolim molestias infe-rebat egreditur. Quem postq̃ captum per urbem ductando diu ostentauit ap-pollini delphico mactauit. Rumores & fabulę quę de Echala & de eius succes-sione|ac de his quę in hospites agebat|non penitus a ueritate dissonare uidẽtur Nam circumstantes populi conuenientes Ioui Echaleo sacrificium e Calisimii agebant: propter quod cum illa eo tempore quo Theseum hospitem accepit adolescentula esset|Ecaluiam per dominationem Theseus uocitabat. Postq̃ pro ipso ad bellum proficiscente|Ioui pręces egit: pariter in re diuina illa adfuit|sed cum priusq Hercules e bello rediret|mortem obiisset: ut Philocorus refert: prę-mia hospitalitatis iubente Theseo habuit. Paulo post ex creta insula tertio lega-ti uenerunt tributum exacturi. Nam ob mortem Androgei|qui dolo Athenis interfectus fuerat|miros multis malis bellando ciues Athenienses affecerat|& numen indigena sterilitate fructum|atq peste arefactus fluminibus oppresserat

regionem Appollo iusserat/si Minoem propitiacione conciliarent iram se de-
positurum. & malis finem daturum. Itaqꝫ habitis suppliciis pacis conditiones
inter Athenienses & Minoem iacte sunt: ut singulis nouis annis septem iu-
uenes ex nobilioribus totidēqꝫ uirgines pro tributo minori soluerent. Iuuenes
in cretam delatos & Aminotauro in laberinto assumptos fuisse/quod errantes
aditus inuestigari nequiuissent a tragicis fabulis traditur. Minotaurum ex
homine & tauro infantem fuisse. Euripides inquit. Philocorus uero ait alia
sententia fuisse cretenses. Nam ferunt Laberintum arcem omnis mali expertem
fuisse: pręterq̃ ꝙ illi qui in ea seruabantur/nullo pacto effugere poterant. Hic
Minos Androgei gratia gymnica certamina instituit/& uincentibus pręmia pu-
eros qui in Laberinto seruabātur retribuebat. Quidā nomine Taurus qui maxi-
mus apud Minoē dux habebatur/superiores omnes uictores uicerat: uir mo-
ribus haud mansuetus pueris Atheniensium durum superbūqꝫ se se pręebebat:
Aristoteles in policia Voctienorum manifeste ostendit: non sentire pueros ami-
noe neci traditos/sed in creta ętate seruientes senio confectos fuisse/& olim cre-
tenses priscum uotum soluentes/primitias hominum in delphum misisse: & cū
his parentes illorum tanq̃ ad se se educandum minus idonei essent concessisse
qui primum in italia traicientes ibi in Iapicis aruis habitauere. Inde rursus in
Traciam delati noctiei sunt appellati. Quapropter Voctianorum puelle sacrifi-
cia celebrantes hęc carmina cantant: eamus Athenas/ut uidetur Minos molesto
animo tulit hanc cantilenam. Et enim Minoem in theatris atticis conuiciis affi-
ciebant: ac semper de eo fama insigni uiro indigna efferebantur. Sed neqꝫ Ho-
merus qui eum cum Ioue colloquium habere aiebat: neqꝫ Hesiodus/qui ipsum
regem dignissimum dicebat/turpem de eo sermonem extulit. At cum potentio-
ores essent tragici multam ex rumore ac sceua tanq̃ molestus eis atqꝫ uiolentus
esset dissipauere. Ferunt quidā Minoē regē & legum conditorem fuisse. Rha-
damantum uero iudicem/& legum conditarum custodem. Postq̃ tertii tributi
tempora soluendi instabant/& iaciēde sortes essent super nobiliores adolescētes
ciuitatis rursus in Egeum a ciuibus calumpnie inferebantur. Nam ciues rem
grauiter ferentes/quęrebantur ipsos in dies filiorum orbatos fieri: & aduene
atqꝫ noto adolescenti principatum futurū solumqꝫ Egeum imunem atqꝫ expertē
pęne extare/cum solus Egeus omnium malorum causa fuisset. His uerbis The-
seus non mediocriter uersabatur: qui cum iniquum duceret se non eandem for-
tunam subire quam cęteri ciues/siue sorte in tributum se se obtulit. Hac re ad-
mirabilis eius animi magnitudo apparuit. Nam cum se more populari uicturū
ostenderet/ingenti amore eum prosequebantur. Egeus postq̃ Theseum multis
pręcibus orauit/& eum a sententia sua dimouere non potuit: super alios adole-
scentes sortem iniecit. Hellanicus uero inquit: non sortitos pueros atqꝫ puellas
Athenienses in insulam Chretensem misisse/sed Minoem pręsentem electum
de pueris: habentęm Theseum primum ad rem decernēdam elegisse & decretū
esse Athenienses nauem pręebere: ac cū Theseo iuuenes semideis qui nulla mar-
tis arma portarent nauigare/& si Minotaurus necaretur/nō amplius ab Athe-
niensibus Minoi tributa penderentur. Cui antea cum nulla salutis spes inesset
in signum calamitatis nigra uela ipsa in arbore nauis ligauere. Tunc autem cū
Egeus bonam spem suscepisset adhortationibus Thesei tanq̃ Minotaurū esset

necaturus|alterũ uelũ albũ nauis rectori prębuit. Iubens in reditu si Theseus seruatus esset uelum albũ extolleret|si autem perditus a Minotauro esset|nigro uelo calamitatem significaret. Simonides uero refert non album uelum|sed rubeum & floribus uirentibus plenum ad euasum periculum significandum datũ fuisse. Gubernatorem autem ut Simonides sentit Amarsiadam fereclum extitisse. Philocorus uero inquit a Scaro ex salamina Theseum gubernatorem sumpsisse nauteũ prore uero custodem Pheacum. Antea Athenienses nunq̃ maria nauigauerant: hęc affirmare uidentur Nausitei sacrificia atq Pheaci: Nã Theseus cum in templo sciri|rem diuinam ageret|sacrificia cineruisia celebrari iussit. Postq̃ sortes iacte sunt|suspiciens Theseus ex pritaneo eos super quos sors ceciderat in delphum ueniẽs appollini supplicationes pro illis habuit. Nã ramum oliue lana alba cintum habebant|peractis supplicationibus|septimo die mensis mugnichionis mare conscenderunt|quo tempore nunc etiam currente puellas in delphum mittunt. Fertur eum in delphis deum rogauisse ut unerẽ ducem sibi faceret|comitemq adiũgeret. Cum iuxta mare rem diuinam ageret & capram fęminam immolaret. Capra ex contingenti hircum enixa est. Quare deam epigragiam appellauere. Postq̃ in cretã traiecit ut multi referunt: accepto ab adriana quę eum deperibat lineo filo: doctusq quomodo laberinti circuitus euadere possit Minotaurum interfecit|atq adrianam exinde suscipiens|& proceres nauem ingressus abiit. Ferecides autem refert Theseum pauimenta nauium cretensium ne insequi illum cretenses possent perfringi iussisse. Dunus uero inquit thaurum Minois ducem nauali bello in portu cum Theseo pugnantẽ ut Theseũ arceret a littore necasse. Vt autẽ Philocorus litteris mandauit: cum iam Minos certaminibus finem posuisset contra thaurum qui antea omnes uicerat|& clarus propter uictorias apparebat|inuidia multi afficiebantur. Nam eius potentia propter mores exosa habebatur|ac rumores uagabantur eũ cum Pasiphe congressum habuisse. Quare cum thaurus uellet cum Theseo certare. Minos in sententiam eius concessit. Itaq cum de more esset ut in theatro etiam mulieres inspiciendi gratia consederent|adriana pręsens inter aspiciendũ Thesei amore correpta est. Vehementer admirata q a Theseo in certamine omnes uincerentur. Minos lęticia affectus|& pręsertim uicto & cõtumelia affecto thauro|pueros Theseo tradidit|Athenasq tributo liberauit|sed solus didimus longius exordiẽs de his rebus refert publicum gręcorum decretum fuisse|nullam triremem nec unde nauigare posse|si plures quinq hominibus intra se susciperet. At tantũmodo Iason qui argis dominabatur|ut a mari pirratas arceret lege excludebatur. Dedalum in naui fugientẽ Athenas Minos pręter publica decreta longis nauibus insecutus est: qui uentis in Siciliam delatus|ibi diem suum obiit. Postq̃ Deucalion filius eius aduersus Athenienses dimicans per legatos iussit ut Dedalum ei traderent|nisi obsides quos Minos acceperat interficeret|mãsuete responsum est. Theseus cum se se pugnaturum sciret q Dedalus sibi necessarius erat|ex matre Merope Erithei filia|ad fabricandas naues inceptam operam solicitabat. Nauim unam ibi longe a xemica uia|alteram per Pytheum in Tricema urbe clam struẽdam mandauerat. Quibus cum Dedalũ atq exules cretenses magnos uiros secum haberet|& nemo pręsciret maria|conscendit|sed amicas naues esse putantibus cretensibus: Theseus occupato portu

in terram gnosiam egressus|prelium in portis laberinti conseruit: & Dencalionē atq; milites eius necauit. Cum res adrianę laboraret|pacem cum ea composuit & semideis receptis amicos Athenienses atq; crethenses inuicē reddidit & iure/iurando illos adegit|ne unq̄ arma ad bella miscenda capescerent. Verum de iis atq; adriana uarii & nulla certitudine perditi sermones feruntur. Nam quidam a Theseo abactam atq; derelictam|quidam a nautibus in uexum delatam|& ab ornato bachi sacerdote complexam|q; Theseus alteram adamasset: illam uero deseruisset tradiderunt. Grauiter enim amore Eglidis Theseus excruciabatur hoc uerbum ut guirea megarensis refert|ab Esiodo Phisistratus remouit|quem/admodum alias Homeri funeralia inuadens Theseum Perithoumq; deorum generosam prolem exemit ut Atheniensibus rem gratam conficeret. Quidam uero adrianam ex Theseo Iopionem & staphilum peperisse uolunt|quod etiā Ionochius cū de patria eius scriberet affirmauit: quam Iopion olim Theseides exedificauit|sed fabulę ut breui eloquar per ora omnium deuulgate uagantur. Solus Peon Amatusius de his rebus scribens inquit|Theseum fluctibus in Cy/prum delatum & adrianam pregnantem habentem in mari solam miserabilēq; coactum uētis dimisisse: deinde uero ut illi subueniret e terra pelagus relegisse. Itaq; mulieres indigene adrianā suscepere|& tristem consolatas fuisse: litterasq; fictas Thesei nomine scriptas|ut illi circa partus auxilia pręstarent ostendisse ac mortuam priusq̄ pareret sepelisse. Cum igitur Theseus aduentaret tristicia affectus indigenis pecunias reliquit|ut adriane exequias celebrarent. Duas itaq; paruas statuas|alteram argenteam|alteram eneam illi erexerunt. In sacrifi/ciis secunda die mensis gorpiei per adolescentulam quandam actus & uoces querulas parturientis mulieris effixerunt. Amatusii lucum ueneris uocant locū in quo adriane tumulum ędificauere. Quidam ex naxo duntaxat duos minoas & duas fuisse adrianas tradidere. Quarum alteram ex bacho peperisse in naxo staphilum|alteram minorem a Theseo raptam atq; destitutam|una cum eius nu/trice Corcyna nomine cuius sepulcrum apparet in naxum uenisse|& ibi morte obiisse|sed dissimiles honores utriq; fuerunt. Nam illi lęta iocundaq;|huic uero fatua luctuiq; cōmixta sacrificia agebant. Theseus e crethensi insula in delphū traiecit|& Phebo honores instituens|statuam ueneri adriane similem erexit|ac tri/pudia quę adhuc delos ab indigenis celebrari feruntur|cum semideis celebrauit hęc in memoria laberinti & in similitudinem rerum ibi a Theseo gestarum ri/timos quosdam habentia|nunc mutatione|nunc resumptione peragebantur. Hoc tripudii genus|ut refert Dicearchus Geranon|ab delos habitatoribus ap/pellatur. Hęc tripudia ornatis sinistris omnium cornibus apud ceratone altare celebrauit. Ferunt in delo etiam certamina egisse|& uictores tunc primum pal/ma donasse. Cum terram acticam repereret ob uictorię gaudium Theseus atq; nauis gubernator uelum illud quod Egeus in signum salutis extollendum de/derat|obliuioni tradiderūt. Quare salutis Thesei spe destitutus Egeus|e quadā petra se pręcipitem dedit. Theseus nauigans in Phalereo facta uota diis soluit & pręconem qui Egeum de salute eius certiorem redderet in urbem legauit. Hic multos qui regis obitum dolore & luctu prosequebantur: multos uero qui lęticia afficiebantur: & coronas ei imponebant propter salutem Thesei offēdit Qui coronata tuba cum regrederetur|ad mare & Theseum nondum re diuina

absolutum offenderet|ne sacrificia turbaret paululum moras contriuit|absolutis sacrificiis & Egei morte Theseo renũtiata|clamore & tumultu celeres illi ad urbem contendunt. Hinc est ꝙ nunc Escophoriis in sacrificiis quibus rami portantur|non pręconem ipsum|uerũ tubam coronis exornant: & heu heu o pręsentes in re diuina exclamant. Quorũ altero in celeri clamore dum peana canũt: altero in terrore ac turbatione utũtur. Sepulto patre septima die mensis pianesionis appollyni uota exsoluit. Nam hoc die salutem consecuti in urbem rediere. Itaq; ut fertur legumina elixauere|& propter consecutam salutem in unũ cibaria cõmiscuere|quę cõmuniter una in olla elissata inuicem distribuere. Eresionem oliue ramum efferunt. Nam illũ in ut supplicationibus lana coronañtes uariis primiciis propter permutatam sterilitatem complẽt. Cantantes optimos panes ac mel in poculo|oleum elixatum|& calicem plenum ut themulentus dormiat|illi conferre. Sed a quibusdam traditum legimus|hęc Herculis in sacrificiis fieri ꝙ sic ab Atheniensibus fuerit usurpatum. Plurimi uero ut prędiximus nauem qua una cum semideis Theseus nauigauit|triginta remos habentẽ usq; ad Demetrii Phalerei tempora Athenienses seruauisse tradunt. At uetustiora ex illa subtrahẽtes robora minoribus roboribus retexerũt. Vt propter ingentẽ incredibileq; famã philosophi exẽplar nautis extaret|& parti illud idẽ uideretur|parti tanq̃ illud idẽ esset appareret. Necnõ festa estophoria a Theseo instituta bacho ab Atheniensibus celebrãtur. Non enĩ omnes sortitas uirgines tunc Theseus duxit: sed ex familiaribus adolescentibus duos iuniores sexui muliebri similes|fortitudine uero animi & audatia insignes assumpsit. Quorum faciem callidis balneis|atq; umbroso habitaculo|& breuiori coma|ac unctionibus|cęterisq; ornamẽtis fęmineis permutauit. Vocemq; habitum gressumq; edocuit|ut uirginibus similes apparerẽt|& inter illas nulla in parte omnibus ignorantibus a sexu fęmineo discreparent. Postq̃ rediit Theseus adolescentes iis uestibus usi quibus nunc utuntur|qui ramos ferunt|una cum Theseo pompam egerũt. Nam adriane & bacho propter ea quę de illis ferebãtur: uel potius ꝙ collectis fructibus rediere in sacrificiis rami portabantur. Quę autem cęnam afferunt|sacrificiis participant|& sortitorum matres imitantur. Nam ad eas euntes obsonia|cibariaq; prębent|& illis solacii & lętitię causa fabulas pueris narrandas memorãt hęc quoq; Dimus in historia sua conscripsit. Exedificauit enim sibi templum ut census in sacrificiis sibi soluerentur|ab his qui illuc e domo proficiscebantur Tributorum uero & sacrificii phytagidis pro hospitalitatis retributione Theseus curam demandauit. Post Egei mortem cum magnum atq; admirabile opus in mentem ueniret|agrum atticum habitantes in una męnia collegit|ut unus efficeretur populus qui tunc passim sparsi ad consilia agitanda ac decreta pro utilitate publica instituenda difficulter congregabantur. Quandoq; inter ciues seditiones orirentur adhibitis persuasionibus in populo|& tribubus plebs & idiote statim oratione sua mouebantur. Optimatibus uero non regio statu sed populari in urbe imperari ostendens|se tantummodo principem conseruãdarum legum & propulsandi belli curam agere aiebant. Aliarum autem rerũ ęquam partem omnibus se prębiturum|quibusdam hęc persuasit. Qui autem iam magnam eius potentiam atq; audatiam timebant. Statuebant persuasione ac sponte potius q̃ ui cedere. Cum omnia magistratus loca demoliri iussisset:

unum omnibus publicum locum faciens/quem pritaneum atque senatorium nū-
cupant. Vbi nunc urbs posita est/urbē Athenas appellauit/& per omnes urbis
uias ac compita sacrificia publica cęlebrauit. Et dies festos sexta atque decima
die ecaton Veonis/quo die nunc etiam rem diuinam peragunt instituit: regnum
quidem deponens ut pollicitus fuerat rēpublicam deorum iussu constituit. Nā
de urbe in delphos sciscitatum phebi oracula mittenti hęc renuntiata sunt.
Theseu Egei fili nate Phithei filia uirgine/multis urbibus pater meus terminos
& fines imposuit in uestro oppidulo. Sed tu non permultum laboris ad con-
silia intra animum agitanda cępisti. Vter per mare ibis. Sybillam quoque postea
de urbe uaticinantem hoc locutam fuisse asserunt. Vter enim undis agitaberis
sed submergi minime fas est Et cū Theseus magis urbem augere uellet: om-
nes ad equitatem prouocauit: et constituto die quodam festo Thesei nomine
leon preco omnes ad cōtionem prouocauit: non enim uolebat popularē statū
inordinatum turbulentūque sub diffusa: et indiscreta multitudine fieri. Itaque pri-
mus opimates ab opificibus atque agricolis segregauit/& eosdem religionem co-
gnoscere: prīcipatus prębere/leges interpretari/sacra diuinaque exponere instituit
Aliis autem ciuibus pro equitate impartitus est gloriam quidē ab optimatibus
utilitatē ab agricolis multitudinē uero ab opificibus resp. uēdicare uidebatur
Qui autem primum ad plebem declinauit/ut inquit Aristoteles & monarchiam
deposuit. Videtur etiā hoc idem Homerū asserere/dicentē nouem solos dimitto
ad Atheniensium populum orationem habens. Nummos etiam sculpere iussit
ac bouem ibi cęlauit. Siue propter maratonium thaurum/siue propter Minois
ducem/siue ut ciues ad agriculturam prouocaret/ab eo ferunt ecatonneum &
decatonneum appellari. Cum megarum Atheniensi agrum adeptus fuisset:
inclitam in istino columpnam erexit/in qua regionis diuisionem duobus trime-
tris inscripsit. Verba huiusmodi erant/hęc adorientem. Sed non pelloponnesus
uerum Iouia/hęc quidem ad hesperum/sed est peloponnesus & non Iouia/& ut
gręcos ageret/primum in honorem Herculis certamina instituit/ut ille olympia
Ioui & ipse Ischinia neptunno. Hic enim ibi positus supra melicertam noctu
currebat/tributi potius q̃ spectaculi & celebrati curam habens. Quidam ferunt
Theseum ut cędem schironis ob cognitionē expiaret schironi Ischina instituisse.
Nam schiro caneto & Egmochapithei filia natus erat. Quidam his natum Sin-
num & non schironem & certamen propter hunc/non propter illum a Theseo
fuisse institutum uolunt. Itaque cum Corinthiis pacta composuere/ut Athenien-
sibus ad istinios ludos inspiciendi causa proficiscentibus/quemcunque locum
occuparent/pręsides ludorum pręberent. Vt ellanicus atque andron alicarnaseus
scribunt/inpontum eleusium nauigauit/ut Philocorus & quidam alii tradunt
cum Hercules ad Amaçonas debellandas traiecit/& uictorię pręmium antiopā
suscepit. Plurimi uero ut Pherecides/ut ellanicus/ut erodocus quod fide digni-
us est tradunt/pōst Herculem priuata classe traiecisse & Amaçonam captiuam
cępisse. De nullo altero eorum qui cum eo militabant scriptum est Amaçonē
captam habuisse. Vion autem inquit Theseum uerbis huius circumeuētum ea
sumpta abiisse. Nam cum Theseus regionem inuasisset. Amaçones uirorum
auidę/ad Theseum signa hospitalitatis per quandam Amaçonem misere. The-
seus cum illam adhortatus fuisset/in nauem conscenderet/postq̃ ingressa est

nauigauit. Menecretes uero quidã ĩ historia quã de Nicea urbe in bithinia po/
sita scribit|inquit Theseũ antiopã habentẽ circa hęc loca tẽpora triuisse per hęc
tẽpora tres ex Atheniẽsibus fratres adolescẽtes cũ eo militauerãt|Enneus|Thoas
& soloeon. Hic clam cęteris amore antiope captus rem uni suorum familiarium
aperuit. Cum ille de hac re cum antiopa in colloquium uenisset orabat|ut peri/
culum pro uiribus retruderet: remq; prudẽter mansuetecq; ferret|& apud The/
seum amorem illius celaret. Soloeon cum de amore illius potiendo desperaret
& in flumine quodam se se precipitasset. Theseus accepta huius rei causa factũ
ęgro animo tulit: & sibi molesto pyticum oraculum renũtiatum est: iubere in
delphis Apollinem: quoniam propter hospitem dolorem ipse animo incredi/
lem cęperat: ibi urbem condere: & ibi ex sociis ducibus quosdam dimittere.
Itaq; urbem quam edificauit adeo pythopolim appellauit: proximum flumen
honoris gracia adolescentis soloetam nũcupari uoluit: fratres illius tanq̃ prin/
cipes & legislatores ibi reliquit: sociumq; illis Erimũ uirum Athenis patriciũ
addidit. A quo pythopolite locum Erini domum uocabant: qui non recte secũ
dam sillabam circumflectebant: & gloriam ad deum abheros transmutabant.
hęc res occasionẽ belli contra amaçonas prebuit. Sed apparet nec uile nec mu/
liebre opus extitisse. Non enim in urbe castra posuerunt: nec cominus dimi/
cauissent contra uicam: & Museũ: nisi ipsi regionem habuissent: intrepide ad
urbem manus conseruissent Sic igitur quemadmodũ Ellanicus refert. perbos/
phorum Cimmericum congelatum traicere: fidem adhibendam esse ducimus
ipsas prope urbem pugnam conseruisse|cum nominibus locorum|tum sepulcris
mortuorum uerum esse arbitramur. Sed ab utrisq; ignauia diu immoratam esse
priusq̃ ad manus conserendas irruerent. Tandem Theseus accepto oraculo
quodam phebo hostias mactauit|& cum ipsis manus conseruit. Dimicatio mẽ/
se noidromionis confecta est|quo mense hucusq; sacrificia noidromia appellata
ab Atheniensibus celebrantur. Didimus diligenter singula referre uolens in/
quit sinistrum cornu Amaçonum ad locum quem nunc Amaçonium uocant
declinasse|dextram uero latus ad uicam uersus crisam deuertisse. Nam hic pręl/
lium Athenienses a museo irruentes in Amaçonas miscebant. Sepulcra eorũ
qui in acie ceciderant apud palateam quę ducit ad portas iuxta tumulum cal/
chodontis esse affirmat: quas nunc pyraicas appellant. Hic quidem usq; ad
eumenides mulieribus cessit. Sed cum a palladio & arditto atq; liceo in dextrũ
illorũ latus irruissent usq; in castra multarum strage impetus factus est. Quar/
to autem mense propter ipolitam inducias composuere. Nam hic ipolitam eã
quę cum Theseo congressum habuit nominauit non antiopam. Quidam ferũt
hanc cum Theseo dimicantem a molpadia iaculo uulneratam in acie cecidisse
& statuam eius iuxta delubrum terrę olympiadis positam fuisse|hanc historiam
ita uariam extare propter rei uetustatem haud admirandum arbitror. Nam &
uulneratas Amaçones ab antiopa in calcidem clam missas afferũt|& ab ea iuxta
locum quem nunc amaçonium appellãt sepultas fuisse|sed bellum per inducias
finem habuisse|& appellatio ipsa loci a Theseo quem Orchomosion uocant|&
olim ab amaçonibus instituta sacrificia ante Thesei appellationem declarant.
Itemq; apud locum ronta appellatum megarenses sepulturas amaçonum osten/
dunt|cũ locus est plurima latera habens|ad rombũ proficiscuntur. Fertur etiã

apud cheroniam mouentem altearm penes fluuiũ quem olim termodonta/nunc
autem emona uocant ſepultam fuiſſe/de quibus in uita Demoſthenis ſcriptũ eſt
Apparet etiam neqꝫ per Theſaliam ſine earum cęde amaçonas traiecisse. Nam
ibi ſepulcra illarum etiã nunc apud ſtotuſam & canis capita monſtrantur. Itaqꝫ
hęc de amaçonibus memoria digna comperimus. Ea re bellio amaçonum/quã
in libros Theſeidos poeta inſcripſit/Theſeum uidelicet phedram in uxorem du-
xiſſe/& anthiopam contra Theſeum auxiliantibus omaçonibus irruiſſe/illaſqꝫ
Herculem interfecisse figmentum eſſe clariſſimũ uidetur. Verum cum anthiopa
diem ſuum obiiſſet/ex qua ypolitum/ut uero Pindarus inquit Demophontem
habuit/Phedram in uxorẽ accepit. De filio atqꝫ infortunio huius hiſtorici ſimul
atqꝫ tragici cõueniunt. Quidam uero aliter de nuptiis Theſei ſentiẽtes/nec prin-
cipia grata nec bonam fortunam profectam extitiſſe. Nam fertur Theſeum quã-
dam ex amaçonibus triciniam rapuiſſe/& interfecto Sinoo atqꝫ circione natas
horum uiolaſſe: ſed peribiam aiacis matrem atqꝫ Ferebiam ſtatim & Iopiam
Ipodei in uxores habuiſſe. Quidam autem Theſeum accuſant ꝙ propter Eglę
amorem panopei filię cum adriana diuortium fecisset. Vt autem Helenam rape-
ret/paſſim agrum atticum bello repleuit. Illum enim & fuga & pernicię tandem
plenum effecit/ut paulopoſt ſcripturi ſumus. Sed tunc ex multis pręmiis ſtrenue
certantibus prępoſitis traditur ab Herodoto nullum habuiſſe Theſeum/uerum
Laphitis tantum qui cum Centauris bellum conſeruere illa fuiſſe tradita conſtat
Quidam autem hoc cum Iaſone in inſula Colchos factum eſſe: & Meleagrum
cum apro manus conſeruiſſe ferunt. Itaqꝫ hinc prouerbium illud uſurpatum eſt
non ſine Theſeo. Ipſe nullo indigens ſocio/in multis atqꝫ ęgregiis certaminibus
uictor euaſit. Et adaſtro cadauera quę in bello ſub cadinea commiſſo ceciderãt
reſtituit/nec ut Euripides in tragediis ſcripſit ſuperati fuere Thebani/niſi in cõ-
poſitis induciis. Hoc modo a plurimis traditum eſt. Sed Philorcus refert illas
fuiſſe primas inducias/quę pro reddendis ſepeliendiſqꝫ corporibus mortuis
compoſuere. Quod Hercules primus cadauera hoſtibus conceſſiſſet/in rebus
ab eo geſtis legimus. Sepulcra autem multitudinis/in ęleutris campis conſpi-
ciuntur: ducum uero & principum in eleuſinis. Hoc Theſeus Adaſtri prędbus
motus effecit. Tragedia Eſchili Eleuſina/& Euripidis tragedia icetides appel-
lata hoc aſſerere uidentur. Amicitiam cum Perithoo hoc modo iunctam ferunt
Cum de fortitudine ac robore Theſei inclita fama paſſim uolitaret/perithous ut
illam quendam in modum obſcuraret/bouem a Marathone dimiſit: Theſeũqꝫ
perſuaſit/ut armatus bouem inſequeretur. Theſeus haud fugiens/& obuiam
contra taurum uadens/illum in fugam uertit. Poſtq̃ alter alterum conſpexit: &
pulchritudinem audatiamqꝫ Theſei admiratus eſt Perithous/pugna ſedata eſt
Perithous uero primo dextram protẽdens inquit ipſum Theſeum tanq̃ pugnę
iudicẽ pro uoluntate ſibi uolenti pęnam pro emiſſo boue indicere. Theſeus itaqꝫ
remiſſa pęna ſocium amicumqꝫ eum ſibi deiunxit. Deinde Perithous cum dei-
damiam in uxorem accepiſſet. Theſeum pręcibus proſequebatur/ut in regionẽ
eius ueniret/& cum laphitis neceſſitudinẽ coniungeret. Perithous cum centauros
ad cęnam conuocaret & ii iniuria laphitas agrederentur laceſſere: ac ebrii mu-
lieribus non abſtinerent/laphite cum eis manus conſerentes partim necauere
partim bello ſuperauere. Deinde e regione una cum Theſeo bellante illos

propulsauere. Sed ab Herodoto aliter hęc gesta fuisse scribũtur. Nam refert cũ bellum instaret/Theseum laphitis ad auxilium fuisse/& tunc primo Herculem uidisse/qui cum iam errando pugnaret/operam dabat/ut ei circa loca aspera cessanti occurreret. Hunc quidem occursum multa humanitate honoreq; & laudibus ambos celebrauisse. Verumtamen a quibusdam traditum est sepius inter se se occurrisse/& initiationem studente Theseo Herculem fecisse/& anteq̃ Hercules initiaretur/tanq̃ eum indigentem propter quasdam operationes uiolẽtas expurgationem egisse. Nam cum iam quinquagesimum annum attingeret: ut Ellanicus refert/Helenam rem ętate sua indignam rapuit: Vnde quidam ut hãc calumpniam tanq̃ maximum crimen amoueant: non ipsum Helenam rapuisse: uerum eam ab Idane & Ligeo ruptam accepisse/atq; apud se eam depositam seruauisse ferunt/nec Castori & Polluci eam repetentibus negauisse. Et cũ Tindarus Enafforum Ippochoontis filium timeret/quod illius adolescentię uim intulerat/priuatim Theseo Helenam tribuit. Sed plurimi scriptores in hanc potiorem sententiam concedunt. Cum iam non procul a Tegea abessent illi qui eos insequebantur. Cum ipsi iam pericula euasissent & in Peloponnessum uenissent/conueniunt ut is cui sortes perhibeant/Helenam accipiat/& alter altero in nuptiis celebrandis adsit. Iactis itaq; sortibus Theseus uirginem habuit: quę nondum matura uiro/nec plena annis extaret/ad Aphidnas eam misit/& illam cum matre Aphindo eius amico seruandam/clamq; retinendam tradidit Ipse autem ut Peritheo operam suam impartiret/una cum eo in Epyrum ad filiam Aidonei Molosorum regis iter intendit. Qui cum uxorem proserpinam appellatam haberet. Filiã uero Eurincanẽ autem Cerberum/iussit ut is qui filiam optaret in uxorem cum Cerbero pugnaret/& si illum superaret illam assumeret sed cum animaduertisset/non ut procos uenisse Theseũ ac Perithеum/uerum ut uim inferrent: & adolescentulam raperent/illos capi iussit/& Perithеo q̃ primũ a cane intercepto/Theseum in carcere seruãdum tradidit. His per hęc tempora Athenis Menesteus ex tribu Petea Ornei filiũ quem Erecheus genuit/primus ut fertur inter eos qui factioni studebant/& beniuolentiam populi dicendo queritabant/potentiores urbis collegit. Et eos qui antea Theseum graui animo ferebant/putabãtq; principatum atq; regnum cuilibet optimatum populari statu uiuere uolenti oblaturum/& una in urbe & subditos/ac seruos illos redacturum in eum irritabat/plebem autem accusabat/q; tanq̃ in somniis libertatem aspiceret/& patriis ac sanctis legibus se priuari pateretur/q; loco multorũ optimorumq; ac indigenarum regum/quendam aduenam Herum haberet. Cum Menesteus has turbas in urbe misceret magna momenta rebus nouis addiderunt Tyndaridę/qui bellum mouebant/& copias contra Athenienses ductabant. Ciues propter res nouas in urbe exortas illos ductare exercitus arbitrabãtur. Itaq; primum illi nullas inferentes iniurias/sed sororem sibi restituendam postulabãt Cum ciues respondissent/neq; illam apud se habere/neq; ubi esset scire/ad pręlia conferenda copias parauere. Sed cum Tyndaride per cadiuum cognouissent eam apud Aphindas delitescere/illum inuita honoribus pro hoc beneficio affecerunt. Et cum postea multotiens Lacedemonii in agrum atticum irruissent Cadiui gratia Achademiam illesam dimisere. Dicearchus autem inquit/cum Echemus & Marathus uiri Archades militarent/tunc cum ipsis Tyndaridis

ab altero Achademiam| quę nunc Achademia nuncupatur ab altero Mara-
tonem nomen habuisse|prompto animo populo concedente propter oraculum
quoddã ante aciem hostias mactare. Cum igitur ad Aphindas castra mouissent:
& uictoriam consequerentur|suburbana & uillas destruxerunt. Fertur hic Ali-
cum Schironis filium cum Castore & Polluce rei militari operam impendentẽ
cecidisse|a quo apud Megaram locum ubi corpus eius reconditum fuit Alicũ
appellant. Ireas apud Aphindas Alicum a Theseo mortuum fuisse in historia
sua tradidit. Quod ea uerba quę de Alico feruntur|testari uidentur|Alicum in
patẽtibus campis pugnãtem Theseus formosę Helene gratia apud Aphindas
interemit. Non tamen consentaneum uidetur pręsente Theseo matrem | atq;
Athenas fuisse captas. Occupatis igitur Aphindis timẽtibusq; iis qui in urbe
erant|Menestheus ad recipiendas intra męnia Tyndaridas populum persuasit
ut ostenderetur tantummodo Theseo uim fuisse ab illis bellantibus illatam.
Aliis autẽ hominibus officium atq; salutem pręstitisse res ab illis geste asserere
uidentur. Qui longe aliorum potentissimi nihil aliud nisi initiari expetebant
Cum non minus coniuncti essent ciuitati|q̃ Hercules. Itaq; cum Aphindus fi-
lios adoptasset|ut filius Herculem illos Athenienses initiarunt | & diuinos ho-
nores impartientes illos patronos appellauerũt|uel propter tolerantiã|uel prop-
ter diligentiã atq; curam eorum ne quis aliquo malo afficeretur a tanto exercitu
quem intra urbem retinebant. Nam quibus rerum diligentia atq; cura demã-
data est | diligenter accurateq; habere se se debent. Itaq; iure ob hanc causam
reges anactas dixerunt. A qu busdam uero traditum est ab astrorum eminẽ-
tia anactas fuisse appellatos. Nam Athenienses ea quę supereminent anacas
dicunt|& quod exsuperiori parte est Anechaten. Ethram quidem Thesei matrẽ
in Lacedemoniam & inde ad Troiam cum Helena fuisse delatam legimus: hoc
etiã sentire uidetur Homerus dicens. Ethra Pithei facie filia pulchra fuit. Qui-
dam hoc carmen & fabulam de munichio calumpniis prosequũtur | quem cum
laodices ex Demophõte clam peperisset|in Ilio Ethram nutriuisse commemorãt
Sed ystrus decimotertio libro rerum gestarum ab Atheniensibus de Ethra re-
fert|priuatum quendam|ac uarium sermonem tanq̃ quibusdam dicẽtibus Ale-
xandrum in Thesali Aparidem uocitatum|ab Achille & Patrodo apud Sper-
chium dimicando fuisse superatum. Hectorem quidem Trigimiorum urbem
occupantem atq; diripientem Ethram ibi derelictam Troiam adduxisse. Sed
hoc permultũ uidetur esse absurdũ. Nam cũ Aidoneus Molossorum princeps
apud se hospitem Herculem accepisset|& forte in sermonem de his rebus quę
Theseus atq; Perithous gessissent: quęq; passi sunt incidissent|& alterum turpi-
ter perditum fuisse diceret|alterum perdendum|rem Hercules ęgro animo tulit
de Perithoo quidem nihil quo accusari posset facturum amplius putabat. The-
seo quidem crimina obiecta ut rem gratam illi faceret diluebat: cum Theseus
ab Aidoneo liberatus fuisset: Athenas rediit amicosq; eius sine auctoritate in
urbem esse comperit|& delubra quę antea sibi dedicata erant omnia Herculi de-
dicauerant|& sacrificia nõ Theseia|uerum Herculea nisi quatuor ut Philocorus
scribit uocitauerunt. Statim cum uellet ut antea tanq̃ princeps rempublicam
pertractare. Seditiones atq; tumultus in urbe eum exosum habentes|nihil eum
timebant|populum adeo alienatum ab eo animaduertit | ut nedum prompte

iussis suis obtemperare: uerū etiam colere nollet: cum uim experiri inceptaret exortis in urbe seditionibus. Cum tandem nulla spes imperādi superesset, filios in euboiam ad Elephinorum calcidontis transmisit. Ipse Atheniensum more peractis supplicationibus, ubi nunc locus est, quem Aratherium appellant, in insulam Schiros ubi paterna loca & amicitias habere arbitrabatur, traiecit. Ea tempestate Licomedes in hac insula imperium agebat. Ad hunc locum profectus Theseus agros paternos tanq̃ ibi uitam ducere uellet, repetebat. Quidā uero ferunt orasse Licomedem ut contra Athenienses presidium sibi prestaret Licomedes siue hominis gloriā extimescēs, siue ut Menesteo rē gratā faciēs: illū in locum quendam excelsum adductum tanq̃ inde agros esset ostensurus: per ripam precipitem detrusit: ac uitam abstulit. Quidam uero scriptores memorie litterarum tradiderunt, ipsum post cenam perambulantem ut consueuerat inconsulte occidisse, & eius mortem haud repente cognitam extitisse. Quo mortuo Atheniensium imperium Menesteus occupauit. Filii eius qui apud Elephinorum erant ad Troiam militauere. Cum ibi Menesteus mortem obiisset Athenas Thesei filii redeuntes regnum recuperauere. Paulopost Athenienses Theseum tanq̃ heroem honore affecerunt. Qui cum in Marathone aduersus Medos dimicarent multis imaginem Theseū ante ora armatum & contra barbaros pugnantem uidere uisum est. Post Medorum bellum Phedone regnante Cum Athenienses oracula appollinis adirent, responsum a uate ut Thesei ossa relegerent, & illa honorifice apud se reposita seruarent. Sed ex eo q̄ barbarorū conuersatione Athenienses non utabantur: propter morum difficultatem qui insulam habitant: ad tumulum cognoscendum & ad ossa capienda proficisci nō poterant. Verum cum Cymon insulam occupasset: ut in eius historia scriptū est: & illa inuenire cuperet: aquila quedam ut fertur in loco montoso unguibus & rostro terram fodiens, diuino quodam afflatu rem ipsam intelligens ossa extulit. Inuenta est etiam magni corporis urna, in qua hasta ferrea & ensis reconditus erat. Hec cum in trireme a Cymone portarentur, Athenienses re cognita sacrificiis ac splendida pompa tanq̃ Theseus in urbem rediret susceperunt. Illicq̄ in medio urbis penes locum ubi nunc est gymnasium posuerunt, ibicq̄ seruis & omnibus miseris ac superiores, timentibus Asylū instituerūt, tanq̃ Theseus urbi preses preces miserorum benigne auditurus esset atq̄ auxilium prestaret. Preterea octaua die pyanessionis magna illa sacrificia ab Atheniensibus Theseo celebrantur. Nam hac die e creta insula cum semideis Athenas remearat, etiam eodem die ceterorum mensium honore illum afficiunt, uel q̄ primum octaua die ecatonneonis ex urbe Tricima profectus est, ut Diodorus memorie litterarū mandauit uel q̄ putaret hunc numerum illi potius q̃ alteri conuenire qui possidone natum ferebatur, octauis enim diebus mensium possidoni sacrificia agebāt. Nam cum octaua die existeret, primus quadratus numerus a paritate, & sic primi quadrati duplicem formam efficiēs, stabilem atq̄ immobilem domum habet potentie dei quem tutelam atq̄ possessorem terre appellamus

VRBIS ROME SPLENDOR ET GLORIA
omnibus amplissima gentibus fuit. Eius quoqꝫ nomi-
nis decus unde & qua potissimum causa ciuitati ema-
narit. Variȩ a scriptoribus sententiȩ traditȩ sunt. Alii
Pelasgos ob incredibilem rei militaris comparatam
fortitudinẽ Romam appellasse ferunt. Alii Troianos
qui cum perditum esset incendio Ilion: amissa patria
domo profugi in ipsius tyberis oras: ui tempestatis
deuenerunt. Ibiqꝫ cũ diu consedissent: Inter eas quas
secum aduexerant mulieres: unam quam Rhomam uocabant astitisse traditur
Quȩ ut genere ac sanguinis dignitate prȩstabat. Sic etiam ingenio & prudẽtia
excellere uidebatur. Hanc persuasisse cȩteris ferunt ut cũ iam pridẽ ab diuturna
illa nauigatione abhorrerent: communi omnium consensu eorũ classem succẽ-
derent. Quod cum facile perpetrasset incensis nauibus eam rem primo Troia-
norum animos magnopere offendisse. Postea uero cum palatinum montem ne-
cessitate occupassent: loci illius clementiam & incolarum benignitatem experti
eo rem illam euasisse traditur: ut longe spe ampliora breui sint consecuti. Itaqꝫ
ut huius rei gratiam fȩmine tanti facinoris principi referrent | Romam ab ea
ciuitatem conditam appellatam esse. Atqꝫ eam consuetudinem inde emanasse
ut & cognati & mulieres inter se: familiares quoqꝫ uiri mutuo ore deoscularẽtur
Troianȩ enim ipsȩ cum nauibus incendium intulissent: sic uiros obibant. Am-
plexabantur: Veniam quoqꝫ suppliciter exorabant ut furorem in se mollirent
suum: & placarent iras. Alii aũt Rhomã Itali filiã & leucariȩ: quã quidam ex
Telepho Herculida: Et Eneȩ postea nuptam opinantur. Quidam etiam illam
Ascanii fuisse filiam existimant. Alii Rhomanum Vlixis filium & Circes. Alii
Rhomum Hemathionis: qui cum ex Troia a diomede dimissus esset: hisceqꝫ in
locis insedisset. Romam ab eo ciuitatem conditam appellauit. Alii Rhomum
latinorũ tyrãnum | qui ex Thesalia in Lydiã & ex Lydia in Italiam eiectos Thyr-
cenos compulit proficisci. Quinimmo Romulum quidam extitisse ferunt: qui
huiusmodi ciuitati ab se nomen indidit. Cuius generis & uitȩ uariȩ fuerũt opi-
niones. Nam alii Eneȩ filium | & Dexitheȩ Phorbantis gnatȩ fuisse existimant:
atqꝫ illum una cum fratre Remo paruulos admodum in Italiam delatos esse
Qui cum proximum fluitantem alueum ingressi essent | amissis cȩteris nauibus
quȩ cum his uenerant: eos tamẽ in tenuem ripam a periculo incolumes euasisse
Alii uero e Rhoma genitum Romulum ferunt Troadis illius filia quȩ latino
Telamaco nupserat. Alii ex Emilia prȩclara Eneȩ ac Lauiniȩ eius uxoris prole
cum a Marte fuisset compressa. Alii prȩterea mira quedam fabulantes aiunt
Tarchetium quẽdam immanem ac impium albanorum regem: cum illi demo-
nis cuiusdam imago per uisionem occurrisset: dies enim aliquot pȩnes se Pria-
pum domi continuerat. Ex Tyrrhenia Athedide oraculũ accepisse: ut si uirginẽ

filiam Priapo coniunxerit. Venturum ex ea filium | qui tum uirtute | tum etiam fortitudinis ac fęlicitatis gloria cęteros anteiret. Itaq; uni e duabus quas habe-bat uirginibus imperasse traditur: uti aduenienti deo se coniungeret: uirginem uero a tanta rei fęditate abhorrentē: patris imperio defecisse: ac pro se ancillam suam supposuisse priapo. Quę res cum ad aures Tarchetii peruenisset: ipsum incensum ira: ambas illico ut perirent in uincula cōiecisse. Vestam uero illi per quietem uisam ac minitatam mortem | uirginibus tęlam quandam ut texerent attulisse: pollicitantem ut cum id opere perfecerint tum breui fore | ut ambę ma-ritos nasciscerentur. Sed Tarchetio imperante | quantum illę interdiu laborabāt tantum alias noctu detexere. Ancilla interim cum geminos peperisset: regem iussisse: Taratio qui tum regis minister erat: ut editos infantes protinus expo-neret: quo facillime necem inirent. Taratium uero sublatos puerulos iuxta flu-enti ripam deposuisse. Lupam deinde aduenientem | eis blande admouisse mā-mas. Volucres quoq; eousq; alimenta contulisse traditur: quoad pastor quidam admiratione rei captus: cum proxime accessisset: uagientes puerulos cōspicatus domum ad uxorem detulerit. Qui cum adoleuissent: Regem postea adortos nephande impietatis pęnas dare coegisse. Quamquidem sentētiam Promathion attulit rerum latinarum scriptor. Sed Diocles Peparethius: primum omnium apud gręcos fidelius eam rem litteris commendauit. Quem etiam Fabius pic-tor in plurimis secutus est. Sed alia est longe his probabilior sententia. Nam inter albanorū Reges | qui ab Enea duce stirpis primordia deduxerant | totius ci-uitatis imperiū duobus relictis fratribus Numitori & Amulio | per successionis ordinem deuenit. Amulius uero cum res Albanas bifariam partiret. Regnū scilicet & quod ex Troia thesaurum maiores deuexarāt: ut utram partem uelit alter deligeret. Tyranidem potius sibi Numitor elegit. Sed Amulius ob auri magnitudinem factus potētior: fratrem adortus sedem regiam facile occupauit Priuato igitur ea maiestate Numitore: Veritus ne ex filia liberi procrearentur eam ueste sacerdotem deuouit: ut omnem sibi parundi spem adimeret: perpe-tua uirginitatis obseruantia: Hanc nonnulli Iliam: alii Rheam: Quidam etiā Siluiam appellant. Non multo deinde tempore post: deprehensa in adulterio uirgo: pręter uestalium conditionem: paulatim porrigere aluum cępit. Quod sentiens Amulius | mulierem confestim summo studio obseruari iussit. Antho uero regis filia timens nequid mali Siluię suę quam amabat | eueniret | cum per dietam arcte contineretur Ne pariens lateret Amulium | non cessabat pręcibus parentem afficere obsecrando obtestundoq; ne uelit in Siluiam inseuire. Edidit demū geminos infantes mire magnitudinis & formę. Quapropter Rex lōge amplius ueritus | iussit seruulo | ut puerulos exponeret. Quem quidam Faustulū fuisse dicunt. Alii potius qui eos postea susceperit opinantur. Seruus itaq; accurrēs cōpositos in scapha infantesad amnē prope fluentē ut immergerentur deducit. Sed cum aspexisset fluctuantem pęnitus alueum: diffidens animo ti-muit propius accedere. Atq; abiēs iuxta ipsius fluminis ripas infantes reliquit Forte euenit ut sublatos eos a fluctibus una cum scapha illa: cum amnis ripas admodum excessisset | mollis unda in littore constituerit. Quem locum germanū ab his posteri uocant. Maiores enim germanos dicebant quos modo fratres appellamus. Et caprificum quandam quę eo forte loco conualuerat: a Romulo

ipso ut plurimi opinantur Ruminalem uocant. Vel ob eam causam ꝙ ibi pro/ strata pecora sub umbra ruminare consueuerant: uel potius propter puerum lactationem: Nam mammas ueteres rumas appellabant. Ferunt pręterea sacra deę Romuleę ob creditam in puerulos curam & adhibitam ipsorum uitę dili/ gentiam & studium: quę quidem lacte potissimum celebrant. Aiunt insuper lupam quandam: ac uolucrem picum adeo summa cum beniuolentia ac clari/ tate infantibus astitisse: ut & hęc ubera benigne & alimenta plurima sibi contu/ lisset. Sed cum huiusmodi animalium genera Marti in primis dedicata sint & latini quoq; pre cęteris picum colant: non mediocrem mater prębuit fidem eos pręclaram Martis sobolem extitisse. Sunt & qui dicant illam ab Amulio cum se in armis obuiam uirgini dedisset: inpudenter fuisse compressam. Verũ obtecta atq; obscura ipsius nutricis appellatio|quę illos educauit: Cum latini huiusmodi feras ac fęminas quę prouulgato corpore minus pudice uictitant| lupas appellent: haud mediocrem huiusce rei dubitationem posteris reliquit: Nam huiusmodi fuisse Faustuli mulierem ferunt. Laurentię quidem huic nomẽ fuit. Ideoq; Romani festa quedam celebrabãt|quę ab ea Laurentia uocant. In/ stitueruntq; ut ipsę martis flamen Aprilis mense illius sacris libaret. Ilia prę/ terea a Romanis Laurentia colitur: hac potissimum quam dicam ratione: Nam cum cultor Herculis fani|forte ut sit opera liber|ac cura solutus|per templum incederet: compellasse deum dicitur|ut una secum iaceret aleas|atq; si ipsę eius rei uictor extiterit|spem daret futuri sibi cuiuspiam ab eo spectatissimi muneris| quod Herculea dignitate dignum uideretur. Sin secus honoratam ac honustã illi dapibus mensam pręstiturum. Tum etiam ęgregiam forma uirginem qua potiri commodissime poterit. Verum cum Aleas in medium posuisset: uictum se illico ab Hercule cognouit. Itaq; ut ipse uictori deo satisfaceret: Copiosissimã dapibus mensam instituit|& Laurẽtiam florentissimę ętatis uirginem|inter Sa/ celli penetralia mercede conduxit. Ibiq; cum lectulum strauisset: post cęnam abiens uirginem intus cohibuit: tanq̃ cum Hercule esset cohitura. Hercules demum cum aduenisset: imperasse Laurentię dicitur: ut mane oriẽtem uersus in forum prodiret|& qui primum ei obuiam occurrisset: illum adhibita saluta/ tione amplexaretur|sibiq; omni beniuolentia ac mansuetudine amicum pareret. Tarutius forte huic primum obuiam factus: uir eius ciuitatis primarius|genere clarus ac amplissimis fortunis potens|sine liberis ac uxore|Laurentiam lętus excepit: Qui cum postea ad finem uitę peruenisset|non mediocri rerum copia superstitem illam|suam ascripsit heredem. Ex quibus ipsa postremum plurima populo romano testamento reliquit. Reliquum uero ipsius uitę tempus adeo ferunt cum laude & gloria uixisse: ut ab accolis Theophila nominaretur. Itaq; a populo romano eos honores eamq; dignitatem & ipsam fuisse consecutam: Eoq; potissimum in loco euanuisse|ubi alterius Laurentię superioris corpus ia/ cebat: quem ideo adhuc posteri hilaurum uocant uelaturam etiam appellant quia cum sępius inundat ripas Tyberis: Romani inde in forum a portitoribus conuehuntur. Alii tamen sic dictam ferunt ꝙ ciuitatis principes cum inde ad spectaculum prodirent: qua uia ad equorum cursum ex foro ferebantur totam linteis uelis operire consueuerint. Faustulus uero regius pastor cum interim uagientes puerulos offendisset: singulari quadã admiratione captus: eos repętę

clam omnibus domum contulit : ac Laurentię eius uxori imperauit ut summa
cum fide & caritate educarentur . Sunt qui dicant & potissimum qui eas res fa-
miliarius pertractabant : ipsum Numitorem facti conscium : susceptis infãtibus
alimenta quocꝫ clam suggesisse : & litteris apud Gabios non instrenue eruditos
cętera etiam uirtutis ornamenta quę quiscꝫ ingenuus adolescẽs sũmo loco natus
instituitur perdidicisse : uocatoscꝫ esse ab ea ipsa educatione Romulũ & Remũ
quoniã rumas id ẽ lupę mãmas emũgere cõperti sint. Erãt aũt indole haud quaq̃
seruili & ea maxime quę futurã quãdã magnitudinẽ & probitatẽ prę se ferret . Cũ
uero ambo adoleuissent : uiribus ac aĩo prędıti quo quęcꝫ res factu difficilior
erat : eo audatius se cõferebãt . Eminebat tamẽ in Romulo natura facilior & ad
cõsiliũ ciuilẽcꝫ prudẽtiã aptius ingeniũ. Inter enĩ cõmunia pecorũ pabula & uena
tiones ea maxime cuicꝫ de se pręstabat quę potius ĩperatorio uiro q̃ seruo aptiora
esse uidebantur. Propterea cõtribulos suos & quemcꝫ ex infimo loco uirũ ambo
ad se contrahebant . Nec pluris regis pręsides : regii quocꝫ pecoris magistros
existimabant : ac si nemini uirtuti cederent : nec essent inferiores cuiq̃ pręstantia
& dignitate . Minas & aliorum in se furorem paruiducebant : uictu semper &
consuetudine liberali prę cęteris utebantur : Id imprimis haud quaq̃ ingenii
hominis officium esse rati : si ocio aut ignauia desipiscere animos sinerent : sed
cursando | uenando | prędones quocꝫ profligando | furescꝫ capiundo | & denicꝫ ui-
olentissimis quibuscꝫ manus inferendo | gloriã sibi parare posse putabant. Qua-
propter euenit ut ad magnum dignitatis culmen euaderent . Orta deinde con-
tentione ob pecorum pabulationes inter Numitoris pastores & Amulii ambo
bachati armis aduersantes oppressere : multacꝫ deinde pręda potiti ambo do-
mum intacti rediere . Ea res adeo Numitoris animum offendit : ut conuocata
ad se non mediocri hominum multitudine quibus aliquod animi specimen &
audatię inerat : in Remum unum impetum fecerit : Romulus ipse tum forte
aberat cum diuinis rebus uacaret . Erat enim augur & maximus diuinorum
cultor : Sed percussis utrincꝫ plurimis Numitoris pastores superantes uiuum
Remum in Herilis manus coniecerunt . Numitor uero importunitatem regis
ueritus : se ab ira ultionecꝫ cõtinuit adienscꝫ cõfestim ad regem rogat ut in Re-
mum quem deprębensum tenebat animaduerteret : nec pateretur ab huiusmodi
seruis suis pręter eius dignitatẽ graui sepenumero affici ĩiuria. Moti huius rei in-
dignitate Albani | mouerũt regẽ | qui ut facilius incẽsum fratris anim extinguere
posset : captum Remum eius arbitrio : libertaticꝫ donauit . Numitor itacꝫ cum
domum cum Remo rediisset : admiratus iuuenis magnitudinẽ & robur | eamcꝫ
intuens de se confidentiam animumcꝫ minime seruilem : qui nec ipsius pręsen-
tia : nec astantum multitudine mouebatur : Audienscꝫ denicꝫ haud indecora
facinora | quę nequaq̃ minus ęgregia ac magnifica erant : q̃ quę uultu : frõte : ocu-
lis uidebãtur : diuina quasi admonitione tactus | in generis sui suspitionẽ incessit
Sicꝫ cognitus Remus | manifestissimam omnibus fidem cum singulari quadam
uocis mansuetudine ac benignitate : tum etiam ipsius oris indole de se prębuit
liberiorecꝫ animo fretus : Omnia inquit de me tibi aperiam Numitor : cum mihi
uidearis aptior esse huius ciuitatis imperio q̃ Amulius . Quippe qui anteq̃
manus in quempiam feras : audis ac respondes ęquo animo : ille uero priusq̃
quid iudicet sciat alienis manibus ac libertati : captos tradit . Primum quidem

uulgatissima de nobis fama est : Sumus enim gemini uno partu editi : Faustulũ
regii pecoris ministrum & Laurentiam uxorem nos peperisse fertur . Addũtur
etiam mira quedam atq; auditu minus probanda . Nam cum parentis iussu
iuxta fluenentem Tyberim expositi essemus : lupam aduenientem ferunt nobis
blande prestitisse mammas | atq; uolucrem picum uictum quoq; & alimenta cō-
tulisse : Extat adhuc scapha illa qua expositi parentis impietatem effugimus
Eneis accincta uinculis ac litteris minime obscuris insculpta : quę quidem cum
sint salutis nostrę quasi monumēta quędam cum ad posteritatis manus perue-
nerint : consumptis iam forsitan parentibus : non parum nobis afferent utilita-
tis . Quibus auditis Numitor eius ętatem ac forme decus secum reputans per-
cussit eum illico animum nepotũ memoria : cępitq; cogitare quo pacto filię quę
acciderant aperiret . Nam adhuc obsessa uinculis a rege detinebatur . Faustulus
interim eum captum Remum audisset : grauiter & iniquo animo ferens : illico
accito ad se Romulo : quo pacto geniti : quoue educati essent indicat & quantũ
illi cognoscere necesse fuit | tũ primum edocuit . Ipse uero solicitudine ac timore
anxius scapham illam arripiens ad Amulium contendit : qui cum ad regiam
applicuisset : iniecta regis custodibus suspitione paululum a uestibulo repressit
Et demum quidnam uenisset dicere coactus : non latuit Faustulus & palliolum
aperiens scapham ostendit : oratq; ad regem aditus patefaciant . Erat tum forte
inter eos quidam ex his qui antea principis imperio infantes exposuerāt : qui
scapham aspiciens cum apparatu illo : lectisq; circum litteris | confestim in suspi-
tionem uenit | atq; abiens omnia regi indicauit . Accitus deinde Faustulus | oīa
cur uenerat Amulio palam fecit : infantes conseruatos esse inquit | seq; salutem
eam sibi prestitisse | & non longę ab Alba habere domicilium : Vnde sępenume-
ro ad Iliam puerulos deferebat : ut mater filiorum aspectu spem caperet futurę
libertatis . His igitur auditis examinatus Amulius : uirum accersi iubet . Nu-
mitori forte summa beniuolētia deuinctum alioquin fide & probitate pręditum
qui fratrem adiret sciscitaturus : siquid & ipse de nepotibus pręsensisset : cogno-
sceretq; quid animi Numitori esset : abiens itaq; Numitorē offendit : qui nepotē
Remum iam cognitum incredibili quadam animi alacritate inter amplexus te-
nebat : Cępit tũ nuntius eos hortari ut ad ampliora erigerent animos | atq; eadē
ipsa regi rependerent quę olim in se tam impię consuluerat : pollicens se illis
nunq̃ defuturum | rebusq; omnibus suam opem atq; operam pręstiturum : ne
uellent hanc rem diu tergiuersari : esse nunc tempus & oportunitatem | qua facile
poterint crudelissimi tyranni crudelitatem uindicare . Inflammato itaq; ad faci-
nus Remo : Nec ipse quidem Romulus longe cum exercitu aberat : qui conci-
tata ad se non mediocri ciuium multitudine | quę aut tyranni odio aut crudeli-
tatis illius timore ad eum confluxerant | in fratris subsidium properabat . Con-
sedere igitur cum exercitu in inferiori ciuitatis loco : cum iam intromissi essent
& partem ipsius plurimam occupassent : Verutis longis armati fasciculo stipu-
larum adiuncto quos latini manipulos uocant : unde & nunc in exercitu pedi-
tes ab his manipularii appellantur . Amulius uero cum ea quę approbantur in-
tueri cępit | ciuibus sibi undiq; deficientibus : prę timoris magnitudine : nullam
sibi proponens uitę spem | aut salutis consilium derelictus pęnitus uita deces-
sit : Sed hęc fortasse quispiam fabulosa quędam & minus uera esse existimabit :

quod si respexerit quibus initiis ciuitas ceperit: quoue etiam magnitudinis postea creuerit: & populo Romano res gestas: q̄ magnifice ac amplissime extite-rint: ni mirum hęc omnia diuina potius q̄ humana opera euenisse iudicabit. Adsunt etiam probatissimi testes: Fabius pictor & Diocles Peparethius: quem constat prima illa urbis incunabula memorię commendasse. Mortuo igitur Amulio cum adhuc uiueret Numitor: se se rebus Albanis superesse indignum duxerunt: Sicq; rem pręstantissimam rati animo instituerunt. Numitore Albe relicto & adhibitis parentibus non mediocribus honoribus: condere & se ciui-tatem eisdem potissimum in locis quibus ab initio educati erant. Hęc enim pręcipua causa fuit: nam fortasse erat necesse: aut eos deserere quos ipsi ad se con-ciuerant ad facinus: cum antea eorum scelera ac flagitia expulerant patria: aut certe una secum eosdē lares eandēq; ciuitatem incolere: quod maxime indignū uidebatur: eos potissimum uiros ciues patrię declarari: ac commisceri Albanis qui antea inter cędes: furta rapinas omni studio conflagrassent. Quam quidem rem haud secus fuisse ea de raptu mulierū audatia: quę postea euenit testimo-nio fuit: cum id ausi sint non ut iniuriam finitimis inferrent: sed mulierum pe-nuria & necessitate: cum omnes benigne maximeq; acceptę sint: atq; ipsi antea a cęteris despicerentur. Post uero prima urbis fundamenta: templum quoddā constituerunt: dei Asylii appellantes: quo omnes raptores ac patria profugi cuiusuis generis seruus an liber esset sine discrimine undiq; libere confluebant. Quod quidem ut statim ciuitas hominum multitudine repleri posset Apolinis oraculo constitutum esse prędicabant: fuere ab initio non plura ut aiunt q̄ mille domicilia: sed de his postea. Condita autem ciuitate: structoq; Asylii templo ad urbis appellationem animum uertere. Romulus uero quadratam Romam ab se appellari contendebat: Erat enim ab initio quadrangularis: atq; illum conditę ciuitati imperare. Remus autē ab se cum insideret fortiorem Auentini locum: quem ex illo postea Remonium appellarunt: nunc uero Rigniarium uo-cant. Compositis demum utrinq; animis: urbis appellationem auium signifi-catione portendi conuenerunt: quibus separatim insidentibus: sex aiunt uultu-res Remo: & duodecim Romulo occurrisse. Quidam uero rectissime Remum uidisse & mentitum Romulum prędicant: Sed abeunte ex Auentino Remo eos tum apparuisse fratri: Propterea nunc quoq; Romani augures hoc genere auium inter augurandi studium prę cęteris utuntur. Herodotus uero ponticus refert Herculem quoq; eorum occursu inter res gerendas magnopere delectatū Est enim animal minus cęteris pernitiosum. Nam eorum quę homines arant: quę seminant: quę ue ędificant: nihil unq̄ ab his contactum collisum ue reperitur Vescūtur autem cadaueribus: nullum unq̄ uiuens morte afficiunt: nec unq̄ in-ferunt iniuriam: a cęteris quoq; auibus tametsi mortue sint: quasi proprio san-guine mirifice astinent. Aquile uero Milui & Accipitres: & quęq; eius generis sunt omnes suos quoq; & uulnerant & occidunt. Et ut Eschilus inquit: alter alterum aucupari nititur. Pręterea tanta est huius uolucris dignitas: ut non nisi raro humanis oculis uersetur: cū cęterę aues cōtinua quasi cōsuetudine cōspiciā-tur nec facile quispiā in eius fętus incidisse traditur: propterea augures nō spō-te: nec natura huiusmodi uolucres apparere existimant: Sed ab diis missos ut pręsagium mortalibus nuntient. Verum ubi Remus dolum sibi a fratre iniectū

esse sensit ea opera quę passim statuebantur irridere cępit. Nonnunꝗ etiam im/
pedimento laborantibus esse: cum ipse Romulus incenium loca aratro signaret
quibus fundamenta altius fabricarent. Et deniq; cũ transiliisset incenia: iratus
Romulus ut aiunt nonnulli: fratrem confodit: Quidam uero ab alio occisum
ferunt ex his qui cum eo erant: quem Celerem appellabant. Concidit etiã in ea
disceptatione Faustulus & Plistinus Faustuli frater: quem una educasse Romulũ
ferunt. Celer uero in Thyrreniam exulauit: & ab illo Romani uiros nequaꝗ Se/
gnes Celeres appellarunt. Vnde Quintus Metellus Celer dictus ꝙ parenti
mortuo gladiatorios ludos paucissimis diebus absoluit. Cum omnes apparatus
illius celeritatem obstupescerent admirarenturq; diligentiã: Romulus interim
constituta ingenti scrobe in Remonio colle circa eum locum quem nunc comi/
tum appellant: fratrem sepeliuit. Cumq; obruisset una cum illo quędam uitę
sarmenta. Instituit ut omnium rerum primitię quę ad usum hominis uitęq; ne/
cessitatem: lege aut natura traditę sunt: eo deportarẽtur: Et deniq; ex qua quisq;
ciuitate aut loco Romam adibat: parum ex ea tellure secum ferens in scrobem
illam ingerebat: Quę quidem cum in orbem deducta esset: mundum ut cęlum
appellabant. Igitur ut ciuitatem denuo conderet: Acciitis ex Tyrrhenia uiris
qui sacris solennibusq; cerimoniis ac litteris quemlibet erudirent: iterum in/
cenia in orbem descripsit. Ipse enim cum fęminam bouem & marem cõiunxis/
set aratro menium loca designabat: sequentiũ uero opera erat ut quas glebas
aratrũ eruisset uerterent in interiorem partem: nec sinerent modicam quidem tel/
lurem delabi. Hac siquidem aratri eruptione cum quasi linea quadam męnia
designasset: quod loci post ac circa ea erat per sincopam pomoerium quasi post
murum appellauit. Vbi autem urbis aditus aptius se offerebant: oportuno loci
spacio relicto intactam tellurem pretermittebat: Vnde męnia sacra pręter adi/
tus uocabant: Quibus sacri nomen indicere iniquum ducebant: Cum omnia
cuiusuis generis quę humanę uitę necessaria sint per eas inferre ac referre opus
erat: quę sępenumero minus sancta ac pudica esse contingebat. Constat itaq;
Vrbem Romam ad decem Maii Kls conditam extitisse: quam diem Romani
unam inter sacratissimas habent: Natalem patrię appellantes: qua ue nullum
antea uiuens corpus in sacris mactare consueuisse traditur: ne sanctissimum pa/
trię natalicium aliquo impuro sanguine cruentarent: Celebrabant quoq; ante
conditam urbem eadem potissimum die pastoralia quędam festa solennia quę
Palilia appellant: Sed hęc Romanę Numenię longe a gręcorum consuetudine
deflexerunt. Cęterum diem illam qua Romulus ciuitatem condidit trigesimam
plane contigisse ferunt: & eundem lune ad solem cursum extitisse: quem uidisse
Teium Antimachum opinantur: tertio sexte Olimpiadis anno. Erat ea tempe/
state Romę qua Varro omni philosophię genere ac rerum gestarum scientia
maxime claruit: Tarutius philosophus eius familiaris qui cum Mathematice
disciplinę apprime eruditus esset: ad ea potissimum quę ad Methodi cognitio/
nem circa tabulas pertinebant: se se doctissimum habunde pręstabat: Hunc ro/
gauit Varro: ut natalem Romuli diem usq; ad horam deduceret: faceretq; sylo/
gismum: ex his quę de eo uiro prędicabantur: quemadmodum Geometricorum
problematum resolutiones deducuntur: esseq; eiusdem generis speculationem
dicebat. Si quis enim tempus illius generationis animaduerteret: uitam etiam

hominis prędiceret. Taruttus igitur post habitis cęteris rebus rem ipsam agressus, quęque fęliciter Romulus gesserat, quęque etiam aduersa pertulerat & uitę tempus uitęque modum recte inspiciens, primam ipsius in Matre conceptionem anno tertio secunde olympiadis asseruit extitisse: Mense uero secundum Egyptios quem Romani Decembrem uocant, & tertia ac uigesima tertię horę in qua solempniter defecit: Et natum mense Septembri, qui ab Egyptiis appellatur. Die prima post uigesimam circa solis ortum: Et Romam ab eo cōditam die nona inter secundam & tertiam horam mensis Aprilis: quem Egyptii uocant: Nam ciuitates quoque suam quamque fortunam habere opinantur, & proprium quoddam ipsius primę originis, quemadmodū & mortales habent quod spectat ad cursus influxusque stellarum. Condita igitur ciuitate, primum quidem Romulus eos quibus inerat ętatis uigor in militaris legiones distribuit: quarum quelibet peditum tria milia, & equitum tercentum numero continebat: quam ideo legionem appellauit, quod ex electis omnium militibus cōstabat. Cęteram uero multitudinem populum uocauit. Centum deinde creat Senatores quos patres appellauit: & ordinem Senatum. Quę quidem nominis appellatio a senectute emanasse constat: Patres autem uocatos ferunt: quod liberorum patres essent, aut ut quidam uolunt, quod qui non habeāt, eos possent suos tanquam patres demonstrare, quod multis contigerat, & his potissimum qui primum ciuitatem tenuerant: uel quod ipsi reliquę multitudini, patroni, hoc est defensores esse debebant: Nam sic Romani defensores appellant, a patrono quodā ut existimant ex his qui cū Euādro olim ea loca tenuerant: Viro quippe elaborantis inopia plebis studiosissimo, ac opitulatori: aut certe Romulus ipse quos uidebat uirtute aut dignitatis excellentia pręstare, ut eos aliquo pręmio exornaret, superiores fecit, sic patres appellans, ut ea nominis mansuetudine ac benignitate, & magistratus austeritatem, & priuatorum formidinem ac inuidiā succidere posset. Quę consuetudo huc usque conseruata est, nisi quod cum plures in dies huic ordini ascriberentur, patres conscripti modo appellentur: quod nomen etiam priscum illud dignitate excellit: & peregrini non patres eos, sed Romanos principes uocabant, & cęteros defensione patronos. Erat enim tum primum tanta inter eos iam parta omniū beniuolentia, ut & si omnes seuerissime iudicarent, neque damnatis fugiendi supplicii locus esset: Cum essent qui de omnibus animaduerterent, qui uirtutem tutarentur, qui mores censerent, qui leges sancirent: Sanctitas quoque intra sua limina custodirent: tamen omni studio ac caritate incredibilique obseruantia a cęteris priuatis colerentur. Ipsi enim plebis patroni ac omnium defensores erant. Plebs uero intra obedientię septa se continebat: Primates inferioribus filias in matrimonio dare: Vbi aliquod uirtutis specimen intuebatur non recusabant: Nulla lege cautum erat: ut patronus clienti iureiurando astringeretur: neque patrono cliens. Et denique cum plurima alia pręclara instituta obseruarent: un imprimis indignū ac inhumanum ducebant: ab his pecunias accipere qui paupertate & inopia laborabant. Quarto deinde mense post conditam urbem ut Fabius scribit. Noua quędam Romulo audacia incessit. Nam cum esset & ingenio ferox, ut materiam belli suscitaret: oraculis quibusdam frętus quibus declarabatur futura Romę magnitudo: si rem militarē colerent Romani, in agrum Sabinū irrupisse a nonnullis traditur

atq; inde triginta solum uirgines abduxisse. Verum alia longe laudabilior atq; uulgatior fama emanauit: Romulus scilicet cum uideret ciuitatem indies noua incolarum frequentia magnopere conualescere, atq; ob mulierum inopiam minime duraturam magnitudinem, cum a uicinorum connubio depellerentur, se se eam rem noua arte atq; consilio iniisse, ratum animo si bene cessert futuram sibi cum Sabinis perpetuam amicitiam, & quandam sanguinis communionem It primum ex se fama per Finitimas urbes, quod sacram cuiusdam dei aram in subterraneo specu abditam offenderit, quem Consum Romani uocāt & inde Consules dicti quos greci appellant, uel potius ut Proculo placet: Neptumnum equestrem. Est enim sita eius ara in maiori equorum cursu: quā cum equestres ludos celebrabant, omnibus adire fas erat. Reliquū uero tempus nec inspicere quidem cuiq̄ licebat. Quod profecto haud quaq̄ fuit absonū significatione: nam ut decet consilia nemini palam esse, sed archana atq; in ipsis hominis penetralibus abdita, sic etiam haud temere qui consiliis preerāt in abditissima a ceterorum conspectu parte colebant. Hec igitur cum primo apparuisset. Romulus illico clarissima sacra, solemnisq; ludos simulat se facturum. Cōctisq; ad spectaculum plurimis ex Finitimis ciuitatibus, ipse toga purpurea redimitus inter primates assidebat. Signum autem fuit, ut cum e sella assurgeret & purpuream clamidem complicaret atq; implicatam denuo explicaret, omnes pariter in Sabinas irruerent: que quidem ut spectarent ad id ludicri conuenerant. Erant tum circum illum armati plurimi, qui cum primum Romulus facto signo se ostendisset, strictis ensibus elatoq; ingenti clamore in Sabinorum uirgines irruerunt. Missisq; sine offensa patribus triginta solum raptas fuisse a nonnullis traditur. Vnde postea curie ipse appellate sunt: Sed Valerius Antias septem & uiginti ac quingentas. Iobas uero tres & octuoginta sexcētasq; extitisse tradidit. A quarum contagine ipse Romulus penitus abstinuit: postq̄ hersiliā unā habuit, quā plerīq; ignorabāt. Quod maxime illū a culpa scelereq; uindicauit non profecto id fecisse ut iniuriam Sabinis inferret: Sed potius ut firmam ac stabilem amicitiam & affinitatem connubio sanciret, eaq; sanguinis coniunctione quasi necessitate quadam inter se legitime deuinaret. Aiunt tamē nonnulli hersiliam hanc hostilio potius contigisse: Viro sane tum e Romanis clarissimo: Sed plurimi superiori sententie conueniunt: atq; ex ea Romulum geminos procreasse ferunt: unam scilicet feminam Promam appellatam: cum prima ex ambobus genita sit. Alterum uero marem quem Aollium appellauit ab ea ciuium multitudine conuocata: sed postea mutatis litteris Abillium Quam opinionem secutus Xenodotus Trecenus, plures sibi aduersarios concitauit. Erat tum forte inter eas uirgo quedam mira pulcritudine & forma: que cum a cetu infimorum hominum deduceretur, moti eius indole quidam ingenii adolescentes, ut raperent uirginem insecuti sunt: uerum cum Talasio puellam adduci sensissent, qui tum & sanguinis dignitate, & etatis ac probitatis gloria plurimum prestabat: se se illico a uirgine abstinuisse ferunt atq; laudasse eius uiri fortunam: Nonnullos etiam usq; ad eius domicilium una contendisse. Talasium ipsum incredibili studio proclamantes: quem adhuc Romani cum ipse singularem quandam ex ea uirgine felicitatem postea consecutus sit: in nuptiis ut greci hymenea, ita & ipsi proclamare consueuerunt. Sextius uero Syllas

Carchedonius uir haud quaq̃ dicendi dignitate ineruditus sepęnumero dicere
solebat : ꝙ id nominis a Romulo pro signo rapiendarum uirginum omnibus
fuit : Nam qui puellas deferebant Talasii nomen proclamabant : Vnde ea con-
suetudo ad pastores emanarit : Sed ut plurimi opinantur ex quibus unus est
Iobas : hanc scilicet uocē primo in nuptiis habitam fuisse / non nisi ut prouoca-
ret ac lacesseret uirgines ad opera & labores & potissimum ad lanificia : Nam
gręci lanificium uocant / & tum latini sermones nec dum satis plane
a gręcis desciuerant : quod si uerum est qui non diceret ex eo bello potius hanc
consuetudinem emanasse quod postea cum Romanis Sabini gesserunt : Nam
cum pacato iam bello sedatisqꝫ utrinqꝫ animis ambo exercitum in pacem con-
cordiamqꝫ redissent / icto fędere ac conditione inter se conuenisse ferunt / ut raptę
mulieres nulla alia opera maritis tenerentur q̃ lanificio elaborare : Quę consue-
tudo etiam ad pastores uenit / ut qui filias maritis tradebant aut certe qui aderāt
Talasium adnuptę disciplinam clamitarent / testificantes ad nullam aliam operā
mulieres excitari q̃ ad usum lanęqꝫ laborem . Mansit adhuc alia Romanis co-
suetudo ut sponse nullo pacto maritalis domicilii limen pertingerent / sed sublatę
illico a pręsentibus intromitterentur / ut uim illam S ai qnis a Romulo illatam
testificarentur . Aiunt pręterea Romanas mulieres nulla alia ratione acuto stilo
in discernendis crinibus uti / nisi ut esset perpetuum illius acerbissimę pugnę
posteris monumentum . Constat igitur tantum facinus a Romanis perpetratū
die octaua ac decima mensis Sextilis quem nunc Augustū uocant : Qua quidē
deo Conso Consualia festa cęlebrabant . At Sabini cum uidissent tametsi plu-
rimi essent nec ad bella segnes / quippe qui ciuitatem sine męnibus colerent / ut
priscam illam Lacedemoniorum consuetudinem referrent unde in ea loca colo-
niam deduxerāt / tanq̃ nullum alium aduersum populum ob animi magnitudi-
ne pertimescerent / prius tamen q̃ bellum inferrent / Romam legatos miserunt
qui adhibita mansuetudine & modestia Romulum prouocarent ad reddendas
patribus mulieres : Orarentqꝫ uellet tantę illatę iniurię culpam delere : Quod
si fecerit sponderent se postea firmam ac stabilem amicitiam & affinitatem legi-
time facturos . Romulus uero cum diceret eam iam sanguinis communionem
cum Sabinis accepisse / nec uelle ullo pacto uirgines remittere . Inani oratione
legati Romę tempus terebāt . Acron interim Ceninensiū rex / uir acerrimi animi
cum iam pridem Romuli audatiam pertimesceret / existimans ob eam rem quā
in Sabinos gesserat metui ac terrori omnibus futur / nec propterea desiturum
Romulum . Illi ergo bellum inferre constituit : & comparata plurima militum
manu / in agros Romanos irrumpit . Cui contra cum exercitu ferociter fit obuiā
Romulus . Tum uero cum aciem uterqꝫ paruo interuallo coniunxisset / composi-
tis in armis militibus ambo Duces inter se pugnam conuenerunt . Romulus
igitur Iouem deprecatus si ex ea pugna uictoriam reportarit / se hostis spolia
eius templo dedicaturum / infesto telo irruens regem traiecit . Exercitum quoqꝫ
cum fudisset ciuitatem cępit . Hęc Atrocem tamen in ciues se pręstitit . Quin-
immo imperauit ut omnes una secum cum eorū rebus Romam proficiscerētur
fieretqꝫ ex duabus ciuitatibus unum corpus & par uoluntas . Propterea euenit
ut adiecta undiqꝫ multitudine / ita Roma mira magnitudine breui concresceret
Romulus uero Acrone deuicto / ut uotū iam pridē animo susceptum perficeret

& populo rem spectantissimam faceret. Ingentem quercum quasi tropheum infixit: Vbi Acronis illius spolia suspendens inter milites Laurea redimitus astabat. Elatam deinde dextro humero quercum accincta clamide ad ciuitatem cum exercitu armato deferebat, canens carmina Appollini uictoriali. Cui cęteri Romani obuiam facti comiter ac benigne Romulum excipiebant. Quę quidē pompa triumphorum principium fuit nec mediocrem uirtutis emulationem posteris reliquit. Dedicauit igitur ea spolia Ioui feretrio, quem9 sic appellauit ob illata in hostem uulnera: Nam ferire uulnerari significat, quod unum fuerat Romulus deprecatus. Vocauit etiam ea spolia opima, uel ab ope ut dicit Varro uel ab opere, cum sit opus ęgregium ac clarissimum, ducem belli parem sibi ductorem superare: Quod nemini contigit Romanorum, nisi duobus post Romulum, Cornelio scilicet Cosso, Cum Tolumnum Tyrrhenū obtrūcasset, & Claudio Marcello, qui Britomartum Gallorum regem superauit: Sed Cossus & Marcellus quadrigis euecti hostium spolia in triumpho detulerunt: Quibus quidem Romulum haud quaq̄ usum fuisse a Dyonisio traditur. Aiunt enim Tarquinū Demarati filium extitisse qui primus ob incredibilem eius animi insolentiam hoc triumphandi genus adinuenit. Alii uero Publicolam. Sed Romuli imagines licet intueri, neminem nisi peditem triumphum gessisse. Post igitur captā Ceninensium ciuitatem, nec adhuc tamen irritati Sabinorum animi ob acceptā iniuriam quiescere poterant, donec fidenas Crustumerium & Antennam uicinas urbis sibi aduersum Romanos adsciuerint: Sed deuicti ipsi pariter a Romulo uastatis undiq; eorum agris opressisecq; ciuitatibus, ut se se Romam traducerēt iussi. Quo facto ipse illico alia Romanis impartiri loca cępit, & quantum raptarum parentes agri domi habebant, tantum ibi ut possiderent dedit. Reliqui uero Sabini grauiter id ferentes Tatio sibi imperatore delecto aduersum Romanos cum exercitu irrumpunt: Sed erat difficillimi accessus ciuitas cum haberet obiectum omnibus Capitolium, in quo arcem Romanam constitutam. Tarpeius custos obseruabat. Nec ut quidam opinantur Tarpeia uirgo qui Romulū parum prudentem extitisse indicant: Sed profecto illius custodis filia fuit. Hęc siquidē cū aduētantibus Sabinis arcem prodere conuenisset, si quę in sinistro brachio gerebant Sabini prẹmio darent, nocte apperiens. Tatium cum exercitu tacite excepit: Sed profecto illud probatissimum est, quod Antigonus inquit Proditores quidem amare tyrannos: Sed odisse cum proderint. Quod etiam Cęsar ipse in primis testatus est cum de Rimitalco illo traicio dixisset. Amare quidē proditionē, sed proditores magnopere abhorruisse. Hęc ē enī cōmunis omniū natura & cōsuetudo ut huiusmodi uiros, ubi usus esset omnes amēt, ubi uero periit usus nimirū odisse malint: Veluti si cui opus esset, felle ac ueneno, quisquis enim pro necessitate laudabit: Sed cum necessitas desierit, abhorrebit. Quod ęque contingit Tarpeię. Nam Tatius ne quispiam Sabinorum uni impudentissime fẹmine inuideret, ex his quę in sinistra gerebant ereptum e leua clypeum una cum aureo anulo in uirginem coniecit. Idq; ut cęteri facerent imperauit oppressaq; plurima auri mole, proditionis pęnas etiā hostibus dedit. Existimatur quoq; Tarpeiū patrem eo crimine a Romulo captum, quod quidem Iobas Galbam Sulpitium asserit tradidisse. Additur etiam fabulę eam uirginem Tacii ipsius filiam extitisse, quę cum Romulo inuito parente coniuncta esset, ab eo

necatum: Quam opinionem secutus est Antigonus: Sed poeta Simulus pror/
sus insanire creditur: Existimans non Sabinis, sed celtis Tarpeiam Capitoliū
prodidisse: cum eorum regem acriter deperiret. Sic enim fere inquit Dum
Capitolinum coleret Tarpeia collem Gallorum exardens Regem: tūc hosti/
bus urbem Prodidit & patrias euertit perfida sedes Nec multo post finē
uersus inquit hoc pacto Arboei, Celteq simul populosa iuuentus Hanc
fluuio īmersam spectata cede piarunt Insuper horrentis clipeos atq arma
ruentes. Obruta ergo eo colle Tarpeia: Nomen quoq ab ea locus accepit: Nec
prius id sibi nominis defuit, q̄ Tarquinus rex cum ea loca Ioui dedicasset: reli/
quias omnes inde una cum ea prisca appellatione sustulerit: nisi quod saxum
in Capitolio constitutum, unde dampnati precipitabantur hucusq Tarpeium
appellatum est. Capta itaq a Sabinis arce, Tatius eorum dux ubi Romulus
suos ad pugnam stimulabat, fretus loci opportunitate, cum uideret aditum Ro/
manis difficillimum parum illius impetum pertimescebat: Nam id loci quod
inter utramq aciem uacabat cum esset plurimis uallatus tumulis asperam atq
difficilem pugnandi occasionem omnibus prebebat. Acciderat etiam q amnis
cum plurimis ante diebus ea loca inundasset: altissimum ibi lutum ac subtectā
illuuiem ubi nunc forum extat penitus reliquerit, que cum Sabinis incognita
esset periculo adeuntibus nō mediocri erat. Versi ad hunc locum temere Sabini
regionis desuetudine, Romanis cōmoditatem prestabant. Erat inter eos Curti/
us, uir quidam belli gloria clarus atq animo par, qui cum equum suum in Ro/
manos pre ceteris agitasset, usq ad hunc locum peruenit. A quo cum diu deti/
neretur, dimisso demum intra illuuiem equo egre pedes euasit: Qui locus huc
usq ab eo lacus Curtius est appellatus. Viso itaq periculo Sabini acrius in Ro/
manos irruūt. Confossisq ibi plurimis, cōcidit, & Hostilius, qui auus posterioris
hostilii fuit, qui post Numam Pompilium regnum accepit. Ex Hersilia illa su/
periori ut traditur genitus. Romulus etiam ipse cum inter confertissimas hostiū
manus acriter pugnaret, ictu lapidis in capite accepto egre se in equo continuit
Quo uulnere perterriti Romani usq ad palatinum collem hostibus concessere:
Sed rediens illico in bellum Romulus fugientibus suis obuiam factus ut starēt
imperat, iubet, proclamat. Qui cum adhuc uerterent terga, nec auderent in pug/
nam reuerti. Ipse protendens in celum manus, Iouem maximum deprecatus est
ut sisteret exercitum suum, & res Romanas iam cadentis erigeret. Moti pluri/
mi regis precibus ac pudore fugientibus ceteris pugnandi animum & audatiā
prestiterunt. Steterunt primo eo in loco Romani ubi Iouis statoris templum
constitutum est. Superior deinceps res Romana fuit: Fuso quoq exercitu usq
ad regiam & ad Veste sacellum hostes insecuti sunt. Ibiq cum ambe acies fir/
mato impetu constituissent, mira res quedam & spectatione digna stuporem
omnibus attulit. Nam rapte Sabinorum uirgines cum id uidissent, raptis in
ulnis infantibus, passisq per terga crinibus diuino quodā quasi spiritu instincte
cum lacrimis ac gemitu per medias acies ac tela prouolant: Exortantes modo
patres, modo uiros, ut fedatas iam acies dirimerēt & parcerent sanguini. Cuius
rei admiratione milites moti, sistunt illico aciem, tela comprimunt, iras mittunt
animos colligunt. Flebat iam totus eo spectaculo exercitus, omnesq ut matres
in medium prodirent, aditum apperiebant. Tum uero ipse: Quid mali fecimus

uiri? Aut quid deliquimus patres? Nec dum ſatis de nobis ſumptũ ſuppliciũ
eſt? cum in tantum dedecus ac ignominiam deuenimus/ut amiſſo pudore &
pudicitia alienis uiris rapte pręmeremur/niſi & hanc quoqꝫ ſuppremam omniũ
ac infelicisſimam calamitatem ueſtro telo/ueſtro ſanguine perferamus. Si uin-
dicandum erat horum ſcelus/ſi ulciſcenda iniuria. Si redimenda tanto ſanguine
captiuitas noſtra: Cur non ab initio aduerſum nequiſſimos hoſtes ueniſtis? Cur
contempſiſtis cum recens erat ſcelus? & adhuc pudorem & uirginitatem noſtrã
intra ſua limina tuebamur: Sed expetaſtis ſcilicet ut cum his uiris aliquo pig-
nore deuinciremur: quo maiori poſtea męrore ac moleſtia & maritis iam factis
& uobis patribus afficeremur. Quippe quę tam nefando pręlio/tam infeſtiſſimo
ferro: Cõmuni ſanguini ac parricidio partus noſtros maculari intueamur. Hęc-
cine eſt paterna pietas? Hęccine liberorum amor? Hęccine connubiis fides? Si
ſalutem noſtram petitis: ſi libertatem queritis: ſi pietatem colitis/mittite hos
animos/mittite hęc arma/quę non niſi in generos ueſtros quaſi in proprium
ſanguinem contuliſtis? Ne ue ſinite ut ſine his uiris uiuamus ex quibus iam &
liberos genuimus/& beniuolentiam & caritatem comparauimus: ne ue in aliã
ſeruitutem ac calamitatem concidamus. Hęc Herſilia unaqꝫ cum cęteris locuta.
Ambo illico duces ad percuciendum fędus conceſſere. Mulieres interim depo-
ſitis armis parentes & germanos obibant/congratulabantur/uiros quoqꝫ addu-
cebant ſuos/liberos oſtentabant/domum/res/fortunas illis apperiebant. Non
deerant feſſis uitę fomenta: Neqꝫ deerat Sauciis cura ſtudium & diligẽtia. Mi-
rari Sabinos filię/domi tantam paratam libertatem. Mirari etiam tantam cum
uiris beniuolentiam & dignitatem conſecutam. Quare mitigati hoſtes/hac con-
ditione fędus intra ſe iunxiſſe ferunt: ut mulieres ab omni alia opera & ſeruitute
pręterq̃ a lanificio ut diximus liberę eſſent/atqꝫ ambo unam eandemqꝫ ciuitatẽ
colerent: regerentqꝫ/ac imperarent pariter/Romamqꝫ a Romulo/Sed Romanos
a Curibus Tatii patria Quirites appellent. Quo uero loco ambo duces ad per-
cuciendum fędus conuenere/eum hucuſqꝫ comitium uocant. Duplicata igitur
ciuitate/centum illico ex Sabinis creant Senatores. Duplicatur etiam legionum
numerus/ut quelibet ſit peditum ſex milia/& equitum ſex centum/cẽturię quoqꝫ
tres deſcriptę ſunt & appellate. Prima a Romulo Ramnenſis: Altera Tatienſis
a Tatio. Et a Luco Luceris ubi conſtitutum erat Aſilii templum. Nec plures
his fuiſſe id teſtatur/quod hucuſqꝫ Cęnturię tribus dictę ſunt. Qui uero his
pręerant tribuni uocati. Harum quelibet decem curias continebat/quas nõnulli
a mulieribus denominatas falſo exiſtimant/cum plurimę a loco nomina conſe-
cute ſint/& alios ſibi haud uulgares honores Romani impartiti: Nam cum mu-
lieres deambulabant/uiri ſemper priorem eius partẽ concedebant. Statuerũtqꝫ
ne quid turpe ac impudicum loqui liceret muliere aſtante/ne ue nudi ab ulla
unq̃ conſpicerentur/eſſentqꝫ ipſę audatiis libere/quę potiſſimum in ſanguinem
humanum aduertunt. Earum quoqꝫ nati bullam quod eſt antiquum ornamẽti
genus/collo geſtarent/quę quidem ſic ab eius rei ſpetię appellabantur. Non cõ-
ſultare tamen una reges: Sed alter quidem ſecreto ac priuatę cum ſuis centum
Senatum inire/habebantqꝫ ſeperatim domicilia. Hic quidem Tatius ubi nunc
ſitum eſt monetę templum. Romulus uero iuxta bone ripę gradus. Qui locus
circa deſcenſum ad equorum curſum ex palatino colle conſtitutus eſt. Vbi ſacrã

quandam cornum extitiſſe ferunt. Nam fabula eſt/quod cum Romulus iaculū
corneum hunc locum uerſus ex Aduentino uibraſſet/adeo in altum aciem pe-
netraſſe traditur/ut a nemine unq̃ poterit diuelli. Vigorem deinde a loco con-
ſecutam ampla magnitudine uirentis ramos ędidiſſe: quam poſtea inter ſacra-
tiſſimas Romuli res habitam ſummo cultu ac ſtudio Romani circumſepſere.
Tum ſi quis forte hanc ſiti elaborare conſpexiſſet/prętereuntis illico ad ferendas
aquas accerſibat. Qui quidem tanq̃ ad commune incendium extinguendum
cum copioſiſſimis aquis repente accurrebant. Sed cum. C. Cęſar quaſdam ad
hunc locum ſemitas conficeret/qui circum confodiebant inconſulte radices in-
cidiſſe traditur & cornum deinceps amiſiſſe germen/& deſicatam penitus in
poſterum occidiſſe. Sabini igitur menſes a Romanis accepere/nec minus alia
permulta/quę in Numę uita conſcripſimus. Sed Romulus ab his arma/cum
antea Argolico clipeo Romani uterentur. Feſta ſolemniaq; ſacra ambo pariter
inibant: Nec ſubſtulerunt tamen quicq̃ ex his quę primo obſeruabant. Quin-
immo alia denuo addidere in matronarum dignitate conſtituta/quę ab his ma-
tronalia appellabant: Cum ipſe belli illius liberatrices extiterint. Carmentaliū
etiam feſtus additus eſt dies/ob Carmentam quam quidam cuiq; generationis
ſortem eſſe exiſtimant. Ideo & matres potiſſimum eam colebant. Nonnulli Ar-
chadis Euandri mulierem fuiſſe arbitrantur: rerum futurarum admonitricem
quę Phębo dedicata carminibus oracula ſignificabat: Vnde dicta eſt Carmenta
Nam Nicoſtrate ei nomen fuit. Quidam etiam id nominis alio pacto interpre-
tantur: ꝙ quaſi careat mente Carmenta dicta: ut ſolet his euenire/quę Appolli-
nis nomine debachantur. De Paliliis prędiximus. Lupercalia uero conficie-
bant. quę ob temporis obſeruationē ad expiandos Manes conſtituta uidebā-
tur. Fiebant enī nefaſtis diebus menſis februarii: Quem quaſi piacularem in-
terpretantur. Vnde priſci quoq; diem illā febratam uocabant: Quod cum hęc
ludicra gręci lycea appellent/ab archadiis qui cum Euandro erant hoc ſolemne
allatū fuiſſe pleriq; exiſtimāt. Potuit tenē a lupa illa quę Romulū educauit/recte
emanaſſe/cum Lupercales inde ludicrum incoent Vbi expoſitum Romulum
fuiſſe ferunt. tam &ſi quę ad ſacra pertinent minus conueniant. Capellas eīm
mactant deinde gemini adoleſcentes genere pręclari ſanguinolento gladio fęda-
tam ſibi faciem attingunt. Alii illico cum lana lacte madida accurrunt/atq; ab-
ſtergunt ſanguinem. Tum uero opus eſt/ut rideant adoleſcentes. Et demum
ereptis caprarum tergoribus/nudi in ſubligatis per ciuitatem diſcurrunt. Qui-
cumq; ſibi obuiam fiunt/uerberant coriis. Mulieres uero iam adultę ultro ſe
his offerunt/exiſtimātes id ſibi felicem pareundi facultatem preſtare. Bucas uero
quidam fabuloſam ſuper his attulit ſententiam in illis elegiis de Romanorum
rerum deſcriptionibus. Ait enim cum Romulus Amulium ſuperaſſet/Vna cū
fratre Remo ad eum uſq; locum In quo lupe mām̄as expoſiti ſuxiſſent/pręlęti-
cia cucurriſſe: Et ut eterna eius rei memoria poſteritati foret eos ludos inſtituiſſe
Ideoq; nobiles genere adoleſcentes currere ac ferire eo pacto quicumq; obuiā
fiebant: Vt ſignificarēt Romulum ac Remum ipſum/cum olim ſtrictis enſibus
ex Alba profugiſſent. Atq; gladio illo ſanguiōlento faciem attingere: ut cędis
illius & periculi poſteris monumentum eſſet & deniq; eo lacte in ſanguinis ab-
ſterſione uti ut dicarent eorum mirificam ac pene diuinam educationē. Cuius

uero Acilius scribit Romulum cum ante cōditam urbem/sua pecora perdidisset
supplicatum Fauno primo concessisse : deinde nudum ne sudore impediretur
omnes saltus currēdo lustrasse . Ideo nudatus Lupercales hęc ludrica celebrare
Canem etiam in his sacris imolant Romani . cum ad id sacrificii genus pluri-
mum pertineat . Nam & gręci ipsi in huiusmodi piacularibus sacris quę
uocant/catulos mactare consueuerunt . Vel potius ut Romulus ipse
lupe eius nutrici gratias referret : quę atrocissimos hostes canes habeat/uel forte
ut lacesseret ad cursum lupercales/quemadmodum Canis succendi ad iracun-
diam facile consueuit . Aiunt pręterea Romulum primo sacrum uestę ignem
dedicasse Cuius ministerio sacratas uirgines constituisse quas uestales ab ea
appellauit . Quod quidem nō nulli transferent ad Numam cumq͡ diuinarum
rerū Impriīs studiosissimus esset : Augurē quoq͡ extitisse ferūt : lituusq͡ adcaptā
da auguria usum . Erat enim Lituus/baculus incuruus/quo sedentes augures
auibus templa designabant . Seruatusq͡ in palatino Colle usq͡ ad celtarum
tempora : quibus capta urbe incendio euanuisse ferunt · Postea uero expulsis
a Camillo hostibus inter altissimas fauillas illesum cum omnia ignis consum-
sisset/inuentum . Aedidit & leges : Quarum potissima hęc fuit : Nequa mu-
lier amarito diuortiretur . Neq͡ propelli posset : nisi aut ueneficio in filios aut cla
uium adulteratione : aut stupro caperetur . Sin secus uiri fortunę mulieri pro-
uenirent : Statuit quoq͡ cereri templum/quo mulieres sacrificarent manibus .
Parricidiis uero nec unam tantummodo pęnam indixit tanquam ea res esset
antea romanis incognita : Et paracidium nemo posset audere . Quod longa
post tempestate uisum est Romulum haud temere excogitasse . cum nullus ex-
actis iam uere annis sexcentum tantum facinus Romę perpetrasse inuentus sit
Aiunt Lucium hostium primum post tot secula extitisse/quę perfecto secūdo
bello punico paricidii accusaretur . Sed de his hactenus . Anno deinde quinto
Tatii imperii quidam eius propinqui ac domestici laurentinorum legatos in
urbem proficiscentes/ facto impetu diripuerunt : Illi tutantes sua ab his demū
cęsi . Indignum quippe facinus : Quod Romulus ęgre ferens existimauit illico
damnatos afficere supplicio opportere . Tatius uero eam sententiam repellabat
Quę res potissima eius postea dissensionis fuit : tametsi cetęris in rebus concors
imperium esset laurentes interim iniquitate regis impulsi : cum ipse una cum
Romulo in Lauinio sacrificaret/adorti Tatium obtruncant : & Romulū ille-
sum etiam cum laudibus mittūt : quasi extitisset ipse equitatis semper & iusticię
fautor : Funus deinde Romulo cū dignitate executus est . Sepelliuitq͡ Tatium
in Armilustrio auentini loco . Sed cędis auctores penitus neglexit . Sunt qui
dicant Laurentes Romuli magnitudine perterriti auctores sceleris illico romā
misisse : Romulū uero cum diceret cędem cęde expiari oportere libere remissis
Quo quidem sermone quandam & suspicionem iniecit/ id se non inuite uidisse
quo sibi collegam alienaret . Sed/tulerūt eam rem modestissime Sabini tum om-
nium in Romulum iam parta beniuolentia/tum etiam eius uirtutis admiratioē
quę iam tanta erat/ut eum quasi deum intuerentur . obstupescebant etiam Ro-
mulum non nulli externorum populi . Exquibus prisci latini ea tempestate de
impetranda societate legatos Romā miserunt . Fidenas deinde cepit ciuitatem
finitimā populo Romano cum repētino illuc impetu milites ad succidendos

portarum cardines/ut aiunt non nulli premisisset. Secq; postea cum reliqua mul-
titudine ex improuiso contulisset. Alii autem ferunt fidenates/cum agrum Ro-
manum late defastassent ingenti preda potitos usq; in suburbia penetrasse. Sed
positum in insidiis/Romulum eos a tergo adortum multa clade fudisse: captaq;
primo impetu ciuitate/mitem atq; comem se omnibus prestitisse. deductaq; eo
colonia est idibus Aprilis duo milia & quingenta Romanorum. Nec multo
tempore post grauissima quedam morbi labes oborta urbem inuasit. quę re-
pentina sine ęgritudine cęde captis corporibus mortales opprimebat. Nec erãt
ab hac peste libere fruges: nec armenta. Peribat pecus. fructus quoq; desic-
cabantur: pluit etiam tota ciuitas guttis sanguineis/quasi ea labes deorum ira
irepsisset. id quoq; cum laurentinis colonis euenisse cognitum neglectam Tatii
cędem extitisse. & ob perditos eorum legatos/utrumq; populum deorum mo-
nitu ac pernitie fuisse affectum. Traditis ergo utrimq; cędis auctoribus utriq;
illico cessauit labes factisq; insuper quibusdam piacularibus sacris in ipsis fe-
rentinorum portis quod hucusq; obseruatũ est. Romulus utramq; ciuitatem
expiauit. Nec dum satis cessarat labes. cum Camerii aduersum Romanos im-
petum faciunt regionem uastant. Rati Romulum ob illatam a diis cladem haud
quanqam resipiscere posse. Quibus illico cũ exercitu occurrit Romulus. Hostes
fudit. Sex quoq; milia eorum cęsis ciuitatem cępit. Iussitq; Cameriis ut dimedia
pars eorum qui supererant/Romam proficiscerentur. Ipse uero ex suis qui Ca-
meriam colerent duplices reliquit. Quod quidem Kls. Sextilibus fuit. Tot
enim ciuium Romulo erat ex sexdecim fere annis quibus Romam condiderat
Interea uero quę eo pręlio consecutus est Eneum currum ex Cameria euexit:
quem uulcani templo constituto: fecit se ibi a uictoria coronari. Sic igitur con-
firmatis rebus finitimi qui minus poterant congratulari/quędam quasi pro-
pugnacula aduersum cęteros & pacis munimen consecuti. Reliqui uero qui-
bus erat potentia maior/inuidere ac pertimescere tantam in medio cresentem
magnitudinem: existimareq; haud quaduam esse post habendam Romuli
audatiam: Sed initio resistendum: atq; reprimendum imperium. Veientes
itaq; quorum in Tyrrenia res satis amplę fuerant: principium suscitandi belli
inuenere: Missi legati qui fidenas tanquam ciuitatem sibi attinentem peterent
Quod non modo iniqum uisum est Romulo: Sed etiam ridiculum. Quippe
qui dum bello fidenates opprimerentur: nec tantillum quidem intullissent:
modo rem perditam/ciuitatem/domos/imperium/depuscant. condignum pe-
titioni responsũ retulere legati. Indignati igitur Veientes/una parte copiarum
Romanos qui Fidenis adcustodiam relicti erant inuadunt: omnesq; ad unum
trucidant altera uero parte/Romulo cum exercitu aduentate occurrunt. Sed
uicti fugatiq; Veientes supra octo milia eo pręlio amisere: Victores Romani
iterum Fidenas expugnant. Quod quidem prestantissimum Romuli facinus
fuisse existimant. Quippe qui non modo industriam animiq; magnitudinem
prę se tulit. Verum etiam fortitudinem cęleritatemq;/nec minus humanitatem
non mediocrem. Verum illud haud quaquam credibile est: quod palam de eo
predicatur: ut quatuordecim millibus hostium hoc pręlio cęsis/ipse Romulus
supra spetẽ milia proprio mucrone peremisset. Quod etiã Messenii de Aristo-
meno iactitant. quod tercentum ipse Lacędemoniorum diti litasset: Fractus

igitur Veientum rebus/quicq; fugiebant dimissis ciuitatem Romulus repente
inuadit. Oppidani uero ob acceptam cladem perterriti pacem in centum anñs
a Romanis petiuere. Pace impetrata septima parte agrornm mulctati/quam
septimagium appellant. Salinas quoq; quę circha flumen erant amisere. Dati
sunt etiam ab his pacis obsides. Nobilissimi ciuitatis quinquaginta. Trium-
phauitq; de his Idibus octobris. ducens secum in eum triumphum inter cete-
ros captiuos: Veientum ducem hominem sane decrepitum/qui pręter ętatem
stulte ac imperite/suos ductasse iussus est: Ideo hucusq; qui sacra uictorialia
gerunt/canum senem purpura indutum per forum in Capitolium ducunt/pu-
erilem bullam illam collo gestantem: canit tum pręco sardianos asinos esse.
Nam tyrrhenos ferunt Sardianorum Coloniam extitisse: Verum hoc ultimum
Romuli opus fuit. Pace deinde sibi undiq; parta/tot ac tantis rebus gestis ela-
tus Romulus/ut ceteris fere omnibus solet euenire ob secundam rerum fortu-
nam & nimiam felicitatem in solentia/& tumore animo superbire cepit. Cesserat
iam urbanitas illa popularis: quam de se mirifice pręstabat: Vrsaq; in defici-
lem monarchiam ciuitas/eo se iure destitutam esse uidebat/eaq; ducis humanitate
priuatam/quo iam tantum ei accreuerat imperium. Ipse enim toga purpurea
redimitus inforum prodibat· reddebatq; ius sedens Sella curuli· Astabant iu-
uenes circum eum quos a ministrandi promptitudine celeres appellauit. Pręi-
bant etiam non nulli uestibus succintis/ad coercendam cum uirgis multitudinem
expediti: Vt etiam/quos iussisset uinculis colligarent: Quos litores/appellauit
a ligandis hominibus: Nunc uero interposito. c. lictores appellant. hos enim
grecí uocant quod sint quasi populi ministri: cum ipsi ad huc.
populum & multitudinem dicant. Cęterum cum Albę obiisset Nu-
mitor/ipse imperio potitus/facta contione/regem ex sabinis declarauit: qui ãnuũ
tantum obtineret magistratum: docens primates priuatim uiuere opportere
& ciuitatem liberam esse/partim tamen supriores. Patres uero haud amplius
ciuitatis partem capiebant. Sed pristina eorum dignitatem priuati/consuetu-
dine potius quam ex sententia in senatum prodibant. Ipse enim omnia silentio
statuens patrum sententiam propellebat. Erant pręterea alia his grauiora/quęcq;
enim bello aut armis comparauerant ipse omnia in iussu patrum militibus
distribuebat. Veientibus quoq; inuito Senatu obsides restituens/uisus est rem
admodum indignam facere aduersum patres/atq; omnium contemnere dig-
nitatem. Quapropter euenit ut ipse breui post in contumeliosissimam inuidi-
am ac suspitionem prolabaretur. Raptusq;: nec admodum post: incredibile
dictu: e mediis ciuium oculis euanuit: Nonis quintilibus: Nullum penitus suę
mortis uestigium relinquens: nisi quedam humane rationis expertia: Qua
quidem die ad huc posteri quędam obseruant: quę de Romuli cęde męrorem
& ęgritudinem indicant. Nec id de Romulo admirandum est: Cum etiam
Scipio Affricanus domi post cęnam quodam repentino casu perierit. Cuius
interitus tante admirationi omnibus fuit ut uix credere Romani potuerint.
Alii ferebant Affricanum/cum esset imbecilli a natura corpore sine alicuius
ministerio perisse. Alii ueneno se ipsum occidisse. Alii ab inimicis necatum
cum noctu clam dormientem inuasissent. Qui quidem cum diu spectaculo
omnibus fuisset ingenite cuiusdam pestis suspectionem dedit. Mortuo igitur

ita repente Romulo nulloqꝫ penitus ipsius ut dixi uestigio / relicto creditum illum
est / cum in Vulcani templo senatum coisset ab infensis patribus laceratum &
suam quemqꝫ partem in sinu clam extulisse. Alii raptum a nimbis e media
contione ferunt: cum ad recensendum exercitum adcapream paludem conue-
nisset. Vbi repente exorta tempestas / cum tonitribus ac ingenti uentorum fra-
gore terram undiqꝫ grandine operuisset: Sol quoqꝫ nocte in tempesta penitus
defecisset. Atqꝫ eo spectaculo conuersis intr se patribus / cęteram multitudinem
perterritam aufugisse. Sed postquam sedata est procella: & ex tam turbido die
serena rediit lux / amissi regis desiderio / omnes in unum confluebant. Patres
uero anxie multitudini resistentes / uenerari Romulum et colere iubebant: tan-
quam in deorum numerum raptum atqꝫ optimum Romanis numen ex opti-
mo futurum rege: Quare plurimi spe felicioris euentus erecti animos concili-
abant. Quidam uero duriter atqꝫ aspere factum increpabant: accusantes pa-
tres fuisse qui discerptum regem occiderint: seqꝫ aduersum Romulum longe
probatiores extitisse dicebant. Interea Iulius Proculus qui ex Alba oriundus
erat / Vir profecto inter patres & genere & dignitate primarius tum etiam cum
rege fide beniuolentia & affinitate coniuctus turbatam intuens regis desiderio
multitudinem / repente in contionem uenit / adhibitoqꝫ ad id iure iurando: Ro-
mulus inquit prima hodierna luce cum in forum uenirem obuiam se mihi tulit
forma longe augustior humana: splendidissimis atqꝫ ardentibus armis septus
cuius fulgure cum horruissem primo: Quid in quam rex hanc tuam infelicem
ciuitatem ac miseros ciues in tam grauissimo tui desiderio luctu & merore re-
liquisti; Ille contra. Sic diis placitum est Procule: cum tot annos inter morta-
les extiterim: modo amplissima urbe constituta inter deorum sim cętum inmor-
talium. Sed lętare atqꝫ anuntia Romanis ut iusticiam & rem militarem colant
cũ nullę futurę sint tante opes quę nostris armis resistere possint: Ego uero meam
semper propitio numine progenium sospitabo. Mira huic uiro tradita est fides
ob coniunctam cum rege affinitatem: tum etiam eius uiri probitatem / et accep-
tum iusiurandum: Tum uero plebs deposita omni suspitione & contumelia
Romulum quirinum appellantes ut deum colere ceperunt. Gręci hoc idem
de Aristeo preconensi & de Cleomede Astypalensi fabulantur. Qui quidem
cum Aristeus in fulonaria officina perisset: ferunt ex oculis ferentium funus
euanuisse: Postea uero Crotone incedentem uisum / ab his qui ex perigrinatione
proficiscebantur. Sed Cleomedes cum in credibili corporis robore ac magni-
tudine pręceteris prestaret / uir sane indomiti atqꝫ inuicti animi: & qui iam an-
tea per multa uiolentia ac inmanitate patrauerat in quendam demum studio-
sorum adulescentium ludum irrupisse traditur: in quo ingens columna con-
stituta totum fere tectum continebat: Quam cum inspexisset Cleomedes manu
adortum una cum tecto disiecisse: Contritisqꝫ omnibus adulescentibus se libe-
rum eripuisse fugam. Sequę cum insequerentur accole demum in quodam stri-
nio adeo arcte conclusisse ferunt: ut anemine umquam potuerit aperiri. Sed
fractis deniqꝫ ab his utrimqꝫ tabulis nusquam tantum inuentum Cleomedem.
Cuius rei abmiratione captos Accolas sciscitatum Apollinem misisse. Oracu-
lumqꝫ respondisse hoc pacto. Vltimus heroum Cleomedes astypaleus id eti-
am de Alcmena traditur cui in loco inuentus lapis ad mirationi omnibus fuit

Plurima preterea ab his effinguntur preter consuetudinem legemq; nature; at/
tribuentes diuinitatis immortalitati corruptibilia atq; caduca. Prorsus quidem
uirtuti diuinitatem desperare impium ac inhumanum est. Velle autem terrena
ista ac momentanea celo admisceri nihil absurdius. Sed permittenda est hec
opinio antiquitati cum optimum a Pindaro presidium consecuta sit. Ait enim
omnium mortalium corpus morte interiere: Atq; omnium animantium formas
ab eternitate priuari: Quod uero solum ex deo nascitur inde ut proficiscatur sic
etiam ut eo redeat est necesse: non per corporis spetiem. Sed si ab ea mole dis/
cesserit: fiatq; penitus purum inuiolatum atq; incorruptum quod est propri/
um humane anime ac spiritus. Que secundum Heraclitum: cum leuissima atq;
incorruptibilis sit|quasi uulgur|e nebula ita euolat e corpore: Sed hac mole in/
fusa atq; inmersa hoc luto tanquam turbulentissima caligine opprimeretur: gra/
uissima efficitur Nec potest ad celum unde discesserat euolare. Constat igitur nul/
um esse tanta felicitate ornatum corpus: quod natura ac humane uite conditione
assurgere in celum possit. Quod solum uirtuti ac anime a diis concessum est.
Que quidem diuina clementia homines diuos facit: & ex diuis demonas et ex
demonibus si emundentur atq; omnem absterserint labem non humana lege
Sed eorum iustitia ac benignitate in deos uertit: optimum illum atq; felicissi/
mum beatitudinis finem adipiscentes: Sed ut ad historiam redeam: Non nulli
existimant Romulum Quirinium appellatum esse: quod semper belli ac pugne
studiosissimus extiterit. Alii cum etiam Romani Quirites appellarentur. Alii
ab eo genere teli quod Prisci Quirinum dicebant. Vnde Iunonis Quirinalis
imago sit ab ea cuspide appellata: Et in regia telum illud constitutum Martem
uocant. Quicq; hostes eo feriebat|ornare etiam laudibus consueuerunt. Ideo
Romulum tanquam belli ac pugne deum Quirinum appellarunt. Templum
quoq; constituere in eo colle qui nunc ab eo Quirinalis appellatur. diem etiam
qua ipse e media uanuit contione turbe fugam uocant|Et nonas capratinas: eo
quia sacra ad capream paludem ex ciuitate defferebant|pro clamantes inter se
alternis nominibus cum timore ac animi perturbatione: eum fuge ac prouocati/
onis morem secuti|quem mortuo Romulo trepida plebs inter se concitauerant.
Tametsi Alii aliunde hanc consuetudinem emanasse feraut. Nam postq̃ Celte
urbe capta a Camillo turpiter fugati essent. Latini illico duce Libio post Postu/
mio bellum intulerunt: rati haud facile resistere Romanos ob acceptam a Gal/
lis proxime cladem: Qui cum castra pro menibus locassent|Iussit Postumius
preconem Romanos adire: qui diceret latinos iam perditam ueterem illam ami
citiam & affinitatem renouatum uenisse et genus suum eamq;|saguinis conmu/
nionem|nouis nuptiis sancitam. Si ergo plurimas ad se miserint uirgines|quo
possint amissam affinitatem recuperare polliceretur futuram cum his pacem ac
stabilem amicitiam. Quemadmodum etiam cum Sabinis antea fuit. Romani
uero primum pertimescere tantum belli impetum: nec minus huic deditioni de/
dignari. Dum hec agitarentur|accessit in mediam contionem Philotis ancilla
quam alii Tutulam uocant: persuasitq; neutri cedere Romanos: si sibi aduer/
terint posse facile & bellum a menibus propulsare|& eam effugere deditionem.
Hortatur se se imprimis destinandum hostibus esse: et cum ea sui generis mu/
lieres que essent liberali ac ingenuo apparatu predite. Nocte deinde in tempesta

se signum Romanis incendio pręstiturum : ut repente latinos cum armis inua-
dant : & hostes semisepultos somno libere potiantur . Quo quidem facile per-
suaso : cum primum oportuna cessit occasio/Philotis ancilla illico indicat Ro-
manis signum/Caprifico quodam attergo circumsepta ne hostes incendii ruti-
lationem pręsentirent : & ut solis rem aperiret Romanis . Vt ergo primum Ro-
mani signum acceperunt/exciti repente latinos de improuiso inuadunt/se se al-
ternis nominibus circa ciuitatis aditus ob terram noctis calliginem appellantes.
Victis itaq; latinis/uictores Romani in uictorię monumentum hęc sacra cele-
brari decernunt . Nonęq; capratinę ab ea caprifico dicte/quę ancillę illus incen-
dio ab hostium conspectu/Romanos liberauit . Vestiuntur enim in hac celebri-
tate mulieres ramis ficulniis/ Ancillę deinde circum se adeuntes colludunt
pariter . postea uero inter se saxa collidentes/ priscam illam mutuam appel-
lationem imitantur . Sed huic opinioni haud plurimi sunt qui consentiant .
Nam & inter diu ea ludicra celebrare : tum etiam mutuis appellationibus ad
capream paludem mare uersus discurrere . potius supriori uidendum conue-
nire opinioni aut forte in eadem die diuersis tamen temporibus cõtigit utrumq;
Romanis : Euanuit igitur Romulus annos natus quatuor & quinquagintaocto
& triginta Vrbis imperio potitus : Hęc sunt deniq; quę de Romulo digna
memoria accepimus

PER PVLCHRA PROFECTO RES ET EXI-
mia uirtus eſt ſapiẽtiſſime pater: qua & uiuos colimus
& in mortuorum memoriam atq; deſideriũ mirabiliter
& agimur & incendimur. & cum omnis eius preſtãtia
non minimi ducẽda ſit: tum ea maximi faciẽda quam
animi uis uigorq; prẽſtiterit. Nam cum animo cõſte-
mus & corpore. ex illo certe quicquid ultro manat bo-
num id prorſus eſt: aprimeq; diuinum. Eſt enim & ille
diuinus/ex deoq; profectus. Corporis autem imbecil-
litas: tam diu uidetur excellere: quoad ipſi rationi obtẽperarit. At relicto cõ-
ſilio continuo titubat. labitur: deperit: Itaq; huius quãcunq; uirtutẽ dicimus
falſo eã nomine appellamus. Nam uel ea corporis nulla ſit. uel ſiqua ſit: uſu-
rariam poſſidet. Etenim corpus moritur: illa uero ęterna permanet: Inter ani-
mi autẽ uirtutes/quę multiplices/pręclareq; omnes ſunt/ei primas laudis partes
mea ſententia dari decet: qua ſolam ueritatem noſcere: eamq; meditari/ac ſequi
inducimur. Hęc enim una mortalibus felicitatem pollicetur. Hanc puto ſapi-
entiam uocant. huius qui expers fuerit/omni cum uirtute mundum iure fateri
licet? Quis enim ſtultus fortis? Quis inſipiẽs iuſtus? Quis temperans? Quis
liberalis? Quis magnanimus? Qui uerum norit: deum etiam norit. Is enim
unicus eſt ueritas: quam qui recte contẽplatur recte beatus haberi debet. hu-
iuſce uero anguſtę uirtutis nomẽ & uetus & celebre. Hãc qui ſectari cõplectiq;
putarentur: ſapientes primum: deinde quoniam id ſuperbius dici uideretur:
ſapiẽtię ſtudioſi cognominati ſunt. Sic enim philoſophos interpretari uoluerũt
Inter hos uero licurgus lacedemonius antiquiſſimus habetur & laudatus in
primis: cuiuſcunq; ſuperiorem eam rem p: latinam reddiſſem. quam ſummo
ingenio: ſumma eloquentia: ſumma eruditione xenophon accuratiſſime ſcrip-
ſerat. Opere pretiũ uiſum eſt: ut uita etiam eius omnis/moreſq; innoteſcerent
Ita namq; non inutile fuerit: & qua priſci uia ſapientię ſibi nomen uendicare
molirentur: Intelligere. & cum ſapientia chriſtiana quę ſola ſanum ſapit. una
conferre. Quãobrem ipſius ligurgi uitam ſum ex Plutarcho interpretatus. Is
enim ad unguẽ unus illius res geſtas omnes complexus eſt. Qui & ſi dicẽdi
eloquentia xenophonte ſit minor/doctrina tamen & diligentia ꝗ̃ proxime acce-
dit. Hunc autẽ ligurgum non dubito cum quicq̃ otii nactus fueris/pater pre-
ſtãtiſſime: nõ animi cauſa modo: ſed ea quoq; ſciendi cupiditate quę generoſis
quibuſq; mẽtibus eſt ingenita/non inuitus lectitabis. Quippe qui ex hac uita
animaduerſurus liquido ſiſquandam uetuſtiſſimę antiquitatis imaginem atq;
diſciplinam. Neq; miraberis ſcio/q; immortalibus adeo laudibus ſuperiorem
Ageſilaum noſter honeſtarit xenophon. intueberis enim tũ ex lacedemonioꝝ
illa re p. tum ex hac prẽſenti uita is militię pręceptis/& inſtitutis prudẽtiſſimũ
& fortiſſimũ regem illum ſemetipſum inſtruxiſſe. & egregie confirmaſſe quibus
florentiſſime reſpublicę/clariſſimaq; imperia/& lautiſſime augẽtur & pacatiſſime
conſeruantur. pulcherrime exornantur Vale.

DE LIGVRGO LEGVM LATORE NIHIL VT ita dixerim certi narrare licet, cuius quidem & genus & peregrinatio, & obitus, atq; apud omnes ipſius inferen-dis legibus coſtituēdaq; re p. ſtudium uarias hiſtorias ſortitum eſt. At ne tempora quidem conſtant: quibus uir ille fuerit. Alii namq; hiphiti temporibus claruiſſe: feriaſq; olimpiacas una ſecū confeciſſe tradunt: Quoꝝ eſt & Ariſtoteles philoſophus: coniecturā trahens ex eo diſco: quo in olimpiacis ludis utebantur. In illo enim ligurgi nomen inciſum conſeruatur. Alii uero ex illorum ſucceſſionibus: qui ſparte regnarunt: tempus ſupputantes, ueluti Ecatoſtenes atq; Appollodorus non paucis annis antiquiorē prima olimpiade ligurgum oſtendunt. Thimeus autē ſentire uidetur duos apud ſparſiatas ligurgos extitiſſe: haud eodē tēpore. Eorumq; utriuſq; res geſtas ob gloriā in alterum referri. & uetuſtiorem quidē non porro. ab Homeri tēporibus fuiſſe. Quidam etiā Homerum illum uidiſſe ferunt. Xenophon quoq; uidetur antiquitatem uiri illius aſſerere: in quibus li-gurgum heraclidarum temporibus fuiſſe commemorat. Nam genere quidem nouiſſimos etiam ſparte regnantium heraclidas fuiſſe perſpicuum eſt. Hic autē uidetur illos nominare heraclidas uoluiſſe: qui primi ſimulq; proximi herculi extiterunt. Verum tamen q̄q̄ tanto in errore uerſetur hiſtoria: enitemur eos ſe-quentes uel qui probatiſſimis argumentis: uel teſtibus celeberrimis utuntur: quę de hoc uiro perſcripta ſunt in medium referre. Cum & ſimonides poeta nō eunomi, ſed prianidis filium ligurgum dicit. atq; ligurgum & Eunomum plu-rimi fere, non hac generis origine perhibēt: ſed ex Procle & ariſtodemo īquiūt ſoum natū ex ſoo ęuritionem, ex quo prianin, ex hoc autem eunomū: ex eunomo uero polidectem ex priore uxore: licurgum autem iuniorem ex dionaſſa. Vt uero Eutichidas tradidit: eum quidem ſextum a procle, ab hercule autem un-decimum: ex maioribus autem eius ſous maxime illuſtris fuit. Quo imperāte elotes ſparnate in ſeruitutem egere: & agrinon nihil ab archadibus abſcidentes ſibi aduendicarunt. Fertur autem ſoum nuper difficili aridoq; loco a clitoriis obſeſſum, in ea ueniſſe fędera: ut partam bello terram eis reliqueret: ſi quidem ipſi atq; ſui omnes ex proximo fonte biberent: firmatis autem iureiurando fe-deribus; congregatiſq; ſuis oībus: illi qui non biberet regnum ſe traditurum pollicitū eſſe. Continente uero ſe nemine: ſed cunctis potius bibētibus: ſoum ipſum poſt omnes deſcendiſſe: & hoſtibus adhuc pręſentibus: cum ſeſe aqua aſperſiſſet: abſceſſiſſe locūq; tenuiſſe: perinde atq; nō omnes bibiſſent, ſed tam & ſi has ob res ſoum admirentur: non ab hoc tamē, ſed ab eius filio familiam euritiotidas cognominarunt. Videtur enim primus Euition nimirum regie poteſtatis faſtum remiſiſſe: beneficiis aliciēs populū: multitudiniq; gratificans. Ex huiuſmodi uero remiſſione, populo ad audaciam irritato poſteris autem re-gibus tum multitudinis exoſis, tum uel ad gratiam, uel propter infirmitatē diſ-ſimulando perferentibus, ſparta diutius leges atq; ordinem deſiderauit. Qua tempeſtate & licurgi patrem imperitā diem obire contigit. Dirimēs enī quādā,

tumultuantium|pugnā popinario cultro ictus occubuit. Polidecti filio qui erat natu grandior relicto imperio. Quoquidem & ipso mortuo non multo post in regnum succedere licurgū oportebat|ueluti omnes opinabātur. Atq͛ priusq̄ manifestum foret fratris uxorem pregnātem esse regnabat: Sed postea q̄ celer/rime hac de re certior factus est: regnum declarauit pueri esse: si quidē mas foret: principatū uero ipse tanq̄ tutor gubernabat: pupillorum autem regum tutores lacedemonii prodicos nominant. Sed ut mulier clanculum eum accer/sere: uerbaq͛ de perdēdo puero: quo illi sparte imparāti nuberet: facere. eius quidem ingenim ligurgus exosus ac detestatus est: ad ea uero quę dicebātur contradixit nihil: quin laudare & admittere simulans: Nō oportere inquit per arbortiuum partum atq͛ medicamentum ipsa sibi corporis detrimentū afferat: pericliteturq͛: sibi enim curę fore: ut continuo q͛ nasceretur e medio tollatur. Hoc igitur pacto ad tempus usq͛ pariundi deducens mulierem: ubi illam pa/rientē sensit: misit|qui parturiēti assiderēt: eāq͛ asseruarēt. Hiis autē imperarat| si fęmina nasceretur eam mulieribus traderēt. Si mas eum ad se deferrent: qui quicquid rerū tūc ipse gereret. Accidit autē ut mulier ipso cū prīcipibus cęnāte marē pareret. At mīstri aderāt qui ad eū īsātē deportarūt. Quē ille suscipiēs tra/ditur dixisse ad discūbētes. Rex natus est nobis o spartiate ac deīde cū ī regio solo recliāuisset. Charilaū noīauisse: quoniā qui aderāt hilates oēs essēt admirātes illi quidem tum eius animi magnitudinem tum iustitiam. Regnauit autem totos menses octo. Cęterum erat spectatissimus apud ciues: pluresq͛ fuere qui sibi ob uirtutem auscultarent: & alacres imperata exequerentur: quem qui ut regis cu/ratori|potestatemq͛ regiam habēti obtēperarent. Erat & quędam aduersus eū inuidia: ac nonnulli quoniam iuuenis in incrementis esset: in eum insidias moliebātur: presertim cognati & familiares matris ipsius regis: quę cōtumelia affecta uidebatur: cuiusq͛ frater leonidas ubi audacius aliquādo: atq͛ petulātius in ligurgū maledixisset: subdidit se plane: ac certo scire ipsum necaturū: suspi/tionē is prebens: ac ligurgū calūnia preoccupans: ut insidiis usum siquid regē pati cōtigerit: huiuscemodi autem uerba quędam etiam a muliere efferebātur: quę grauiter ligurgus & permoleste ferens: ueritusq͛ occulta consilia: statuit pe/regrinatione euitare suspitionē uagariq͛: quo ad nepos per ętatem ad successionē regni prolem consequeretur. Itaq͛ sic soluens primum incretā uenit: ubi res p. regionis discens|cōgressusq͛ uiris primariis gloria partim & legibus probauit: accepitq͛|quasi domum translaturus|atq͛ usurus: partim etiā cōtēpsit: pręterea uirum unum qui sapiens illic ciuilisq͛ habebatur gracia & amicitia persuasum. Thaletem nomine spartam misit: qui poeta uersuum liricoꝝ existimatus|occa/sione quidem & pretextu hanc illic artem exerceret: re uero quę optimi legum/latores solent: ea ipse perficeret. Illius enim hodę quędā erant orationes|quę modis simul & numeris multum decoris grauitatisq͛ habentibus ad obtempe/randū concordiaq͛ utendū reuocarent. Is autē auditorū ingenia sensim demul/cebantur: & a maliuolentia quę tunc illis inuicē inerat rerum honestarū studio absuescebāt. Quāobrē omnes ille quodāmodo honestissimis. Ligurgi institutis preparauit. Excreta autē Licurgus in asiam nauigauit: uolens ut fertur cretēsi uictui: abiecto quidem illi & seuero sumptus ionicos ac delicias: quemad/modum medici sanis corporibus sub ęgra & morbosa solent & cōputare & ita

uiuendi atq; rerum publicarum differentiã decernere. Quo quidẽ in loco cum
Homeri poemata primum legisset: quę apud Creophili filios seruabantur: &
inüssent intuitus ciuile institutũ: ac eruditionẽ ad mixtam non minore sectandã
studio: q̃ aurum uoluptates intẽperantiamq; libidinis: ea queq; libenter scripsit
& congregauit: ut in patriã deuecturus Erat enĩ pertenuis fama quedã uersuũ
apud grecos. Quasdam Poeseos partes: sparsim ut acciderat diuulgare conse-
cuti fuerant haud multi. Eam ligurgus uel primus illustrem fecit ęgiptii uero
etiã ad se uenisse ligurgum putant & ab aliis nationibus pugnandi discrimen
maxime admiratum id ad spartiatas transtulisse diuisisq; fabris & uulgaribus
opificibus urbanam uerissime ciuitatem mundamq; reddidisse: Quę ab ęgi-
ptiis dicũtur hęc eadem & grecorum aliqui & ipsi rerum gestarũ scriptores
testantur Quod autem ligurgus libiã hiberiamq; petierit: & indiam peragrãs
Gymnosophistis congressus sit: pręter Aristocratem spartiatam hipparchi fi-
lium neminem dixisse cognoscimus. At lacedemonii absentem ligurgum desi-
derabant: acersebantq; sępenumero quasi reges nomen dignitatemq; dũtaxat
Aliud uero quo multitudini prestarẽt: nihil haberẽt. at in ligurgo imperato-
rium quoddam esset ingenium. & uis quę homines allicetur: & pręstantiores
redderet. Verum neq; regibus illius uiri pręsentia minus desiderabatur. quin
sperabant eo pręsente multitudinem minus sese ad iniuriam contumeliam latũ
ire. Cum ergo ligurgus ad hosce ita affectos reuertisset: illico agressus est pre-
sentẽ mouere statum: rempublicamq; mutare. tãq̃ nullum neq; opus neq; usus
legum singularum esset: nisi quis ueluti corpori ęgro & morbis omnifariam
pleno inherentẽ ualitudinis temperiem resoluens ac deiiciens medicamẽtis pur-
gationibusq; Alterum nouum uiuendi ordinẽ agrediatur. Cum hoc igitur secũ
cogitasset primũ omnium Delphos peciit. & acepta sorte actisq; sacrificiis redit
celebratum illum oraculũ secum referens: quo & dilectus diis & deus ipse po-
tiusq̃ homo a phytia appellatus est. Preclaram enim legum institutionem effla-
gitanti: inquit tandem deum & dare illam & annuere: quę longe aliarum reꝝ
publicaꝝ optima foret. Itaq; his elatus optimates accersiuit. ac simul rẽ aggre-
di hortatus est clãculum amicos antea allocutus. Deinde sic paulatim cũ plures
tentasset: & ad rem ipsam constituisset: ubi aduenit tempus: triginta principes
iussit q̃ primum illuxisset in foꝝ armati procederent: cum stuporis gratia tũ &
terroris siqui aduersarentur. Quoꝝ uiginti illustriores Hermippus perspicue
scripsit Qui uero ligurgi facinoris unus omniũ particeps fuerit & sibi inferen-
dis legibus sociũ arthemiadam nominant. Orto autem tumultu Charilaus rex
metu perculsus ueluti aduersum se totum negotium insurgeret: in ęrarii domũ
defugit. Deinde suasionibus acceptisq; iuramentis prodiit: & quę gerebantur
particeps fuit. Quippe qui usq; adeo miti esset leniq; ingenio: ut cũ aliquãdo
secum una regnaret Archesilaus dixerit. aduersus eos qui adolescentem laudi-
bus efferebãt Quo pacto Charilaus uir bonus nõ fuerit. qui ne etiã improbis
molestus est. Cum multa uero Ligurgus innouasset: primum fuit & maximũ
senioꝝ cõstitutio. quam ait plato tumescenti regum imperio ad mixtam: & ad
maximas res adipiscendas salutem simul & continentiam equalem potestatem
assecutam. Suspensa enim respublica & declinans nunc ad reges in tirannidem
nunc ad plebem in Democratiam: cum sicuti munimen seniorum principatum

in medio statuisset : ac neutram esset impartem pronior : tutissimum ordinem & statū habuit. Semper enim octo & uiginti seniores illis tū regibus assiste/bāt : ut populari principatu repugnaretur. tum uero ne tyrannis fieret: rursum populi iuribus fauebant. Tot autē eos seniores fuisse refert Aristotiles. Eoꝝ enim qui primi xxx. cum Ligurgo extitissent duo id negotii prę metu reliquerunt. Sperus autem ait ab inicio tot fuisse consilii participes. Quidam etiam esse posset quod ipse numerus per septenariū quater multiplicatur absoluitur. Et quod suis partibus ęqualis post senariū perfectus est. At mihi uidetur tot maxime seniores constituisse : ut omnes xxx. esset. octo autem etiā uiginti re/gibus duobus esse additos. Sic igitur circa hūc Pricipatū Ligurgus studuerit : ut ea de re uaticinū & Delphis reportarit quod rhetiā uocāt id est huiuscemodi

In hisce omnibus : philas Philaxae & obas obaxae multitudinis impartes diuisionem distributionemq́ significat : quarum alias philas alias obas appel/lauit : archagetę uero reges dicuntur. Appellaçein autem est concionari. Nam publice institutionis principium ac causam in phitum oraculum retulit. Sed babicam & gnationē nunc oenutem uocant. At Aristotiles gnationē fluuiū : babicam uero partem asserit. Inter hos autem contiones agebant : cum neq́ atria esset : neq́ alius ullus apparatus. Quare & hec existimabat ad bene con/sulendū accedere : quin potius ea obesse : quę nugaces & molles redderēt inani elatione mentes coeuntum : quādoquidē ad statuas & picturas : aut theatroꝝ proscenia : aut curiaꝝ tecta curiosius elaborata ipsi concionantes aspiciunt. Ex reliqua uero coacta multitudine sentētiā dicere nemini permittebatur. Quam autē seniores regesq́ tulissent : decernendi populus ius habebat. Postero tamē tempore multis remouendo addendoq́ peruertentibus uiolātibusq́ sentētias : Polidorus & Theoponpus reges hęc rhetre ascripsere Que autem populus praue rogauerit. Ab is seniores & archagetas segreges esse : hoc est non robo/rare : sed omnino & discedere : & populū dimittere : tamq̄ sententiā in deterius & uertentem & cōmutantem. Suaserant ipsi ciuitati sic esse faciundū : quasi hęc deo imperante ueluti ferme hisce Triteus meminit. Phitius affatus quos est : oracula phębi Discite ueridici sanaq́ uerba dei Consilii imperiū reges seruare superbos. Sparta quibus cura est urbs capienda probis Grande uosq́ senes & qui respondeat almis Hinc reliquum rhetris recta simul populum Quamq̄ hoc pacto institutionem ciuilem Licurgus miscuisset : tamen qui post eum secuti sunt cum effrenem adhuc & ualidam oligharbiā : ea uero est in qua pauci do/minantur : ferocem ac feruidam uiderent : ut ait plato : quasi frenum iniciunt ei Ephororum potestatem : annis maxime a ligurgo centum & triginta primū elato constituto : Theoponpo regnante quem aiunt cum ab uxore sibi probro obiceretur : quod esset humilius regnum filiis traditurus : quē ipse accepisset : eo igitur maius respondisse quo diuturnius. Enimuero cum insolentiā regū cum inuidia simul deposuisset : periculum quoq́ euitauit. Quo factum est ne ea paterentur quę mesenii arguiiq́ aduersus reges suos qui nihil ex regia po/testate ad popularem mansuetudinem neq́ cedere : neq́ deponere uoluissent : factitarunt. Et id maxime licurgi sapientiam prouidentiamq́ per spicuam ac manifestam reddidit : quod ad messeniorum atq́ arguiorum : qui & cognati

& uicini populi regesq; existerent seditiones & rerū . P . erumnas : oculos cōuerterent . Ii ubi namq; ab initio paria cōsecuti essent : & in sorte ante ire illos uiderentur : haud ad multum temporis secundis rebus usi sunt . Sed regū iiuria potius q̃ quod turbę obedirēt presentes status per turbātes demonstrarunt : eū diuino profecto spartiatis successui fortunęq; extitisse : qui remp . apud ipsos aptarit atq; temperarit Sed de his postea . Secundum uero lycurgi institutū ac generosissimū est : agri diuisio . Nam cum inequalitas nimia & grauis esset : plurimiq; inopes & egeni urbem perturbarēt diuitię autem in paucos prorsus confluxissent & contumeliam : & inuidiam : & malignitatem & delicias & quī hisce quoq; antiquiores maioresq; reipu . morbi sunt : diuicias ac pauperiem electurus | persuasit ut solum omne in medio positum a principio diuiderent : e ęquali sortione pariq; substantia inuicē omnes uiuerent : primatū uero uirtute arriperent quasi nihil prestaret alter alteri superior ne esset nisi quantum rerum turpium uituperatio & honestarum laus determinaret . Volens autē simul ac dixerat : facere : distribuit reliquā quidē laconicā uersus muicipia ad sortes xxx : milia quę uero ad oppidū spartę ipsi adiaceret ad nouē milia . Tot enim spartiatarum sortes extiterūt . Aliqui autem dicunt licurgum sex milia distribuisse sed tria milia postea pollidorum addidisse . Alii uero ex nouem millibus dimidium pollidoro | & dimidium licurgo ascribunt . Sors autem cuiuslibet tanta fuit ut redditum ferret Viro quidem frumenti lxx . medimnos : feminę uero . xii . & ex liquidis item fructibus pro ratione copiam redderet . Nam tantum alimenti abunde iis fore arbitratus est : quod & ad bonam corporis ualitudinem | & habitudinē satis esset alia uero re nulla indigerent . Narratur autem eum posteriori tempore cum ex peregrinatione per regionem ipsam nuperrime demessam iter aliquādo faciens | uideret aceruos similes | & ęquales : surrisisse : dixisseq; ad astantes : q̃ omnis laconica multorum fratrum uidetur esse : qui eam modo diuiserint . Aggressus & res mobiles diuidere : quo in ęqualitatem omnem & excellentiam tolleret : quoniam intuebatur eos inique ferre manifestam oblationem : alia usus uia e medio sustulit hanc plus habendi cupiditatem · Nam ubi primum nūmum omnem aureum : & argenteū irritū reddidisset ferreum solum utendum imperauit . Fecitq; ut ex uasto pondere & magnitudine ualeret parum ita ut . x . minarum instar & magno domi penu indigeret : iumentisq; ad agendum : hoc autē fuso plurima iniuriarum genera & lacedemone sunt electa . Quis enim aut furari uoluisset : aut corrumpere muneribus aut alium priuare aut rapere : quod neq; occultare poterat : neq; cum uoluntate possidere : neq; etiam utiliter incidere . Aceto enim ut fertur : igniti ferri aciem extinguens abstulit ad alias res & usum & uim : quoniam infirmum & in utile redderetur . Post hoc autem eas artes quę inutiles super uacaneęq; essent ex urbe deiecit . Verūtamen deiciente etiam nemine : plurimę cum publico numero excidissent : cum res non haberentur in precio . Ferreus enim nūmus gręciis aliis cōmunis non erat : neq; precium habebat : quippe qui ridiculo esset . Itaq; ex peregrinis & preciosis mercibus nihil eo licebat emi. Neq; onus aliquod negociatores importus inuehebāt . Neq; rethor in laconicā ad docendum ibat : neq; mendicus uates | neq; scortorum enutritor : neq; qui aurea neq; qui argentea ornamenta laboraret : uti nūmus illic non esset sed sic

paulatim desertę ab iis a quibus exuscitarētur alerenturqꝫ delicię ultro defecere
neqꝫ his qui multa adepti essent plus quicꝗ cōmodi aderat : cum opibus locus
ĩ publico non esset sed domi occluse ociosęqꝫ tenerentur . Quãobrem expedita
necessariaqꝫ uasa hęc lectuli & selle & mense apud eos optima fiebant Cothonqꝫ
laconicus milicie / ut ait Critias / maxime probabatur . Nam quas aquas bibere
cogebãtur uisusqꝫ abhorrebat : illius poculi colore occultabãtur . Et cũ turbide
intus colliderētur ad horas que subsiderēt puriores ori admouebãtur horũ uero
auctor fuerat legumlator : Nam cum inutilium rerum artifices expulsi essent :
in necessariis ipsis decorem artis ostendebant . Preterea cum magis animo
uolutasset : & aduersus delicias bellum aggredi & diuitiarum desideriũ auferre
Institutum tertium pulcherrimũqꝫ induxit : cõuiuiorũ apparatum quo simul ce-
natum conuenientes ad cõmunia & ordinata obsonia ac cibos nequãꝗ domĩ
discũberēt aut super strata preciosa / mēsasqꝫ magnifice instructas inter opificũ
& coquorũ manus / sub noctem ueluti uoraces animantes inpinguescerent atqꝫ
una corpora moresqꝫ corrumperent / ad omnem libidinē saciemqꝫ resoluti . Ac
per id & multo somno / & calidis balneis prolixaqꝫ quiete & quodamodo lãg-
uore quotidiano indigerent . Per magna igitur ea res fuit : sed longe maior
quod cõmuni illo cenãdi instituto / & facillitate uictus id effecerit : ut neqꝫ furto
petendę diuitie : neqꝫ potius ut ait Theophastus honori habende : neqꝫ diuites
haberentur . Nam neqꝫ usus / neqꝫ fructus / neqꝫ facies omnino aut ostentatio fu-
erat magni apparatus cum una cum paupere opulentus ad cęnam iret . Itaqꝫ
celebratũ illud emanauit . In una omniumqꝫ sub sole sunt urbiũ sparta seruari
diuitiarum deum : & cęcum & iacentem ut picturam in animã ac ĩmobilem :
neqꝫ enĩ antea cenatos domi ad cõuiuia uentre pleno licebat ire . Sed diligēter
reliqui eum asseruantes qui nimis secum aut biberet aut ederet obiurgabant
tanꝗ intemperantem cõmunemqꝫ ad uictum lacessentem . Quare uel ob hoc
maxime institutum locupletes dicitur aduersus licurgum exarsisse & in eum
uniuersos clamoribus ac tumultu insurrexisse . Demum uero pulsatus a multis
e foro cursu elabitur & alios ante omnes in templum defugit . Sed unus quidã
adolescens alias non ignauus : uerum & acer & feruidus alcander instans : ac
persequens eius oculũ : cum retro uerteretur baculo feriens eruit . At licurgus
remissior eo dolore redditus est quin aduersa fronte sese cõstituens / faciē ciuibus
cruentam erutumqꝫ oculum ostendit . Pudore maximo & merrore intuentes
affecti sunt : adeo ut ei alcandrum traderent : & ad suam usqꝫ domum licurgũ
ipsum simul indignantes deducerent . Licurgus autem illos quidem laudatos
demisit . Alcandrum uero ubi domũ introduxisset : mali ei nihil neqꝫ fecit neqꝫ
dixit sed dimissis consuetis ministris qui sibi famulabantur illũ ministrae iussit
Hic autem qui nequaꝗ esset obtusus silentio imperata exequebatur : simulqꝫ
licurgo assistens : ac simul uiuens in perspicienda mansuetudine : & eius animĩ
effectu & uitę seueritate / & in perferendis laboribus cõstantia / & ipse mirifico in
eum uirum amore est redditus & ad familiares amicosqꝫ dicebat licurgũ neqꝫ
durum neqꝫ elatum esse sed solum mansuetum atqꝫ aduersus alios mitem . Sic
igitur ille cruciatus est & huiusmodi penam subiit ut ex improbo & temrerario
iuuene in uirum ex actissimũ continentissimumqꝫ euaderet In huius autē erũ-
monumentũ minerue fanum ligurgus statuit quam optiletin appellauit . Nam

oculi apud illius regionis doricos optili uocantur. Aliqui tamen quorum est
diascorides: qui laconiã remp. conscripsit: licurgum oculũ percussum asserũt:
non autem luscum factũ: ac fanum ipsum deę statuisse inreferendas recuperatę
ualitudinis gratias. Baculum tamen ferre spartiatę inconcionibus post eam ca-
lamitatẽ destitere. Cõuiuia uero cretenses andria aut uiris lacedemonii philitia
appellant: siue quod philias idest amicitias & humanitatis ea sint. D. pro. L.
accipientes: siue quod ad tenuitatem & pheidonem hoc est parsimoniam con-
suescerent. Nihil autẽ prohibent etiam primam extrinsecus e uocalem adicere
ut aliqui dicunt edicia: aut dieta quę uictum significat nomen trahere cõueni-
ebant autẽ quidem: ac parum hisce uel pauciores uel plures. Ferebant singuli
farine medimnũ singulis cõuiuorũ mensis uini choas octo casei quinqꝫ minas
ficuum quinqꝫ semis minas. Preterea obsonii gratia per parum quidam nũmi
alias uero cum aliquis sacrificasset primitias: ac uenatus esset partẽ in cõuiuiũ
mittebat: licebat nanqꝫ domi cęnari: quãdo uel sacrificiis quisquis esset uel ue-
natione retardatus: uerum alios adesse oportebat. Ac maiorem inmodum ea
conuiuia diligenter obseruabant. Itaqꝫ agis rex: cum debellatis atheniensibus
ab exercitu reuertisset: & apud uxorem cenare uellet: porcionesqꝫ postularet:
eas tribuni militũ mittere noluere. Postridie uero cũ sacrificiũ quod prebuerat
pre ira haud soluisset: ipsum multauere ad ea autem cõuiuia ibant pueri: ueluti
ad scolas pudicitie ducerentur. Et cõfabulationes ciuilis audiebãt: & liberales
preceptores intuebantur. Iocariqꝫ ipsi: & comiter sine scurrilitate cauillari: &
huiusmodi cauilla non honeste pati asuescebant. Admodũ enim laconici moris
uidetur esse iocosas obiurgationes nihilipẽdere. Quod qui minus uellet: lice-
bat inhibere: & ille ab huiuscemodi loco desistebat. Ingredientiũ uero unicuiqꝫ
natu maximus portas ostendens ait per hasce uerbum non egreditur: qui aũt
se cõuiuii participẽ fieri uelit sic probari. Deinde singuli apomagdaliã sumẽtes
in manum ministro uas super capite ferente: silentio quasi calculum ĩmittebat:
qui reprobaret simpliciter: qui uero approbaret manu uehementer ĩprimens.
nam quę apogmadalia pressa fuerit perforati calculi uim habẽt. Quod siquam
ex iis minus pressam offenderint: non admittunt ingredientem. Quippe qui
uelint omnes inuicẽ iucunde congredi. Qui uero sic reprobatus fuerit caddi-
catum dicunt |Caddicus nanqꝫ uas uocatur: in quod apomagdalias ĩmittũt
ex obsoniis autem nigrum ius maxime apud eos probatum est: ut neqꝫ carne
seniores indigerent: sed eam adolescentibus cedentes. Ipsi iure perfuso uesce-
rentur fertur autẽ quidam ex ponti regibus emisse iuris gratia coquũ laconicũ
deinde iure de gustato moleste affectum. Ac tunc ei dixisse coquũ o rex hoc
certe iure homines in eurota loci utuntur obsonio: qui ubi modice biberunt:
domum abeunt absqꝫ facula. Non enim licet pergere preuio lumine neqꝫ hãc-
neqꝫ aliã uiã: quo assuefiant etiã in tenebris atqꝫ noctu audacter etiã intrepide
proficisci. Conuiuia igitur hunc habent ordinẽ: leges uero scriptas nullus ligur
gus tulit. Sed una ex hiis quę rhetrę appellãtur hęc est. Que igitur ab solutis-
sima & maxima ad ciuilem felicitatẽ uirtutemqꝫ existerent: ea tum demũ durare
ĩmota existimauit: si uicinum moribus & uitę instituto inserta essent haberẽtqꝫ
tum firmam electionẽ acerrimum scilicet necessitatis uinculum: tum eam legũ-
latoris dispositionem quã disciplina iunioribus faciebat rationẽ reddens circa

ipsorũ singulos : Paruas uero pecuniarias quę tabellas : quę ad usus ac necessi-
tates aliter pro tẽpore cõtingerent : satius fuit non cõprehendere, neqꝫ inscriptis
necessitatibus neqꝫ in motis consuetudinibus : pro oportunitatibus sinere, &
incrementa susciperent, & detrimenta : quecunqꝫ eruditi cõprobarint . Totũ
ac totius legittimę institutionis munus in disciplinam reiecit . Rhetrarũ igitur
una fuit : ut dictum est non uti scriptis legibus . Altera uero contra sumptus
ĩmodicos : ut quelibet domus culmen quidẽ securi : ianuas uero serra dumtaxat
& nullo alio instrumento laboratas haberet . Quod enim posteris tẽporibus
Epaminundam dixisse ferunt : in mensa tale prandium haud esse proditioni
obnoxium . hoc ligurgus primum excogitauit . huiusmodi domum delicias
sumtuososqꝫ apparatus non admittere . neqꝫ profecto quisq̃ est adeo incultus
& rudis : qui in facilem & plebeiam domum importet fulcra argenteis ĩstructa
pedibus : strata purpurea : culignas aureas & reliquũ hisce congruum luxum .
Verum necesse fuerit ęquale congruere & consimile esse domui quidem fulcrũ
fulcro autem uestem stragulam, huic uero reliquã magnificentiã : ex qua quidẽ
consuetudine aiunt lontychidem illum seniorẽ, cum cęnaret corinthi : suspexissetqꝫ
tecti domus fabricam preciosam atqꝫ laqueatam, hospitẽ rogasse : an apud eos
ligna quadrata nascerentur : Tertiã autem rhetram eam ligurgi fuisse predicãt
quę in eosdem hostis militare perhiberet : ne sepius repugnando consuefacti
bellicosi redderentur . Qua in re Agesylaum regem maxime posteriori tempore
accusant : ut pote qui continuis & frequentibus in boetiam incursibus, ac bellis
thebanos resistere lacedemoniis edocuerit . Quare saucium antalchidas eum
intuens pulchram tuę doctrine mercedẽ inquit a thebanis recipis : qui nolẽ-
tes ipsos neqꝫ scientes pugnandi peritiam docuisti . Itaqꝫ huiusmodi sanctiones
rhetras nominauit . quasi ex deo decretę & oracula quedam essent . Disciplinã
uero quod maximũ legumlatoris & pulcherrimum opus esse censuit . longiore
aggressus initio statim ea considerauit : quę ad cõnubia & sobolem procreandã
attineret . Non enĩ : ut ait aristoteles, aggressus mulieres pudicas efficere destitit
ob frequentem uirorum militiam : qua omnem illis relinquere potestatẽ coge-
bantur ob id que magisq̃ par esset eis obsequebantur . herasqꝫ appellabant quo
minus multam licentiam illam ipsam muliebremqꝫ insolentiã refrenaret : quin
& harum idoneam statuit diligẽtiam . Enimuero uirginum corpora cursibus
& luctationibus, iactibusqꝫ discorũ, atqꝫ iaculorũ exercuit : ut quẽadmodũ ger-
minũ radix aere ĩ acribus corporibus prĩcipiũ sumẽs melius germinat ita & hęc
partus robuste tolerãtes honeste simul & facile aduersus dolores repugnarẽt . Itaqꝫ
delicias remouens & cibi subductionem : & omnem feminęum morẽ assuefecit
puellas non minus q̃ pueros & uersari nudas & quibusdam in sacris & saltare
& canere : pręsentibus simul : spectantibusqꝫ iuuenibus . interdum etiã comiter
in singulos apteqꝫ obiurgantes carpebant delinquentes : ac rursus in eos qui
digni essent preconia cantu cõposita dictantes : multa & ambitionẽ adolescen-
tibus : & probitatis ardorẽ ingerebant . Nam qui laudatus probitatis extitisset
& inter uirgines illustris habitus : abibat exultans laudibus . Quę uero cum
ioco faceta obiurgatione reprehensiones fierent : nihilo erant ipsis seriis casti-
gationibusqꝫ aut obtusiores : aut minus argute . Vt pote quod ad spectaculum
cum aliis una ciuibus : tum reges cum : seniores proficiscebantur . Nudatio illa

uirginum nihil habebat turpe . uerecundia enim aderat : petulantia aberat .
sed simplicem quandam consuetudinis | & robustatis studium efficiebat . Atqꝫ
elationem animi quandam femineũ ingeniũ nec ignauam degustabat . perinde
ac non minus sibi & uirtutis & ambitionis consort um adesset . Vnde & dicere
illis sentireqꝫ licebat : qualia & de gorgone uxore leonide narrantur . Nam pe/
regrina quadam ut uidetur ad eam dicente . Solę uos lacenę uiris imperatis .
solę enim inquit uiros parimus . Hęc igitur ad nuptias alliciebant : dico autẽ
pompas uirginum : & emulationes : & ludos in iuuenum conspectu : qui non
geometricis agebantur : sed cupidineis : ut ait plato : necessitatibus . Preterea
ignominiam quandam iis : qui nubere noluissent ligurgus addidit Arcebantur
enim in gymnicis ludis a spectaculo : per hyemem uero principes iubebant eos
in orbem nudos forum circuire . Ita uero circũ euntes canebant in semetipsos
cõpositum quoddã carmen : quo significabatur eos iure pati : quoniã legibus
non parerent . Honore autem & obsequio : quo iuuenes prosecuntur seniores :
priuabantur . Quamobrem dictum illud in dercyllidam damnauit nemo : tam
& si probatus ille dux extitisset . Superuenienti enim sibi quidam ex iuuentute
subsellium haud cessit : inquiens . Neqꝫ enim mihi tu qui cederet genuisti : nu/
bebant aut raptu neqꝫ paruas : neqꝫ ad coniugium in maturas : sed adultas : ac
nubiles assumentes . Raptam uero ea quę pro nuba dicitur : accipiens capitis
quidem crines ad cutem amputabat . Virili autem amictu : Calciamentisqꝫ in/
structam : intorum solam declinabat : sine lumine . At sponsus non ebrius :
neqꝫ deliciis demollitus : sed sobrius : ut semper posteaq̃ in phidiciis cęnatus
esset ingressus : ac sponsę cingulum soluens : eam sublatam in lectum transfere/
bat . Ibiqꝫ secum moratus haud diu honeste abibat : ubi cum aliis iunioribus
consueuerat : dormiturus . Idemqꝫ inposterum agebat : cum ęqualibus quidẽ
diem trahens : simulqꝫ quiescens . ad sponsam uero quadam cum religione clã
pergens : & uerecundus | & timidus : ne quis ex intimis se intueretur . Simul enĩ
& sponsa moliebatur agebatqꝫ : quo tempestiue & clam inuicem conuenirent .
Et hoc non parum tẽporis gerebant : sedquo ad etiã aliquibus filii nascerẽtur
priusq̃ interdiu suas uxores aspicerent : huiusmodi uero congressio non tempe/
rantię modo atqꝫ pudicitię exercitatio quedam erat : uerum & uerecundos cor/
poribus : & perpetuo quodam amore nouos recentesqꝫ ad concubitũ ducebat
Neqꝫ sacietate eos capi : neqꝫ in uerecundis congressibus a mutuo affectu refri/
gescere : quin potius ut reliquias semper aliquas : & fomentum cupitudinis :
& gratię inuicẽ relinquere sinebat . Tantum autem & ordinis & pudoris iugali
copulę cum adhibuisset : nihilo tamen minus nouam inanemqꝫ ac muliebrem
de uxorum pudicitia suspitionẽ amouit . Id honestum decernens : si cõtumeliã
& in cõtinentiã omnem a connubio arceret . Filiorum autem & sobolis societatẽ
dignis hominibus permisit . Eos deridẽs qui hęc ueluti quę admisceri : cõsortiũ
ue admittere nequerint cędibus & bellis capescerent . Licebat enim seniori uiro
iunioris uxoris siquem ex iunioribus honestum ac probum diligeret : probaret
qꝫ illum ad uxorem adducere & ubi eam generoso illius semine complesset suũ
ipsorum quod natum esset efficere . Licebat itidem probo uiro : qui fecundam
aliquam pudicamqꝫ mulierẽ alteri nuptam admiraretur : marito illius suadere
ut cũ ea ipse cõgrederetur : tanq̃ in solo fertili bonos filios saturus atqꝫ facturus

bonorum item germanos illos cognatosq́ꝫ futuros. Primū & enim non proprios patrū sed cōmunes ciuitatis filios lygurgus existimabat. Quare non ex uulgaribus quibusdā natos, sed ex optimis potius ciues esse uolebat. deinde plurimā & fatuitatem simul & fastum in aliorum institutis intuebatur. qui hisce ī rebus elaborassent. Illi nācꝫ canes & equas ut gratia aut mercede dominis persuasis optimis & preclaris illius generis animalibus supponunt. Vxores autē tanq̄ presidio occlusas seruant: ex ipsis dumtaxat eas parere uolentes siue illi amētes sint siue confecti senio: siue egroti: quasi filii mali non nascantur esse iis: per primi adepti sunt & nutriunt: si ex improbis nascantur. Et contra probi si talem ortum sorciantur. Hęc autem ita se habentia cum natura, tum moribus tantū tunc aberant ab ea quę postea secuta dicitur facilitate mulierū: ut omnino incredibile sit eos adulterio fuisse obnoxios. Celebraturcꝫ cuiusdā geradę dictū hominis spartiatę admodum uetustissimi. Qui ab hospite rogatus quid apud eos adulteri paciuntur: respondisse dicitur o hospes, nemo apud nos fit adulter sub dente autem illo: sin uero fieret: thaurum inquit geradas persoluit magnū qui taygeto superato bibit ex Eurota. hospite uero admirantem dicentemcꝫ qui possit fieri tam uastus bos. Ridens geradas quo nam inquit pacto adulter queat spartę fieri: Hęc igitur de nuptiis traduntur. Partus autē nutriēdi ius genitori non erat: sed eum quēdam in locum deportabat. quem leschen uocāt Vbi sedētes ii qui ex tribulibus maximi natu essent: siquidē infantē animaduerterent effictum pulchre, ac robustū educari iubebant: sortē illi ex nouē millibus distribuentes: sin autem ignauū ac deformē: ad pothetas appellatas exponēdū demittebant: locum secus trayggetem precipitem ac preruptum: perinde quasi eius uita qui minus pulchre statum abinitio & ad bonā corporis compositionē & ad robustatē natura productus esset: necꝫ sibi utilis necꝫ rei: unde non aqua infantes sed uino mulieres abluebant. Experimentū quoddam ipsorum habitudinis facientes. Dicitur enim comitiali morbo infantes, aut alii egrotationi obnoxios admoto mero debilitari ac resolui. Qui autē esset firme ualitudinis magis acuere ac firmare habitum erat autem circa nutrices artificiosa quedam diligentia: nullis adhibitis infantie pannis: infantes & nutrientes ipsos tum menbris tum specie liberales ac uenustos facerent Item & faciles & nihil delicationis cibi appetentes: & tenebras minime formidantes: & ad omnē solitudinem intrepidos: & difficultatis illiberalis, atcꝫ uagituū expertes cōstituerent: proinde quidam etiam ex exteris alumnas laconicas filiis emebant. Et Amydā quę Alcybiadem atheniensem lattarat lacenam fuisse tradunt. Verum huic ut inquit Plato prefecit Perydes pedagogū çoppirū: qui ab ceteris seruis differet nihil. At spartiatarum filiis lygurgus necꝫ emptitios, necꝫ mercenarios preesse pedagogos uoluit. Necꝫ ut cuilibet liceret filium pro uoluntate uel educare, uel instituere: sed omnes statim cum septimū annum exegissent ipse assumens distribuebat in greges eoscꝫ una socios atcꝫ contubernales consuefaciebat, inuicē simul ludere, & simul exerceri. Principem uero eis preficiebat eum: qui & prudentia ceteris sociis prestaret: & pugnādo esset acerrimus. Ad hūc ītuebantur huic imperanti obediebant: hunc plectentem perferebant. Itacꝫ disciplina erat quędam obediendi exercitatio. Seniores autem eos ludentis obseruabant. Et frequentissime dimicationes quasdā, a contentiones uscꝫ suggerentes, nō super

uacanee : discebãt quale esset cuiusq; ingeniũ : qui auderet : neq; ĩ certaminibus
pugnam abnueret . At qui litteras pro necessitate discebant . Reliqua omnis
disciplina ad recte obtemperandum/laboresq; tollerandos/& prelio uincẽdum
parabatur . Quare progressu ętatis eam iis exercitationẽ intendebant ut ad
cutem usq; ipsos contenderent & discalciatos incedere ac frequentius nudos
ludere consuefacerent . Emenso autem duodecimo etatis anno/sine tunica iam
degebant : pallium unum in annum capientes . Erantq; corporibus squalidi &
qui neq; balneos neq; unguenta scirent : preter paucos quosdam anni dies :
quibus huius indulgentię participes fiebant : cubabant autem secundũ alas &
turmas/in thoris ex arundine constructis : quam ipsi secus Eurotam nascẽtem
conuehebant : sumitates manibus non ferro confringentes : per hiemis uero
tempus eos qui Licophones appellantur/sibi subiciebant : thorisq; ĩmiscebant
Videbatur enim ea materia calidi habere quiddã . Iam uero cum huius ętatis
hominibus/qui probos iuuenes adamarent : seniores ipsi simul uersabantur :
mentemq; adhibebant : & profiscebantur : maxime ad Gingnasia · illisq; tum
pugnãtibus tum iocosis ob iurgationibus inter sese utẽtibus : non ab re ĩtererãt
ut pote qui omnes quodamodo existimarentur esse omnium & patres & peda/
gogi & prefecti . Proindeq; neq; tempus neq; locum omittendum uacuũ pre/
ceptoris institutis atq; studiis : circa delinquentem preterea & Pedonomus ex
honestis & bonis uiris constituebatur . Ac ipsis per turmas preficiebant ex iis
qui Irenes dicebantur . Continentissimum semper & bellacissimũ . Irenas uero
uocant eos qui in annũ iam secundum e pueris excessere . Melirenas autẽ natu
grandiores inter pueros . Hic igitur Iren ubi annum uigesimum antigerit : &
preest iis qui in pugnis subiecti sunt : & pro singulis familiis eis ministris in
cena utitur . Prescribit autẽ firmioribus ut ligna ferant : minoribus uero olera
Quę illi per furtum afferunt alii ad ortos euntes : alii ad uirorum conuiuia clã
ingressi callide & asseruanter : siquis autem fuerit deprehensus multis uerberi/
bus flagro afficitur : quasi negligẽter neptecq; furari uideatur . Furãtur aut ex ci/
bariis quicquid ualeant . Sicq; apte discunt insidias dormientibus tendere : aut
negligentius obseruantibus . At si fuerit deprehensus mulctatur tum uerberi/
bus/tum fame . Per quam suauis enim iis est cęna : ut sua industria inedie
occurrentes : & audere/callideq; rem gerere cogantur : & hoc quidem castigati
uictus opus erat . Corporum uero incrementum mirabile dicunt : fertur enim
in longum quãdoquidẽ ipse spiritus non retardetur aut laboret pre Alimenti
copia/in profunditatem & latitudinem pressus . Corporis uero leuitate solute
facileq; crescentis superiora petit . Idem autem pulchre uidetur facere . Nam
graciles habitus & macilenti magis artuũ agilitati cedunt : tumentes uero &
pingnos onere suo reluctantur : quasi prorsus mulieres : quę cum grauide sunt
debilitantur . Graciles quidem infantes fiunt ac uenusti & aspectu grati/oble
uitatem materię : quę ab eo magis quod formam imprimit detinetur . Sed enĩ
causam accidentis rei considerare in medio positum sit . Adeo uero & diligẽter
& attente pueri furantur : ut narretur quendã : cum leonis catulum surripuisset
palliolocq; inuoluisset : eius uentre unguibusq; & dentibus abestia discerpto
omnia latendi gratia tollerantem obisse . Quod uel ex huius tempestatis pube/
ribus credi licet : quorũ multos in ara augurii cęsos uerberibus mori uidimus

Cum autē Iren cęnatus discumberet : imperabat alii ex pueris ut caneret : alii questionem aliquam proponebat : accurata responsione indigentem . Vt qui sit optimus inter uiros : uel quenam sit huiusce actio . Quaquidem ex re con/suefiebant statim ab initio & honesta iudicare | & de ciuibus diligēter inquirere . siquis enim quesitus quinam esset bonus ciuis | aut qui minus probatus esset : hesisset respondendo : animi signum esse arbitrabantur & mortis | & qui nulla uirtutis laude tangeretur . Oportebat autem responsionem & breuem esse & ce/lerem causa & demonstratione concludentem . quamobrem qui minus rite uel negligentius respondisset plectebatur : morsum capiens ab irene impollicem . Sepenumero quoq; senioribus principibusq; presentibus pueros Iren puniebat documentum pręhens ad recte & ut decet puniret Neq; dum eos puniret | pro/hibeatur . Cum uero pueri abissent pęnas dabat : si asperiusq̄ deceret in illos animaduertisset : aut contra si remisse & leuiter . Fiebant autem amatores una puerorum famę infamięq; participes . Itaq; dicitur aliquando uocem minus ingenuam impugna puero emittente eius amatorem a principibus mulctatū esse . Cum autem amoris uis ita apud eos uigeret : ut & preclarę probęq; mu/lieres ipsas etiam uirgines amarent : riuales tamen fieri non licebat : qui eosdē amassent : quin potius eorum amatores mutuę amicitię inicium faciebant . per/seuerabantq; pari studio ut quē amarent optimum redderent . Docebant etiā pueros ea uti oratione quę grauitatem haberet iocunditati admixtā : ac sentētię plurimum breui sermone complecteretur Enimuero ferreum numū ligurgus statuit magno pondere minimā uim habere : ut dictum est . at orationis nūmū contra exiniculta & breui dictione sententiis affluere plurimū effecit : qui multo silentio pueros sensu eloqui . & scire respondere molitus sit . Quēadmodum enī illorum semen : qui se ad coitum intemperantes prestant : infecundum ut plu/rimum & sine fructu est : sic & loquendi intēperantia orationē inanē & stolidā reddit . Proinde Agis rex : cū acticus quidā in laconicos enses cauillaretur : quod parui essent diceretq; facile eos absorberi ab circulatoribus in theatris posse : Et tamen uix nos inquit attingimur hostium gladiis longioribus . Ego uero & laconicam orationē intueor que breuis uidetur esse : maxime res com/plecti : & auditorū mentē attingere : & enim ligurgus ipse & breuis oratione uidetur esse : & per dicterias locutus : siquidem & ex comentariis coniectari licet . Veluti responsum illud in eum est : qui ut popularem in urbe pricipatū faceret eum rogabat . Tunc enim inquit primus tua in domo huiusmodi prin/cipatum facito . Et illud de sacrificiis : ad percontantē quid parua adeo ac uilia statuisset : ne unq̄ ait deum uenerari desistamus . Et item illud de athletarum certaminibus . Hec enī sola exercere ciues prohibebat : in quibus manus haud intenderetur . Feruntur & eius ex epistolis huiusmodi ad ciues responsiones . Quo nam pacto hostium ineptum repellere possimus : si pauperes manseritis . & contemptiones mutuas amiseritis . Et rursum de muris . Nequaq̄ ea urbs minus circundata muro fuerit : siquis eam uiris fortibus : nō lateribus cinxerit hisce igitur huiusmodiq; epistolis neq; fidem derogare : neq; item adhibere : facile est . Quante uero dicendi prolixitas calūnie foret . Talia sunt dicteriarū indicia . Leonidas rex intempestiue quodam de rebus non inutilibus uerba faciente | o | hospes inquit : non oportune quod oportet uteris . Charylaus uero

fratris Lygurgi filius rogatus de paucitate legũ ipsius : ĩquit eos qui nõ multis utũtur uerbis neq̧ multis legibus ĩdigere . Archidanidas aũt quibusdã Hęcateũ sophistã accusantibus : quod ĩcõuiuiũ susceptus nihil dixisset : inquit qui rationẽ dicẽdi tenet : etiã tẽpus tenet . Quas uero ex cõmentariis dixi grauis sententias gratię coniunctas huiusmodi sunt . Demaratus improbo quodam intẽpestiuis in eum interrogationibus cauillante/ac idẽ sepius iam rogante : quis optimus esset spartiatarum : inquit qui tibi dissimilimus sit Agis autem quodam heli/enses laudibus efferente : quod pulchre olimpia iusteq̧ agerẽt . Et quid magni inquit helienses faciunt . Si ex annis quinq̧ diem unũ iusticia utuntur . Theo/pompus uero cum hospes quidam suam in eum beniuolẽtiam ostentaret : di/ceretq̧ a ciuibus suis philolaconem : hoc est laconum studiosum appellari : pulchrum inquit fuerit philopolitem idest ciuitatis amatorem uocari . Plistonax autem parsanię filius rhetore quodam atheniensi imperitos lacedęmonios ap/pellante . Recte dicis inquit : Soli enim grecorum nos nil a uobis mali didici/mus : Archidamidas uero roganti cuidam quot sunt spartiatę . Tot inquit/o hospes qui malos sufficiant arcere . Licet etiam ex iis quę iocose ab ipsis dicũtur morem ipsorum coniectare . Consueuere nanq̧ oratione superuacanea nunq̃ uti : neq̧ pati ut uox effluat : quę quoquomodo alicuius speculationis dignam sententiam minus habeat . Enimuero cum quidam ad eum audiendum exhor/taretur : qui lusciniam imitaretur : ipsam inquit audiui illam . Alius uero cum titulum hunc legisset . Hosce selenuntis quicunq̧ tyramida mauors : extinxere ferus perdidit in foribus . Iure inquit hi uiri interiere . Oportuit enim sinere : ipsam exuri omnem . Adolescens autem pollicenti cuidam se gallos ei daturũ qui pugnando interierent . Ne tu quidem inquit des istos mihi : sed ex iis po/tius qui dimicando occidant . Alius uero quidam intuens homines in sellis cum ex hac luce decederent sedentes : absit inquit ut hic sedeam : unde seniori assurgere fas non est . Dicteriarum igitur species erat huiusmodi . Quare non absurde in quiunt aliqui/facilius esse philosophari q̃ studere laconũ sermonem exacte imitari Disciplina autem & cantuum & morum non minus in studio erat/q̃ dicendi emulatio/ac nitor . Verum & modulis stimulus quidam inerat ad animum concitandum/& ad impetum quasi furentẽ quendam atq̧ strenuũ inducendum : ac dictio erat facilis : & uirilis/de rebus honestis seuerisq̧ : Nam laudationes eorum erant ut plurimum : qui pręclare & fauste pro sparta occu/buissent . Et illorum uituperationes qui metu id agere decretassent quasi tristẽ uitam miseramq̧ uixissent . Erat preterea exhortatio quędam & excitatio pro ętatum dignitate/ad uirtutem : horum autem unum quidam exempli causa nõ ab re fuerit in medium referre . Tribus enim choris pro tribus ętatibus : in celebritatibus constitutis . Vnus quidem senectutis incipiens canebat . Nos olim fuimus robusti iuuenes . Adulte uero ętatis alter subsequens inquiebat . Nos autem sumus : ꝙ si uelis periculum facito . At pueritię tertius . Nos autẽ erimus multis profecto meliores . Nempe siquis laconicis prematis animum intenderit : quorum aliqua ad nostram usq̧ seruantur ętatem : & sensum pro/gredientes numeros asseruauerit : quibus in congressu aduersus hostes ad tibiã utebantur : non absurde & terpandrum & pyndarum musice fortitudinem conuinxisse censuerit . Ille nanq̧ sic de lacedemoniis cecinit : Hic iuuenũ cuspis

iuret & dulcissima musa. Iudiciuq; patens: Pyndarus uero ait: Hic & consiliis senes. Et qui prelia fortiter Concertant iuuenum chori: & cum cuspidibus pierides decus. Istos enim & musica simul eruditissimos: & bellicosissimos extitisse iudicant. Nam ueluti Laconicus ille poeta inquit. Serpsit & inferrum Cytharę sonnos ipse canorę. Etenim rex cum prelium initurus esset/sacra musis ante persoluebat utpote qui discipline ut uidetur iudiciorumq; meminisset: quo & faciles ac promptę periculis adessent: & facinora preliantiū memoratu digna redderent. Interdum uero remisso iuuenibus durissimo uitę instituto minime prohibebant: ut & coma sese & armis & palliis exornarent: gaudētes his quidem illi non secus atq; equis exultantibus & sese efferentibus ad certamina. Quare comam nutrientes continuo ex pubertate maxime in obeundis periculis operam dabant: ut & nitida coma & discriminata uideretur: quoddā ligurgi dictum de coma celebrantes: ea pulchros uenustiores fieri deformes autem ferotiores: preterea milicię gymnasiis mollioribus utebantur: Ac reliquum uictum neq; seuerum adeo: neq; astrictum iunioribus prebebant. Itaq; solis illis in omni genere exercitationis genere bellice bellum. Ipsum quies est. Iam uero instructa simul ipsorum acie hostibus quę presentibus. Rex simul & capram quam illi chimeram dicunt iugulabat: & omnes coronari mandabat: & tibicenes castorio modulo ad tibias uti iubebat: simul etiam panem adinuadendum inchoabat: Itaq; illorum aspectus & pulcher erat & formidabilis: qui & numero ad tibiam incederet: neq; phalangis ordinem miscerent: neq; animis turbarentur: sed mansuete & hilariter a modulo indiscrimen ducerētur. Videtur enim neq; metum: neq; furorem nimium in illis oriri posse: qui ita se habuerint: sed firmam potius & cōstantem animi magnitudinem: spei audientięq; admixtam. Perinde atq; immortali deo presente simul ac fauente. Ibat autem rex aduersus hostes coronatum hominem secum habens: qui certamine uictor extitisset. Ac ferūt: quēdam cum grandis sibi pecunia in olimpie traderetur: eam accipere noluisse: sed labore plurimo aduersariū luctādo superasse. Quare dixit ei. Quid tibi Olacon ex uictoria lucri comparasti? Et illum aridentem respondisse. Ante regē constitutus preliabor aduersus hostes. Cum autem uertissent infugam: hostem uicissentq; adhuc insequebantur: quo ad omnino uictoria hostium fuga confirmata esset. De incontinuo redibant: neq; generosum: neq; grecanicum esse ducentes: illos cedere & necare: qui declinarent: cederent abirent: eratq; non solū & honestum hoc: & maximi opus: uerum etiā utile. Illi nanq; qui aduersus eos dimicarēt: cum non essent ignari a Lacedemoniis: illos qui pugnando resisterēt enecari: cedentibus uero parci: fugere q̄ manere conducibilius putabant. Lygurgum autem ipsum Hippias sophista narrat: & bellicosissimo extitisse: ac multa militia expertum. Philostephanus uero equitum etiam distributiones in ulamos ligurgo ascribit. Vlamū uero ut ille constituit: complecti equites quinquaginta: instructum quadrato ordine. At Demetrus phalereus tradit nullam prorsus rem bellicam Ligurgū attigisse sed ī pace cōstituisset rēp. Videtur aūt olipiacarū feriarū excogitatio miti ingenio uiri māsuetiq; fuisse. Atq; dicūt quidā/ueluti Herminus meminit. Ligurgū neq; affuisse ab initio: neq; sociū extitisse: in iis quę sunt ab Iphito constituta: sed interfuisse aliqua ex causa profectum atq; spectantem. Audisse autē

uocem tanq̃ hominis alicuius atergo illũ increpantis admirantisq; : quod ciues
non exhortarẽtur : simul cum aliis celebritatis participes fieri . Conuersus autẽ
Ligurgum : cum qui locutus fuerat nusq̃ appareret : numen fuisse arbitratũ : sic
ad Iphitum concessisse : cõmuniq; studio festiuitatem illustriorem & firmiorem
constituisse . Disciplina uero quo ad pubertatis annos euasissent perdurabat .
Nemini enim permittebatur pro arbitrio uiuere : sed in urbe ueluti in castris
perscriptum habebant uictum/ & exercitationem circa publica negotia . Atq;
omnino existimantes non sibi pueros natos esse : sed patrię/ eos sedulo : in-
quit aliud facere imperatum foret : inspectabant ac frugi aliquid edocebant :
aut ipsi a senioribus discebant . Etenim hęc una ex omnibus quas suis ciuibus
Lygurgus fabricauit : & pulcherrima beatissimaq; res fuit copia & ubertas ocii
quibus omnino probibuit quicq̃ uulgarium artium attingere . Pecuniarũ autẽ
studium quod laboriosam congeriem molestamq; contineret : nulla in re neces-
sarium erat . Idq; obeam gratiam/ quod diuitię prorsus abiectę essent ac nullo
in precio haberentur . Mancipia uero eorum colebant : solum dictosq; reddi-
tus persoluebant . Cum athenis quidam interesset iudiciorum tempore : audi-
retq; ocii multę quendã obnoxium mestum incedere : atq; ab amicis deduci :
qui & ipsi rem ęgre & inique ferrent : orauit qui ei aderant : quis ille esset : quĩ
liberalem subisset mulctam . Seruile adeo existimabant ineptam occupationẽ
circa opificia pecuniasq; parandas . Quare cum excessissent nũmi/ excesserunt
& iudicia itidem neq; plus cuiq̃ minus ue aderat . Equalitas erat in abundãtia
& inuilitate facilitas . Tripudia & festiuitates epulę atq; studia circa uenationes
circa gymnasia : circa publicos consensus atq; colloquia modo ni forte militię
uacarent : per omne iis tempus agebantur . At qui iuniores ante trigesimum
ętatis annũ inforum nullo modo descendebant : sed per cognatos & amatores
necessaria transigebant . Senioribus autẽ turpe erat : si frequentius circa buius-
modi studia uiderentur . Sed maiorem diei partem in gymnasiis & in his quę
Leschę nominantur : uersabantur . In hęc enim loca decore & modeste conue-
nientes/ sermones inter se conferebant . nulliusq; rei memoria tangebantur .
quę uel ad rem pecuniariam uel ad ignobilem usum spectaret . Sed plurimum
illud erat huiusmodi conuentus opus : ut uel honesta laudarent : uel turpia ui-
tuperarent . Idq; cum ioco & risu : qui comiter ad correptionem emẽdationẽq;
deduceret . Neq; enim Ligurgus ipse seuerus ĩmodice fuit : quin & risus sigillũ
ab illo erectum Sosibius tradit : quippe qui iocum quasi laboris & asperioris
uictus condimentum aliquando iniiceret in cõuiuiis/ & huiusmodi conuẽtibus .
Ad id uero prorsus assuefecit ciues : ut neq; uellent : nec scirẽt priuatim uiuere :
sed ueluti apes ad rem cõmunem confererentur semper : & una omnes circum
principem uerterentur sicq; ab se ipsis ferme afflatu quodam diuino & honoris
studio separati : totus se patrię dederent . Vt liceat etiã dictis quibusdã ipsorũ
mentes inspicere . Pedaretus enim non electus in numerum trecentorũ abibat
serena fronte/ ueluti gestiens : quod meliores sese trecentos haberet ciuitas . Po-
lystratidas autem legatione fungens una cum reliquis ad regis pretores : illis
interrogantibus utrum priuatim adsint an publice missi . Inquit siquidẽ adi-
piscamur publice si minus adipiscamur priuatĩ . Argileonis uero Brasichę mater
cum ex Amphipoli quidã Lacedemonẽ petentes ; ad eam essent ingressi quesiuit

honeste ne Brasydas ac prosparte dignitate occubuisset: Illis autem uirum efferentibus, simul atque dicentibus spartam talem alium non habere. Ne dicite inquit, o hospites. Honestus enim uir fuit: & bonus Brasydas: sed multos Lacedemon habet illo meliores. Seniores ut dictum est Lygurgus constituit: primum ex iis qui consilii participes extitissent. Postea uero inde mortui locū statuit eum assumi: qui uirtute ceteris prestare iudicatus esset. Ex illis scilicet qui annū. lx. transegissent: atque ex omnibus humanis certaminibus hoc maximum uisum est: & apprime expetendum non enim qui inter celeres celerrimus, aut inter robustos robustissimus: sed qui inter bonos & continentes & optimus & continentissimus iudicatus esset: ut haberet opportebat per omnē uitam uirtutis palmam atque insignia: totum ut ita dicam principatum in rep. cui quidem ipsi potestas esset & mortis & ignominię & omnino eorum omniū quę maxima dicuntur. Iudicium uero fiebat hoc pacto. Concione coacta uiri electi in proximam domum occludebantur: neque uidentes quenque ex concione neque a quoque uisi: sed clamorem dumtaxat audientes concionantium. Clamore ut cętera competitores iudicabant. Non una omnibus sed singulis proforte admissis: ac silentio per concionem euntibus: qui igitur occlusi essent: habentes tabellas per singulos clamoris magnitudinem signabant: ignari cui nam is clamor suffragaretur: pręterque ut primus uel secūdus uel tertius uel quotuscūque maxime eorum qui admissi essent: cui uero primus clamor ac maximus suffragaretur: hunc denuntiabant. Coronatus autem ille deos īmortales circuibat: hunc iuuenes plurimi sequebantur uirum admirantes sūmisque laudibus efferētes. Mulieres etiam nonnullę uirtutis eius preconia concinebant; uitamque beatam esse predicabant. Pręterea singuli necessarii cęnam ei apponentes inquiebant hac mensa honorari a ciuitate. Peracto autem circuitu incōuiuiū abibat. Et reliqua pro consuetudine fiebant. Secunda uero portione sibi apposita eam tollebat: seruabatque. Ac post cęnā eū ad fores Phidicii domesticę adessent mulieres quam ipse maxime honorare uellet: appellabat Cui portionē illā tradens aiebat: premium hoc: quod ipse accepisset ei dare. Quare & illa in honore habita: ab aliis mulieribus deducebatur. At qui humandi etiam munus optime Lygurgus ipse constituit: primū nanque omni superstitione sublata: haud prohibuit tum cadauera in urbe sepelire: tum etiam secus templa monumēta habere, iuniores huiusmodi conspectibus familiares & in nutritos statuens. Itaque neque turbabantur, neque horrescebant mortem: uti ea polluerentur, qui uel cadauer tetigissent: uel per sepulchra transiissent. Deinde nichil cum mortuo sepeliri permittebant: sed condentes corpus puniceo amictu & oliuę fronde circūdabant. Neque licebat mortui nomen inscribere: nisi aut uiri aut fęminę: qui pie in bello pręclareque periissent Lugendi uero tempus breue pręfiniunt: dies. xi. duodecimo autem post celebratum cereri sacrificium soluere luctum oportebat. Nihil enim ociosum erat: nihil remissum. Sed rebus omnibus necessariis aliquam uirtutis emulationem atque desiderium; aut uitii uituperationē admiscebat. Vrbemque refarciebat exemplorum copia: quibus necesse erat ut qui semper adessent: ea quę cum lacte biberent: perpetuo profectu agerentur formarēturque ad honestatem. Vnde neque peregrinari uolentibus uagarique permittebāt. Vtpote qui colligētes peregrinos mores & īepte uiuētiū peregrinatiōes

ac rerũ . differentiã cõueberet . Quin etiã eos qui nulli in urbẽ usui cõuenirẽt atq; cõfluerẽt depellebãt . Nõ ut ait Tucytides quod metueret ne reip . gerẽdę modũ imitaretur : & aliquid quod ad uirtutẽ accederet edisceret : ob eã rẽ potius ne mali cuiusq̃ doctores forent . Simul nãq; necesse est cũ peregrinis corporibus etiã sermones ĩgredi : noui autẽ sermone iudicia noua afferũt . Equibus necesse est perturbationes oriri plurimas, atq; uoluntates ad presentẽ reip . statũ ueluti ad Harnioniã dissonãtes . Quapropter magis oportere arbitrabãtur asseruare ne urbs improbis moribus cõpleretur : q̃ morbidis corporibus extrinsecus aduenientibus . Itaq; in his nullum est aut iustitię aut cupidę prerogatiuę uestigiũ quam aliqui Lygurgi legibus crimini dant : tanq̃ abundę instructę sint ad fortitudinem, parum autem ad iusticiam . Cryptia uero quam ipsi uocant : ea uero a latendo dicitur : siquidem & hoc tandem unum ex Lygurgi institutis est : ut Aristoteles tradidit : talem & huius uiri famam moliatur : qualem & Platonis de rep . erat autem huiusmodi . Ii qui iunioribus prefecti erant : illos post temporis multum qui maxime prudentes uiderentur : in regionem alio emittebãt : gladios secum alimentumq; necessarium, aliud uero habentes nihil . Illi autem locis incognitis interdiu disseminati sese abdebant : atq; quiescebant . Noctu autem in uias descendentes, quem hominem ex mancipiis cępissent obtruncabant : sepe etiam per agros proficiscentes robustissimos eorum, ac fortissimos enecabant : quemadmodum & Tucytides imPeloponensium tradit historia : eos qui ab spartiatis fortitudine cęteris prestare iudicati essent . Corona insignitos esse tanq̃ liberos factos : deorumq; ĩmortalium templa circuisse . Paulo uero post omnes supra duo millia perisse : ut neq; tunc neq; postea quisq̃ dicere potuerit : quonam pacto interierint . Aristoteles autem maxime inquit & Ephores cum in magistratum constituuntur mancipiis primum bellum denũtiare : quo ea interficere fas sit : & in cęteris quoq; aspere & dure illis utebantur . Itaq; cogentes huiusmodi seruos per multum potare merum, agebãt incõuiuia sic enim iunioribus demonstrabant : cuiusmodi esset ebrietas . Iubebantq; carmina canere : ac tripudiis exerceri : & ignobilibus & ridiculi plenis . A liberis autem aliis abstinere . Aiuntq; ob id rei : posteriore tempore : cum Thebani in Laconicam duxissent exercitum : & quę mancipia ceperant canere iuberent . Terpandri alemanisq; & Spendontis Laconis poemata inficias esse . Quippe que dicerent : id nolle Heriles filias . Quamobrem non male differentiam illi inspexere : qui aiunt apud Lacedęmonios : & liberum maxime liberum esse : & seruum etiam seruum maxime. Atqui huiusmodi atrocitatibus manus dedisse maxime spartiatas existimo : post magnum illum motum : quo mancipia cum messeniis conspirasse : & malis plurimis regionem affecisse : & maximum indiscrimen urbem attulisse perhibent . Non & enim Ligurgo ipse quidem ascripserim execrabile adeo Cryptię facinus ex reliqua eius mansuetudine & iusticia coniectans : item ingenium : cui numen quoq; ipsum testimoniũ attulit . Cum autem ea quę maxime necessaria & optima Lygurgus constituisset in consuetudinem recepta iam essent : abundeq; resp . mutata uideretur : & quę seipsã ferre : ac suis se uiribus conseruare posset : ut ait Plato deum leticiam cępisse ex mundo formato : pergentiq; primum motum : eodem & ille modo delectatus cõtentusq; decore : ac magnitudine institutionis publicę quę & exerceretur suũq;

cursum pergeret : cupit quo adhumana prouidentia prestari posset : & imorta/
lem eam relinquere : imotamq; apnd posteros . Itaq; omnibus ad concionem
conuocatis . Cętera quidem inquit mediocriter se habere : & ad ciuitatis felita/
tem uirtutemq; abunde . Quod autem & primarum esset & maximum : non
id illis edere prius posse : q̃ phoebi oraculum adierit . Opus igitur esse eos con/
stitutis legibus insistere : nibilq; imutare|neq; mouere|quoad exdelphis ipse
reuerterit tunc enim sese quicquid deo uisum fuerit facturum : cunctis uero
consentientibus : & ut iret iubentibus : is iuramenta suscipiens ab regibus &
senioribus primum|deinde ab reliquis ciuibus insistendi utendiq; constitutis
legibus ad ipsius usq; reditum Delphos peciit . Cum uero ad oraculum per/
uenisset|& sacra deo persoluisset|rogauit an & pie leges & satis ad ciuitatis feli/
citatem uirtutemq; latę sint . Respondente uero numine & leges pie latas esse :
& ciuitatem clarissimam usq; fore : ubi Lygurgi legibus uteretur : uaticinium
scripsit & spartam misit . Ipse autem facto iterum numini sacrificio amicos na/
tumq; complexus : statuit nequaq̃ amplius remittere ciuibus iusiurandum : sed
suam illic ultro finire uitam : eam ętatem natis qua & uiuere iam & quiescere
uolentibus tempestiuum est : Quandoquidē & res sue satis ad felicitatē habere
uiderentur : ergo sese ipse interimens diem obiit . Ratus is quidē decere ciuiles
uiros operam dare : quo neq; eorū mors uirtute in ciuili uacet ; neq; uitę finis
ociosus sit : sed inuirtutis parte potius actionisq; constituatur . Sibi nanq; qui
suo studio & industria pulcherrima facinora confecisse obitum esse indubitato
felicitatis consumationem & ciuibus suis earum rerum quas illustres in uita
bonasq; pararat : mortem relictum ire : asseruatricem utpote : qui ad illius usq;
reditum constitutis uti legibus se iureiurando obnoxios fecissent . Neq; se sua
fefellit opinio : usq; adeo illa urbs gręcię pręstitit : & tranquillitate & gloria in
quingentesimum usq; annum usa Lygurgi legibus : quas nemo e quatuordecī
post illum regibus : qui ad Agym usq; Archidami filium extitissent : mouere
ausus est . Nam Ephororum cōstituto : non remissio fuit|sed ciuilis institutionis
intentio . Et quę cum a populo instructa uideretur : effecit optimatum princi/
patum acriorem . Agide uero regnante influxit spartam nūmus primum . Post
nūmum uero insaciabilis cupiditas diuiciarumq; desiderium per Alexandrū
incessit : qui per Lysandrū potius . Qui cū ipse pecuniis esset isuperabilis : ifer/
sit patriam & diuitiarum studiis & deliciis . Is enim & aurum|& argentum ex
bello intulit : & Lygurgi leges antiquauit . Quibus antea dominantibus non
ciuitatis institutiorem sparta : sed exercitati magis sapiētisq; uiri uitam babebat
Quin potius ueluti poetę fabulantur : Herculem cum pelle & claua terrarum
orbem per Agrasse ad iniquos in maiusq; tyrannos puniēdos atq; plectendos
Ita & ea urbs una scutica & pallio gręcię libenti uolentiq; imperitans domina/
tus iiustos ac tyrannos in rebus publicis perdidit . Bella diiudicauit : seditio/
nes per sepe restinxit ac sedauit . Ne uno quidē ad id peragendū clipeo moto
sed uno legato misso : cui extemplo omnes ad imperata obtemperabant : ceu
apes apparente duce : & concurrentes illi simulq; instructi . Usq; adeo bonis
institutis atq; iusticia urbs illa florebat . Quamobrem ipse quidem uehemēter
eos admiror : qui tum dicere soliti sunt scisse Lacedemonios imperantibus pa/
rere . Imperare autem ignorasse : tum etiam regis Theoponpi dictum laudare .

Qui dicente quodam eo ſeruari ſpartam quod reges imperare didicerint : quin
propterea inquit potius quod ciues imperio parẽt . Non enim parere illis pa/
ciuntur : qui neſciunt imperare : ſed ſubiectorũ obedientia diſciplina eſt prin/
cipis . Nam qui recte ducit, ut recte ſequatur efficit . Atq; ſicuti equeſtris artis
effectus eſt manſuetum pręſtare & obſequentem equum : ſic & regię diſcipline
munus obedientes efficere . Lacedemonii uero non obedientes reliquos ſed per
cupidos redebant : ut ab ſe regi & ſibi obaudire uellent : petebant enim qui
ad eos mitterent non naues, non pecunias ab ipſis neq; milites ſed ſpartiatam
unum ducẽ : quem accipientes & honorabant & uerebantur . Veluti Sylippũ
Siculi Braſydam Calcidentes . Lyſandrum uero & Calli Cratidam & Ageſilaũ
omnes qui Aſiam incolunt . Ac illos conciliatores ubiq; moderatoreſq; popu/
lorum & principũ nominabant . Ad totã uero ſpartiatarũ urbem tanq̃ ad peda
gogũ : aut doctorẽ honeſtę uitę cõpoſitęq; diſciplinę aſpectabãt. Ad quod quidẽ
Straconicus facete cauillari uiſus eſt, ſtatuẽs Athenięſes iubẽſq; & miſteria & põ/
pas agere : Elienſes uero ludos edere : tãq̃ hoc pulcherrime faciẽtes : Lacedęmoni
os uero ſi hi peccauerĩt cędere. Et hoc ridiculi grã dictũ eſt . Socraticus uero an/
thyſtenes cũ Thebanos & excõfecto ĩ leuctris prelio per multũ elatos intueretur .
Nil eos a pueris differre inq̃t : qui ĩ eo exultẽt : ſi pedagogũ cõciderĩt . Neq; tamẽ
hoc precipuũ ĩſtitutũ tũc Lygurgo fuerat ut ſpartã plurimis imperãtẽ reliqueret.
Sed quẽadmodũ unius uiri uitã, ſic & totius ciuitatis felicitatẽ exiſtimãs ex uirtu
te effici & ad eã ſectandã ciuiũ cõſenſu : ad hoc ordinauit ſimul cõciliauitq; ut &
liberales & frugi & cõtinẽtes plurimũ tẽpus perſeuerarẽt : hoc etiã plato ipſe rei
p. argumẽtũ ſumpſit : & Dyogenes & ȝeno & oẽs deniq; : quicũq; hiſce de rebus
quicq̃ dicere agreſſi laudãtur Quiquidẽ lrãs & libros ſolũ reliquerũt : hic autẽ nõ
lrãs & libros ſed eã rẽp . quã re imitari nemo queat, in lucẽ attulit : & ubi iis qui ſa
pientis illã que dicitur diſſolutionẽ atq; affectũ fictũ eſſe arbitrãtur totã ciuitatẽ in
tentã philoſophie demõſtraſſet : plane oẽs gloria ſuperauit : qui unq̃ inter gręcos
rẽp . cõſtituerint . Quãquidẽ obrẽ & Ariſtoteles ait : minoribus Lacędemonẽ
q̃ par eſſet proſequi Lygurgũ honoribus : tã&ſi maximus eũ proſequitur . Nã &
tẽplũ ei cõdidere : & ſingulis ãnis ut deo ſacra faciũt . Dicitur aũt cũ eius reliquię
domũ ueherẽtur . Fulmine eius ſepulchrũ attactũ eſſe : hoc uero nõ facile alteri cui
q̃ ex illuſtribus pręterq̃ Euripidi accidiſſe & mortuo & condito in Macedonia
ſecus Arethuſam . Itaq; argumẽtũ ac teſtimonium magnum iis eſt : qui ſunt
Euripidis ſtudioſi : illi ſoli poſt mortem contigiſſe : quę prius aliis ĩmortalibus
dilectiſſimo piiſſimoq; Lygurgo cõtigiſſent . Lygurgũ autẽ obiſſe alii cyrthe ferũt
Sed Apollotenus Elin delatum dicit . Thimeus uero & Ariſtoxenus in creta
uita defunctũ aiũt eiuſq; ſepulchrũ Ariſtoxenus a Cretẽſibus oſtẽdi apud per/
gamiã, iuxta xeuam tradit . Filiũ quoq; unicũ reliquiſſe antyorũ dicitur . Quo
ſine ſobole mortuo genus defecit . Amici uero ac familiares ſucceſſionẽ quãdã
atq; conuentũ : qui in multa tempora perdurauit conſtituere . Et dies quibus
cõueniebãt . Lygurgidas appellarũt Ariſtocrates autẽ Hipparchi filius inquit .
Lygurgi hoſpites : cũ is in creta diẽ obiiſſet corpus exuſſiſſe : & cinerẽ in mare
diſperſiſſe : hoc enim ipſe precatus fuerat : quippe qui cauiſſet : nequãdo for/
taſſe reliquiis eius delatis Lacedęmonẽ & ob id iuramẽtis ciues ſoluti quaſi ipſo
reuerſo remp . mutarent „ Hec igitur de Lygurgo perhibentur

QVOD AB INITIO TOTIVS HVIVS INTER-
pretandi muneris aĩo religiosissime cõstituissem pater
affatim ut extimo|superioribus tribus opusculis absol-
uerã. Nã cũ & nostra instituta ex gẽtiliũ legibus clariora
firmiora sanctioraq; demõstrare|& sanctimoniã istã tuã
pro mea inte obseruantia|multorũq; desiderio ex cele-
brata ipsa passim Lygurgi sapientia ad mirabiliorem
decreuissem ostendere : iam cumulare satis proposito
nostro feceram. Sed cum tardius librarius quę fuissem
interpretatus referret in codicem : & ego interea temporis numę Pompilii uitã
percurrissem digna & ipsa|res uisa est : quã latinã redderem. Nam & regem
hunc ueluti ex eo iudicio plane cognosceris : quod incalce huiusce uitę positũ est
Lygurgo ipsi Plutarchus comparans iungit : & uir preterea cum prisca sapiẽtia
pręstantissimus : tum unus omniũ ea tempestate religiosissimus fuit. Quiquę
non ambitione non fraude non insidiis principatũ acquisierit : sed quęsitus ro-
gatusq; uix admiserit. Quę cum apud ipsum Plutarchum legerẽ : mihi in mẽtẽ
uenit singularis animi tui in audita modestia : qui omnẽ dignitatis & honoris
gradum ita pro summis tuis diuinisq; uirtutibus adeptus pręedicaris : ut non
ad illum inuitatus solum : sed precibus fatigatus ac plane coactus fueris. Quid
uita honesta pulchrius. Quid firma religione beatius? Quę multi aut grandi
pecunia aut nouis artibus honorũ insignia occuparunt : ea ut in te neq; petentẽ
neq; uolentẽ collata sunt. Id pro animi magnitudine summãq; sapiẽtia effecisti :
ut magis abs te aucta quã te auxisse dignitate iudicarẽtur. Qui famã sectatur
ne attingit quidem : quippe quę illum fugiat : ut umbra corpus subsequens.
Qui autẽ famam fugit hunc ea tandem sectatur atq; cõplectitur : nec enim uir-
tutem non hanc uirtus insequitur. Itaq; cum & ipse pater amplissime Numę
instar urbes atq; hominũ consilia deserẽs : heremo abditus : deũq; cõtẽplans :
famã fugeres atq; contemneres : fama illustrior factus es. Sed quę ad ĩmorta-
lis laudes tuas attinent alio tempore cõmodius differẽtur. Nunc quę de numa
illo per scripta sunt audiamus Vale

EST AVTEM DE NVME REGIS TEMPORI-
bus quibus extiterit : per magna disscentio : tã&si in hunc
ab inicio scẽmata delata plane uideãtur. Sed Clodius qui-
dam in temporũ argumẽto : sic enim ferme liber inscriptus
est : assueuerat priscas illas inscripciones in Celticis urbis
Cladibus periisse : quę uero nũc uidentur falso quosdã per
uiros cõpositas quibusdã gratificatos : qui priores gentes
illustrissimasq; familias ex nihil ad se pertinẽtibus occupas-
set. Cũ igitur narretur Numã Pythagore auditorẽ fuisse. Alii quidẽ omnino
putant nihil grecę disciplinę Numã attigisse : sed uel natura illum uoluisse : &

satis suapte instructũ ingenio ad uirtutẽ fuisse : uel Pythagora meliori barbaro
cuipiam institutionẽ regis adscribẽdã uelint . Alii uero Pythagorã quidẽ post
Numę tempora extitisse : & etate simul eius aliquãto minorẽ inquiũt : sed py/
thagorã spartiatã : qui stadiũ in olympia uicisset : olympiade sextadecima cuius
anno tertio Numa in regnũ cõstitutus est, circa italiã errabundũ . Numęq; cõ/
gressum, ac simul regnũ cõstituisse . Quare nõnulla ex Laconibus romanis in/
stitutis doctore Pythagora ad mixta sunt . Pręterea Numa fuit Sabinus genere .
Sabini uero Lacedęmoniorũ se Coloniã fuisse uolũt. Tempora igitur diligẽtius
exequi per difficile est : & ea maxime, quę ex uictoribus olĩpię ducũtur . Quorũ
discriptionẽ aiũt sero Hippiã Eliẽsem edidisse : nullo sub nixum necessario ad
fidẽ argumẽto . Quę aũt nos de Numa memoratu digna accepimus, in mediũ
referemus : congruũ summẽtes initium . Septimũ iam & trigesimũ annũ rege
Romulo roma incoebatur . Quinto uero in euntis mẽsis die quẽ nonas capra/
tinas nũc uocãt : sacrificiũ quoddã publicũ pro urbe sacrificabat Romulus ad
paludẽ quę caprę appellatur : aderatq; & Senatus & populus frequẽs . Repente
uero magna coborta in aere tẽpestate ac nimbo terrã operiẽte fragore simul ac
tonitribus reliqua multitudo perterrita in fugã passim uetitur . Romulus uero e
medio euanuit : neq; ipse postea, neq; mortui corpus ĩuẽtũ . Grauis suspitio pa/
tritios attigit : emanauitq; aduersus eos rumor in ciuitatẽ : ut iam antea regnũ
grauiter molesteq; ferẽtes uoluẽtesq; principatũ in se trãsferre : regẽ interemerit :
etenim uidebatur iam Romulus & Asperius eis & imperiosius uti . Sed hanc
suspitionẽ obsequiis sustulerũt : honoribus diuinis Romulũ perĩde ac nõ mor/
tuũ : sed meliora sortitũ fata prosequẽtes : atq; proculus uir illustris iureiurãdo
affirmauit uidisse . Romulũ in celũ cũ armis sublimẽ ferri : eiusq; uocẽ audisse :
qua se quirinũ iuberet nominari . Alterũ uero ciuitatẽ de rege creãdo certamẽ
seditioq; uersabat . Nondũ enĩ aduenę ueteribus ciuibus admodũ admiscierãt
Quin etiã ipsa plebs ĩter se fluctuabat . Ac patritii ipsi obeã cõtẽtionẽ suspecti
erãt : regnari tamẽ oẽs uolebãt . Contentio uero atq; certamẽ non erat pro uiro
solũ, uerũ etiã pro genere : rex summẽdus esset . Etenim qui cũ Romulo primi
urbẽ cõdidere indignũ ducebãt Sabinos, qui ad urbis agri que portionẽ admis/
si essent : conari enitiq; ut eis imperarẽt : a quibus ea suscepissent . Sabinis quoq;
ratio quędã erat haud absurda quoniã Tatio rege ipsorũ mortuo nulla in Ro/
mulũ seditione sunt usi : sed eum solũ imperare permiscere : cũ dignũ ducerẽt sui
rursum corporis prĩcipẽ creari . Neq; enĩ ex inferioribus ad eos exaccessisse & de
adiectione sua illosquoq; multitudine roborasse : ac secum ad ciuitatis digni/
tatẽ & amplitudinẽ promouisse . Has igitur ob res illi certabãt . Sed ne aliqua
perturbatio ob suspensam gubernationẽ imperii ex eo certamine orıretur : sta/
tuere patres cũ ipsi centũ & quinquaginta essent in parte quilibet cũ regalibus
insignibus & legittima diis sacra persolueret : imperaretq; faciũda sex horas
noctis & sex diei quirino tãtũdem uero Tatio distribuẽtes . Etenim hęc tẽporũ
diuisio : eque in utrũq; distributa potestatisq; permutatio ad amouẽdã populi
inuidiã qui eodẽ die ac nocte eundẽ ex rege priuatũ intueretur : recte haberi
patribus uisa est . Nũc autẽ principatus modũ interregnũ Romani uocãt . Sed
quãq̃ ita ciuiliter & quiete regnare uiderẽtur cõtumelias tamẽ turbulẽtosq; cla/
mores effugere non poterãt . Perinde atq; in paucorũ dominatũ res trãsferrẽt

& in sese statum reip. traducerent regnari autem nollent. Ex qua quidem re dissidētes eę partes inuicē cōsensere: ut altera ex altera regē declararet. Sic enī maxime quiescere contētionē posse: & qui declaratus esset/equalē utrisq; fore. Nam & alteros ut qui se elegissent amaturū/alteris autē ut cognatis beniuolū futurū. Itaq; permittētibus Sabinis regis electionē priotibus romanis uisum iis est Sabinū potius eligēdū se ipsis auctoribus/q̄ romanū illis designātibus. Quāobrem inter se cōsultātes designāt ex Sabinis regē. Numā Pompiliū qui uir/tā&si non ex iis fuisset qui in urbē recepti sunt: ita tamē uirtute omnibus probatus erat: ut studiosius etiā sabini q̄ eligētes ipsi audito nomine regē admitterēt. Expositis igitur populo quę decreta sunt cōmuni sentētia legatos ex utraq; parte primarios ad uirū mittūt: qui ut ueniret ac regnū acciperet precarētur. Erat Numa illustri inter sabinos urbe turibus. Ex qua se romani simul cū receptis sabinis quirites appellarūt: pōponii uiri spectati filius: e quatuor fratribus natu minimus: eo diuina forte quadā die natus/quo Romulus urbē cōdidit. Is uero est. xiiii. Kalen. Maias. Cū autē esset ingenio ad oēm uirtutem accomodatus: seipsum magis & per disciplinā laborē philosophiāq; excoluit non animi detestādas perturbationes modo: sed laudatā quoq; inter barbaros uim & habēdi cupiditatē abse amouēs: ac uerā fortitudinē libidines in se ipso ratione superaturā existimās. Hinc uero oīs domo delitias simul atq; magnificos sumptus pellēs/& omnibus se cum ciuibus tum peregrinis integerrimū iudicē & cōsultorē utēdū prestās: per otiū aūt non ad uoluptates ac delitias/non ad questus/sed ad deorū īmortaliū cultū/& ad ipsorū naturā ac uī/quātū ratione poterat cognoscēdā semetipso utēs/magnū adeo nomē atq; gloriā adeptus est: ut & tacitus qui simul cū Romulo romę regnabat ex unica filia quā habebat Tatia generū illū sibi asscuerit. Neq; is tamē eo cōnubio elatus migrauit ad socerū. Sed patrē iā seniorē fouēs & nutriēs in Sabinis māsit: simulq; Tatia priuati uiri quietē q̄ romę honorē gloriāq; patris gratia maluit. Itaq; tertio decimo post nuptias āno: ea diē obisse dicitur. Numa uero cōsilia urbis deserens frequētius ī agris morabatur: peragrabatq; libēter solus: & in deorū lucis: & in sacris pratris ac indesertis locis uitā degēs. Vnde nō minime quod de dea fertur initiū sumpsit: ut certe Numa ille nā absq; sollicitudine quadā animi & errore hominū societatē reliqeurit: sed eo magis quod honestius cōsortiū degustarit: diuinūq; cōiugiū meruerit. Egerię enim deę amāti cōgressus: ac una degēs & felix uir & diuinarū rerū peritissimus factus est. Quod aūt hęc multis uetustissimisq; simillima fabulis uidētur quas Phryges de Aite & Bithinyde herodoto & de Endimione Archades ac de aliis multis: qui felices quidā extitisse diisq; cari haberētur libētissime receperūt: obscurū certe nō est. Ac dicat ferme ratio īmortalē deū non equos: non aues: sed homines amare: per id quę uelle iis qui bonitate pre tāt cōgredi: neq; grauiter ferre: neq; aspernari mirabilis alicuius uiri sapiētisq; cōgressum. Sed quod illa deo demoniq; sit cū humano corpore atq; uenustate uel coniūctio uel gratia id iā per difficile est creditu. At qui uidētur egyptii non absurda uti partitione: qui aiūt Mulieri quidē spiritum dei appropīquare posse: & quędā sobolis principia ingignere. Viro aūt nullā esse corporis cū deo neq; cōmixtionē neq; cōgressum. Ignorāt aūt mixtū cui miscetur cōmunionē uicissim ęqualem reddere. At caritatē esse deo cū homine: &

ex hac amorē illū qui dicitur : gigni ad morū uirtutisq; diligētiā curā & studiū
decorū id certe fuerit. Neq; erāt hoc pacto/qui Phorbantē Iacinthum ad metū:
ab Apolline amatos fabulātur. Quēadmodū itē & Sycioniū Hippolitū fingūt.
Cui quotiēs ex sycione Cirrhā adnauigasset oraculū etiā nūc memorāt Phythiā
reddidisse : ueluti deo sentiēte & edere gaudēte huiusmodi Heroicū : Hippoliti
rursus carū caput ęquora fudit Pyndari uero & eius carminū amatorē fuisse pa-
na fabulātur. Reddidit itē honorē quēdā & Archiloco/& Hesiodo/post mortē
per musas numē. Sophodi uero adhuc uiuo ęstulapiū hospitio susceptū fama
est : multas in hāc usq; diē cōiecturas seruās. Cui etiā alius deus ut fertur se-
pulturā mortuo prebuit. Dignū ne igitur fuerit : qui hęc cōcesserit : hisdē dero-
gare si & çaleuco & minos & çoroastri & Nume & Lygurgo regna gubernā-
tibus/cōponētibusq; resp. eodē modo Numē cōgrederetur. At his quidē deos
etiā studio cōgredi Cōsentaneū est ut quę essent optima & docerēt & āmonerēt
Poetis uero & Lyricis querulis ioco uti : siquidē hisce tandē uterētur. Quod si-
quis aliter dicat illud bachilidis : iter equoris āplū neq; enī aliter sermo quicq̄
habet ineptū: quē de Lygurgo & Numa aliisq; similibus uiris narrāt : qui ut
infrenes difficilesq; multitudines caperēt : magnasq; rebusp. nouitates afferrēt
deī opinionē cōmēti sunt : quę ipsis illis quorū gratia fingebatur saluti esset.
Sed enī cū ānū iam Numa quadragesimū ętatis ageret : uenere legati roma qui
eū ad suscipiēdū regnū hortabātur. Verba fecere proculus & Velesus. Quorū
prius alterū regē a populo creandū expectatio fuerat. Proculo quidē Romuli :
Veleso uero Tacii partibus fauētibus. Ergo hi paucis Numā allocuti sunt. Pu-
tabāt enī huiusmodi nuntiū gratissimū illi fore. At erat plane opus nō medi-
ocre : sed quod & uerbis multis & precibus indigeret : inducere atq; transferre
uiri sentētiā qui inquiete paceq; uixisset : ad eius pricipatū urbis capessendū :
quę quodamodo & bello nata & aucta esset. Itaq; tum eius patre tū martio qui
unus ex cognatis esset presentibus aiebat : ut omnis quidē humanę uitę muta-
tio periculosa est. Cui uero neq; rerū necessariū quicq̄ deest : neq; presentiū ali-
quid quęrimonia dignū sit : hunc aliud nihil nisi amentia a consuetis studiis &
īmutat & trāsfert : quibus &si nihil aliud insit : eo tamē quod certa sunt in certis
pręstāt. At ne regni res obscure sunt quidē : siquis ex Romuli cladibus cōiectu-
rā traxerit : quod & ipse ne quā opinionē ceperit : perinde quasi collega Tatio
tetendit ne quā & patribus cōpararit : tāq̄ ab eis ītereptus. Atq; romulū hi de-
orū sobolē rumoribus celebrāt : & diuinū quoddā eius alimētū/& salutē īcredi-
bilē ipsius adhuc infantis narrāt. Mihi aūt & genus mortale est : & educatio
eruditioq; ab hominibus : quos ipsi nostis. Quę uero de illius uiri moribus
laudes referūtur : quē porro regnātū petitis : sunt & multa quies : & philoso-
phie studiū. Hic aūt amor pacis rerūq; a bello uacātiū : & hominū in deorū ue-
neratione ac mutuā beniuolētiā in unū coeuntiū : aliasq; uel agriculture uel pa-
scuis īdulgētiū : & acerrimus est : & nobiscū una cōnutritus. Vobis aūt Romani
per multos romulus fortassis inuictos reliquit hostes. Ad quos arcēdos & ar-
dētis animi urbs rege robusto quę indiget. Multa pręterea tum bellādi cō-
suetudo : tū etiā alacritas populo ob secūdas res inest. Neminiq; obscurū est &
incremēta illū : & ut cęteris imperitet desiderare. Itaq; ridiculo ille futurus alias sit
qui deos colere : iudiciū uenerari : uim autē ac bellum odio insequi eam urbem

docere uoluerit : cui militari duce magisq̃ rege sit opus . Huiusmodi uerbis iure
Numa regnũ abnuẽte : tũ romani omni studio etiã atq etiã rogabãt orabantq
ne rursum eos in seditionẽ ac ciuile bellum misceret cum alter nõ esset in quẽ ãbe
factiones cõsenserint : tũ etiã & pater Martius secedẽtibus illis priuatĩ instãtes
Nume persuadebãt : ut magnũ atq diuitiũ munus susciperet . Quod si ipse
neq diuitiarũ egeas quoniã tuo cõtẽtus sis : neq imperii neq ditionis gloriã
ambias : quoniã eã meliorẽ ex uirtute possideas . At ipsum regnãdi munus dei
ministeriũ ducẽs : qui profecto erigit neq iacere tantã in te iusticiã/ otiosamq
esse patitur ne fuge : neq euita ĩperiũ : quod prudẽti uiro ad preclaras & mag-
nas res obeũdas prestiterit locũ . Vbi & deorũ ĩmortaliũ cultus magnifici sunt
& ad religionẽ homines mãsuescũt : facillime enĩ simulq ii a prĩcipe ad honesti-
orẽ sentẽtiã traducũtur : Romani & Tatiũ qui aduena esset imperatorẽ amplexi
sunt : & romuli memoriã diuinis honoribus prosequũtur . Quis aũt scit/ si &
uictorẽ populũ sacietas belli ceperit . Et triumphis prędaq referti mitẽ ducẽ &
iusti amicũ inquiete paceq desiderãt . Quod si etiã nũc prorsus feruidi sunt
furẽtesq ad bellũ/ nõne melius fuerit aliorsum eorũ impetũ uertere : cũ habenas
manu tenueris : ac patrie te omniq sabinorũ gẽti aduersus florẽtẽ & prepotẽtẽ
urbẽ beniuolẽtie & amicitie uĩculũ prestare . Accedebãt/ ad hęc ut fertur & se-
cũda signa & ciuiũ studiũ atq desideriũ : qui audita legatione illũ ire regnũq ca-
pescere · ad ciues beniuolẽtia caritateq iũgẽdo precabãtur . Vbi ergo rẽ pro-
basset : diis ĩmortalibus sacra faciẽs/ se romã cõtulit . Cui adueniẽti senatus ob-
uiã plusq sit/ mirifico illius uiri & incredibili desiderio : dignis eum mulieres
laudibus insequũtur : sacrificia in tẽplis fiũt . Lęticia & gaudio cõplentur oẽs :
quasi non regẽ sed regnũ potius urbs susceperit . Sed postea q̃ eũ in forũ cõsti-
tuere Spurius uectius qui per id tẽporis sorte interfuit decretũ ciuibus ex-
hibuit : & oẽs suffragiũ tulere . Cũ aũt insignia imperii sibi afferrẽtur ea seruari
urbẽ inquit : deũ esse cõsulẽdũ : qui sibi regnũ cõfirmaret . Auguribus igitur
sacerdotibusq assumptis capitoliũ ascẽdit . Id Tarpeiũ collẽ Tũc romani apel-
labãt : ubi qui auguribus preerat : illũ uelato capite ad meridiẽ uertẽs . Ipse aũt
retromanẽs & eius caput dextra manu tenẽs pręcatus est : & cõtra q̃ lõgissime
prospectu oculi forebãt : quę ab diis ĩmortalibus auspitia signa ue mitterẽtur
circũlustrabat : silẽtiũ sũmũ tãta in multitudine forũ tenebat : cũctis euẽtũ ob-
seruãtibus : & de futuro suspensis . Ac mox cũ bone aues dextręq apparuisset :
insignia ei tradiderũt . Sic aũt regali assumpta ueste/ descẽdit Numa ex arce in
multitudinẽ . Tũc & uoces & acclamationes oĩm erãt : perĩde ut piissimũ diisq
carissimũ regẽ suscepissent . Itaq assũpto ĩperio Numa oĩum primũ trecẽtorũ il-
orũ turmas/ quibus ad corporis tutelã romulus usq utẽs celeres eos appellauit :
dissoluit . Neq enĩ dignũ putabat aut credẽtibus minus credere : aut nõ credẽ-
tibus imperare . Secũdo aũt loco Iouis martisq sacerdotibus a romulo cõstitutis
tertiũ ipse romuli cõstituit quẽ flaminẽ quirinalẽ nominauit . Vocabãt & sacer-
dotes antea cõstitutus flamines/ ab eis iis qui circũ caluaria sunt pileis quibus
ad tegẽda capita utũtur : quasi piliamines quidã essent . Vt tradũt . Tunc lõge
magisq̃ nunc gręcis nominibus latinis admixtis . Etenĩ lenas quibus reges
induebãtur Lobas Clenas esse ait . Et qui iouis tẽplo ministrat pubescẽtẽ puerũ
camillũ dici : quomodo gręcorũ aliqui mercuriũ ab obsequio camillũ apellarũt .

Cum hęc Numa ad populi beniuolentiam gratiāqꝫ constituisset : illico agredi-
tur urbē ceu ferrū ex dura & bellicosa molliorē reddere atqꝫ iustiorē . Quā enim
plato exestuantē ciuitatē timētēqꝫ appellat . Plane illa tūc erat : quippe quę stati
abinitio audēti elatione quadā proteruaqꝫ audatia eorū cōstituisset : audacissimi
simul & bellicosissimi undiqꝫ cōfluētes illuc cōmigrassent . Frequēti pręterea mi-
litia bellisqꝫ cōtinuis ad alimētū potētie incremētūqꝫ usa esset . Ac ueluti ex ea quę
altius sunt defixa | magis ipsa agitatione firmantur : ex periculis inualescere inro-
borariqꝫ uideretur : sic aūt elatū & asperū ingenio populū non minimi neqꝫ ig-
nobilis negotii esse ratus : si ad pacē traducere | atqꝫ trāsferre posset : diuinū auxi-
liū īplorauit sacrificiis Plurimis & ludis | & tripudiis | quę simul cū grauitate gratā
cōsuetudinē benignāqꝫ uoluptatē habētia . Ipsemet celebrauit : cōstituitqꝫ : regēs
atqꝫ deliniēs animorū ferocitatē ac bellādi studiū . Interdū etiā diuinis quosdā
metris ānūtiauit & uisus numinū mōstruosos atrocesqꝫ clamores subigebat :
demissamqꝫ eorū mētē religione reddebat . Quibus quidē ex rebus potissimū
ille uir sapiētie nomē eruditionisqꝫ tāꝗ Pythagore cōgressus adeptus est : nā quē
admodū illi ad sapiētiā ita & huic circa gubernādā rēp . magna pars in nu-
minis affinitate cōgressu & studio uersabatur . Pręterea dicitur fastū exteriorē
& cultū ab ea ipsa Pythagore sentētia sumpsisse . Etenī ille uidetur & aquilam
quibusdā uocibus excantās supernēqꝫ uolātē deducēs māsuefacere solitū : & fe-
mur aureū subostēdere : dū in olympiis per celebritatē trāsitū faceret . Aliaqꝫ
mōstrosa eius inuēta & res nūtiatur . Quibus in rebus scripsit Timōphliasius
Pythagorāqꝫ tuere magū qui noīe flagrās : pergeret eloquiis homines captare
uenustis . Sed Nume figmētū deę uel mōtane cuiusdā nymphę amor : secretusqꝫ
illius ad eū cōgressus ut dictū est & cōmunia cū musis cōsortia . Plurima ex ua-
ticiniis in eas referebat : quarū precipue unā & insigniter romanus uenerari do-
cuit hāc tacitā appellauit . Quod uiri uidetur esse Pythagoreā Echemythiā quā
taciturnitatē & misteriū dicūt cōminiscētis simul & honorātis . Quę de deorū
īmortaliū simulachris etiā Numa statuit : ꝗ similia sunt prorsus Pythagore do-
cumētis . Nam primū prīcipiū illa neqꝫ sensui neqꝫ perturbationi subiectū : sed
mētē inuisibilē & increatā esse cēsuit . Hic aūt romanos prohibuit existimare
ymaginē dei | aut hominis speciē : aut animalis habere formā . Nec fuit apud eos
neqꝫ picta neqꝫ ficta dei prius species . Sed in prioribus cētū & septuagita ānis
tēpla quidē edificabāt : sacraqꝫ tuguria erigebāt : symulachrū uero nullū corporeū
faciebāt : perinde atqꝫ neqꝫ fas esset deterioribus meliora assimilare : neqꝫ aliter
atqꝫ intelligētia percipi deus possit . Sacra quoqꝫ ab Numa instituta ritū sancti-
moniāqꝫ pithagore uehemēter attingūt . Erāt enim sine sanguine eorūqꝫ pluri-
ma ex farina & libo rebusqꝫ uilissimis cōposita . Pręterea exterioribus aliis cō-
iecturis enitūtur : qui Numā pithagore familiarē fuisse uolūt . Quarū una est
romanos suę reip . Pythagorā ascripsisse : sicuti Epicarinus Comicus quadā in
oratione ad antenorē tradidit : uetustissimus quidē ille uir & Pithagoricę parti-
ceps discipline . Alii uero dicūt cū quatuor Numa filios habuisset . Mamercū
unū ex pithagorę filio appellauisse . Ab illo autē & emeliorū familiā admixtā
patriciis nominatā ferūt . sic rege blandiloquio illius uiri quod Emiliā uocant
& indicēdo gratie arridēte atqꝫ amplexāte . Ipsi etiā audiuimus romę e multis
narrātibus ut romanis aliquādo oraculo reddito de illius uiri erigēda apud se

statua qui prudentissimus grecorum & fortissimus extitisset: duas in foro eneas ymagines statuisse Alcibiadis alterã uero Pithagorę: hęc igitur cõcertationibus refertissima & prolixius exequi: & ut uera admittere iuuenilis est pertinatię. Numę aũt põtificũ ordinẽ cõstitutionẽq; attribuũt: aiuntq; eũ horũ unũ primũ extitisse. Vocatos aũt põtifices alii dicũt quoniã deos colũt: potẽtes illos ac oĩum dominos. Alii uero inquiũt nomẽ effictũ esse ad potẽtũ profligationẽ tãq̃ iubẽte legũ latore sacerdotes obire potẽtia sacra. Si uero quid maioris impedimẽti fuerit crimini illo haud apponẽte. Alii uero plurimi quod in nominibus rideri solet: maxime autumãt atq; cõfirmãt: ut nihil aliud põtificesq̃ a põtibus faciũdis esse uocitatos: ab sanctissimis & uetustissimis sacrificiis quę ad põtẽ fierẽt Esse aũt eã obseruationẽ & structurã ueluti aliud quicq̃ ex ĩmotis patriiq; sacris sacerdotibus delegatã. Nefas enĩ & execrabile apud romanos existimari lignei põtis dissolutionẽ. Cõnectabatur aũt lignis ut aiũt pro diuino quodã dicto omni prorsus amoto ferro: lapideus enĩ pons diu postea extructus est ab Emilio questore. Quĩ etiã ligneũ post Numę tẽpora factũ & absolutũ dicũt a Martio rege: qui Numę ex filia nepos fuit Maximus uero ex põtificibus ueluti interpretis & prenũtiaturos (quin Hierophãte potius ordinẽ & locũ tenet: quiquidẽ non solũ res quę publice fiũt) curat: sed & priuati sacrificãtes obseruat impedimẽtoq; est ne quis legittima trãsgrediatur: docetq; qua quispiã re aduenerationẽ deorũ aut ad postulãdã ueniã indigeret. Erat & sacrarũ uirginũ custos: quas uestales appellãt. Nam Numę etiã uestaliũ uirginũ sacerdotiũ: ac prorsus ignis perpetui quẽ ęe tuẽtur: & cultũ & honorẽ ascribũt: siue ut purã & ĩcorruptã ignis substãtiã inuiolatis itẽ integrisq; corporibus illis cõmẽdarẽt: siue quod sterile & infecũdũ esset scite uirginitati adiũgerẽt. Nempe enĩ & ingrecia ubi perpetuis seruatur ignis ut Phytie & athenis (non uirgines sed mulieres solutę cõiugio eiusce rei curam & diligentiã habent. Quod si forte quãdoq; ignis deficiat ueluti athenis aristone tyrãno sacrã lucernã extinctã aiũt. Et apud delphos tẽplo ab medis incẽso & romę tum mitridatici (tũ ciuilis belli tẽporibus: simul cum ara & ignis periit: dicũt nequaq̃ decere ex altero igne accipi: sed nouũ & peregrinũ elici oportere: accẽsa ex sole flama pura (& ĩmaculata Accẽdũtq; maxime scaphis uasis: quę struũtur quidẽ a latere Isosceli triãguli recti eaq; cauata. Respiciũtq; in unũ ex circũferẽtia centrũ. Cũ igitur soli aduersa opponatur ita ut undiq; accẽsi radii cogãtur cõnectãturq; ad centrũ & ipsum discernũt aerẽ attenuatũ & eorũ quę apposita fomẽta sunt: leuissimas ardissimasq; partes celeriter accendit ex obiecto corpus & ictũ igneũ radio assũmẽte. Itaq; nihil aliud a sacris uirginibus q̃ inextinguibilẽ illũ ignẽ asseruari quidã putãt. Aliqui uero quędã inquiũt sacra esse: quę aliis uidere nõ licet abdita: de quibus quęcũq; & audiri & dicere fas est (in camilli uita per scripta sunt. Primũ igitur Geganiã & Bereniã a Numa sacratas aiunt: deĩde Camiliã & Tarpeiam: postea uero seruio alias duas numero illi addẽte: id in hęc usq; tẽpora multitudinẽ obseruasse. His aũt uirginibus ãnorũ triginta ab rege castitas prescripta est. Ac primũ quidẽ deceniũ quę faciũda sunt discũt. Secundũ uero quę didicere faciũt. Reliquũ aũt deceniũ hę alias edocẽt. Tum demũ uolenti permittitur post id tẽpus & nubere & ad aliã uitã uerti solute iam sacerdotio. Dicũturq; haud multe hãc licẽtiam libenter amplexę: neq; iis quę eam amplexę fuerint: secundas res cõtigisse: sed

penitẽtia & merore reliquum uitę tempus agentes perhibentur alias & iudeorũ metũ regionẽq; inicere : ut ad seniũ & ad mortẽ usq; pudicitiã uirginitatẽq; ob/ seruẽt. Illis aũt magnos honores reddidit : quorũ is est ut etiã uiuo patre testa/ mẽtũ cõdere ac cętera gerere sine curatore queãt : quẽadmodũ & triũ filiorum matres. Cũ fascibus cũ prodeunt deducuntur. Et si casu in quenq̃ inciderint cum ad letum agitur necari eum non licet. Verum deierare uirginem oportet : se non ultro sed forte non autem debita opera & de industria obuiam factam. Qui autem occurrerit : cum ipse feretro uehuntur moritur. Atq; aliorum cri/ minum causa puniuntur uirgines uerberibus : interdum & nudam pontifex maximus quę deliquerit : obtenso linteo inabditiore obscurioreq; loco eã plectit Sed quę uirginitatem prodiderit uiua ad portam quam collinam uocant defo/ ditur. Quoquidem in loco supercilium est intra urbem terrestre porro se in/ tendens : quo latinorum ydeomate uocatur tumulus. Hic structa est subterranea domus : haud magna : in quam e loco superiore descenditur. Iacet in ea stratus lectulus & lucerna ardens primitiaq; : rerum earum quę necessarie sunt ad uic/ tum breues quędam : panis aqua in uase lac & oleum : quasi caueat ipsa domus nefanie eius corpus intereat quę maximus ex piationibus dedicata sit. Ipsam uero penę obnoxiam feretro impositam & exterius obtectam lorisq;. Ligatam quo neq; uox queat etiam audiri/per forum uehunt. Silentio adscedunt omnes eamq; sine uoce graui cum merore quodam deducunt. Neq; aliud spectaculum horribilius est. Neq; alium diem ciuitas mestiorem agitur. Cum uero ad locũ feretrum delatum fuerit : solutis a ministris uinculis : sacerdotum princeps precatus archana quędam sullatisq; ad deos manibus : ante supplitiũ educit eam capite opertam : constituitq; in scalis in domicilium deferentibus. Deinde ipse cum aliis sacerdotibus auertitur. Cum autem illa descenderit : & scale tollun/ tur : & multa desuper iniecta humo domiciliũ operitur : adeo ut is locus reliquo tumulo equalis fiat. Siquidem quę sacram uirginitatem prodidere puniuntur. Verum dicitur Numa ueste templum rotundum condidisse ubi perpetuus ig/ nis seruaretur. Imitatus uero terrę figuram/quasi lar focusq; sit : sed totus mũ/ di potius/cuius medium Pythagorici putant ignis sedem & id larem uocant & monadem. Terram uero neq; ĩmobilem neq; in medio globi positam : sed esse circum ignem in girum suspensam. Hęc autem & platonẽ iam cum senior esset : de terra sensisset aiunt : ut in altera regione consisteret : sed ipsum medium & absolutissimum terrę meliori elemento cuidam alteri adiacere. Pontifices autem & patrios humandi ritus quęrentibus declarant ab Numa edocti : nihil huius/ modi piaculum ducere : quin etiam deos manes legittimis ritibus uenerari : ut qui ea quę maxime nostra sunt : suscipiant. Et eam pręcipue quam libitinam appellant : huiusmodi ueneratione coli : quę dea sit eorum : quę mortuis iusta prestantur inspectrix : siue proserpinam illam siue ut Romanorum dissertissimi arbitrantur Venerem crediderimus. Illi quidem in unam dei uim quę ad ortũ obitumq; pertinent haud inepte referentes Numa quoq; & lugendi modum pro ętatibus temporibusq; statuit in puerum non lugeri trimominorem : neq; etiam natu grandiorem plures menses : q̃ uixisset annos ad decem usq;. Et pro/ lixiore fletu ętatem lugere nullam. Sed longissimum luctus tempus esse men/ sium decem : q̃diu & mortuorum uxores uiduitatem seruant. Quę uero intra

id temporis nupserit uaccam pregnantem ex Numę legibus imolat. Sed cum
alia plurima sacerdotis ab Numa instituta sunt: duo adhuc in medium referã
alterum saliorum & fecialium: alterum quę uiri pietatem maxime ostendunt.
Enimuero fęciales quidam pacis custodes: & ut mea fert opinio ab re ipsa no/
men capientes controuersias uerbo sedebant. Cum non permitterent prius
militare q̃ omnis spes iudicii ab scissa esset. Etenim pacem gręci uocant: quã/
do uerbo noui interse utentes controuersias soluunt. At romanorum fęcia/
les sepe ad eos ibant qui iniuriam inferrent illisq́; suadebant: ut se beniuole &
amice gererent. Iis autem inimice sese & pro uoluntate gerentibus deos testati
& multa grauia in eos eorumq́; patriam imprecati nisi iuste rem agrediantur:
sic eis bellum indicebant. Fecialibus uero probibentibus aut minus compro/
bantibus neq́; militi fas erat neq́; regi romanorum arma mouere. Sed ab his
necesse erat initium belli pro iure princeps acciperet: & tum demum cõmuni
commodo prospiceret. Fertur etiam celticam illam calamitatem urbi contigisse
ob hęc sacra uiolata. Barbari enim clusinos obsedebant. Ad quos cum Fabius
ambustus in castra missus legatus esset: quo pro obsessis federa iniret & ei fe/
rotius responsum fuisset: ratus se legationis munere iam defunctum iuuenili/
ter ac temere ausus est pro clusinis armis sumptis barbarorum bellacissimum
ad singulare certamen prouocare. Secunda igitur pugna usus & prostrauit
uirum & spoliauit. Quaquidem re cognita mittunt Romam preconem celtę fa/
bium accusantes quod pręter federa: preter fidem: preter indicendi ordinem
bellum eis intulerit. Tunc uero feciales Senatui hominem illum celtis dandum
suaderent refugit ad plebem Fabius. Vsusq́; populi fauore iudicium & repulit
& euasit. Paulo autẽ post adorsi celte totam urbem preter Capitolium imprę/
dam uerterunt: atq́; uastarunt. Verum hęc in Camilli uita diligentius tractata
sunt. Salios autem sacerdotes ex huiusmodi causa constitutos dicitur annum
iam octauum regnante Numa morbos pestifer italiam occupans. Romã quoq́;
inuaserat. Merentibus uero cunctis traditur Peltam eneam e cęlo delapsam in
Nume manus decidisse. In eam autem mirabilia quędam dixisse regem se ex
Egeria musisq́; audisse Peltam enim in urbis salutem missam oportereq́; eam
asseruare: aliis undecim ad illius figuram magnitudinemq́; & formam effectis
quo dubium ob similitudinem sit celestis illius adipiscende. Pręterea opus esse
camenis locum eum & quę circum locum prata sunt: sacrare quo frequenter
ad suum congressum ueniant. Fontem uero qui locum rigat sacris uirginibus
uestalibus constituere: quo inde aquam quotidie summentes inundẽt atq́; asper/
gant templi aditum his agitur testimonium attulisse dicunt pestem ipsam quę
continuo cessauerit. Peltam autem ex eius autoritate atq́; imperio effingere ar/
tifices cum certassent: diffidentibus ac desperantibus cęteris Veturium Ma/
murium ex summis unum opificibus usq́; adeo similitudinem effinxisse struxis/
seq́; omnis similes ut neq́; Numa iam ipse dignosceret. Harum autem custodes
ac ministros constituisse dicitur salios sacerdotes. Salii uero uocati sunt: non
ut quidam fabulantur a uiro Samothrace seu Mantineo salio nomine: qui sal/
tationem quę in armis dicitur edocuerit: sed ab ipso potius tripudio saltatorio:
quod uehementius robustiusq́; per urbem euntes subsaltant: cum ad mensem
Martium sacras Peltas suscipiant induti puniceis tunicis; eneis balteis latisq́;

ſuccinti ęneas capitum galeas portantes : paruis gladiis arma pulſantes . Reli-
quum uero ſaltationis pedũ eſt opus . Mouentur enim ſuauiter conuerſiones
ac mutationes inceleri & crebro numero robuſte & leuiter reddentes . Eas autẽ
Peltas ancilia propter figurã uocant . Circulus enim non eſt : neq; ueluti Pelta
circumferentiam reddit : ſed exciſuram habet lineę Helitoidis : cuius apices
curuaturam habentes | & denſitate in ſe conuerſe figuram ancilis faciunt . Aut
propter ancona ideſt cubitum : ad quem circumferuntur . Hęc enim Iobas in-
quit | cupiens nomen a gręco deducere . Poſſet etiam primum hoc cognomen
ab eo uel motu uel impetu deſcendere | qui anechatem ideſt ſuperne factus ſit :
ſiue ab ęgrotantium curatione : quę a cęſis dicitur aut ab Auchimonlyſeos hęc
eſt ſiccitatum ſolutione . Prętерea atriſtium amotione quam Anaſcheſin uocant .
Ex quo caſtorem & pollucem Anacas athenienſes appellant : ſiquidem in gręcum eloquium deducendum ſit Mamurio autem artis illius ſue mercedem fu-
iſſe perhibent memoriam quandam per ſaliorum carmen ſimul cum pyrrichii
modulo abſolutum . Alii Veturium Mamurium qui canebatur : fuiſſe aiunt .
Alii uero ueterem memoriam . Sed poſtea q̃ ſacerdotia inſtituiſſet regiam iuſta
templum ueſte condidit . Vbi maiorem temporis partẽ morabatur : aut ſacris
indulgens : aut ſacerdotes docens : aut alicui rerum diuinarũ ſpeculationi apud
eos uacans . Domum habuit alterum ad collem quirinalem cuius etiam nunc
locum oſtendunt . In profectis autem & omnino in ſacerdotum feſtis : per ur-
bem pręcones pręcedebãt : qui ut quieſcerẽt & ab operibus deſiſterent iubebãt .
Queadmodũ enim Pythagoricos dicunt non ſinere homines pertranſitũ adora-
re deos immortales : illoſq; orare : ſed continuo ex ipſa domo mente ad id para-
tos pergere . Ita & Numa decere ciues exiſtimauit : neq; audire quicq̃ rerum
diuinarum : neq; aſpicere per deſidiam | atq; negligentiam : ſed uacare a cęteris
oportere : mentemq; adhibere . Perinde ut rei ad pietatem maxime : ac de-
niq; crepitibus ſtrepitibus gemitibuſq; | & quęq; huiuſmodi neceſſarios uulga-
riumq; artium labores conſequuntur uias uacuas cerimoniis pręſtare . Quorũ
ueſtigium quoddam in hanc uſq; diem ſeruantes | cum imperator circa auguria
ſacrificia ue uerſetur : clamant hoc age . Quę uox quot quot rei interfuerint &
conuertit & parat . Erant autem multa illius pręcepta Pythagoricis documẽtis
q̃ ſimillima . Quemadmodum enim monebant illi ſuper Choenice ſedendum
non eſſe : neq; ignem gladio fodiendum : neq; peregre proficiſcentibus retro-
uertendum : & ſuperis imparia litare : inferis uero paria . Quorum ſenſum per
ſingula multitudini occultabant . Ita quędam Numę patria inſtituta arehanam
rationem habent . Veluti diis libandum non eſſe ex uitibus non putatis : neq;
ſacrificandum ſine farina . Et cum adorant in orbem ſeſe uertere oportere : de-
inde uero ſedere . Ac prima quidem duo uidentur manſuetudinem edocere :
quaſi ea pietatis pars ſit . Adorantium uero illa uertigo ad mundani circuitus
ſimilitudinem ſit . Videri autẽ magis poſſet is qui adorat : quoniam aſpectã-
tibus templis adorentem | aduerſatur ortus : hic mutare ſeipſum & ad deum cõ-
uertere orbem faciens & abſolutam pręcem utrinq; coniũgens . Niſi mediusfi-
dius egiptiis rotis mutatio habitus : & ſignificat huiuſmodi aliquid : docetq;
rem ſimilem : quaſi nihil ex humanis rebus ſtabile & firmum ſit . Sed ut cũq;
uertat deus reuoluatq; uitam noſtram : id iocunde ac libenter admitti cõueniat .

Sedere autem cum adorarint auspicium esse dicunt : quo & ratas preces & in
bonis perseuerãtiam fore significatur . Aiunt & actionum diuisionem quietem
esse . Quasi igitur priori actioni fine imposito sedendum sit apud eos : quo al/
terius rursum ineunde ab illis summatur initium . Potest & hoc quoq; cum his
que diximus congruere : assuefaciente nos legumlatore non esse deum interpel/
landum/in occupatione & negligentia : sed cum tempus est nobis & ociosi su/
mus . Ex huiusmodi uero institutione in rem diuinam adeo urbs ad mansuetu/
dinem & quiete redacta est : & ita Nume uim admirata : ut & absurdos ac per
id fabulis ꝗsimillimos rumores admitteret : existimaretq; nihil esse neq; ab ra/
tione alienum : neq; quod ubi ille uellet minus fieri posset . Itaq; ut aiunt cum
nonnullos ciuis Numa ad conuiuium inuitasset uasaq; abiecta & cenam admo/
dum uilem : ac plebeiam apposuisset : iam illis cenare incipiẽtibus ubi sermonẽ
iniecisset : ut ea dea cui ipse congrederetur ad se uenerit : subito domum preci/
osis referctam poculis : & mensas omnifariam obsoniis apparatuq; magnifico
plenas ostendisse . Verum omnem id ad surditatem excedit : quod de cõgressu
cum Ioue tradunt . Fabulantur enim in Auentinum collem cum neq; adhuc ur/
bis pars esset neq; habitaretur : sed largos fontes opacaq; arbusta in se haberet :
duos demones picum faunumq; incedere : quos alias quidem Satyrorum tyta/
numue generis quis assimilet . Medicaminum autem ui & diuinis in rebus
magice acrimonie dicuntur : eodem modo italiam metientes peragrare . Vt ii
quos greci Ideos dactilos appellant . Hos inquiunt ab Numa captos : qui uino
& melle fontem ex quo bibere consueuerant : temperarat . Captos uero in mul/
tas uerti species suamq; naturam exuere : & monstruosas formas uisuq; terribi/
les pretendere . Sed postea ꝗ tenaci in euitabiliq; uise comprehensos sensere : cũ
alia futura multa predixisse : tum eam fulminum lustrationem edocuisse : que
in hanc usq; tempestatem per cepas fit & crines/& menides pisticulos : quidam
autem dicunt non eos demones lustrationem edocuisse: sed ab illis arte magi/
ca Iouem accersitum . Quare iratum deum Nume imperasse oportere lustratio/
nem capitibus fieri . Cum uero Numa subdidisset ceparum : Iouem dixisse ho/
minum . Cum Numa rusus inuertens precepti acerbitatem interrogaret capil/
lis . Respondisse Iouem animatis . Et tunc Numã pisticulis menidibus intulisse .
Et hec dicere ab Egeria edoctum atq; de um quidem postea ꝗ Ileos sibi factus
esset : hoc est propitius abisse : & locum ab illo Elitium appellatum : & sic ex/
piationem esse consummatam . Hec igitur fabulosa plenaq; ridiculis ostendunt
qua illius tempestatis homines menteq; quaq; ueneratione quam scilicet con/
suetudo eis indiderat/diuinitatem prosequerentur . Ipsum uero Numam adeo
diuina in re spes suas collocasse perhibent : ut cum aliquando sibi de hostium
aduentu atq; in cursu nuntiatum esset surrideret : diceretq; . At ego sacrifico :
primum autem ferunt & fidei/& termini templum condidisse . Ac fidem iusiu/
randum demonstrasse romanis maximum : quo etiam nunc utuntur . Termino
uero qui meta quedam est & publice & priuatim ad agrorum confinia sacrifi/
cant animantia . Et id nunc quidem . Nam apud ueteres incruentum fuerat
Nume sacrificium : quippe qui sapientissime docuisset decere terminalem deum
nece purum esse : utpote qui pacis custos/& iusticie testis sit . Videtur & omni/
no hic rex romanum solum terminauisse : cum Romolus noluisset mensuram

proprii agri fateri alieni ablationem. Suas enim uincari uires: si terminum obseruasset: Sin minus obseruasset: se iniurię argui. At neq latum soli urbi fuerat ab initio, maioremq eius partem armis sibi Romulus compararat. Et id omne Numa iis ciuibus qui paupertate pręmerentur: distribuit quo & ęgestatē quę inferendę iniurię causa sit: tolleret ac populum ipsum ad agriculturam uer-teret. Sic enim is una cum solo mansuefieret. Nam nihil ex omnibus studiis acrem adeo pacis celeremq amorem effecit: ut uita rustica. Vbi & bellice au-dentię ad defendam tuendamq rem propriam robur perdurat: & adest & per iniusticiam cupiditatemq pluris assequendi resolutio excisa est. Quamobrem cum & agriculturam Numa sicuti pacis Philtrum inmiscuisset ciuibus: magisq ut morum q̄ ut diuitiarum effectricem eam artem adamassat: in partes agrum omnem diuisit: quas Pagos appellauit. Et sigillatim qui obseruarent: quiq circumirent statuit: interdum quoq & ipse inspectans & ex operibus ciuium mores coniectans alios ad honores & secreta consilia promouebat. Inertes uero & negligentes uituperans: & abiciens castigabat: atq instituebat. Ex aliis autem eius institutis multitudinis pro opificiis distributio maxime in admira-tione habetur. Nam cum ciuitas duobus ex populis ut dictum est constare uideretur: quin diuisa potius foret, ac nullo pacto una esse uellet: neq fieri pos-set ut factio simultasq deleretur: sed offensiones assiduas & partium conten-tiones pateretur: cum animo secum Numa uersasset solere homines ea corpora quę & diuersa natura & dura sunt perfringendo & diuidendo commiscere: quippe quę ex paruitate conueniant: illa inter se magis, statuit in partes plures cunctam multitudinem rescindere: ut ex is in alias contentiones cum iniecisset priorem & magnam illam īminores disseminatam penitus tolleret. Fuit autem pro artibus ea distributio, Tibicinum aurificum: Architectorum Tinctorum Cerdonum Coriariorum Fabrorum Figulorum. Reliquas uero artes simul colligens unum ipsum ex omnibus corpus reddidit: societates & conuentus, ac deorum honores cuilibet generi pro dignitate impartiens: tum primū illud amouit ex urbe, dici haberiq alios Sabinos, alios Romanos, & illos tacii: hosce Romuli ciues. Itaq ea diuisio fuit per pulchra quędam omniū inter sese cōpositio atq cōmixtio laudatur etiam ex eius institutis emendatio eius legis qua patri-bus filios uendere permittebatur: illos excipiens qui uxores duxissent si patre approbante iubenteq nuptię facte essent. Graue nanq & iniquum existimauit eam mulierem seruo congredi: quę ut libero nupta esset. Pręterea celestium rerū studium Numa attigit neq acriter: neq omnino imperite. Nam Romulo regnante pręter & rationem & ordinem mensibus utebantur: alios quidē neq dierum uiginti: alios quinq & triginta: alios uero plurium supputantes. Lu-ne autem solisq inequalitatis conditionem habebant nullam sed unum dūtaxat obseruabant: ut dies trecentos ac sexaginta annus contineret Numa uero in-ęqualitatis uicissitudinem dierum undecim fieri colligens: ut lunaris trecentos quinquagintaquatuor haberet dies: Solaris uero trecentos sexagintaquinq undecim hosce dies duplicans adiecit ad annum in mense Februario Emblimū hoc est inter Calarem quem Mercedinum Romani uocant. Eratq dierum duorum ac uiginti. Atq quidem quam is adhibuit inęqualitatis medela ea tunc fuit: quę maioribus olim curationibus indigeret. Mutauit & mensium

ordinem. Martius enim qui primus erat tertium fecit: primum autem Ianu/arium qui erat undecimus sub Romulo: duodecimus uero & ultimus Febru/arius quo nunc secundo utūtur. Multi etiā sunt qui duos hosce menses additos a Numa inquiunt Ianuarium atq; Februarium. Ab initio enim decem mensi/um in usu annum extitisse. Veluti quidam ex barbaris trium. Ex gręcis autem quatuor Archades seu acannanes mensium anno sunt usi. Egyptiis menstruus annus fuit: deinde mensium quatuor ut aiunt: quare qui uel nuperrime eam regionem incoluerint uetustissimi uidentur esse annorumq; incredibili multi/tudine in familiarum deductionibus differunt quippe qui menses in numerum annorum collocent. Quod autem romam menses decem in annum ordinarint & non duodecim coniecturam affert ultimi appellatio. Eum enim Decembrē etiam nunc uocant. Quod autem Martius primus in ordine uocabatur: obscurum non est. Nam quintum ab illo quintilem sextum sextilem nomi/nabant: ac reliquos deinceps singulos eodem modo. Nam Ianuario Februa/rioq; ante Martium positis contingebat ante dictum mensem quintilē nominari & septimum numerari. Pręterea uero non erat a ratione alienum Martium qui marti Romulo sacratus sit|primum nominari. Secundum uero Aprilem quod a Phroditis idest Veneris habeat cognomentum. Quo mense & deę sacrificant Et ad Kalendas mulieres Myrto coronate lauant. Quidam uero non ex Ap/phrodite nominatum Aprilem dicunt: sed quemadmodum simplex se nomen habet Aprilem mensem uocatum: quoniam uerna temperie arridente planta/rum aperiantur germina Maium quidem a maia uocant. Est enim Mercurio sacer Iunium uero ab anni tempore. Sunt etiam qui hosce ab ętate maiore & iuniore cognominatos dicant. Reliquos autem sigillatim ab ordine quasi nume/rātes nominauere. Quintilē Sextilē Septēbrē Octobrē Nouēbrē Decēbrē. Po/stea quintilis a cęsare qui Pompeiū superauit Iulius. Sextilis uero ab eo qui Au/gustus cognominatus secūdus īperauit nominatus est. Reliquis autē deinceps duos Domitianus suis sibi cognomentis asciuit: neq; id diu sed qui rursum illo iugulato sua resumpserunt nomina. Itaq; alter September alter October appel/lantur. Soli postremi duo appellationem ab ordine sicuti ab initio habuere ser/uauerunt. Qui uero a Numa additi mutati ue sunt: Februarius quidem ueluti lustrationis expiationisq; mensis quidam sit Etenim ipsa dictio hoc proprie sig/nificat. Ac nouo tunc sacrificant germine: & Lupercaliorum celebritate quę plurimum lustrationi est proxima peragant. Ianuarius autem qui primus est ab iano dicitur Martium uero quasi a marte cognominatus sit: eo e prima sede mutauit Numa ut arbitror quoniam in omnibus uellet rem urbanam bellicę in honore preferri. Ianus enim apud uetustissimos illos siue genius siue rex fuerit: dicitur ferum & siluestrem cultum in urbanum ciuilemq; mutasse: pro/indeq; ipsum bifrontem fingunt tanq̄ alteram ex altera & formam dispositionēq; reddiderit. Est & eius templum Romę duabus portis quod belli ianuam uo/cant. Legitimum enim est ipsum aperiri cum bellum sit In pace autem claudi. Quod certe difficile aut etiam raro factum: cū aliquo bello semper imperium suspensum teneatur: Nam cum propter eius magnitudinem barbaris nationi/bus undiq; circumfusum ac septum esset: iis repugnare cogebatur uerūtamen Augusto cęsare imperante post Antonii profligationem clausum est & ante.

M. Attilio & . T. Malio consulibus haud multum temporis. Deinde con/tinuo ingruente irrumpenteq; bello apertum est. At Numa rege neq; illum diẽ apertum uisum: sed tris & quadraginta annos continuos clausum mansit: usq; adeo bellicas res undiq; prorsus abstullit: amouit perdidit. Non enim roma/norum populus modo regis iusticia & modestia ad mansuetudinem ac pacis amorem traductus est: Verum etiam urbes uicinas quasi aliqua inde se aura salubriue spiritu ferente mutationis principium cępit: & in omnes desiderium influxit tranquille pacateq; uiuendi & colendę terrę: & nutriendorum inquiete pignorum, uenerandorumq; deorum. Festiuitates autẽ & conuiuia & eorum qui secure se inuicem adirent: mixtimq; uersarentur: hospitalitates ac benignę ex/ceptiones italiam tenebant. Perinde atq; e fonte Numę sapientię in omnes honesta iustaq; influerent: & illius animi serenitas in uniuersos diffunderetur Quapropter & superlationes poeticas ad eius statum temporis cessisse dicunt. Hic callentis opus humorq; domantis Arachnes. Enses ancipites hastaq; longior. ęrea iam nusq̃ superest tuba ducere somnos. Non ipsi placidos pal/pebra tollitur Nam neq; bellum, neq; seditio, neq; tumultus, rege Numa in rep. fuisse traditur: at neq; Aduersus eum ulle uel inimicitię uel inuidia, seu ob reg/nandi cupiditatem insidię uirorum ue conspiratio. Sed siue deorum metus qui uiri curam habere uiderentur: siue uirtutis uerecundia siue diuina fortuna quę/dam omni uitio illibatamq; puramq; homines uitam sub illo seruans perspi/cuum exemplum edidit: atq; coniecturam platonice illius uocis quam ille non paruo temporis curriculo iunior de rep. emittere ausus est. Vnam malorum quietemq; esse solutionemq; hominibus si ex diuina quadam sorte philosopho animo regia potestas coniungatur: quę uirtutem uitii uictricem superioremq; constituat. Sapiens enim ipse profecto beatus est: beati etiam illi sunt: qui uerba ex ore sapientis profluentia audiunt. Fere enim neq; ulla ui sibi neq; minus aduersus multitudinem opus est. Ipsi etiam manifesto in exemplo, & in clara uita principis uirtutem intuentes, & ultro continentie ac sapientię stu/dent: & cum iusticia & moderatione adprobatam ac beatam uitam amice inter sese ac concorditer conformantur. Vbi totius pugnę auxiliiq;, pulcherrimus finis est: atq; is omnium augustissimus est: qui hanc uitam & hunc effectũ subditis inserere quiuerit. Hęc igitur Numa longe melius q̃ alius quisq; uidetur cõ/spexisse. Quos autem filios is habuerit: quasq; uxores duxerit: dissentiunt rerũ gestarum scriptores. Alii nanq; neq; aliam eum uxoremq̃ Tatiam accepisse: neq; alterum filium pręter unam filiam Pompiliam habuisse dicunt. Alii pre/ter hanc filios quatuor ei ascribunt. pomponem pinum Calpum Mamercum Quorum quemlibet successionem familię honestiq; generis reliquisse: Flu.sse nanq; a pompone pomponios: a pino uero pinarios a Calpo uero Calphur/nios: a Mamerco autem mamertios quos ob hanc rem & reges cognominatos esse. Tertii autem sunt qui hos reprehendant utpote quos familiis gratificatos inquiunt: & his non nata successionis ab Numa insignia addidisse ponpiliam uero non ex Tatia natam: sed ex altera uxore Lucretia quam non priuatus sed iam rex duxerat. Omnes autem consentiunt Ponpoliam Martio nuptam Martius uero ex illo Martio natus est: qui Numam ad regnum suscipien/dum induxit. Etenim secum una migrauit Romã, & ordine senatorio ornatus

est. Ac post obitum Numę cum in regni disceptationem cum hostilio uenisset superatus se uita priuauit. Eius uero filius Martius cui pompilia nupta erat Romę commoratus Martium Ancum genuit: qui post Tullum Hostilium regnauit. Hoc ut fertur quinquēniū relicto diem obiit Numa non celeri neq̄ repentino obitu: sed sensim senis ac leni deficiens morbo: ut scripsit Piso obiit autem non longe octogenario maior. Ostenderunt & sepultura uitę eius desiderium: nam tum socii & amici. Pl. populi publicis simul concursibus & coronis ad inferias conuenere: tum patritii lectum sustulerunt: tum deorū immortalium sacerdotes & pręsentes fuere & deduxerunt: tum deniq̄ reliqua turba mixtis feminis ac pueris non ut regis senioris exequiis assistentes: ueluti ex carissimis aliquem quem in ętatis flore desiderarint singuli sepelissent: cum eiulatu & fletibus sunt secuti. At qui cadauer igni haud dedere: quoniam is cauisset: ut dicitur. Sed duabus arcis lapideis factis eum sub ianiculo condidere: quarum altera habebat corpus: altera libros sacros quos ipse scripserat: quemadmodum tabulas gręci legum conditores consuerunt. Cum autem adhuc uiuus sacerdotes quę scripserat edocuisset: & eis habitum omnium mentemq̄ impressisset: iussit sacros libros cum corpore sepeliri: quasi non recte in animis litteris archana ferrentur. Quaquidem sententia aiunt neq̄ Pythagoricos litteris commentaria pręceptaq̄ mandare: sed ipsorum memoriam atq̄ disciplinam sine scriptis dignis uiris inserere. Cumq̄ eorum traditio pręceptorum quę in geometria ambigua secretaq̄ dicuntur: cuipiā indigno edita esset portendere significareq̄ dicebant: ut magno quodam & communi malo ac pernitię numen admissum scelus atq̄ impietatem ulcisceretur. Itaq̄ magna is uenia danda est qui eodem tempore Pythagore Numam in tanta rerum similitudine congestum esse contenpunt. Antias autem tradit duodecim libros de iure pontificio: duodecim uero alios gręcos de disciplina sapientię in arcam repositos esse. Cum autem quadringenti fere anni pręterissent. P. Cornelio & M. Bedio consulibus magno imbrium facto impetu tumuloq̄ diruto arcas ui inundationis excussas: decidentibusq̄ operculis alteram quidem uisam inanem prorsus: neq̄ partem ullam neq̄ reliquias corporis habuisse. In altera uero cum libri inuenti essent eos legisse dicitur. Petilius qui per id temporis pretor erat. Ad senatumq̄ retulisse non uideri sibi neq̄ fas neq̄ pium ut quę in libris scripta essent audirentur a multitudine. Proindeq̄ delatos illos incomitium igni tradidisse. Nempe iustos omnis ac probos uiros maior inde post obitum laus sequitur. Inuidia nanq̄ non diu superstes est. Ante plerosq̄ etiā ea interit. pręterea illius gloriam regum posteriorum calamitates clariorem illustrioremq̄ fecere. Nam cum quinq̄ post illum regnauerint: postremus ex imperio excidens in exilio consenuit. E reliquis uero quatuor nemo naturali morte defunctus est. Sed tres insidiis circumuenti necati sunt: Hostilius uero Tullus qui Numę successit in regnū & plurima ex illius honestis facinoribus in primisq̄ ac potissimū pietatē in deos irrisionibus & cōtumeliis insectatus uti rē inertē & muliebrē ciues ad bellū uertit. Neq̄ ipse igitur audacibus hisce ac stultis facinoribus īstitit: sed graui & uario morbo mutata mēte ideorū metū atq̄ religionē cōuersus est: quę nulla tamē similitudine ad Numę pietatē accederet. Quī etiā eo magis alios huiusmodi morbo īfecit: quod fulmine ictus conflagrauit ut fertur

SED POSTEA Q: NVME ET LIGVRGI VI/
tam exposuimus hisce in medio positis & si difficile opus
sit: non tamen piguerit ipsorum differentias colligere.
Nam quę is communia pariaq3 sunt ex ipsis rebus ap/
parent. Veluti uirorum continentia|pietas ciuilitas di/
sciplina ut uterq3 initium unnm legum condendarum
a diis sumpserit. Quibus autem priuatim bonis uterq3
pręstiterit: primum Numa quidem accepit imperium
Lygurgus uero tradidit. Et alter cepit id haud petens.
Alter tum possideret restituit. Ac Numam quidem ex priuato & peregrino
dominum alii sibi constituere. At Lygurgus ex rege sese priuatum fecit. Pul/
chrum est certe regnum sibi iusticia comparasse. pulchrum est etiam iusticiam
regno prętulisse. Virtus enim illustrem adeo illum reddidit: ut dignus impe/
rio habitus sit. Hunc uero ita magnum effecit ut imperium contempserit.
Quod autem secundum est: quoniam quemadmodum armonici Lyras solēt
Lygurgus dissolutum & deliciis deditam spartam intendit: Numa uero Romę
uehementiam intentionemq3 remisit: difficultas quidem operis Ligurgo addi/
tur. Non enim thoraces exuere: ensesq3 deponere ciuibus suadebat: sed aurum
argentūq3 dimittere. Et strata preciosa ac mensas eiicere. Neq3 a bellis celebritatū
sacrificiorumq3 causa desistere: sed cęnis compotationibusq3 omissis in armis &
palestris laborari & execeri. Quapropter gratia & ueneratione quadam alter
omnia suadendo perfecit. Alter autem inter pericula atq3 ictus uix obtinuit.
Atqui mansueta benignaq3 musa Numę: qui ad pacem & iusticiam ciues ex
intemperantibus & feruidis traduxit ac leniuit. Si uero de mancipiis dicitur
inter Lygurgi instituta quis ponere nos coegit: seuissimum illud quidem &
iniquissimum facinus: longe Numam prudentiorem & humaniorem legūlatorē
extitisse dicemus: qui dum etiam manifeste seruos cum heris simul in saturna/
libus epulari consuefecisset: liberis honoris iis gustum prebuit. Etenim unum
hoc ex Numę institutis esse dicunt: qui ad annuas fruges perfruendas|eos qui/
bus una operariis esset usus assumeret. Quidam autem monumentum id ser/
uari fabulantur: Saturnalis illius ęqualitatis quasi nemo seruus|nemo herus
sed cognati omnes & eque digni putarentur. Omnino autem uidetur ad fru/
galitatem uterq3 & continentiam multitudinem eque egisse. Ex aliis autem uir/
tutibus Ligurgus fortitudinem magis Numa uero iustitiam uidetur coluisse:
non ob aliam causam nisi quod ob propositarum utriq3 rerump. dissimilē uel
naturam uel consuetudinem|dissimili studio opus fuit. Nam neq3 Numa rem
bellicam pre metu dissoluit: sed ne sui iniuriam inferrent. Neq3 Ligurgus ad
iniustitiam suos bellicosos struxit: Sed ne iniuriam paterentur. Ambo apud
suos ciues & quod nimis esset auferendo & quod parum supplendo: magnis
uti mutationibus coacti sunt. Atqui distributionis in ordines diuisionisq3 rerūp
& popularis admodum Numę mutatio & plurimum multitudini grata qui ex

Aurificibus & Tibicinibus ac Cerdonibus promiscuum quendam & uarium admodum populum reddiderit. At Lygurgi austera & senatoria: quę inseruorum & accolarum manus conuerterit uulgares artes, ciues autem ipsos in clipeum & hastam coegerit belli opifices martisq; ministros. Aliud uero neq; scientes neq; meditantes q̃ parere principibus, ex hostibus uictoriam reportare. Nam neq; rei pecuniarię studere liberis hominibus licebat: quo liberi prorsus per omnia essent. Sed quod ad res parandas pertineret: seruis ac mancipiis datum erat: ueluti cenę & obsonii ministerium Numa uero nihil huiusmodi discreuit. Sed militares auiditatis abstulit. Alium uero quęstum haud uetuit Neq; huiusmodi amouit inęqulitatem. Sed ad summum usq; diuitiis progredi permisit. Et pauperum curam quorum magna multitudo conflaretur & in urbem influeret nullam habuit. Cum statim ab initio decuisset: quandoquidem neq; multa neq; magna imparitas esset: sed pares substantia & similes ciues inter se forent: eos sicuti Lygurgus & instruere aduersus immodicum appetitum & ea cauere detrimenta quę non minima secuta sunt: sed quę plurimorũ maximorumq; malorum quęcunq; inuecta sunt: semen principiũq; prebuerit. Soli autem distributio neq; facta Lygurgo uituperationem affert. Neq; Numę non facta. Alteri enim ipsa ęqualitas sedem fundamentumq; reip. pręstabat: hęc autem quoniam sortitio recens esset nullam aliam diuisionem inducere cogebat neq; mouere primam distributionem: quę uti consentaneum est: suis locis maneret. Cumq; connubriorum educandorumq; liberorum illa communio utriq; uiro uxorię pudicitię suspitionem rite ac ciuiliter amouisset: non per omnia in eandem rem consenserunt. Sed romanus quidem uir cum satis sibi filii educati essent: alterius suasionibus qui filiis indigeret uxorẽ cuius dedendę recipiẽdęq; ius haberet: cedebat. At Lacon quę domi apud se esset manente: etiam connubio in antiquo iure uxorem ei impertiebat: qui ad sobolem suscipiendam suasisset. Multi quoq; ut dictum est uel exhortando rogandoq; eos ultro accersebant e quibus putassent maxime formosos pueros ac probos nasci. Quę igitur alia discretio institutionũ huiusmodi nisi fortis in hisce ac uehemens erga nuptam ęquanimitas: quę profecto & perturbant plurimos, atq; ad uiuendũ inter dolores ac ęeloti pias admodum incendunt, & stimulant. In illis autem Numę tanq̃ erubescens & pudibunda humilitas quędã ueluti uelamen desponsionem coniugii obtendit: & eam communionem intolerabilem fatetur. Pręterea & custodia uirginum Numę magis ad muliebre ingenium atq; uerecundiã cohibita est. At Lygurgi uirgo omnino etiam aperta, & femina, de se poetis dicendum pręstitit. Nam & Phenomerides a petentibus fęmoribus eas appellant: ut Ibicus & Andromanes quod uiros furere faciant: ut Euripides inquiens. Domos aperto cum iuuenta fęmore Peplis solute destruunt eę funditus. Nempe enim tunicę uirginalis consutę pinne non erant ab inferiori parte: sed aperiebantur simulq; nudabant totum femur in inexcessu. Quãquidem perspicue dixit Sophocles hisce uersibus. Quapropter & audatiores dicũtur esse: & in ipsos uiros in primis uiriles: utpote quę tum negotiis domesticis prorsus dominentur: tum in publicis & sententiã dicant de maximis rebus: & auctoritatem habeant Numa uero eam nuptis apud uiros dignitatem honoremq; seruauit quem a Romulo habuissent: Cum rapte delenirentur obsequiis. Sed

pudoris iis plurimum adiecit : curioſitatem remouit : ſobrietatẽ docuit . Tacere
& abſcemias prorſus eſſe : neq; de neceſſariis rebus abſente uiro quicq̃ loqui eas
aſſuefecit . Fertur igitur cum mulier aliquando propriam cauſam in foro dixiſ/
ſet : miſiſſe ſenatum deos conſultum : quid nam ciuitati ea res pertenderet .
Atq; relique eorum obedientię ac manſuetudinis per magna eſt coniectura de/
teriorum memoria . Nam ſicut apud nos hiſtorici primos ſcribunt : qui uel ci/
uilem necem perpetrarint/uel bellum fratribus intulerint/uel patrem matrem ue
necarit . Ita Romani memorię tradiderunt . Spurium coruinum primum exti/
tiſſe : qui poſt urbem conditam ducenteſimo trigeſimo anno cum uxore diuor/
tium fecerit : cum nihil prius huiuſmodi factũ eſſet . Prima quoq; pinarii uxor
Thalea nomine Tarquino ſuperbo regnante : aduerſus Gitaniam eius ſocrum
Iurgium fecit : uſq; adeo honeſte ac decore quę ad nuptias pertinerent ab legũ/
latore conſtituta fuerant . Quę autem de ętate nobili ambo tradiderunt reliquę
uirginum inſtitutioni congruunt . Nam & Lygurgus maturas illas & uirorum
appetentes deſponſat ; quo tum congreſſus expetente iam natura gratię ſit be/
niuolentięq; principiũ/magiſq̃ odii ac metus aduerſus illos ſi ante tempus uio/
lentur : tum etiã corporibus robur inſit ad conceptus partuſq; dolores perferẽ/
dos . Perinde atq; ob aliud nihil illis nubentibus : q̃ ad ſobolem procreandã .
Et romani duodennis & iuniores etiam illos nuptui tradunt : ſic enim maxi/
me & corpus & indolem puram & illibatam uiro pręſtari poſſe . Itaq; liquidũ
atq; perſpectum eſt : illa quidem ad procreationem prolis magis ſequi naturã .
Sed hęc ad uitę contubernium moribus formandis accomodatiora eſſe . Atqui
de liberorum gubernationibus & conciliis & inſtitutionibus & ſocietatibus :
Pręterea & circa cęnas & Gymnaſia & ipſorum iocos diligentioribus tum ſtu/
diis tum ordinibus Lygurgus pręſtantiorem legem quouis alio legumlatore
tulit : nihil parentum aut deſideriis aut neceſſitatibus indulgens : ut pro uoto
liberos inſtituerent : ſiue quis filium uellet agricolari/ſiue fabricare nauim/aut
fabrum docere aut Tibicinẽ ceu non ad aliquẽ unum finẽ agi ab initio iuuenes
deberent : ac moribus iiſdem uti . Sed ueluti uectores nauim alius alio ex uſu
atq; ſententia uenientes/in periculis ſolum priuati metus cauſa in cõmune con/
ſulunt . Alias uero quilibet rem ſuam attendit . Ac plurimis quidem legum/
latoribus indignum eſt crimini dare : ſiquid aut ignoratione aut imbecillitate
omiſerint . Viro autem ſapienti qui populi nuper conſtituti & ad nihil reluctã/
tis imperium ſuſcepiſſet cui rei prius ſtudendum fuit : q̃ filiis educandis exer/
cendiſq; iuuenibus : quo neq; diuerſi neq; turbulenti moribus fierent . Sed
ad unum aliquod commune uirtutis ueſtigium ſtatim ab initio compoſiti for/
matiq; inuicem congruerent . Quod certe cum in aliis rebus plurimis tum in
conſeruãdis legibus Lygurgo profuit . Minimus enim iuſiurandi metus ex/
titiſſet : niſi diſciplina & inſtitutione ingeniis puerorum leges ueluti infudiſſet :
& cum alimento una affectũ reip . conciliaſſet . Quo factum eſt ut ſupra quin/
genteſimum annum ualidiſſima illius conſtitutionis & maxima perdurarint :
quippe cui ueluti color uehemens & acer iniuſtus eſſet : Qui uero ciuilis con/
ſtitutionis finis fuerat : ut in pace & amicitia Roma exiſteret : extemplo cum
Numa una defecit . Ac poſt illius obitum : ubi iam templo quod ipſe clauſum
uſq; tenuerat ad bellum quaſi illic detruſum eſſet ſedandũ placandumq; utrinq;

patefecissent ianuas : sanguine atq; cadaueribus Italiam compleuere. Et ne parum quidem temporis pulcherrimus status iustissimusq; permansit : utpote qui disciplina careret : qua mutuo beniuolentię fędere deuincirentur. Quid igitur per quispiam dixerit : nonne ad summum usq; in melius Roma rebus bellicis processit : interrogationem is faciens prolixa responsione indigentem : ad eos pręsertim homines : qui summum bonum in diuitiis & delitiis & imperio magisq̃ in salute|& mansuetudine : & in ea quę cum iustitia sit frugalitate & ponant & locent. Quin etiam & id Lygurgo opitulari uideatur : quod Romani ubi statum quem sub Numa habuerant ĩmutassent : mirifice rebus excreuerunt. Lacedęmonii uero q̃primum Lygurgi sanctionem excessere : e maximis humilimi sunt effecti : gręcorumq; amisso imperio periclitati sunt propriũ quoq; solũ amittere. Sed illud in Numa magnũ est & diuinum profecto : quod peregrinus accersitus in regnum fuerit : & omnia suadendo ĩmutarit : & urbi quę nondum conspirarat dominatus sit. Neq; aut armis aut ulla eum ui uti oportuerit : ut Lygurgus aduersus populum optimates egit ; sed sapientia tantum & iustitia cunctos coegerit atq; composuerit

SEPENVMERO VETERES SAPIENTISSI-
mos philosophos|mecum repetẽs : admirari soleo bea-
tissime pater : nec parũ dubitare q̃ causa illos tanta im-
pulerit : ut in suis ciuitatibus cum & honoribus maxi-
mis & copiis amplissimis abundarent : a republica &
a negociis : animi quodã iuditio abhorrentes : iis om-
nibus exagitatis atq; contemptis : tanq̃ in tutissimum &
tranquilissimum uitę portum in otium solitudinemq;
confugerent. Sed cum diligentius cogito quantũ ii suis
studiis laboribusq; profecissent : magna mihi ac multo maxima pars admira-
tionis preciditur : nec eos solum diuina aliqua sapientia : uerumetiam precipua
quadam in nos beniuolentia fuisse arbitror. Nam & ipsi dum uiuerent sese con-
silio prudentiaq; sua nonnunq̃ in dubiis casibus | & amicis & patrię profuere|&
cęteros : quo prodesse possent : suis doctrinis atq; artibus instrunxerũt : Vt Cla-
zomenius ille Anaxagoras Periclẽ Atheniensem : Syracusanum Dionẽ Plato :
Pithagoreus Lisias : Thebanum Epaminondam : Aliiq; complures alios : qui
omnes uel principes ciuitatum : uel summi belli duces extiterunt. Nec uiui
solũ uerum & iam post mortẽ hoc idem suis scriptis & monumẽtis consequuti sũt
ut facile appareat illos non ob inertiam & desidiam se a laboribus amouisse : sed
suum omne studium & laborem ad nostrum commodum utilitatemq; cõtulisse.
Quę quidem cum hanc inanem admirationem & dubitacionem meam : nec ho-
mine erudito dignam magna iam ex parte minuissent|tu sustulisti funditus : qui
cum his rebus omnibus (quibus illi in primis afflueres : eorum ne dicam imi-
tatione nõ enĩ cõtempsisti ut ii fecerũt : nec profudisti : afflatu quodam impulsuq;
diuino amplissimum patrimonium subleuandis in opibus in liberalitate totũ
& beneficentia posuisti : ut solutus & liber ab omnibus pietate ac religione uerã
illam & perfectam fęlicitatẽ quam superiores philosophi decepti opinionibus
& inanis glorię cupiditate adducti cum quererent nec nouerunt|nec reperire qui-
dem potuerunt & tu inuenires & fruerere. Quibus tantum de te expectationem
sanctitatis integritatisq; concitasti : ut non modo ea quam sequebaris beatitu-
dine dignus omnibus uiderere|uerũetiam inde uel inuitus ad amplissimũ digni-
tatis gradum omnium gentium & populorum consensu & uoluntate reuocatus :
apertissime declarasti : nec inane nec stultũ eorum studium esse : qui in ocio & so-
litudine uiuendum sibi statuissent. Nam simulac creatus es pontifex : statim ro-
manam ecclesiam prostratam & afflictam superioris morte pontificis : te scelera-
tissimorum latronum armis undiq; circumuentum consilio | sapientia|animi mag-
nitudine eripuisti : & in pristinum statum dignitatemq; uendicasti : asperrimos
& immanissimos hostis partim conciliasti tibi : partim sui similibus oppresisti :
christianos populos non solum dissidentes armis : sed etiam male sentientes : &
pręsens : & per legatos tuos edocere : & ad ueram religionem reducere conatus
es. A te etiam tenues atq; inopes & pręsertim eruditi uiri tuis opibus & copiis

assidue sustentati sunt | ab eodem te religiones & cerimonie multis locis sanctissi/
me instaurate : pax cum in plurimis oris italię tum in aliis remotissimis regio/
nibus firmissima constituta . Itaq3 meritissimo tibi Christiani omnes ut suo &
uero pontifici parent : te existimant ad pacem & ad concordiam suam : ampli/
ficationemq3 ecclesię : non humano consilio : sed diuino beneficio & munere in
ista sede sanctissima collocatum : te deniq3 non ut hominem ex hominum genere
natum : sed de celo dimissum : colunt : obseruant : uenerantur . Quapropter cum
cuperem & ipse non priuato aliquo abste officio : Sed communi beneficio af/
fectus : tibi quantum mea fert facultas gratias agere : & in alicuius excellētissimi
philosophi uita tuas uirtutes diuinas atq3 admirabiles collaudare : & si neminē
ex omni antiquitatis memoria reperire possem : qui tecum ulla ex parte comper/
andus foret : attamen Solonis Atheniensis res geste mihi ex omnibus maxime
cum tuis conuenire uise sunt : qui & sapiens fuit unus ex septem : & legum lator
solus ex septem . At qui huic tu non uirtute solum : sed fortuna etiam antecellis.
Nam ille croesi opulentissimi regis Lydorum thesauros contempsit : quod sępe
superbia & insolentia fit : tu proprios effudisti . Ille unam urbem suis legibus nō
potuit continere : tuis uero populi pęne infiniti obtemperant . Ille patriam quā
liberam & magne parti gręcię imperantem acceperat : tyranno oppressam & ser/
uitēt reliquit . Tu romanę ecclesię spoliate & sub iugū pęne misse | libertatē suam
imperiumq3 reddidisti . Quare quod pridem tibi polliciti sumus beatissime pa/
ter Solonem ipsum ad sanctitatem tuam attulimus : non ut imiteris : nec enim
tibi opus est : sed ut q̄ longe superasse letere : cuius instituta uitę si tibi probabi/
lia in legendo uidebuntur | debebunt te admouere : ut eos homines qui spe tuę
humanitatis erecti : ad eius doctrinā & sapientiam quoad possunt suis studiis
peruenire contendunt : ut consuesti & confirmes & adiuues . Vt & ipsi quod cu/
piunt tua ope assequi possint . & cęteri ad paria studia excitētur Vale feliciter

DIDIMVS GRAMATICVS IN CONMEN/
tario tabularū Solonis ad Solepiadē Philoclis cuius/
dam sententiam posuit : In qua Solonem pręter alioꝝ
opinionem quicunq3 Solonis meminerunt : Euforione
patre natum affirmare uidetur : ex Ecestide enim ipsū
genitum omnes uno ore consentiunt : qui uir quidem
mediū ciuium ordinē obtinuit | generis uero nobilitate
ciuitatis facile princeps . A Codro enim originē sang/
uinis habuit . Matrem autem Solonis tradidit Hera/
clides pontius consobrinam pisistrati matris fuisse . Fuit autem inter eos ami/
citia cum propinquitate : tum maxime ex uitę consuetudine | quibus ferūt quidā
Solonem uehementer Pisistratū adamasse . Qua ex re factū est ut cum posteriori
tempore de re p . in dissensionē uenissent | nihil durum nihil immite eoꝝ inimicitie
importarent : sed eadem amicitię iura in eorum semper animis inuiolata ma/
nerent . Tantūq3 apud eos prioris amicitię recordatio & gratia ualuit | ut incēsam

adiuto & corroborato igni facem perpetuo seruarent. Solon igitur cum eius pater: ut tradit Hermippus: ad humanitatem ac beneficentiam propensus patrimonium minuisset: nec unq̃ tamen deessent qui eum suis copiis sustẽtare uellent: sed ne ab aliis acciperet: pudor quidam deterreret: ut qui ex ea familia natus esset. q̃ subuenire aliis consuerat: adhuc admodũ iuuenis ad mercaturã se contulit. Sunt tamen nonnulli qui Solonem dicant errorem eiusmodi suscepisse periclitandi atq; uidendi magisq̃ lucri cupiditate impulsum: sapientię enim fertur apprime studiosus fuisse: quippe qui cum grandior iam natu foret, dicere solitus est: se multa quotidie discentem senescere. Diuicias autem minime mirabatur Solon: sed aiebat nihil differre eum qui uim magnam auri atq; argenti multos item equos & iumenta possideret: ab eo cui hęc sola essent uentris aut lineis & pedum morbo languent: & alio in loco pecunias quidem habere desiderio per iniuriam autem parare nolim omnino in posterum pęna cõsequitur. prohibet autem nihil bonum uirum ęgregiumq; ciuem nec affluentie rerũ nimie luxuriosęq; studere: nec oportunitatem necessitatemq; contemnere. Temporibus autem illis: Vt inquit Hesidosus: nullum opus ignominie erat: nec ullus artiũ delectus atq; discrimen: Mercatura uero ad Barbarorum necessitudines regũq; amicitias comparãdas plurimum ualere putabatur: ex eadem quoq; homines multarum & maximarum rerum usum experientiamq; percipere. E quibus non nullos conditores maximarũ urbium extitisse. Vt Massalias primus qui a celtis iuxta Hyradanum maxime obseruatur. Thaletem quoq; & mathemathicum Hypocratem exercuisse mercaturam ferunt. Platoni etiam olei in egypto exportationẽ peregrinationis uiaticũ suppetisse. Solon igitur ut profusior & sumptuosior & mollior esset in uictu: utq; liberius ac licentius in suis poematis de uoluptatibus loqueretur: q̃ philosophum deceret ex illa mercatoria uitę rationem accepisse dicitur. Cum enim ex multis ac magnis periculis ferre cepisset, ad omnem animi quietem remissionemq; ferebat. Quod autem tenuũ magis animũ, quam locupletum adamarit: ex his perspicuum est, permulti quidem ditantur improbi, probi autem pauperes fiunt. Verum nos minime permutabimus uirtutem pro diuiciis quoniam hoc stabile est ac perpetuum. Diuicie uero mutãtur tempore: & alias aliter se habent. Eius uero poesis ab initio nihil graue aut serium habuit. Sed iocis potius ut uidetur referta fuit. Vt facile circumfluere atq; abundare ocio uideretur. Posteriori autem tempore sententiis eam philosophicis respexit: suis quoq; poematis ciuilium rerum permultas complexus est ne id tam historię & memorię gratia: fecit: q̃ ut hortationes quasdam admonitiones obiurgationesq; Atheniensibus adhiberet: pleriq; autem affirmant Solonem tentasse leges edere uersibus harum etiam principium huiusmodi proferũt. Legibus his oro primum rex iupiter assit: Fortunamq; ferat felix nomenq; secundet. Eam autem moralis philosophię partem: qua ciuilis ratio ac disciplina continetur, ut plurimi tunc philosophorũ potissimum secutus est. Sed ut in phisicis uehementer simplex fuit: atq; uetustus. quantum ex iis eius scriptis facile percipipotest. Nube niues tenues, & grando gignitur atra: Et tonitrus alto fulgur ab axe ciet. Flatibus assiduis miscentur & equora. si quis Non mouear: quicq̃ iustus esse nequit. Atq; omnino talis sapientia tantum eo tempore uisa est contemplatione terminos necessitatis excedere. Cęteri autem philosophi ex

ciuili uirtute sapientię nomen traxerunt. Dicuntur autem in Delphis una fuisse: ac iterum Corinthi. Cum eo fere omnes cõmuni Periandri accitu conuenissent conuiuioqꝫ ab eo excepti forent. Maxime autem eorum gloriam & auctoritatẽ Tripodis circumdatio auxit qui quasi circuitu mansuetudine & quadam con-temtione submissione per singulos iuit. Dicitur enim cois piscatorium rete tra-hentibus milesios hospites iactum emisse: sic inmanifestum. Itaqꝫ aureum tri-podem reti tractum apparuisse: quem ferunt Helenam cum e Troya nauigaret quodam oraculo admonitam: in iis lociis deposuisse. Primũ igitur inter hospi-tes & piscatores de Tripode controuersia exorta est: deinde suscipientibus ciui-tatibus causam: quę usqꝫ ad bellum processerat: utriusqꝫ a Pytia responsum est. Sapientissimo Tripodẽ dari oportere, primum ad Thaletem Milesium missus est permittentibus cois illi uni ac largientibus id cuius gratia cum uniuersis Milesiis antea bellum gesserant: cum uero tales se sapientiorem Biantem esse af-firmasset: ad eum est delatus: ab eoqꝫ rursus ad alium: ut ad prępstantiori sapi-entia uirũ uenisse dicitur. Postea circuens, atqꝫ ita per manus reuocatus, ad Tale-tem secundo peruenit. Ad postremũ ex Milete exportatus, Thebasqꝫ aduectus Ismenio Appollini consecratus est: Verum Theophrastus aliter sentit, ait enĩ primum in Prienam Bianti esse delatum. secundo in Miletum tali iussu Biantis esse missum: sicqꝫ per omnes uadens: ad Biantem iterum reuertisse. Tandem in Delphos esse aduectum. Hęc sunt igitur omnium fere sermone celebrata. In hoc tantum dissentiunt ꝙ alii minus pro Tripode: ii quidem Phialã a Croeso mis-sam Bathidis poculum relictũ fuisse asseuerant: priuatim uero Anacharsis So-lonisqꝫ ac rursus Thaletis congressus quidam & colloquia huiusmodi fuisse me-morantur. Anacharsis enim Athenas Solonis domum accessisse fertur hostiũqꝫ pulsasse: nuntiasseqꝫ se peregrinum esse: cõiungendeqꝫ cũ eo amicitię atqꝫ hospita-litatis gracia aduenisse. Respondente Solone domi commodiorem esse amicitię firmande locum. Tu igitur Anacharsis dixisse domi amicitiam nobiscũ & hos-pitalitatem in eas. Sic Solon eius ingenium admiratus humaniter ac benigne hominem accepisse: eumqꝫ apud se postea quoddam tempus habuisse: cum iã publica negotia tractare & leges describere aggressus esset. Quę res cum apud Anacharsem percrebruisset: impensam Solonis operam & studium uehemẽter irrisisse: quippe qui existimaret se iniurias ciuium ac cupiditates litteris cohercere posse, quę nihil ab aranearum telis differrent. Sed quemadmodum illę sic hę ex captis debilis atqꝫ imbecillos detinent. A potentibus autem atqꝫ locupletibus rumpuntur. Ad hęc Solonem respondisse dicunt: conuentiones tamen & pacta homines seruare solere: quę transgredi ex cõtrahentibus nemini cõducat. Eodẽ modo se ita ciuibus leges accomodare ut eas seruare ꝗ non, utilius & salutarius omnibus esse uideatur. Verũ hęc non eum Solon quem sperarat, sed quẽ Ana-charsis coniecerat exitum habuerunt. Illud etiam inquit Anacharsis se maxime admirari: cum contioni interesset, quod apud grecos homines sapientes dicerẽt. Stulti uero iudicarent. Ad Thaletem uero in Miletum Solonem cum uenisset: admiratum esse, quod ille nuptias & filiorum procreationem penitus cõtẽpsisset: Thaletum autem tunc quidem tacuisse: sed paucis diebus intepositis peregri-num quendam subornasse: qui sę Athenis nuper decimo post discessum die aduenisse diceret: qui rogatus a Solone nunquid noui Athenis esset ut doctus

erat nihil aliud respondisse: nisi quod adolescentis cuiusdam afferretur funus. Ac ciuitas tota consecuta esset: quod eius pater uirtute, atque existimatione inter ciues primus obtineret: quem tunc minime affuisse: sed iam diu ab urbe affuisse dicerent. Ve illi misero Solonem dixisse. Sed quomodo ille uocabatur: audiui respondisse nomen, sed memoria excidit, nisi quod ob eius iustitiam ac sapientiam omnibus esset in ore. Sic singulis responsis Solonem in metū magis coniecisse. Postremo iam turbato animo ac solicito ipsum peregrino nomen subiecisse: cōtendisseque ab eo, num illi ciui Soloni nomen esset: annuente autem homine, cępisse Solonem caput cedere. atque alia facere & dicere quę ab hominibus afflictis & calamitate aliqua perfunctis fieri solent. Tum Taletem ridentem his hominem aggressum ferunt. Hęc me o Solon a nuptiis & a procreandis liberis dehortantur: quę te hominem fortissimum & constantissimum infringunt. Sed bono animo spe optima confirmato sis: nec huiusmodi te uerba commoueāt: non enī uera sunt. Hęc Ermippus memorię mandata affirmat a Patreco quodam, quem Esopi animū habuisse dicitur: Demisso igitur animo atque obiecto est qui amittendi metu rerum possessionem refugit. Sic enim nec diuiciis ullus nec gloria nec sapientia parta perfruatur. Si ea quottidie aufferri posse pertimescat. Et enim uirtutem ipsam qua nulla possessio maior: nulla iocūdior uidemus morbis quibusdam ac medicamentis interdum aufferri solere. Ipse autem tales nihil magis ob hoc metu liberatus est: ni fortasse nulla neque amicorum neque familiarium neque patrię caritate tangebatur. Verum cybistum: ut aiunt ex sorore natum sibi in filium adoptauit. Nec enim erat eius animus aīo ab humanitate remotus. Sed ut ad sentiendum contemplandum ac memorandum optime a natura institutus erat. Ita in amore facilis & perhumanus. Infunditur enim semper aliquod externum, & naturali quadam ratione ingeritur: iis quibus priuatum ante domesticum nihil est. Sed ueluti in domum atque agrum, uacuum legitimis heredibus serui alieni atque inquilini inuadunt, & possident: atque una cum amore curā quoque & metum earum rerum grato animo induuntur. Ex quo intueri licet homines natura duriores de coniugibus ac liberis differentes: eosdem tamen in ancillarum filiis ac pellicibus ita animo esse fracto: ut quod desiderium eorum fere non queant, in morbum sępissime incidant: moriaturque & uoces humiles & effeminatas emittant. Alii ex canum atque equorum interitu turpiter & fede ad dolorem se habuerunt. Alii cum filios gnauos & probos amisissent suum casum moderate tulere. Nec sunt ob id in aliquam turpitudinem: deformitatemque prolapsi: sed reliquam uitam constanter sapienterque uixerunt. Infirmitas enim ac debilitas non amor & caritas infinitos atque immensos dolores & metus affert hominibus: qui minus exercitati ratione fortunę impetū ferre didicerunt. Quibus nec re optata etiam si assit: perfrui licet. Quod amittendi imposterum metu, animo semper solicito sint: atque suspenso. Decet autem nec pauperiei sibi ad pecuniarum amissionem remedium quęrere: nec amicorum contemptione presidium contra priuationem parare: nec filiorum inopia orbitati prospicere. Sed omnia ratione: consilioque moderari. Sed hęc ad pręsens satis superque esse uidētur. Cum uero Atheniensibus ex graui diuturnoque bello: quod cum Megarensibus pro salaminorum insula gesserant fatigatis: capitale apud eos esse cepisset: si quis legem de uindicanda insula ferre auderet. Eam labem atque ignominiam

grauissime tulit Solon. Cumqꝫ intueretur plurimam iuuentutem maxime ad bellum spectare: Sed ducem ei & auctorem deesse. Nam ipsam per ne aggrederetur legis metu deterreri: fureret se simulauit eaqꝫ fama ex eius domo tota urbe uehementer inualuit. Solonem desipere. Ipse interim cum elegiam clam edidisset: exercuissetqꝫ: quo memoriter recitare posset. Ceno fedatus repente domo prosiliens magno uulgi concursu: & frequentia inforum descendit: & pręconis lapidem conscendens: elegiam adhibitis modis & numeris recitauit: cuius initium huiusmodi est. Ipse quidem preco cara salamine relicta Aduenio & cantus contio nostra tulit. Hoc carmen Salamis inscriptum est: cuius sunt singuli uersus multo lepore: uenustate urbanitate referti. Cumqꝫ iam cantui finem imposuisset Solon: approbantibus eius amicis ac collaudantibus. Imprimisqꝫ Pisistrato ciues impellente: atqꝫ hortante Solonis auctoritati parere: legem abrogari rursus ad bellum incubuerunt: eiqꝫ Solonem ducem prefecerunt. Ex his igitur quę maxime popularia sunt: huiusmodi fuisse ferunt: Solonem cum Pisistrato in Coladiem nauigasse: ubi cum mulieres oẽs offendisset sacra cereri patrio ritu persoluentes: hominem fidum tranfugam se simulantẽ Salamiem misisse: iubentemqꝫ megarenses si primarias Atheniensium feminas uellent capere in Coliadem secum q̃ celeriter nauigare. Cum uero hęc Megarensibus placerent eo uiros classe emiserunt: quos ubi conspexit Solon ab insula eo contẽdere mulieres longe abire ex iuuenibus impuberes deligens: eoꝝ uestitu mitris & calciamentis iussit ornari: gladiosqꝫ paruos quibus e manu uti possent: accipiẽtes occultos habere atqꝫ ita instructus ludere in littore & choreas ducere imperauit: quo ad hostes descenderẽt: & capiendi nauigii facultatem prębererent. Quibus ita dispositis aspectu decepti Mergarenses cum se propius admouissent: exilientes illi: ueluti in mulieres subito inuaserunt certatim inter se ne quis effugeret. Sed omnes caperentur: contendentes. Quare ipsi postea instructa classe inuadentes: Insulam inditionem Atheniensium redigerent. Alii uero dicunt hęc non eo pacto quo diximus esse gesta. Sed ex Delphis huiusmodi oraculum allatũ esse. Cultores supplex horas uenerabere sacris: Quos ager asopi gremio complexus ameno Condit: & occidui prospectant lumina solis. Solonem uero noctu salaminem nauigio adductũ heroibus Periphemo & Cichri hostias mactasse: deinde quingentos ab Atheniensibus sequi uolentes: accepisse: facto ante decreto ut si in insulam caperent reip. munera obire possent. Sic compluribus piscatoriis nauiculis una triginta remorum consequuta post promontorium quoddam ad Euboiam uersum in insidiis se collocauit. Quod cum Megarenses qui salamine erant ex quodam rumore hominum accepissent: rem nihil firmamenti aut roboris habere: ipsos tumultu & trepidatione ad arma cucurisse: nauem etiam instructam ad speculandum misisse: qua appropinquante Solonem esse potitum. Megarensibusqꝫ in uincula coiectis: delectos Atheniensium in eam imposuisse. Iussisseqꝫ ut q̃ ocultissime possent ad urbẽ cursum arriperant. Ipsum uero cum reliquis copiis aggressum cum Megarẽsibus pedestri certamine manus conseruisse: quibus ad huc pugnãtibus eos qui naui aduecti erant oblata occasione adortos urbem cepisse: his ita gestis ea quę obseruantur attestari uidentur: nauis quędam attica primum silentio nauigauit deinde ubi uocibus & bellico clamore se intulerũt. Vir quidã armatus maximo

clamore ad Sciradium tumultũ a terra ingruentibus citato cursu se obuiũ tulit. Extat aũt famiã Solonis iuxta littus positum: fudit enim eo in loco Megarẽsis & quos reliquos fecit pugnę calamitas inito fędere missos fecit. Verum Megarẽsibus etiam acrius incũbentibus: multis illatis acceptisq́ in bello cladibus: cõpositores & iudices Lacdeemonios fecerunt: qua in causa multi aiunt Homerĩ opinionem uehementer Soloni suffragatam esse. Nam cum in nauium catalogũ uersum quendam ipse coniecisset: in iudicio recitasse. Bis senis Salamine aiax cũ nauibus ibat Cecropidũ quo castra loco posuere phalanges. Ipsi aũt Athenienses hęc pro uanis ac fictis ducunt. Verum aiunt Solonem ipsum ostendisse iudicibus Phileum & Erysatem Aiacis filios ab Atheniensibus ciuitate donatos insulam ipsis tradidisse: habitasseq́ hos quidem Braunonem. hos autem Miletã Atticę regionis locus: curia quoq́ Philaidarum Athenis esse Philei nomine appellatam: ex qua Pisistratus fuit: magis etiam Megarenses arguere uolentem de corporibus defunctorum defensioni sue fidem sumpsisse: quod in sepelliendis corporibus Salaminii: non Megarensium sed Atheniensium morẽ seruarent. In sepelliendo enim Megarenses mortuos ad orientem conuertunt: Athenienses autem uersus occidentem. Instabant contra hereas Megarensis aiebatq́: Megarenses etiam mortuorum corpora ad occidentem uersa humi mãdare. Illud preterea maius adiungebat: Atheniensiũ singulos singula sepulchra habere: Megarenses cum tria & quatuor singulis essent: in uno tantum sepelliri: At Soloni dicitur Phitica quedam oraclua permagno adiumento fuisse. In quibus Ionia Salamis uocitata est. Hanc causam delecti iudices iudicarunt: quinq́ uiri spartiace Critolidas: Amonpharetus Hisechidas: Anaxilias: Eleomenes. Ex his igitur Solonis gloria & magnitudo magis illustrata est. Quin & iam permaximum inter grecos nomen: & admirationem consecus est: ex illa oratione: quam pro Delphis habuit: qua suasit occurrendum esse. Nec Cyrreos contemnendum: qui templum Phatidicum uiolassent: sed eius dei gratia Delphos subleuandos esse. Ab eo enim impulsi Amphietyones bellum susceperunt: quod cũ alii permulti tum Aristoteles in Pithie uictorum descriptione sentire uidetur: qui hoc Solonis sententia & auctoritate factum dicit: haud tamen est ei bello Solon imperator prepositus: ut Hermippus ex euantis Samii testimonio affirmat. Neq́ enim hoc Eschines orator approbat: & in Delphicis monumẽtis Alchemeonis ducis est: non Solonis nomen inscriptum. Cylonis aũt piaculum: solicitam iam diu ciuitatem tenuerat. Ex quo socii Cylonie coniurationis Megadis oratione adducti iuditio se commiserunt. Quos cum simulacri uestes secum adduxissent: eacq́ se inuoluissent: ubi ad ipsas erines uentum est. Megades una cũ collegis lacerata deę ueste comprehendere aggressus est: quasi dea supplices renuente. Quorum partim foris lapidibus obruerunt: partim cum ad aras confugissent: ibi iugulati sunt. Illi tantum dimissi sunt qui ab eorum uxoribus suplices opem implorarũt. Ex hoc Piaculosorum nomen subeuntes odio atq́ inuidie fuerunt. Ex illa aũt Cylonis factione qui reliqui fuerant: cum rursus eorum corroborate essent opes a Megadis successoribus capitali: semper odio dissiderunt. Eo autem tempore plurimum inualuerat ea seditio & ad ultimum pęne discrimen perducta erat. Itaq́ dissidente etiam plebe Solon cum iam permultum auctoritate ualeret ad eos motus sedandos una cum principibus

Athenienſium proceſſit in medium : & partim obſecrando/partim cõmonefaci-
ẽdo iis qui Piaculoſi dicebãtur perſuaſit ut de ea re iuditio decerni uellẽt. Trecẽtis
igitur optimatibus delectis iudicantibus accuſatore Mirone Phiei filio dãnati
ſunt . ſeceſſerũtq; qui uita ſupererãt . Defunctoꝝ aũt corpora effoſſa extra fines
exportata ſunt . Hos motus atq; perturbationes obſeruantibus Megarenſibus :
Niſeam & Salaminem rurſus amiſerunt Athenienſes & metus quidam ex ſuper-
ſtitione : & oſtenta ſolicitam ciuitatem habebãt . Vateſq; in ſacris pollutiones &
piacula apparere : & expianda nuntiabant : ſic Epimenides Pheſtius ex Creta
Athenas uenit accerſitus ab Athenienſibus : quem ſeptimum quidam ex iis qui
Periandrum reiciunt inter ſapiẽtes annumerant . Exiſtimabatur aũt hic circa
res diuinas permultum religione ſapientiaq; ea preſtare : quę afflatu numinis
miſteriiſq; concipitur . idcirco Balthe nymphe filium & Curetam nouum per id
temporis homines uocitabant . Cum igitur ſe contuliſſet Athenas in Solonis
amicitiam receptus : multorum illi adiutor fuit ad legũ condendarum rationẽ .
Nam & expeditiora ſacrificia fecit : & circa luctũ mitiora : cum ſacra quedã
ad exequias adiunxiſſet : omnem autem horridũ ac barbaricum morem quo pri-
us mulieres utebantur ſuſtuliſſet : & quod permaximum fuit placationibus ex-
piationibuſq; ac ſtatuarum conlocationibus ad miſteria ac religionem urbem
inſtituens / iuſticięq; obnoxiam / & ad concordiam proniorem propenſioremq;
reddidit . Dicitur etiam cum Munichiam uidiſſet ac diu locum ipſum contem-
platus eſſet : dixiſſe quanta cęcitate ſunt homines rerum futurarum . Atheniẽſes
enim ſuis dentibus eſuros eſſe locum : ſi quot ex eo impenderent mala ciuitati
proſpicerent : ſimile autem quidam & Thaletem coniectaſſe ferunt : ſe enim ipſũ
quodam in loco Mileſii agri uili ac contempto mortuum ſepelliri iuſſiſſe . Cum
prędiceret in eo forum aliquando mileſiorum futurũ : Epimenides igitur magna
in admiratione habitus : opes multas : & honores largientibus Athenienſibus
in hęc aliud : q̃ ex ſacra olea ramum poſcens : atq; accipiens diſceſſit . Athene
autem Cylonia turbatione reſiderunt ſubmotiſq; piaculoſis in antiquam rurſus
de rep . ſeditionem ac diſcordiam reciderunt : quotq; diſcrimina regio habebat/
tot in partes diuiſa ciuitas eſt . Erat enim Dyacrioꝝ genus maxime populare .
Pedieorum autem paucorum adminiſtrationi uehementer ſtudebat . Tertii uero
parali medium quendam ac mixtum regendi modum complexi : ut utriſq; im-
pedimento erant : & ne altera pars in rep . uinceret prohibebat . Eodem tẽpore
exorta uehementi pauperũ aduerſus diuites concertatione ciuitas undiq; labo-
rabat : his tot ciuitatis incommodis ac fluctibus ſola tyrannis remedium pete-
batur . Omnis enĩ plebs premebatur a diuitibus magnitudine eris alieni . Aut
enim illis agrum colebant ſextam fructuum partẽ ſoluentes : & Hectemorii ac
mercenarii nuncupabantur : aut debito conflato creditoribus corpora adportã-
da honera debebant . Atq; hoꝝ alii ſeruiebant/alii ad exteras regiones emittẽdi
uendebantur . Permulti autem proprios liberos cogebantur uendere : nulla enĩ
prohibebat lex : & exilio creditorum crudelitatem effugere . Sed plurimi eorum
ac robuſtiſſimi & ipſi rem innouare aggreſſi ſunt : & cętero ſolicitabant rem non
contemnere . Sed unum principem hominem fidum cręare : illos autem tardos
nec oportunitati ſe offerentes abdicare : agrũ diuidere : atq; omnino rempublicã
abdicare : immutare ; hic ex Athenienſibus ii qui altius perſpiciebant intuentes

Solonem solum ab omni errati suspitione remotum: nec diuitibus iniurie sociū nec pauperum necessitati obnoxiū. Hortati eum sunt ut remp. capesseret: & eas tantas dissensiones comprimeret. Phanias lesbius Solonem scribit in utroq; fraude esse usum pro salute communi. Egenis clam enim diuisionem agrorum: locupletibus uero tabularum stabilitatem pollicitum esse. At Solon ipse ait ab initio remp. attigisse. & si horum cupiditatem & illorum insolentiam nosset. Creatus est aūt pretor post philombrotum eiq; componendarum discordiarum & legum ferendarum commissa potestas est. Diuitibus eum summo studio ut locupletem hominem: pauperibus ut probum uirum acceptantibus. Fertur autem eius quedam celebrata uox: equalitatē minime bellum efficere idq; opulentis in opibusq; placere: cum hii quidem mensura ac numero: illi uirtute & dignitate equum se habituros esse opinētur. Vnde cum utriq; in spem permagnā adducti essent: qui factionibus preerant. Soloni plurimum instabant: tyrannidem ultro offerentes suadentesq; ut audentius ciuitatem in ditionem acciperet: oblata potiundi facultate. Multi autem e medio ordine ciues honestam ac legitimam ciuitatis mutationem intuentes difficultatis plurimum ac laboris esse habiturā: non recusabant unū iustissimum ac sapientissimum uirum summe rei preficere. Nōnulli etiam tradunt Pyticum oraculum. huiusmodi oraculi fuisse. Puppe gubernator media stans dirige cursus. Pleriq; tamen Atheniēsium auxiliari maxime: non eius necessitati obiurgabant: si ob nomen tyrannidem perhorescat: quī nō dominātis uirtute ad imperii dignitatē statim sit peruētura neq; id primū Euboie usu uenerit: qui Tymonidē & nūc mytii leneis q̄ Pittico tirānidē permiserūt. horum nihil Solonē de sentētia dimouere potuit: sed amicis ita respondisse dicitur. pulchrū esse tyrannidē locū: uerū exitū nō habere. Ad Phocum autem in carmine quodam ita scribit. Si fuit hoc animo patrieq; & legibus olim Parcere: uicq; simul diraq; tyrannide cessi. Nominis infamiā metuens: nunc nulla remorderent Facta animum: cunctosq; reor sic uincere posse. Ex quo manifestum est ante conditas leges permagnā illi gloriam accessisse. ea uero quę in eum multi irridentes dixerāt: ita conscripsit ipse. Nec uir cōsilii Solon: nec c alidus astu. Quę deus obstulerat: respuit ille bona. Nec quondam parte contentus munere prede. Recia desposuit: spesq; fefellit eum Namq; auri incessit mentem male sana cupido. Atq; unū patrię: tradere iura diē. Optauitq; modo uictori tergore pellem Dirripi & estingui post genus omne suum. Hęc de se ipso loquente multitudinem imperitam introduxit. At qui tam & si tyrannidem respuisset: haud tamen ingerendis negociis & administranda rep. dissolutū se prebuit: nec potentibus & factiosis ob ignauiam ac mollitiem sibi concedendum putauit. Nec inferendis legibus: eorum qui eum diligerant uoluptati est obsecutus: sed ut optimum sibi factu uidebatur: medicinam & innouationem rerum omnium minime probauit: metuens ne si omnia penitus irrita fecisset: turbata ciuitate imbecillior fieret: q̄ ut ea rursus constituere & in optimum statū uēdicare posset. Quibus autem dictis existimabat ciues sibi obtemperantes: & ad subeundam necessitatem paratos efficere: ea ipse quoq; faciebat: ut ipse affirmat. Vim simul iustitiamq; coaptans. Quare cum posteriori tempore quesitum esset ab eo: si optimas leges Atheniensibus descripsisset: quibus ipsi obtemperant Inquit: optimas. Quod autem iuniores dicere soliti sunt Athenienses mitibus

nominibus & mansuetis rerum tristitiam obtexisse: urbaneq minuendo uim atq atrocitatem mitigasse prostibula meretrices tributum coordinationem ciuitatis: custodes autem presidia ciuitatum|domum uero carcerem nuncupantes. Solonis auctoritate primum constitutũ est. Qui remissionem ęris alieni si Sachthiam idest onoris leuationem appellauit: hoc enim primum ab eo in rep. cõstitutum est: cum debita decreto rescidisset: nec in posterum cuipiam licere corpore obligato pecuniam foenerari permisisset. Et si quidam prodiderint litteris in quibus est Androcion non debitorum remissione sed foenoris mediocritate leuatos pauperes satis sibi factum putasse: & hanc humanitatem ac benignitatẽ si Sathiam Solonem uocasse: ad id quod hoc consecratum est declarat quod mẽsuris: ac nummi pretio accessio facta est: centum enim dragmarum minam cõstituit: cum ante septingenta & trium foret. Quare cum numero quidem equũ solueretur: pretio uero minus soluẽtibus utilitatis uel plurimũ attulit: detrimẽti autem accipientibus nihil. Plurimi item sunt qui dicant abolitionem omnium tabularum si Sachthiam fuisse. Atq cum his poemata magis cõuenire uidẽtur. Gloriatur enim in illis Solon se prioris agri multis locis fixos terminos sustulisse & quod primum seruiens esset nunc liberũ: Constitutis autem ciuibus ad exportandas pecunias: ab eo munere peregrinos reiecit: qui Atticę loqui nescirent: quippe qui sepissime aberrarent: qui autem seruitute indigna premebãtur ait se libertate donasse. Ex hac re plurimũ turbationis ac molestię Solon cepisse dicitur. Vt enim aggressus est ęs alienum rescindere. Cum & uerba ydonea & honestum principium quereret. cum amicis communicasse quorum fidei putabat tuto se posse committere: ferunt autem ii quorum consilio usus est Conon|clinia & Hipponicus inquiens se agrum minime mouere|sed debita rescindere statuisse. Illi autem preuenientes statim preoccupantesq multas pecunias a diuitibus foeneri acceperunt: agrumq ex illis permaximum emerunt: sic postea cognito decreto cum illi fruerentur possessionibus: pecunias autem minus dissoluerent: maximam Soloni infamiam ac calumniam uinxerunt: quasi non ipse iniuria affectus: sed particeps iniurię extitisset. Verum eo crimine statim quinq talentis se liberauit. Tantum enim sibi deberi inuentum est: quod debitum statim per legem remisit. Quidam uero quindecim fuisse dicunt: quorum unus Poligelus est Rodius. At eius amici Creocopides ex debiti retentione perpetuo nuncupati sunt: Fuit autem eius ratio cum gratia nemini: tum diuitibus permolestia: q tabulas irritas fecisset: in opibus etiam molestior: quod sperantibus agrum non diuisisset: neq omnino ut Lycurgus equales inter se atq similes uiuere coegisset. Verum ille cum xi ab Hercule foret: multosq Lacedemoniis imperasset annos. Amplissimis amicitiis plurimũ opibus & auctoritate ualeret. His munitus quę sibi reip. causa optime suppetere esset opinatus Vi tamen magis quam suasionibus usus: ut oculus sibi effoderetur: rẽ omniũ maximã & efficacissimam ad salutem & concordiam ciuitatis peregit neminem ex ciuibus pauperem|nec diuitem esse. Hoc Solon qui & ordine medius erat & rep. popularis minime expleuit: nihil autem est ausus quod munus dignum suis uiribus putaretur|cum ex sola uoluntate ciuiũ qui illi se commiserant ad rem gerendam esset aggressus Quod aũt multos offendisset|spe & opinione deceptos: ipse ostendit his uersibus. Quã segnes fuerãt olim nũc estuat ira. Omnibus:

atq; hostem ueluti me torua tuentur Ast alius siquis tali sit munere functus Imperii : haud uulgum potuit cohibere furentem : Antea turbato quam lac de-traxerat illi. Verumtamen cognita statim utilitate : omissa priuata calumnia supplicationes publicę statuerunt id sacrificium si Sachthiam uocitantes. Solo-nem uero moderatorem reip. & legumlatorem designarunt : nec illi alia quidem alia minime : sed oĩa magistratus contionẽ forũ Senatumq; permiserunt : eorũ-demq; singulis precium & numerum & tempus presiniendi : tum quod sibi ui-sum fuerit arrogandi probandiq; potestatem. Primum igitur omnium draconis leges pręterq̃ quę de cede erãt oẽs propter asperitatem magnitudinemq; poenarũ abrogandas curauit. Vna enim fere omnibus mors pęna diffinita erat. Vt & iã qui ocii damnati essent capite multarentur : & eis qui olera aut fructus surripu-issent | idẽ supplicium quod speculatoribus aut homicidiis constitutum esset. Ob quam causam illud de Madis laudatur in primis : qui draconem non atramẽto sed sanguine leges descripsisse dixit. Ipse autem Dracon rogatus quamobrem plurimas : iniuriarum capite plectandas statuisset : respondisse dicitur. se parua quidam delicta morte digna censere : magnis autem maiorem pęnam inuenire non posse. Secundo Solon cum magistratus omnes : ut erant locupletibus reli-quere uellet : reliquam autem reip. gubernande partem permiscere : ad quã ante plebs aspirare non poterat : ad ciuium census se contulit : & qui in siccis atq; humidis quingẽtis cẽsi essent | in primo ordine locauit : & Pentacosiomedimnos uocauit.idest quingentorũ Medimnorũ. In secundo autem eos qui equos alere possent : aut tricentis censi forent : & hos Hippodem soluentes ab equis nũcupa-uit. ȩeugite uero tertii census homines uocitati sunt. qui tricentorum numerum censu explerent : Reliqui Thetes idest debitores aut mercennarii sunt appellati quibus nullum magistratum adire fas erat. sed contionis habende & iudicã-di munus in rep. tantum obibant : quod ab initio nihil : imposterum autem maximum uisum est. Plurime enim controuersiarum deferebantur ad iudices. Et quecunq; iudiciis magistratũ subiecit | de eorundem in forum adeundi uolen-tibus potestatem fecit. Dicitur etiam quod cũ leges obscuriores tulisset. & quę multos contrarios sensus reciperent : uim iudiciorum auxisse. Cum enim non possent ius suum legibus obtinere ad iudices necesse erat semper confugere. & omnem controuersiã ad eos deferre qui quodãmodo interpretãdis legibus pre-esse uiderentur : Portendit autem ipse sibi hoc pacto adequationem futuram. Quantaq; sat fuerat populo permissa potestas. Nec detractus enim | nec datus ullus honos. Ast ii diuiciis magnis opibusq; superbi. Quis equum pręter munera nulla dedi. Sed ualida amborũ numini pectora parma. Vi-cier at neutrum | uincere ne ue tuli. Magis etiam cum putaret subueniendum esse imbecille multitudini omnibus licere statuit de iniuria alteri illata supplicium summere. Nam siue quis uerberibus cesus. siue lesus aliter : siue ei uis esset illata Licebat alteri cuicunq; : cui facultas & uoluntas foret rei nomen deferre : & iu-ditio iniuriam persequi. Assuefaciebat enim recte ciues legum lator ueluti unius corporis incomoda equę sentire. eisq; pariter angi. Huic legi consonare eius uer-ba memorant. Rogatus enim quę ciuitas optime habitaretur. Illa inquit in q̃ nulla affecti iniuria : non minus q̃ iniuria prouocati : prese ferunt iniuriam : & eos qui intulerunt ulciscuntur. Cum autem in Ariopago Senatum constituisset |

ex anniuersariis magistratibus : ipse quoq; : quod cum magistratu tunc esset in eo concilio fuit. At cum plebem ob debitorum abolitionem inflatam sibiq; pre/sidentem uideret : secundum Senatũ adiũxit : ex singula tribu quę quatuor erant centum deligẽs uiros : quos pręuenire cõsulto multitudinẽ statuit : nec permittere sine consulto de aliqua re ad populum ferri. Superiorem autem Senatum specu/latorẽ rerũ omnium ac legũ custodẽ uoluit esse. Ratus fore ut duobus Senatibus ueluti Anchoris firmata ciuitas minus salo ac fluctibus iactaretur : magisq; se ob eam causam sedatam & quietam plebem habiturum. Vulgatior igitur fama est Ariopagitarum consilium ut diximus a Solone esse constitutũ. Quę opinio ea re maxime comprobari uidetur : quod de Ariopagitis a Dracone nulla usq̃ mentio facta est. Quin apparet eum de rebus capitalibus cum Ephetis semper communicasse. In tertiadecima autem Solonis tabula octaua lege ita ipsis no/minibus perscriptũ est. Quicunq; honorũ immunes erãt ante Solonis magistra/tum : eis honores capere licere : pręterq̃ qui ab Ariopago aut ab Ephetis, aut in Pritaneo homicidii aut iugulationis : aut appetende tyrannidis dãnati a regibus essent : Cum ea lex lata est. Ex iis igitut rursus uidetur & iam ante Solonis ma/gistratum Ariopagitas extitisse. Qui enim fuissent ante Solonem in Ariopagito damnati. Si Solon primus ad Ariopagitas iuditia detulisset : ni iam fortasse ex scriptorum defectu obscuritas quedam existit. Vt qui eis criminibus damnati fuissent : de quibus Ariopagite & Ephete & pretores iudicarent : quo tempore hęc lex lata est, probibiti essent honoribus, reliquis oĩbus honore donatis. his igi/tur ita Solon prospexit. Ex aliis aũt eius legibus illa pręcipue ĩcredibilis atq; im/primis admiranda est : quę honoribus abdicat eum qui orta seditione : neutram factionem secutus sit. Voluit quidem : ut uidetur : neminem cum priuatas rati/ones in tuto locasset. nulla communi cura ac solicitudine contineri : gloriantem q; aliorum incommodis difficultatibusq; minime angerentur. Verum optimis ac iustissimis uiris esse proponi tum cũ aliis pariter periculis se offerre : atq; opẽ afflictis rebus ferre : magis quã absq; periculo quietum exitũ uictorię exspecta/re. Illa uero absurda atq; ridiculosa uidetur : quę permittebat uxori si eius uir minus ad rem ueneream esset idoneus : mariti propinquos admittere : Atqui hãc recte se habere quidam putauit : ad eos qui coire ipsi nequeunt : pecuniarum autem gratia uxores accipiunt : & lege naturam coire nituntur. Intuentes enĩ illam qui cum libitum ei fuerit concumbere : aut missam facient : aut cum dedecore & ignominia retinebant : cupiditatisq; pecuniarum & contumelię pe/nas dabunt. Illud & iam probatur : ut non cum omnibus coiret uxor. sed ex mariti necessariis unum sibi deligeret : nec alienum esset quod nasceretur. & ge/neris necessitatem attingeret. Ad hoc idem illud spectat : ut sponsa cum uiro oc/cluderetur : unaq; cotonio malo pro bellariis uesceretur. utq; ter in mense om/nino congrederetur uir cum uxore. Nam si minus liberi nescerentur : fore pu/tabat : ut huiusmodi honor ac benignitas uiri aduersus pudicam mulierem per/multas frequenter collectas indignationes tolleret. nec sineret penitus odio ab/alienari animos. Ex cęteris autem matrimoniis dotes sustulit : tres tantũ uestes & quedam parui empta uasa : aliud pręterea nihil nuptam secum importare iu/bens. Voluit enim uiri uxorisq; consortium nõ pretio ac mercede : sed liberorũ caritate, gratia beniuolentiaq; coniũgi. Dionisium enim tyrannũ cum rogaretur

a matre : ut quandam ex ciuibus in matrimonium acciperet : Respondisse ferũt
ciuitatis quidem leges abrogari a tyranno : naturę autem leges cogi nullomo/
do posse : si pręter ętatem uxori se iunxerit . hanc autem absurditatem ac defor/
mitatem sibi in ciuitatem numen inducendam uideri : nec permittendum ut af/
finitates alieno tempore fierent : & quę neq; gratię quippiam nec officii nuptiarum
nec finem essent habiture . Verum in senem puellam ducentem a diligente prĩ/
cipe aut legumlatore id iure optimo dici queat : quod in Philotetem dictum
memoratur : Quã bene igitur nubere potes miser/ac habitãs in thalamo diui/
tis uetulę/ut perdices ex concubitu pinguem te comperiens trãsibis ad uirginẽ
sponsam uiri indigentem . Hęc igitur satis ad pręsens . Illa uero Solonis lex
laudatur pręcipue quę prohibet in defunctos maledicta cõnicere . Nã & piũ est
eos sacros ducere qui a uita discesserint : & iustum his qui esse desierunt : absti/
nere : & ciuile inimicitiarum aliquando modum statuere : nec in infinitũ pro/
gredi sinere . In uiuum autem si quis sacris in locis uel in iuditio/uel aput ma/
gistratus aut cum certaminum spectaculum instaret . maledictis esset inuectus
is priuatim illi tres dragmas Erario duas alias soluere cogebatur . nusq̃ enim
iram continere : imperiti est hominis atq; imtemperantis : ubiq; uero difficili/
mũ : quibusdã etiam impossibile esse uidetur . Decet aũt in ferendis legibus pos/
sibilitatis & facultatis rationẽ habere . si quis uelit utiliter in paucos q̃ sine uti/
litate in multos animaduertere . Illa etiam lex qua testamẽtis prospexit : aucto/
ritatis plurimum habuit in ciuitate & summo in honore fuit . Antea enim nõ
licebat alio deriuare hereditates : uerum pecunias simul & domum in defuncti
familia manere oportebat . Solon autem cum permisisset pro uoluntate cuiusq;
ni superessent filii : heredem constitui : uisus est amicitiam propinquitati : & gra/
tiam necessitati preferre . Pecuniasq; possessionem esse habentium statuisse . Non
tamen temere ac nullo habito respectu/huiusmodi licentiam permisit . At si non
morbo ingrauescente aut medicamentorum ui impellente aut uinculis & cruci/
atu coactus aut coniugis suasionibus ac blandiciis esset adductus . Existimabat
enim & quidem recte & sapienter : pręter decus aliquid honestatemq; suaderi/
nihil a ui ac necessitate differre . In eodem uero cum necessitate fraudem : in quo
dolorem cum uoluptate in comparatione iungebat . Quę omnia pariter hominẽ
a mente ac ratione distraherent . Egressionibus quoq; mulierum ac fletibus &
celebritatibus lege prospexit : quod omnem inmodestiã intemperantiãq; sustu/
lisset . Exire cum tribus tantum uestibus iubens : nec cibum aut potum plusq̃
obuli asportare : nec cubito maiorẽ habere : nec noctu iter suscipere/
nisi prelato lumine in uehiculo deferretur . Lacerationes uero se cedentiũ & quę
luctũ prouocare solent : ploratus quoq; & lamentationes flebiles in alieno fu/
nere penitus sustulit : nec immolari bouem permisit : nec pluribus quã tribus
uestibus uti : nec ad aliena monumenta accedere : nisi quo tempore efferretur fu/
nus : quorum plurima fieri nostris quoq; legibus prohibentur . Est enim illis
optime comparatum : ut molles atq; effeminati homines : & his perturbationi/
bus ac delictis quę circa hęc genera sunt obnoxi : & mulierum more hęc faciẽ/
tes : supplicium luerent : Cum autem intuerentur Vrbem refertam hominibus :
qui in Atticam quotidie licẽtię atq; impunitatis gratia confluebant . Maximã
uero agri partẽ incultã infructuosamq; esse : & q navigationi rebusq; maritimis

intenti essent: nihil iis importare consuesse: qui nihil contra afferre possent ad artes ciues traduxit: lege etiam sanxit: filium haud patri necessaria uitę subsidia debere: a quo nullā artē accepisset. Lycurgo enim datū laudi merito est: ut cum Vrbem uacuam haberet ab omni peregrinorum & conuenarum cetu ac cōmertio amplam etiam regionem ac bis totidem suppetentem: ut Euripedes inquit: seruorum pręterea multitudinem Lacedemonii circumfusam. quā optimum factu erat haud ociosam dimittere: sed opere fatigare: & labore assiduo humiliorem efficere: ciues ab omnibus illiberalibus artificiis & questibus remoueret cōtineretq; in armis / & eā unā illis artē discendā atq; exercēdā proponere. At Solon leges rebus magis q̃ res legibus accomodauit. Regionisq; situm & naturam contemplatus: quę uix laborantibus ac agrum colentibus ad uictum sufficeret: ociosam autem multitudinem alere non posset: artibus honorem habendum statuit. Ariopagitis quoq; negotium dedit: ut undecuiq; necessaria forent: prospicerent de inertibus ac desidiosis supplicium sumerent. In eo autem uehementiorem se prebuit / ut qui e meretricibus nati essent parentes alere non tenerentur: ut Heraclides ponticus scriptum reliquit. Qui enim in congressione & commertio mulieris decorum non seruat: is facile declarat se non liberorum gratia ad eam rem impelli: Sed uoluptati potius indulgere. Itaq; mercede se priuat: nec sibi ius parentis in liberos reliquum facit. Quibus ipsa procreatione dedecus & ignominiam attulit. Omnino tamen Solonis legis de rebus uenereis deformitatis plurimum continere uidentur. Moechum enim interimere fas esse deprehendenti uoluit. Si autem rapte libere mulieri uim attulisset: eum decem dragmis multauit: Sin suasione in sententiam suā traxisset: uiginti dragmarum pęna statuit teneri. pręterq̃ eas quę palam sibi indixissent questum. dico autem meretrices. Namq; ille manifeste se permittunt iis qui pręcium afferunt Sustulit autem ius uendendi filias & sorores: nisi qui cum uiro cobeuntē uirginem deprehendisset. In eadem autem re punienda: nunc se seuerum & immitē nunc clementem & facilem prebere: eiq; quācunq; sors attulit pęnam definere / a ratione profecto admodum dissonare uidetur. Ni iam quod nummi poenuria in ciuitatem tum foret poecuniarias pęnas reddebat penuria ipsa grauiores: Ad prętia quidem exstimationesq; sacrorum pecus computabat: & pro Medimno dragmam habebat. Ei qui Isthinia deuicisset: centum dragmas dari placuit. Olimpiā uero: quingentas. Qui uero attulisset lupū: quinq; dragmas iussit accipere: lupam autem tantummodo unam: ut Phalerius Demetrius tradit. hoc boui pręciū: illud pecudis esse statuēs. Quas enim in sextadecima tabula extimationes eximiis uictimis prefiniuit: consentaneum est multiplices extitisse: attamen eę quoq; pre illis quibus nunc utimur: exiles parceq; sunt. Vetusta est autem consuetudo Atheniensibus bellum cum lupis gerere: pascuo uero agro indulgere / quam agriculture satius esse ducunt. est etiam opinio quorundam. Vnde nomina tribuum non ab Iouis filiis tribus: Sed a generibus: in quę diuise uitę ab initio sunt: nomina accepisse. Bellicum quidem oblitas ab armis operis intentum. Ergodes ab operibus quę Gręci & Epsa uocāt esse appellatos. Duarum autem reliquarum hos qnidem qui agrum colebant ab agricultura Gedeodes: Alios qui rei pecuniarię operam dabant. Egicores a Capris cognomenta traxisse: Sed cum nec perennibus fluuiis nec lacubus

quibusdam/nec uberibus fontibus regio abundaret: sed plerique Atticorum pu-
teis uterentur manu factis: Lege statuit ut ubicumque puteus publicus esset: eo
intra Hyppicum homines uterentur: est autem Hyppicum quatuor stadiorũ
distãtia: qui autem abessent longius propriã sibi aquam exquirerent. Sin aũt
effodientes decem palmorum profunditate haud inuenissent aquam: tunc acci-
pere a uicino liceret: sex hydrias bis diebus singulis. Indigentie enim ac neces-
sitati subueniendum. Inertie uero ac desidię minime concedendum putabat.
Definiuit etiam plantationis prudentissime mensuras. Cum qui in agro quid
uis aliud plantaret: quinque pedibus a uicino abesse iussisset: qui uero fi-
cum uel oleam nouem. Longius enim hec arbores protendunt radicem: nec
sine detrimento ceteris plantis propius admoueri possunt. Verum nutrimẽtum
auferunt: & quibusdam humorem nocuum transmittunt: Scrobes autem & fos-
sas effodiẽdi uolentibus potestatem fecit: modo quantum fosse fastigium foret:
tanto abesset: ab alieno. Quicunque autem apium aluearia conderet: hunc
ab alterius ante conditis tricentis passibus abire Solonis lege uidebatur. Ex
fructibus autem eum solum ad peregrinos exportari licebat: aliorum nullum
ius erat asportandi: & in eum qui exportaret sanxit etiã magistratũ execrati-
ones facere: aut ipsum Erario centum dragmas dissoluere. Ac prima quidem
tabula ea est in qua lex huiusmodi continetur/nec illis ullam oĩo fidem habẽdã/
quis dixerit: qui aiunt superiorum ętate ficos etiam exportare non licuisse: idque
ex eo maxime perspicuũ esse: quod ii qui ficus exportantes indicassent/Sicophãtę
apud ueteres dicerentur. In offensionem etiam quadrupedum legem tulit: qua
canem qui quippiam morsu affecisset capistro quatuor pedum alligatum dedi
iussit. In ea autem lege maxime uisus est securitati consulere: sed penurię minus
consuluit: cum ex peregrinis nisi qui perpetuo exilio patria pulsus esset: aut qui
ad artem aliquam exercendam cum tota domo diisque pęnatibus Athenas mi-
grasset: neminem ciuitate donaret: hoc autem se fecisse dicit: non ut cęteros de-
terreret: sed ut eos rep. promissa Athenas alliceret & simul: Existimantem eos
ciuitati fidos & futuros & qui necessitate patriã amisissent: & qui sua spõte & uo-
luntate reliquissent. Illud etiam proprium Solonis institutum putatur: quo in
erario epulum prębuit quod ipse   quasi accubare uocauit. Non
enim eundem permittebat cibarii eo loco sepius: si is aũt cui sorte obuenerat
recusasset: plectebatur: quod illud plus equo appetentis esse: hoc superbi &
fastidiosi nimis & conmunia contemnentis putaret: Statuit autem in centum
annos leges omnes ratas haberi: & in ligneis tabulis descripte sunt quos Axo-
nas appellauit: quorum paruę quidẽ relique in Prytaneo ad nostram usque me-
moriam peruenerunt: eos ut Aristoteles tradit Cirbes nuncupabãt. Et Cratinus
comicus quodam in loco de Solone & Dracone ait: quibus non iam legumina
& ficus cirbibus siccant. Quidam uero opinantur in quibus sacra tantum solẽ-
niaque continentur cyrbes Axones autem reliquos appellari. Conmuni igitur
iure iurando astrinxit se Senatus Solonis leges ratas habiturum: priuatim etiã
singuli in foro ad lapidem adito iuramento se: si quid contra eas constitutiones
commissum fuerit: auream statuam sui equali pondere in Delphis posituros esse
dixerunt. His igitur peractis cum animaduertisset Solon disproportionẽ mẽsiũ:
& commutationem uarietatemque Lunę: quę neque in occasu neque in ortu cũ Sole

conueniret: sed eadem plerumq; die & assequeretur solem : & pręteriret : eam statuit ueterem & nouam appellari : eiusq; partem ante congressum eius cũ sole finito mensi : & quę superesset : uenienti atq; instanti mensi deberi arbitratus est: ut qui antea id quod apparet Homerum audisset dicentẽ : desinentis mensis atq; instantis. Quę uero deinceps sequeretur dies : eam Kalendas appellauit : nec uigesimo die mensem finiuit : reliquumq; sequenti adiunxit : sed auferens atq; dissoluens : usq; ad trigesimum : quatenus luna lucem retineret : annumerauit. Latis igitur legibus cum se quotidie quidam adirent : qui laudarent uel impro/
barent : aut & iam consulerent : scriptis adiicere aliquod aut detrahere : permulti autem aderant qui peterent responderentq; iubentes ut quo pacto singula se ha/
berent : eorumq; sententiam edoceret atq; declararet. Perspiciens hęc & negare absurdum esse : & facere inuidiosum futurum : statuit his se difficultatibus libe/
rare : offensionemq; ciuium & calumniam effugere. In magnis enim rebus ad ministrandis difficilimum est : ut ipse inquit omnibus posse placere : Itaq; quo erroris sui causam tegeret : sortitus nauis administrationem Athenis nauigauit: cum impetrasset ab Atheniensibus ut ab urbe sibi decem annos abesse liceret. Sperabat enim eo tempore leges usu & consuetudine ciuibus gratiores fieri. pri/
mum igitur in Egiptum applicuit : ibiq; aliquandiu moram traxit : ut ipse pri/
mum affirmat : Hostia qua Nili resonant uicina Canopi. Quoddam & iam tẽ/
pus apud Pscenophem Heliopolitam & Sonchem Saitam : eloquentissimos & sapientissimos sacerdotum : philosophię operam dedit : & pręsens Atlantico ser/
moni interfuit : ut a Platone scribitur : eumq; est carminibus gręcis conatus ex/
primere. Deinde in Ciprum delatus : a Philocipro quodam ex eius loci regi/
bus honorificentissime exceptus est : qui paruam ciuitatẽ a Demophoente The sei filio conditam habitatamq; tenebat : in locis munitis quidem : uerum diffi/
cilibus & incultis positam. Suasit igitur illi Solon ut nactus ameniorem locũ ciuitatem eo traduceret : eamq; iocundiorem & maiorem pararet : & ipse ad eã/
rem adiutorem se prębuit : & una ciuitatem optime & ad disciplinam & ad se/
curitatem instituit. Quę res habitatores complures Phylocipro comparauit. & cę/
teros reges ad emulationem concitauit. Quare cum Soloni gratiam referre uellet : urbem ante id tempus Epenam appellatam : ab eo solos nuncupauit. Et ipse Solon huius condite urbis mentionem fecit : In elegiis enim Philociprum uocans ita alloquitur. Tu nunc sceptra tenens : soliis per sęcula fęlix Regens : hancq; urbem post genus omne cola. Me cypris antiquo celeri cum puppe remittat : Littore ꝗ uiolis frondea serta gerit. Et mihi post tanto nomen pro munere grates Soluat : & in patriam diua secundet iter. Eius autem cum Croeso congressum & colloquiũ uidentur quidam ut ficta temporibus arguere. Ego autem famam adeo celebratam & tot grauissimis testibus comprobatam & quę in primis Solonis moribus cõuenire & eius anmi magnitudine & sapiẽtia digna esse uidetur : annalibus quibusdam canonibus nuncupatis permittẽdã non arbitror : quos infiniti pęne usq; in hanc diem emendare conati : repugnã/
tias eorum tollere ullo modo nequierunt. Soloni igitur cum rogatu Croesi in Sardos se contulisset : idem quod terrestri homini cum ad mare primum descẽ/
dit : euenisse ferunt. Ille enim mare aspiciens fluuios alium ex alio fluentes : pu/
tat se intueri. Ita Soloni per aulam transeunti multosq; ornatu luxu quę regio

instructos intuenti : & cum magnificentia quadam & maiestate magnaq; sti/
patos turba seruorum & comitum incedentes singuli Croesus uidebantur quo/
ad ad eum perductus esset, ut quicquid esset in lapidibus pręciosum : quicquid
coloris in uestibus quicquid ex auro artificiose laboratum : quicquid ornatus
aut magnificentię aliquid pręse ferret : quicquid deniq; optandū foret : id oēm
regem circumstare uisum est. Vt spectaculum splendidissimum summa uarietate
ornatissimum Soloni ostenderetur . Postea uero ꝗ Solon harum aspectu rerum
nihil commotus est : neq; inquit aliquid eorum quę Croesus expectabat ut facile
appareret prudentibus cum illa omnia ut uilia abiectaq; comtennere : iussit ei
Croesus suos thesauros aperiri : & cęterarum suppellectilem & magnificentiam
regiam nihil roganti ostendi neq; appetenti. Caeperat enim ipse secum ingeniū
Solonis agnoscere. Ad postremum : rursus cum perfectis omnibus ad eum re/
uertisset : rogassetq; illū Croesus num quem aliū hominem se beatiorem uidisset :
tum Solon Tellum se suum ciuem uidisse respondit. Vt uero exposuit illi Tellum
optimum uirum fuisse : filiosq; probatissimos habuisse : & cū integerrime sanctis/
simeq; uixisset : strenue pugnantem pro patria : parta pugnę gloria interisse :
putauit Croesus urbanitatis penitus illum & humanitatis expertē : si nō magna
ui auri atq; argenti fęlicitatem metiretur. Sed Plebei hominis & priuati uitam
uel interitum potius tantis opibus imperii anteponendam putaret. Verum tamē
ab eo rursus contendit : num post Tellum alium beaciorem nosset : iterū Cleobē
& Bitonem dixit uiros cum mirifico interse amore : tum in matrem summa ob/
seruantia qui tardantibus bobus ipsi iugum currus subeuntes ad Iunonis tēplū
matrem traxerunt : letam & ab omnibus ciuibus fęlicem habitam. Deinde cū
peractis sacrificiis epulati accubuissent : post diem nunꝗ assurrexerunt amplius
sed defuncti uita uisi sunt in tanta gloria & expectatione mortem omnium do/
lorum & molestiarum expertem & uacuam oppetisse. At nos inquit Croesus
ira incensus nullum in numerum beatorum reponis. Et Solon cum nec blādi/
ciis & affectationibus delinire hominem uellet : nec ulterius prouocare. O rex
inquit Lydorum nos quidem gręcos homines ad alia quę nobis deus ipse me/
diocria concessit bona & sapientię cuiusdam fiducia : ut uidetur optima confir/
mate : & popularis magnaq; regię : nec admodum ob mediocritatem splendide :
particeps fecit : quę cum perspiciat uitam hominū uariis fortunę motibus assi/
duę agitari : pręsentibus bonis efferri non sinit : nec fęlicitatem cuiusꝗ admirari
quę tempoꝝ mutationi subiecta sit. Consequentis enim temporis uarietas ex
uicto singula infert. Qui autem fęlicitatem suam ad finem perduxerit : eū nos
fęlicem opinamur. Viuentis uero adhuc fęlicitas ac periclitantis in uita : ut de/
certantis denuntiatio uictorię & corona instabilis incertaq; est. Post hęc Solon
statim confecto sermone discessit : cum turbasset magna eius oratio Croesum : ꝗ
admonuisset : per id temporis Esopus historicus forte Sardis aderat : eo accersi/
tus a Croeseo : magnisq; honoribus affectus Solonis causa uehementer indoluit
qui ita inhumane a rege esset acceptus : cunq; solaretur illum diceretq; regum cō/
suetudine autꝗ minime aut ꝗmaxime uti oportere. Immo respondit me Hercule
aut quam minime autꝗ optime. Sic igitur tunc Croesus Solonem despexit.
Postea uero ꝗ cum Cyro collata acie pręlio superatus est & amissa urbe captiuus
incendioq; destinatus Pyram instructam alligatus conscendisset : spectantibus

Persis ac Cyro : quantū maxima potuit uoce ter o Solon exclamauit . Admiratus igitur Cyrus misit qui rogarent : quisnam hominū aut deorum is esset Solon . quem in dubiis casibus solum imploraret . At Croesus nihil dissimulans unus est inquit ex gręcie sapientibus : quem ego accersiui non audiendi aliquid discēdi ne studio eoꝝ quibus maxime indigebā : sed ut mihi spectator adesset : testisq eius fęlicitatis abiret : in qua amittenda plus calamitatis erat : q̄ in consequēda boni . Verbo enim & opinione bonum erat : re autem uera : ea commutata oēs eius iocunditates ad intollerabiles dolores & calamitosas erumnas reciderunt . At qui is uir ex illis secundissimis rebus hęc omnia miserrima futura coniciens considerari uitę exitum iubebat : nec inflatum opinionibus incertis peculanter & temere exultare . Quę ubi ad Cyrum perlata sunt : ut qui & sapientior esset quā Croesus & Solonis monitum ex pręsentibus exemplis comprobatum esse perspiceret : non solum Croesum missum fecit : sed summo etiam honore quoad uixit apud se habuit . Ex quo uisus est Solon eadem oratione alterum seruasse regibus cautiorem & prudentiorem alterū reddidisse . At post Solonis discessum Athenis inter ciues grauissime sediciones excitate sunt . At Paediorum factioni Ligurgus : paralorum autem Megades Alemeonis filius pręfuit . Diacriorum autem Pisistratus : in qua debitorum turba continebatur : quę uehementer diuitibus inimica In festaq erat . Quare stabat quidem adhuc ciuitas seruandis institutis Solonis & legibus : sed rerum nouarum immutandeq ciuitatis statū cupido incesserat : suis rationibus melius consultum iri ea mutatione singulis opinantibus : & aduerse factionis superande spe optima confirmatis . His igitur malis difficultatibusq turbata ciuitate Solon reuersus Athenas ad honorē sui factorumq uerecundiā conuertit omnes . Sed ne in rep . eo quo solitus erat studio & assiduitate uersaretur : infirme uires affectaq iam ętas prohibebat : sed priuati principes factionum adiens a seditione abducere : ac pacare nitebatur : quam ad rem Pisistratus uidebatur apprime Soloni assentiri . Et enim in sermonibus collocutionibusq affabilitatis & humaninitatis plurimum habebat eius oratio apparebatq eum pauperum cause impense : fauere ad inimicitias autem clementem ac moderatum esse : & quę illi a natura minus inerant iis assimulatis facile putabatur eis q̄bus illa insita atq innata erāt uirtute ac probitate superare. Itaq ostendebat se equitatis amantissimum studiosissimumq : & pręsentis status mutationem grauissime esse laturum obuiamq iterum si quis studio nouarum rerum eum mouere esset aggressus . Hi igitur t moribus decipiebat ciues . Solonem tamen simulatum eius ingenium diu latere non potuit : eiq insidię Pisistrati primū patuere : haud tamen odio eum prosecutus est : sed leniendo admonēdoq conabatur : hominem ex ea mente depellere : ipsoq Pisistrato sępe dixit & aliis multis audientibus : si quis ex eius animo expelleret amorem principatus & dominandi cupiditatem sanaret neminem esse eo melius ad uirtutem natura institutum : neq probiorem ciuem . Cum autem coepisset Thespis Tragediam edere : ea res ob nouitatem multitudinis studia in se conuertit . Non dum enim in emulationem certamenq ciuium uenerat : tum Solon innata quadam audiendi discendiq cupiditate quotidie magna ętate ingrauescente liberali ocio & discipline & me Hercule disputacionibus & musce indulgēs Thespice spectatorē se prebuit : cum is Tragediam ut mos erat ueteribus ipse ageret . Post id autem

ſpectaculum : cum Theſpiam appellaſſet rogauit num puderet eũ tot pręſentibus
atq; audientibus talia ementiri : cumq; ille diceret haud abſurdum eſſe eiuſmodi
res per iocum dicere ac facere baculo uehementer terram percuciens . At inquit
talem iocũ ſi ei laus & honor habebitur a nobis : in tabellis propediem ſumus
habituri . Cum aũt Piſiſtratus illatis ſibi ipſi uulneribus curru delatus deſcẽdit
in forum : multitudiniſq; animos concitauit : cum diceret ea ſe ab inimicis per
inſidias accepiſſe multoſq; ſibi rei indignitatem ęgre ferentes clamitanteſq; com/
parauit . Ad eum profectus Solon : aſſiſtẽſq; : non recte inquit o filii Hypocratis
Homericum Vlixem aſſimulas . Eis enim ad ciues decipiendos a Buteris qui/
bus ille ſeipſum cedens hoſtes deceperat . Iamq; erat Piſiſtrati gratia in pręlium
deſcenſura multitudo|& populus in concionem conuenerat . Ariſtone decernẽte
ut quinquaginta armati : qui ab armis quibus utebãtur Corynephores dicebã/
tur : Piſiſtrato darentur ad cuſtodiam corporis : Aſſurgens Solon contradixit
permulta his ſimilia in medium referens quę poſt carminibus edidit . Aſpicite
in linguam & blandi falentia cunctos Verba uiri : qui nos uulpinis paſſibus
ambit . Frigidus at nobis pectora ſanguis agit . Sed cum animaduertiſſet
pauperes ad gratiam Piſiſtrati propenſos rem aggredi tumultu & trepidatione :
diuites contra metu perculſos diffugere : abiit : inquiens ſe his prudentiorem his
forciorem eſſe : prudentiorem quidem iis qui rem hanc haud proſpicerent : for/
ciorem uero illis qui cum proſpicerent ne tyrannidi obſtarent metu prohibebã/
tur . Comprobato autem in plebe decreto : haud ultra ſolicita fuit multitudo de
paucis Corynephoris Piſiſtrato decernendis : ſed cum quot uellet nutriet : ſecũq;
palã haberet paruifecit : quoad arce potitus eſt . Qua re turbata ciuitate : Me/
gades ſtatim cum Alemeonidis fugit . At Solon : Iam enim diutiſſime ſenex
erat : nec adiutores habebat : attamen in forum procedens : ſua oratione partim
ciuium amentiam & ſegniciem obiurgauit : partim incitare atq; adhortari co/
natus eſt : ne libertatem abiicerent . Illud etiam celebratum addidit facilius certe
illis ante fuiſſe tyrannidem ſurgentẽ opprimere : nunc autem maius glorioſiuſq;
futurum : confirmatam iam ac corroboratam euertere ac delere : ubi uero ſibi ob
metum nemo mentem adhibuit digreſſus e loco domum ſe contulit accipienſq;
arma in Angiporto ante fores depoſuit . Ego inquiens quoad a me fieri po/
tuit : patrię ac legibus opem tuli : ex eoq; in poſterum quieuit . Adhortãtibuſq;
ad fugam amicis nunq̃ parem in animum induxit : ſed carminibus editis uehe/
menter in Athenienſes inuectus eſt . Triſtia commiſſe luitiſi pręmia noxę .
Ne uos in ſuperos cõcitet ira deos Nãq; uiros anxit ueſtri cuſtodia quondã :
Subdita qui nobis ſub iuga colla premunt . Poſt hęc multis commonofaciẽti/
bus mortem Sibi a tyranno impendere : quęrentibuſq; quare fretus ita pro ſa/
lute deſidioſus eſſet : ſenectute reſpondit . Verum Piſiſtratus rerum potitus : ita
Solonem obſeruauit : ita in honore habuit : adeo benignum in eum & mãſuetũ
ſe prębuit : ut & accerſiret & ſibi etiam in conſilium adhiberet : permultaq; ex
eius auctoritate gereret : Et enim plurimas Solonis leges ſeruauit : iiſq; ipſe ante
alios parens amicos parere cogebat . Nam cędis in Ariopagum accerſitus mo/
deſte & temperate in ius uenit : ſe defenſurus : ſed cauſam accuſator deſtituit : le/
ges etiam ipſe tuit : e quibus eſt illa quę iubet : ut qui oculos in bello amiſiſſent
publice alerẽtur . At qui hoc antea quo tempore Treſipus cecatus eſt decretum a

Solone Pisistratū imitatum esse tradit : Heraclides. Scribit etiam Theophrastus ocii legem Pisistrati/non Solonis fuisse/qua & regionem cultiorem & pacatiorem ciuitatem reddidit. At Solon cum Atlanticum sermonē quem ex Saidos sapientibus in Egipto cum esset acceperat : rem multę operę multicꝗ laboris : Atheniensibus maxime conducibilem ab incoepto destitit : non occupationibus ut inquit Plato/sed senectute potius impeditus & uoluminis magnitudinem reformidans. Ocio enim illum tunc abundasse declarant huiusmodi uoces. Dum propero ad senium discere multa libet Grataꝗ sunt nobis ueneris & dulcia bachi Queꝗ uiris musę : munera lęta ferunt Vt autem amenę & fertilis regionis solum desertum quodammodo & incultum : Plato qui Soloni erat propinquitati coniunctus Atlanticā illam materiam excolere : atꝗ exornare cupiēs magnis quibusdā quasi uestibulis & circuitibus & aulis circumdedit eius initium quibus nec oratio aut sermo aliquis : neꝗ fabula : neꝗ poesis reperitur : sed cum sero admodum coepisset opus id mors uiri anteuertit. Quanto igitur plus scripta attulerant uoluptatis : plus iis quę supererant desiderii reliquisti : ut enim Atheniensium ciuitas Olympicum : sic Platonis sapientia inter multa pręclara & eximia hoc tantum opus imperfectum reliquit. Vixit Solon post initiū Pisistrati tyrannidis : Vt Ponticus Heraclides prodidit : multum temporis : ut aūt Phanias Ephesius scribit : minus duobus annis. Comii enim tēporibus Pisistratus inuasit tyrānidē. Hegestrati autem ętate qui post comicum regnauit affirmat Phanias diem Solonem obiisse : eius autem cineris circa Salaminem dissipatio ac dispersio absurditate rei incredibilis admodumꝗ fabulosa esse uidetur. Id autem cū alii homines auctoritate dignissimi litteris prodiderunt tū Aristoteles philosophus in primis scriptis suis comprobauit.

PROPERANTI MIHI HVMANISSIME PA-
ter promissum tibi munus persoluere & te meis studiis
impartiri : recens recordatio tui ueterem tempoꝝ que-
relam reuocauit . Et enim sępissime cum perspicio elo-
quentię studia quę deserta & inculta iam diu tacuerũt :
lõgo ĩteruallo repetita & ad nos relata esse : nostros uero
homines ita dicendi cupiditate flagrantes ita ad eam rẽ
naturę muneribus instructos : ut non desperẽrẽ nos per
breui omnium laude cumulatum oratorem esse habitu-
ros : quęri uehementer soleo : hanc nostram ętatem in ea tempora incidisse : qui-
bus eis facultas erepta sit ne ad pristinã illam eloquentię gloriam peruenire pos-
sint ut mihi aliquod infestum numen huiusmodi laudẽ inuidisse nobis uidetur .
Nam illi litterarum : thesauri : illa doctrine monumenta : illa uberrima libroꝝ
copia : quos maiores nostri scriptos nobis reliquerũt deleta est & interiit : eges-
tas & inopia consequuta est . Vt enim omittam de singulis cogitando : recordari
ubi tot latini poetę Tragici Satirici Lirici Elegi : quos una ciuitas tua tulit : quo
nã abierunt a quibus oratori granditas uerborũ & sententiarũ ubertas : nu-
merorum pręterea ac pedum concentus & harmonia quedam petenda est . Vbi
illa historicorum turba : quę nobis monumenta rerum gestarum & uetustatis
exempla suppeditet : quę nisi orator percursa animo & decantata habeat ignarus
quidam & ebes uideatur . ubi tot & tam amplissima uolumina in quibus ius le-
gũ & iuris ciuilis scientia continebatur : quę adeo temeritas & inconsulta imperi-
torum licentia lacerauit | ut nerui quidem & ossa ut ita dixerim tantum supersint :
spiritum uero & sanguinem amisisse uideantur . Ad hęc actiones defensiones :
laudationesq; : ubi nã terraꝝ requiremus ? Quis casus ? quę calamitas ? quę cla-
des nobis illas eripuit : in quibus tãta iactura facta est : ut ex infinito pęne ora-
torum numero : unum tantum : nec eum quidem integrum habeamus : Adde
philosophorum libros e quibus omnis doctrina oratoris depromenda est . Hos
enim qui orator non legerit peruolutarit audierit : intelligimus eum non eloquẽ-
tiam : sed garrulitatem & uerborum uolubilitatem inanem atq; irridendam esse
habiturum . In quibus illud etiam ęgrius ferendum puto : quod in hoc non tã
nobis fortuna quam eorum qui ante nos fuerãt : extitissent : nunq̃ profecto hoc
tantum detrimentum pateremur : o Iniquam temporum conditionem miserãq;
fortunã . O inanes & repudiatos ac frustra susceptos labores nostros : qui cum in
altum processerint : quin tempestate reiecti in mediis fluctibus obruuntur : nec
cursum suum conficere possunt . Sed me in hac tanta molestia mea illa res maxi-
me consulatur quod spero immortalem deum his nostris incommodis difficul-
tatibusq; aliquando tandem prospicere uoluisse cum te nobis pater clementissime
tradidit : qui mihi non forte natus : sed pręcipuo quodam fato huius ętatis ge-
nitus & procreatus esse uideris : qui studiosis hominibus inopia laborantibus

tuo studio|labore diligentia tuis deniq; facultatibus subuenires . Si quidẽ unus tot iam seculis extitisti qui latinam linguam attollere iacentem amplificare or/ nare conatus es : neq; comparandorum librorum gratia conatus es solum : sed magna iam ex parte perfecisti . Tu enim affecta ętate longissima itinera & dif/ ficilima ad remotissimas regiones magnis sumptbius labore : periculo suscepisti Tu ueteres permultos doctissimos uiros inuentis eorũ operibus quę ante igno/ rabantur ab obliuione hominum & silentio uendicasti . nã ut notos & mulga/ tos pręstereã|qui permulti sunt abste latinis hominibus restituti : complurimos in lucem protulisti nobis : quorũ ne nomina quidem noueramus . Itaq; tot iam solus libros : ut audio in omni genere doctrinę : in tuam urbem undiq; contu/ listi : qui pluribus ciuitatibus ad legendum sufficerent|ut illis homines discẽ/ di cupidi sine labore|sine sumptu|sine molestia uterentur . Quis igitur unq̃ uir doctus tam insignite impudens erit : quam si minus referre tibi gratias possit : non maximas se tamen debere fateatur ? quę tam immemor posteritas : quę tã ingratę littereret : quę non tuum nomen immortalitas memoria prosequantur. Itaq; ne quod in aliis : si contingat reprehensuros uideor : in eo ipse deprehẽdar statui referendam tibi gratiam quoad mea facultas ferret : hoc me crimine non ingratitudinis solum sed etiam arrogantię in posterum liberare . Vt & tibi si nõ digno : grato tamen munere : quod a me deberetur persoluerem : & reliquos ad simile factum prouocarem . Itaq; publicole ciuis tui clarissimi uiri uitam tibi ex Plutracho interpretatus sum non tam quod intelligerem te Plutrachi opera stu/ diose quęrere : quã quod hanc tibi pręcęteris iocundam fore existimaui quod ab eo uiro tua ciuitas exactis regibus : libertatis initium habuisset : & simul quod dum hęc legeres : maiorum tuorum res geste tibi ac uirtutes legende forent qui mihi quidem uidentur pulcherrimi illius facti gloria excitati : non minori stu/ dio & ardore in defendenda retinendaq; patrię & Romanę ecclesie libertate quã in uendicanda Publicola extitisse . Erat etiam in hoc aliqua mea pars uirilis : ut in qua ciuitate clarissimus uir auus & gentilis meus : summis functus honori/ bus Senator diem obiisset : & in qua sepultus esset : eius ciuitatis liberatoris res gestas latinis litteris illustrarem . His omnibus de causis tuum est nunc huma/ nissime pater : quod facturum spero hunc libellum libenter accipere : nec munus quod paruum sit : despicere . sed in eo dantis animum qui est certe optimus & uoluntatem agnoscere : Quod si abste fieri intelligam : haud hoc tantum tecum contentus ero : sed nactus ocium : tuo nomine statim maiora aggrediar . Vt & tuę quãtum in me est uolũtati satisfatiam : & mihi aliquam ex tuo iudicio glo/ riam comparem . Vale .

C VM IGITVR HIS MORIBVS PREDITVS
fuiſſet Solon : non immerito ut mihi uideor cũ eo Publi-
colam comparamus : cui hoc poſterius nomen honoris
gratia po . R . inuenit . Antea enim Publio Valerio
ei nomen fuerat : quod a progenitore Valerio uidetur
inditum qui uir unus ex ueteribus illis maxime auctor
fuit : ut Romani ac Sabini : cum ante hoſtes fuiſſent :
in unum populum cohiret . Ille enim in primis ſua-
dendo regum ſedauit diſcordias : & ad eiuſmodi fę-
deris pactionem induxit : huius igitur : ut accepimus :
Valerius ex genere neceſſarius : cum ad huc Roma eſſet
ſub regibus : diuiciis & eloquentia claruit : quarum cum altera recte ſemper &
libere pro equitate iuſticiaq; uteretur : quippe qua liberaliter humane quę ſuppli-
cibus opem ferret : haud dubie uidebatur : ſi res traduceretur ad popularẽ prin-
cipatum primas in rep . partes habiturus . Cum autem Tarquinius ſuperbus
regno non uirtute, ſed impietate & ſcelere parto, non regio more, ſed tyranni con-
tumelioſeq; uteretur : eiq; infenſus odio popularis : atq; ęgre ferens ad defectionẽ
ſpectaret : cui rei Lucretię quę ſibi ui accepta mortem conſciuiſſet : contumelia
occaſionem attulerat . Lutius Brutus cum in nouandis rebus adiieciſſet animũ
ad hunc primum rem detulit : eoq; adiutore accerrrimo fretus reges exegit . Et
quandiu opinio fuit populum : unum pro rege conſulem eſſe creaturum : quie-
tus fuit Valerius : cum Bruto magis deberi conſulatum exiſtimaret : qui auctor
& princeps recuperande libertatis fuerat : cũ uero in unius dominio offenderetur
animi multitudinis uiderenturq; omnes diuiſum imperium libentius latu-
ri : & duos conſules poſcerent : ſperantem Valerium poſt Brutum creatum iri ſe
collegamq; illi in conſulatu futurum fefellit opinio . Creatus eſt enim pro Vale-
rio inuito Bruto Lucręcie uir collatinus Tarquinius : haud quidem Valerio uir-
tute ſuperior : ſed patricii metu regum qui multa extra moliebantur quotidie :
ciuitatẽq; blandiciis delinibant : ſtatuerunt : q̃ infeſtiſſimo illis hoſti ut in hoc
unq̃ conceſſuro conſulatum mandare : hac re Valerius uehementer permotus .
ſi quod nulla priuata iniuria a regibus eſſet affectus : non putaretur omnia patrię
cauſa facturus : Senatu ſe abdicauit patrocinia renuntiauit : & a negociis pub-
licis penitus ſe remouit : ut rumor & cura ſolicitos multos haberet metuentes :
nec ob iram additus regibus res omnes & ciuitatem ſimul immitantem euerte-
ret . Poſtea uero quam Brutus aliorum quoq; ſuſpitione offenſus : ſtatuit ceſis
hoſtiis iure iurando Senatum aſtringere : diemq; pręſiniuit Valerius leta admo-
dum fronte deſcendit in forum ubi cũ iuraſſet primus : ſe animo ſemper infracto
in Tarquinios : propugnatorẽq; libertatis accerrimum futurum : uoluptatẽ Se-
natui & ſpem optimam conſulibus attulit : ſtatimq; iuſiurandum opera conſe-
quuta ſunt : Legati enim uenerant a Tarquinio cũ litteris mandatiſq; mitibus

& ad demulcendos multitudinis animos accomodatis : quibus ſperabat mul/
tos cum ex regis uerbis ducerentur poſſe corrumpi ſi uideretur moderate ro/
gando ſpiritus illos regios & contumaciam poſuiſſe . Cenſentibus autem con/
ſulibus legatos in populum producendos eſſe : non permiſit Valerius : ſed inſti/
tit uehementer : probibuitq; hominibus pauperibus & bellum magiſq̃ tyrãnidẽ
formidantibus : nouitatis initium & occaſionem dari poſt hęc legati iterum a
rege aderant illum regnum remittere a bello diſcedere : bona tantũ amiciſq; ſuis
ac familiaribus repetere : quibus exilium ſuſtentare poſſent : inclinantibus iam
multis : & Colatino maxime ſuadente : Brutus uir acer & uehemeus ad iram in
forum excurrit : proditorem collegam materiam & adiumentum tyrannidis per
gratiam largiri clamitans : quibus indigniſſimum eſſet uiaticum fuge decernere.
Conuenientibus ad hoc ciuibus Caius Minutius homo priuatus in contione
orationem habuit Brutum admonuit romanoſq; adhortatus eſt prouidendum
eſſe ut bona pro ſe magis contra tyrannos q̃ pro illis contra ſe pugnarẽt . Viſum
eſt tamen Romanis parta libertate pro qua dimicarent bonorum gratia pacem
abiciendam non eſſe : ſed eam una cum tyrannis exigendam : Erat autem Tar/
quinius de bonis recuperandis minime ſolicitus : ſed ea peticione experiri po/
puli animos uolebat & ſimul prodicioni occaſionem parare : quam legati clam
ſtruebãt : bonorum prętextu moram trahentes : hęc ſe uendere illa aſſeruare : mit
tere alia affirmantes : quoad duas patriciorum domos corruperunt : Vitelliorum
duos : Aquiliorum tres : qui omnes ex matre fratres erant & Colbatini conſules
nepotes : his primis commiſſa res eſt : priuatim etiam Vitellis alia cum Bruto ne/
ceſſitudo fuit. Eorum enim ſororem Brutus in matrimonio habebat . Iamq; ſibi
ex ea filii plures erant adoleſcentes duo Titus Tiberiuſq; quos cum Vitelli habe/
rẽt neceſſitudinem infamiliaritatem coniunctos : in ſocietatem quoq; conſilii aſ/
ſumpſerunt : ſuadentibus ut ſe in genus magnum Tarquiniorum & ſpes regias
darent : dementiam & duriciam patris effugerẽt : ſeueritatem eius & acrimoniam
in improbis : duriciam appellantes : amentiam uero ſimulationem amentię : q̃
diu metu tyrannorum cętus latuerat : neq; in poſterum eius rei cognomentum
fugit : compulſis autem in ſuam ſententiam adoleſcentibus & in colloquium ad/
ductis . Placuit communi ſentẽtia iureiurando magno & horrendo oẽs adigere:
Iugulato homine ſanguinem libare exta eius attingẽtes : horũ gracia in Aqui/
liorum domum conuenerunt . Fuit autem domus in qua hęc tranſigenda erant
deſerta & ſub obſcura . Latuit igitur eos ſeruus quidam cui Vindico nomen fuit/
qui ibi ſe occultarat : non ex induſtria : nec ut ea tractari ſenſiſſet : ſed cum intus
foret : illis ingredi feſtinantibus timens ſe oſtenere ſuſtitit : & capſa quadam
quę forte aderat ſe protexit . Quare proſpexit res omnes : & conſilia eorum ex/
cepit . Decreuerunt autem conſules obtruncare reges nocte in urbem arripere :
& hęc per litteras legatis traditis Tarquinio ſignificabant . Et enim legati cum
ad Tarquinios proficiſcerẽtur : & apud Aquilios cęnatum eſſet : tunc coniura/
cioni aderant . Quibus confectis abeuntibus illis clam domo profectus quod
conſilii in iis rebus caperet non ſatis ſciebat . Dubitabat enim nec fas eſſe duce/
bat : apud Brutum patrem filios accuſare : aut apud Collatinum auunculum
ſororis filios . Priuatum pręterea neminem Romanum exiſtimabat tam dubiis
in rebus ſatis fidei habiturum : Rem omnem quoad potuit clauſam habuit:

Impulsus autem conscientia : rem ad Valerium detulit : adductus maxime faci/
litate & humanitate uiri . Quod ad eum indigentibus facilis esset aditus : eiusq;
quotidie domus aperta aures omnium sermonibus & querimoniis paterent . Vt
nec unq̄ tenuis cuiusq̄ colloquium aut necessitatem repudiarit . Vt igitur ad eum
Vindicius uenit : atq; omnia patefecit : Marco eius fratre & uxore pręsentibus
stupore affectus ac mętu Valerius non ultra hominem dimisit : sed cum domi
occlusisset : custodiendi fores negocium uxori dedit : fratrem domum regiam cir/
cumsedentem epistolarum curam ne interciderent : iussit habere & seruos si fieri
posset obseruare : Ipse autem cum magno clientum atq; amicorum seruorumq;
comitatu qui illi assidue presto erant ad Aquiliorum domū contendit ipsis ab/
sentibus . Quare ex improuiso impulsis foribus domum ingressus in litteras in/
cidit ibi a legatis relictas . Dum his Valerius intētus erat : Aquilii citato cursu
fecerunt impetum foribus : consertis manibus nitebantur : litteras aufferre
cōtra repugnabāt : iactisq; ad co lū uestibus ui ac magno cū labore impulsi im/
pellentesq; per uicos : in forum traxerunt . Eadem ferme circum regiam gesta sūt.
Nam Marcus aliis deprehensis litteris quę ad legatos delate erant : & ex regia
familia quot potuit comprehensos pertraxit in forum ubi compresso a con/
sulibus tumultu : Vindicius domo productus : constitutaq; accusatione littere
aperte & recitate sunt : nec illi contradicere quicquam ausi sunt : moesticia uero
& silentium omnes habebat : pauci tamē studentes Bruto gratificari exilii apud
eum mentionem habebant : Collatinusq; ipse spem illis clementię suis lacrimis
afferebat : quas Valerius confirmare taciturnitate sua uidebatur . Tum Brutus
nomine filios singillatim appellans . Age inquit Tite age Tiberi : cur non accu/
sationi respondetis : ut autem ter rogati silentium egerunt : ad littores conuersus
uestrum iam inquit reliquum est opus . Illi statim comprehensos iuuenes nudātes
actisq; in tergum manibus uirgis ceciderunt : cū alii oculos euerterent nec atro/
citatem tantam aspicere aut tollerare possent : pater immotos oculos tenuisse di/
citur : nec misericordia quicq̄ de tristitia uultus & seueritate remisisse : sed fili/
orum supplicii spectatorem se prębuisse : quoad littores securi caput a ceruici/
bus abstulerunt . Inde reliquis in potestatem college traditis assurgens de loco
abiit re eiusmodi a se gesta : quę nec uolentibus laudandi pro dignitate nec ui/
tuperandi cuiquam locum reliquisset : Aut enim eius uirtutis celsitudo se datum
animum prębuit : aut calamitatis magnitudo sensum doloris eripuit : quorum
neutrum neq; parū neq; humani est ingenii : sed aut diuinitatis cuiusdam aut
immanitatis. Equius est aūt pro uiri gloria probare iuditium eius : q̄ uirtuti diffi/
dere : Romani enim haud tantam rem gessisse in condenda urbe Romulū opi/
nantur : quantam Brutū in recuperanda libertate constituendaq; rep . . At post
eius e foro discessum diu ex rebus ab eo peractis stupor simul & horror inter
omnes ac silentium fuit . Et Aquilii mollicie Collatini confirmati : pecierunt ad
respondendum tempus : Vindicum seruum sibi reddi iubentes : nec apud acu/
satores adseruari . Inclinante ad hęc consule dimittenteq; hac conditione cōcionē:
Valerius turbę permixtum hominē non poterat dimittere : neq; populū dimsis
proditoribus abire sinebat . Ad postremū cum iniecisset in hos hos manus :
Brutum implorabat : Collatinum clamitans rem indignam facere : si imposita
college necessitate occidendi liberos : equum ipse duceret : fęminis per graciam

proditores patrię & hostes concedere : his permoto uehementer consule : & com-
prehendi uindicium iubente : littores repulsa turba ceperunt hominem conãti-
busq; eripere incusserunt uerbera . At amici Valerii repugnantes aderant : po-
pulusq; Brutum adesse iubebat : qui cum iterum redisset in concionẽ : omnibus
audire iussis : iudicem se inquit ydoneum de nece liberorum fuisse . De cęteris
autem liberis iam ciuibus suffragium permittere : dicat igitur si quis uelit & po-
pulo persuadeat . Nihil ultra uerbis opus fuit : quin omnium suffragiis condẽ-
nati securi percussi sunt . Colatinus autem iam ante & ob necessitudinem : & ob
inuidiam Tarquinii nominis in suspicionem uenerat . A Tarquinio enim ue-
hementer animi omniũ abhorrebant : ubi uero hęc ita inciderunt | omnibus omĩ
odio atq; acerbitati fuit . Ita consulatu se abdicans ciuitate excessit : sic rursus de
subrogando consule comiciis habitis Valerius in Collatini locum suffectus est
promptitudinis in remp. gratia : cuius cum dignum putaret uinditium gratiam
aliquam reportare : eum suo decreto libertate & ciuitate donauit : & ferendi suf-
fragii in quacunq; uellet tribu potestate . Aliis autem libertis obeundi suffragii
munus ad popularem graciam concessit Appius . Manumissioni autem ob eũ
uindicium usq; ad nostram ętatem uindictę nomen mansit . Post hęc bona regũ
diripienda plebi sunt data : domus autem & atrium dirutum . Ager Tarquini-
orum consecratus Marti Martius deinde campus est habitus : forte ibi tũ seges
farris dicitur fuisse maturę messi : quem campi fructum : quod ob consecracionẽ
religiosum putarent consumere : concursu facto defectam cum stramento segetẽ
additis eodem cęsis arboribus in Tiberim coniecerunt incultumq; penitus infe-
cundumq; deo locum dimiserunt . Frumenti autem acerui inuadis hesitãtis flu-
minis sederunt : cęteris deinde cõsequentibus exituq; prohibitis & circum ap-
plicantibus se uirum permultum & firmamenti congeries cępit : quotidie aucta
a flumine. Materiem enim multam deferebat quę nutrimentum & impedimentũ
afferebat : ipse uero illisiones solum minime mouebant : sed leuiter prementes eo
omnia comportabant . Ex magnitudine autem & firmitate alia superaddita mo-
les est : quę ex superuenientibus incrementum accipiẽs : nunc insula sacra intra
urbem est : templaq; deorum in ea & porticus sunt : hoc tamen aiunt quidã nõ
tunc euenisse : quo tempore Tarquinii ager consecratus est : sed posterioribus
temporibus cum Tarquinia finitimum ei loco agrũ reliquit . Fuit aũt Tarqui-
nia sacra uirgo una ex uestalibus : quę hoc facto maximos honores consequuta
est . In quibus ille fuit honos : quod ex omnibus fęminis eius tantum testimo-
nium acceptum esset : permissam uero sibi nubẽdi licentiam repudiauit . Verum
hęc ita se habuisse fabulose dicuntur . Tarquinium igitur frustratum spe recu-
perandi proditione regni Etrurii pro parte exceperũt : & magna ui & copiis
reducere agressi sunt . Contra Romanas copias eduxerunt consules : sacrisq; in
locis consederunt : quorum hunc Arsium lucũ|alterum Esuium appellant . Iãq;
manus conferre incipientibus : Arunx Tarquinii filius & Brutus Romanus
consulu non temere aut fortuitu in se incidentes : sed odio & ira incensi hic ut in
patrię hostem : ille in auctorem exilii sui citatis equis furore magnaq; racione &
consilio concurrerunt : sic uterq; : ut hostem uulneraret sui protegendi immemor
alterius ictibus transfixi moribundi ad terram ceciderunt . Tam crudele autem
pugnę initium : non mitior exitus consecutus est : sed paribus affecto cladibus

utroq; exercitu imbri pugna dirępta est. Dubius igitur animi erat Valerius: cũ finis sibi prelii esset incognitus: uideretq; animos militum suis cedibus concidisse: inimicorum autem detrimentis elats esse: sic confusa & permixta ex multitudine strages erat. Ad hęc utriusq; sua quę in cõspectu erat angorem: magis afferebant q̃ opinate res hostiũ uictoriã confirmabant. Cum ita igitur pugnatũ esset: superueniũt tenebrę. Quiescentibusq; exercitibus cõmotum esse lucũ/uocẽq; ex eo maximam editam ferunt: hoc dicto uno plures cecidisse Etruscorũ in acie q̃ Romanorũ diuina certe illa fuit uox statim namq; Romanis animi creuerũt: Etruscos autem tantus terror incessit: ut egressi castris dissiparentur: qui uero relicti sunt non multis pauciores q̃ quinq; milia hominum inuadentibus Romanis capti sunt & cętera omnia direpta. Cũ uero cadauera enumerassent quindecim milia & tricenta ex hostium acie: ex Romanis autem uno pauciora sunt inuenta: ferunt hoc prelium pridie Kalendas Marcias fuisse. Triumphauit uero ex eo Valerius primus ex consulibus curru quadriiugo inuectus: quę res pulcherrimum & magnificentissimum spectaculum plębi sine ulla inuidia prębuit. Et sine offensione intuencium. Non enim erat eius rei tanta emulatio: nec gloria eius rei in multos annos permanebat: honores a Valerio college habiti sunt: funusq; eius quanto cum potuit apparatu fecit: funebremq; oracionem de eius laudibus dixit: quę adeo grata iocundaq; Romanis fuit: ut ex eo consuetudo manserit: ut qui strenue pugnando obiisset ab opimatibus laudarentur: dicitur & iam funebribus grecorum oracionibus illã uetustiorem fuisse: nisi iã Solon huius rei auctor extitit: ut Anaximenes orator tradit. Verum ob eam rẽ maior inuidia Valerio conflata est: si quidem Brutus quem patrem libertatis existimarat populus: haud dignum putasset sesolum regnare: sed socium sibi imperii adiunxisset: hic autem aiebat cum ad se omnia transtulerit: non Bruti consulatum: nihil ad eum pertinẽre: sed Tarquinii tyrannidẽ sortitus est: Quid opus est igitur Brutũ quidem uerbis extollere: re autem Tarquinium emulari: & ex tam magna domo cum fascibus solum descendere: quanta illa regis non erat: quam demolitus fuerat. Et enim re uera Valerius habitabat: sub domum Vitelliam nuncupatam imminẽtem foro: & desuper omnia despectantẽ difficili accessu atq; arduo, ut eo descendente: Ipse aspectus pompę magnificus ex loco edio apparens: regiam dignitatem & fastum pręse farret. Quantũ igitur ualeat hominem in magistratu & in maximis amplissimisq; muneribus locatũ aures habere: loquendi licenciam: uerosq; sermones pro assentacione admittentes: perspicue in Valerio licet intueri. Cum enim e sermonibus amicorum accepisset se improbari iudicio multitudinis: neq; pertinax in eo fuit: neq; se admoneri egręgulit: sed statim noctu adhibitis fabris: domum demolitus est: ac funditus totam euertit: Quare cum primũ illuxisset consurgentes Romani aspiciẽtesq; uiri animi magnitudinem diligere: admiranq; & domus demolitionem indigne ferre: eius speciem & magnitudinẽ desiderare quę quasi humana quadam sorte iniuste ob inuidiam interiisset: Augebat rei indignitatem consul: qui uelu ti eiectis domo apud alios habitabat: exceperant enim Valeeiũ eius amici quoad populus sibi locum edificande domus dedit: domũq; multo illa priore celsiorẽ edificauit ubi nũc fanum quod Vicas poscas uocant situm est: sed cum statuisset consulatũ ex formiduloso iocundum & mansuitũ reddere: & gratũ multitudini

ſecures a baculis ſe iunxit : ſubmiſſiſq; populo faſcibus in concionem proceſſit :
eaq; re popularem dignitatem : reducere atq; augere uiſus eſt . Idq; a conſulibus
poſtea obſeruatum uſq; ad noſtram peruenit memoriam . Verum non ut multi-
tudini uiſum eſt : ſeipſũ depreſſit Valerius : ſed ea moderationee inuidia ſe & offẽ-
ſione populi liberauit : ſibi autem poſt ex illa re tantũ opum comparauit / quãtũ
ſibi licentię abſtuliſſe uidebatur . Incendit enim in ſe ſtudia uulgi & ſibi obſe-
quentiora effecit : ut cum uoluptate ei ſe ſubmitterent eius dicto imperioq; pa-
rerent : Publicola etiam ideſt publica edens ex eo eſt appellatus : quod nomen
in poſterum dimiſſo priore uſurpatum eſt . Quo & nos deíceps in hominis uita
deſcribenda utemur : Permiſit enim uolentibus ſurrogandi ei college poteſtatẽ .
Ante uero ſurregationem : cum futuri incertus eſſet : metueretq; ne inuidia ali-
qua aut temeritate aduerſarii in ſe excitarentur : poteſtatem conſulis quam ſolus
obtinebat in optimis & maximis rebus adminiſtrandis locandam ſtatuit : pri-
mũ enim patrũ numerũ diminutũ expleuit . Alii enĩ prius regis cedibus ſublati
erant : alii in pręlio nuper intererant . Qui uero ab eo a ſcripti ſunt ſexagĩta qua-
tuor & centum fuiſſe tradunt : late deinde ab eo leges : quarum plurimũ roboris
plębi adiiecit : ea qua permiſit reis a conſulibus prouocationẽ ad populum Se-
cundo qua ſtatuit capitale eſſe : ſi quis iniuſſu populi magiſtratum adiret Tertio
qua pauperibus proſpexit : & ciuium uectigalia ſuſtulit . Hac enim eos multo
promptiores reddidit ad artificia queſtuſq; obeũdos . Qua uero in eos animad-
uertit qui minus conſulibus paruiſſent / adeo popularis fuit ut pro plebe ma-
giſq̃ pro patricis lata uideretur : quandoq; enim boum & duarum pecudũ prę-
cium multa fuit : erat uero pręcium pecudis obuli decem / bouis autem centum .
Cum enim nondum nummornm uſus apud Romanos per id tẽporis frequẽs
eſſet : pecudibus & iumentis plectebantur ſontes . Ex quo inualuit ut patrimo-
nia a pecudibus uſq; in hãc diẽ peculia dicerentur . Inuetuſtiſſimis quoq; nũmis
bouis aut pecudis aut ſuis ſignum inciſum apparet : Ipſis quoq; Romanorum
filiis Suillus & Bubulcus Caprarius : item & portius cognomenta fuerant . Sic
cum in his legumlator popularis moderautſq; fuiſſet : in ea modeſtia ſupplicia
etiam auxit . Statuit enim lege fas eſſe tyrannidem appetentem indemnatum op-
primere : percuſſorem autem crimine cedis expiatum uoluit : ſi probationes in-
iurie attuliſſet . Cum enim fieri non poſſet ut qui rem eiuſmodi aggrederetur :
lateret omnes : poſſibile autem factu uideretur : patentem & uim iuditioꝝ ſu-
pergreſſum pręuenire : quod iniuria iudicium tolleret : pręcipere atq; ante op-
primere ualenti contra iniuriam inferentem permiſit . In queſtoria etiam lege fe-
renda maximam eſt laudem conſequutus . Vbi enim opus erat ad bellum pe-
cunias pro facultatibus ciues conferre : cum neq; ipſe id munus obire uellet : &
ab eo obeundo amicos deterreret : nec omnino publicas pecunias priuatã do-
mum inferri ęquum duceret : Erarium Saturni edẽ conſtituit : itaq; hodie ma-
net : conceſſit autem populo ut queſtores duos creare poſſet : creatiq; ſunt primi
P . Veturius & Marcus Minucius : & pecunię permulte coacte : centum enim
& triginta milia in ęrarium redacta ſunt : orphanis ac uiduis remiſſo tributo .
His ita diſpoſitis comiciis deinde habitis collegam ſibi Lucrecium Lucretię pa-
trem ſubrogauit : cui quod ſenior eſſet : primo loco cedens faſces tradidit : qui
honor ab eo primum obſeruatus ſemper poſtea hodieq; ſenibus habetur . Sed

intra paucos dies Lucretius moritur. Itaq habitis iterum comiciis suffectus in eius locum est. M. Oracius. Isq reliquum consulatus tempus Valerio collega fuit. Tarquinio in Etruria secundum Romanis bellum moliente magnū signum extitisse dicitur. Cum enim regnaret adhuc Romę Tarquinius templumq Iouis capitolini fere iam ad finem perduxisset siue uaticinio admonitus: siue sibi aliter uisum est. Currum ab initio fictile Tuscis quibusdum ex uehiorum gēte figulis fingendum mandarat. Nec ita multo post regno exactus est. Cum aūt Tusci currum illum confectum in fornacē intulissent aliud longe euenit: q̄ Luto in ignem immisso accidere consentaneum est. Condensari enim atq coire expressa humiditate solet: tunc autem relaxatum est & intumuit: eoq magnitudinis concepto robore duritiaq increuit: ut uix sublato fornacis culmine: deiectisq parietibus ullo modo efferri posset. Cum uero cecinissent uates eiusmodi currū: iis apud quos asseruaretur: fęlicitatem & imperium portendere: statuerūt Vehi Romanis flagitantibus haud remittendum esse: responderuntq currū ad Tarquinium: non ad eos qui Tarquineum eiiecissent pertinere. Paucis post diebus equestres apud illos ludi agebantur. Hic cum alia spectaculo & studio digna ex more affuerunt: tum quod triiugum currum uictorem cum extra hyppodromum auriga impelleret coronatus: perterriti equi nulla manifesta causa: sed diuina quadam sorte aut fortuna cum auriga insidente citato omni celeritate cursu Romam uersus ferebantur. Vbi uero nulla eius amittentis ui retineri aut retardari potuerunt: impetu raptum atq asportatum usq ad Capitolium: ibi hominem iuxta urbem deiecerunt: quam Rhatumeniam nūc uocant. Hoc facto Vehi stupore ac metu perculsi: figulis currum restituendum curarunt. Tēplū quidē capitolini Iouis Tarquinius Demarati filius Sabino bello ędificaturum se uouerat. Tarquinius autem superbus ędificauit filius uel nepos eius qui uouerat: cōsecrationem uero non obiit. Parum enim ad huc ad absolucionem deerat: quo tempore tyrannide excidit. Cum uero templum omnibus partibus absolutum esset: decoraq omnia & ornamenta ei adiuncta: consecrandi eius Publicolam maxima libido incessit: sed plerosq ex patriciis cum ob alios eius honores minios quos ex legibus ferendis quos imperiis militaribus consequutus fuerat: inuidia atq emulatio infestabat: tum hunc: pręsertim alienum minime illi addendum existimabant. Itaq oratio collegę eius suaserunt: ut Publicole de consecratione non cederet eumq in Capitolium duxerunt: ut qui pręsente Valerio eius opibus obstare non potuissent. Opinio tamen plerosq obtinet: cum essent Valerius Oratiusq sortiri uter dedicaret imperium Valerio inuito sorte: Oratio uero consecrationem euenisse. Verum quo pacto se habuerit res ex iis quę in ipsa consecratione euenerunt coniectari licet. Idibus igitur septembribus: quo tempore luna plena est congregatis in Capitolio Romanis maxima frequentia in dicto silentio postem iam ex more tenenti oratio. Frater Publicolę Marcus cū iam pridem iuxta portas mansissent: obseruato tempore foedum nuntium incussit o consul inquiens filius tuus ex morbo in castris interiit. Ea res omnibus molestię fuit. At Oratius nihil commotus. Cadauer igitur inquit quo uultis proiicite. Ego enim minime fletus admitto. sic postem tenens consecrationem peragit & dedicat templum. Fuerat autem id nuntium haud ue℞: sed id Marcus ementitus: quo Oracium ab eo munere deterreret. Mirifice igitur constātē

se prębuit: siue non crediderit factum. confictamq́ rem breui cognouerit siue tantum roboris animo fuit ut credita re non moueretur. Videtur aūt secundum quoq́ templum simili fortuna fuisse. Primū enim ut diximus a Tarquinio ex ędificatū: dedicauit Oratius: bellis autem ciuilibus igni consumptum est. At secum dum instaurauit quidem Sylla dedicationi autem est Catulus inscriptus: Silla morte intercepto. Hoc autem rursus in Vitelli sedicionibus euersum ac diruptum: Tertio Vespasianus ea qua in cęteris fęlicitate usus: deintegro reficere aggressus opus perfecit. Sed instructi deinde a se templi euersionem non uidit: sed tanto Sylle fortuna prestitit: quod illum mors ante consecrationem eripuit. Hic ante desolationem decessit. Vna enim cum Vespasiani interitu iinflammatū Capitolium incensumq́ est. Hoc autem quartū a Domitiano perfectum & consecratum est. Dicitur aūt Tarquinius in fundamēta tēpli quadraginta milia argenti librarum impendisse. Huius uero quod nostris temporibus Romę est: priuate diuitię omnes si quis raciocinetur: ne ad deaurationem quidē sufficerēt: cum duodecim milia talentorum impensa excesserit. Colūne eius templi ex Pendelesio lapide excise sunt: crassitudinemq́ habent|optime longitudini congruentes. Vidimus quidem ipsas olim Athenis: sed rursus Romę extenuate atq́ expolite|non tantū ex sculptura ornatus acceperunt|quantum mensurarum cōuenientie amiserunt: cum suo decore & specie uacuę atq́ exinanite appareant. Quod si quis Capitolii sumptuositatem miratur: is si unā in Domitiam domo porticum aut basilicam|nec balneum|aut concubinarum dietam uidisset: profecto quale est illud Epicharmi contra profusum dictū non beneficus tu quidē morbo afficeris ędificare gaudes: tale aliquid in Dometianum usurpet: non religiosus tu quidem aut honoris cupidus morbo afficeris: ędificare gaudes: & ut nuda Sylle aurea tibi omnia esse cupis: sed de his satis. Tarquinius igitur post magnū illud pręlium in quo filium cum Bruto pugnantem amiserat: Clusium supplex ad Laertem Porsemiam confugit: qui per id temporis & uiribus & uirtute cęteris Italie regibus longissime prestare putabatur. Hic se illi pollicitus eit opem laturum. Ac primum Romam de recipiendo Tarquinio legatos misit: quod ubi denegatum est a Romanis in dicto ante bello denuntiatoq́ tēpore ac loco in quem inuasurus esset: Romam magno cum exercitu uenit: Publicola secundo & Tito Lucretio consulibus designatis: Romam autem rediens cum primum Porsennam animi magnitudine ac elatione uellet superare: cum iā diuiciis ualeret plurimum Sigluriam urbem exędificauit maximis sumptibus: eoq́ septingentos deduxit Colonos ut ostenderet se nulla belli cura aut metu cōtineri. Attamen ab hostibus impetu acerrimo facto reiecta sunt a Porsenna pręsidia Romanorum: quibus in fugam conuersus parum abfuit quin in sequentem hostem ac permixtum una in urbē susciperent: sed Publicola cum subsidio pro portis occurrit: & iuxta fluuium comimssa pugna diu hostium impetum substinuit: quoad multis acceptis uulueribus in urbem reportatus est: quare animi Romanorum uehementer conciderunt: fugaq́ ad urbem facta salutem quesierunt. Impellentibus iam per ligneum pontem hostibus magnum periculū urbi impendebat. Itaq́ primis Cocles Oratius cumq́ eo duo quos pudor tenuit Hermenius & Lucrecius: ambo clari genere ad aditum pontis se offerentes impetum: hostium suo corpore exceperunt. Oratio uero quod alterum oculum

in bello amisisset|cognomentum Cocles est inditum: Quidam tamen id ex simi/
tate nasi tratum auctumant. qui sub ipsa fronte ita depressus demissusq; erat:
ut nullum fere inter oculos discrimen extaret: ipsaq; supercilia commixta inuicē
confusaq; forent. Idcirco uolentibus cum multis Ciclopem appellare: delapsa
loquendi consuetudo obtinuit ut iam Cocles a plurimis diceretur. Hic igitur
stans pro ponte acriter arcebat hostem quoad socii post se pontem interrumpūt
sic armatus in Tiberim desiliens Tyrenno telo saucius in nate incolumis ad al/
teram fluminis partem tranauit. Eius uirtutem Publicola admiratus: statim
Romanis persuasit ut pro domesticis copiis quantum sibi in die satis esset ad/
uictum: tantum ei quisq; conferret: deinde agri quantum uno die circumarauit
datum: statuaq; eius ęrea in ęde Vulcani posita: sic detrimentum corporis ac/
ceptum ex uulnere: ex quo claudus postea fuit. His rebus solabatur: Imminē/
te igitur urbi Porsenna infesta obsidione frumenti cum summa caritate inopia
Romanos inuasit. At hęc alius Tuscorum exercitus separatim in agrum Ro/
manorum impetum fecit. Interim Publicola tertio consul dum Porsenna sedēdo
spem haberet: expugnaturum se esse urbem intentus in occasione repente egressus
urbem repentino tumultu hostem adortus est: factaq; fuga: quinq; milia ho/
minum Tusci amiserunt. Demutio autem multę sunt uarięq; sententię: quaꝝ
eam nos sequimur quę probabilior nobis uidetur. Erat Romę adolescens no/
bilis omni uirtute preditus: & clarus maxime in rebus bellicis: Hic cum sta/
tuisset Porsennā occidere: Tusco habitu indutus: Tuscoq; sermone fretus: pe/
netrauit in hostium castra: ac prope regis tunc sedentis tribunal constitit. Sed
cum regē haud plane nosset: & sciscitari timens: quis Porsenna esset: unum ex
iis qui iuxta sedebāt: quē maxime regē esse putauit: pro rege obtrūcat: deinde
comprehēsus a Satellitibus ad Porsennam ductus: petitur ab eo facti causa. Hic
incensa ad futurum sacrificium facula dextram iniicit: quam cum torreret truci
& horrido ore atq; uultu Porsennam intuebatur: quoad Rex attontius miraculo
ab altaribus iuuenem amoueri iussit. cunq; a sede sua ensem illi redderet: Ille le/
uē ītendens manū: ob hoc dicitur Sceuolę cognomentū traxisse: nā Sceum grę/
cę leuum & sinistrum significat: se tunc inquit: Porsennā ante uicisset ꝙ in me/
tum conicerat: ab ea nunc uirtute superari: eaq; se illi per graciam indicare uelle
quę ne necessitate aut supplicio quidem ullo indicasset. Tricenti enim inquit Ro/
mani in tuis castris errant: qui hos in te animos gerunt occasionem temporis
obseruantes: mihi autem sorte euenit: ut ad rem primis aggrederer: nec for/
tunę tamen successio: quod meo errore uir probus seruatus sit: & dignus qui
amicus magis. P. R. habeatur q̃ hostis. His uerbis Porsenna fidem adhibuit|
& ad pacem uehementer cępit spectare: pacis conditionibus ultro Romanis
oblatis|non tamen ut mihi quidem uidetur metu tricentorum permotus: q̃ uir/
tute Romanorum & animi magnitudine adductus: hunc uirum Mutium Sce/
uolam nuncupatum ab omnibus Athenodotus sando in iis quę ad Octauiam
scripsit Cęsaris sororem tradit: Opsigonum etiam esse nuncupat. At Publicola
non magis grauem hostem Porsennam fore opinatus q̃ quod dignum Roma/
norum amicitia iudicaret: non refugit apud ipsum inter Tarquinium & Ro/
manos iudicium fieri: sed spe optima fretus sępe in colloquium hortatus est: ut
Tarquinium nequiciosissimū hominē & iure pulsum regno argueret. Respōdētę

autem Tarquinio asperius : nullius iuditio se minimeqꝫ omnium Porsenne commissurum : si quidem facta societate immutari : id responsum Porsenna ęgre ferens : & simul filio Arunce studio Romanorum obsecrante bellum composuit agro a Romanis quantū Tuscis abstulerāt : captiuisqꝫ restitutis : receptis actrāsfugis . Horum gracia decem pręrestati totidēqꝫ uirgines ex patricio genere obsides dati . In quibus Valeria Publicole filia fuit . His conditionibus composita pace : sublatoqꝫ a Porsenna omni bellico apparatu per fidem uirgines Romanorum lauandi gracia descendunt : qua ripa fluminis equalitate sua placidum annem & quiete fluentem reddebat : ubi cum intuerentur custodem neminē adesse : nec aliter se nisi nauigo euadere posse : aggresse sunt natādo magnos fluctus & profundos uortices superare . Quidam dicunt ex iis unam Cocliam equo fluuium tranasse : aliasqꝫ ad id facinus adhortatam esse . Cum autem ad Publicolā incolumes uenissent : haud admiratus est : neqꝫ factum probauit : sed uehemēter indoluit : si deterior q̄ Porsenna in seruanda fide appareret : & Romanorū fraudē uirginum audacia tueretur . Quare illas comprehendi & ad Porsennam iterum reduci iussit . Hęc cum ante agi sensissent Tarquinii familiares : insidias ducētibus locarunt : & in ipso transitu eos adorti sunt : contra stantibus autem illis & se acriter defendentibus Publicolę filia Valeria per medios pugnantes effugit . Quam tres serui consequuti ex eo periculo seruarunt : alie permixte militibus non sine magno periculo fuerunt . Quę cum apud Aruncem Porsenne filiū percrebruissent : summa celeritate eo cum auxilio decurrit : atqꝫ hostibus fusis : Romanos tutatus est . Ast ubi uirgines ad Porsennam perducte sunt : quenam fuge auctor & hortatrix extitisset : contendit : audito autem Coclie nomine in eā mitti atqꝫ alacri fronte conuersus est : tum iubens unum ex regiis equis pulcherrime ornatum ad se duci eum dono uirgini dedit hoc testimonio utuntur ii qui Cocliam tantum asseuerant equo fluuium traiecisse : quod alii tamen non probant. Sed aiunt regem uirile eius facinus pręmio decorare uoluisse . Posita est aūt eius equestris statua : qua sacra statua ad Palātinum itur : quam quidem non Coelię sed Valerię esse aiunt . Deinde Porsenna redeunte grata pace in amicitiam Romanorum susceptus alio opere sui animi magnitudinē Romanis ostendit . Iussis enim Tuscis arma tantum accipere : aliud pręterea nihil secum exportare : castra opulenta multo & uario commeatu Romanis reliquit : Itaqꝫ mos usqꝫ ad nostrā memoriam manet : ut cum publice auctionantur . Prima queqꝫ Porsennę bona per pręconē denuntiant : honoremqꝫ uiri celebrāt : beneficii memoria sempiterna : statua etiam Porsennę iuxta curiam posita est . Post hęc Sabinis discursionibus agrum uastantibus . M . Valerius Publicolę frater & Postumius Tubertus cōsules creati sunt : cunqꝫ res maxime gererentur sententia & auctoritate Publicolę duobus pręliis a Marco bene pugnatum cum Sabinis est : quorum secundo nemo Romanus cecidit : tredecimqꝫ milibus hostium captis triumphauit : eiqꝫ in honorem uirtutis domus publicis impensis ędificata est : cunqꝫ cęterarū ediū fores intro aperiendo impellerentur . Huius domus tantum extra fores aperiēdi usus erat . Vt ex hac honoris concessione appareret : quottidie domus ea publice aliquid admissura . Gręcas uero domos eo pacto auctoritate comicorum : superiori ętate eiusmodi ferunt : quod intus fores suas pulsare sint soliti : ut eo sonitu ante fores stantibus aut accedentibus significent illas aperiri : ne illis impulsis

in angustum deprehenderētur imprudenter : atq; incurrerent . In posteriori anno
Publicola quarto consul designatus est : expectatioq; belli erat Sabinis Latinisq;
insurgentibus : & simul pestis quędam urbem inuaserat . Omnes neq; grauide
mulieres perfectos pueros edebāt : nec ullus partus ad finē exactis mēsibus per-
duci poterat . Vnde Publicola cum ex libris Sybillinis orcum placasset : reuoca-
tisq; Pythiis quibusdam certaminibus spes ciuitatis ad rem diuinam erexisset :
toto animo se ad sedandos metus qui ab hominibus impendebat se conuertit .
Magna enim belli moles magniq; motus ab hostibus parari efferebātur . Erat
igitur in Sabinis Appius Claudius uir quidem diuiciis & uiribus clarus : sed
probitatis existimatione & eloquentia regionis illius facile princeps : qui quidē
quod cęteris magnis uiris euenire est solitum : ne in inuidiam uocaretur euitare
non potuit : Caput aūt eius inuidię atq; atrocitatis erat : quod pacis auctor fu-
isse : remq; Romanam uiribus auxisse diceretur : quo sibi aditum ad occupādū
patriam muniret . Hic cum accepisset eam famam haud inuita multitudine ef-
ferri : uehementerq; a turbatoribus belli pręmeretur : nec par factioni esset : for-
midans iuditium collecta magna & clientum & amicorum manu ad tutelam
sui corporis seditionem concitauit : quę res mora ac dilatio belli Sabinis fuit .
Hęc Publicola non solum cognoscere studebat : uerum eos magis magisq; incē-
dere : factioni adiutor esse : certos uiros & iam ad Claudium mittere : qui hęc
ex se illi nuntiarent : Publicolam illū uirum probum & iustum ducere : nec de-
cere suos ciues & si iure possit iniuria prouocatum aliquo malo afficere . Quod si
saluti suę consulere in animo esset / Romam migrare : & inimicorū se inuidia libe-
rare : ab eo publice honore pro illius uirtute / & populi romani dignitate acceptū
iri . Hęc Claudio sępius cogitanti ex instātibus necessitatibus optimū factu uisū
est . Sic hortatus amicos illis quoq; alios sibi adiungentibus : quinq; milia do-
morum una cum coniugibus ac liberis inde abducens quod genus in Sabinis
minime turbulentum : sed mite quieteq; uitę studiosum Romam traduxit / qui-
bus Publicola humanissime acceptis ad omnia iura ciuitatis & munera conse-
quenda adiutorem se promtissimum prębuit . His omnibus eius opera ciuitas
data : agerq; transanienem : singulis duo iugera : Claudio uero quinq; & uiginti
tradita . Idem quoq; inter patres lectus . Hoc illi reip . administrande initium fuit /
in eaq; uir prudens cognitus : haud multo post in principum dignitatem per-
uenit plurimumq; opibus & potentia ualuit : genus etiam Claudiorum Romę
nulla re deterius reliquit . Ad rem Sabinorum ita diuisam eorum secessione non
sinebat populares sediciosiq; ciues in ocio & pace quiescere : uerum angebātur
in dies magis : si Claudius quę pręsens obtinere nequisset : ea exul & hostis trā-
sigeret / nec Romani eorum quę per summā iniuriam contumeliamq; pararant :
supplicium luerent . Magno igitur exercitu ex Sabinis profecti iuxta Fidenas
consederant : & in conspectu urbis in insidiis locarunt in locis circumclausis &
concauis quinq; milia militum / qui cum primum illuxisset palam cum paucis
equitibus prędam acturi erant : iis erat mandatum : ut impetu ad urbem facto
retrocederent terga dantes : quoad intra insidias Romanū adduxisset . Quibus
eodem die ad Publicolam pertransfugas delatis : statim contra illorum fallacias
suas ipse uires opposuit . Copias distribuit . Gener ipsius Balbus Postumius
quinq; milia peditū agēs ante lucem occupatis tumulis sub quibus subsiderant

Sabini : eos pręsidio obtinuit . Collega autem Lucretius relictus in urbe cum
copiarum parte leuissima & fortissima : ut a nobis equites auertentes prędã ado/
rirentur. Ipse cũ reliquo exercitu inimicos undiq circũdedit . Ac forte in aurora
abortis nebulis Postumius eos qui in insidiis erant ab ipsis tumulis infestare
toelis cępit : aduersus uero equites qui pręierant Lucrecius suos emisit : Pub/
licolas hostium castra aggressus est . Sabinorum igitur res summa clade & ex/
itio undiq petebatur :qui aũt cedẽdo pugnabat : statim Romani obtrũcauerũt|
cum res multo aliter ac rati fuerant cecidisset . Nam cum aliis alii saluti se futu/
ros putarent : manendi pugnandiq curam abiecerunt. Atq hi quidem dum ef/
fusi e castris ad eos qui in insidiis erant : illi rursus ad castra cursu ferebantur :
in eos ad quos confugebant inciderunt|eosq ope egentes inuenere : a quibus
ipsi auxilium expectabant . Verum ne interirent omnes : quibusdam fidenatum
ciuitas quę prope aderat saluti fuit : atq iis imprimis qui captis castris effugerãt
qui uero errore alio lapsi fidenis aberrarunt interempti omnes : aut captiui ad/
ducti : hanc rem tam fauste fęliciterq gestam : & si Romani omnes res magnas
in deum auctorem referre sint soliti : eam solius consulis uirtute gestam prędica/
bant . Atq etiam ex iis qui ante conseruerant manus erat audire : Publico/
lam claudos cęcos suis ensibus hostes obiiecisse : ut illis pro arbitrio uterentur
At populus Ro . ex hostium spoliis & captiuis maximis opibus & copiis lo/
cupletatus est . Sic Publicola designatis post se consulibus urbem tradens : ut
statutum est hominibus : paulo post discessit e uita : cum in omnibus eius uitę
partibus integerrimę sanctissimeq uixisset : populus uero Romanus uelut si ni/
hil in eum pro dignitate contulisset : dum uiueret : sed omnem ei graciam debe/
ret : publicum honorem funeri decreuit . ac quartam quisq substantiaꝝ partẽ
in id funus ornandum contribuit : mulieres quoq suo priuatim iudicio permotę
annum summo honore & desiderio uirum luxerunt . Sepultus est autem & hic
decernentibus ciuibus intra oppidum Velina nuncupatum : eiusq sepulchri tota
familia particeps est facta. Nostra autem ętate : nullius sepultura in genus descẽ/
dit . Cum autem eo detulissent cadauer deposuerunt : hic incensam quidam facẽ
accipiens : q̃ maxime alte potuit extulit : re testatus licere quidem : sed honori
parcendum . Hoc igitur pacto cadauer exportarunt. Num igitur in his uiris cõ/
parandis priuatim aliquid superest : nec ad unguem in his quę memorię mãda/
sunt alter forte alterum est imitatus : alter est testis alterius . Intuere enim eã So/
lonis ad Croesum de fęlicitate legem magis q̃ Tello Publicolę conuenire . Telli
enim quem ipse mortis oportunitate uirtuteq & filiorum probitate fęlicem di/
cit fuisse : neq filii usq̃ inter claros uiros a poetis memorantur : neq eiusdem
magistratus ullus aut Imperium gloriosum fuit . At Publicola & unius opibus
& gloria ob uirtutem Romanorum princeps est habitus . Et post mortem inter
clarissimas familias & genera Publicolę messale ac Valerii : sexcentos iam per an/
nos pręclare originis gloria reponũtur. Tellus rursus ab hostibus ut uir strenu/
us in acie manendo pugnandoq mortẽ occubuit . Contra Publicola interẽptis
hostibus quod profecto fęlicius est q̃ mori : patriam sua uirtute iutricem aspiciẽs
consul atq imperator triumpho honoribusq auctus optabilem ac beatum So/
lonis opinione exitum consecutus est . Ac etiam iis quę de uitę tempore in
mimnermo refutãdo tradit . Ne mihi suppremo desint in funere flectus

Langueat: & lachrimis quisq; sodalis agat. Publicolam fęlicem testatur: moriēs
enim non modo amicis & necessariis luctus & lacrimas: sed & iam triste deside-
rium sui ciuitati reliquit. Nam eum Romanę mulieres non aliter gemitu pro-
secute sunt. ac si filium uel fratrem uel communem parentē omnium amisissent.
Diuicias quidem habere inquit cupio Solon: per iniuriam consequi possidereq;
nolim: consequitur enim supplicium. Publicola uero non modo in parandiis
diuiciis ab iniuria abfuit: uerumetiam eas in pauperibus iuuandis subleuādisq;
consumpsit. Vt si sapientissimus omnium Solon est habitus: fęlicissimus Pub-
licola iure existimari possit. Quę enim bona ille pro maximis optarat: ea & cō-
sequi & conseruare usq; ad finem Publicolę contigit. Sic Solon Publicolam:
Ille rursus Solonem illustrauit: & exemplum homini remp. moderanti pręcla-
rissimum adimitandum exposuit: cum consulatum: detracto fastu mitem: &
mansuetum constituens: ab inuidia atq; offensione hominum uendicasset. Le-
gibus autem Solonis permultas Publicola ad usum suum traduxit. Nam in
constituendis magistratibus plurima sibi ex illius legibus sumpsit: & crimen
depręcantibus prouocacionem ad populum: ut Solon ad iudices dedit. Quod
si Senatum non constituit ut Solon: at Senatorum numerum auxit: ac ferme
duplicauit. Questoꝝ quoq; in pecuniis constitutio inde accersita est. Ne prętor
si uir acer & strenuus esset: iis occupacionibus a cura rerum maiorum abduce-
tur: nec si improbus: rebus omnibus pecuniisq; permissis: occasionem sibi ad
inferendam iniuriam oblatam esse existimaret. Quod autem ad odium tyrānoꝝ
spectat uehementior nempe Publicola. Si quidem deprębenso in tyrannide af-
fectanda pęnam constituit. Solon autem de indamnato permisit suppliciū sum-
mi. In quo uero Solon recte ac iure gloriari solitus est: tyrannidem sibi omni-
um ciuium consensu & uoluntate delatam respuisse. Haud est id quidem cum
Publicolę facto ullo modo comparandum: qui nactus tyrannicum principatū
moderatiorem effecit ac populariorem: nec iis quibus iure poterat usus est. At
qui id quidem sensisse Solon uidetur: cum dixit ita populum optime imperia
principis obire: si nec solutus nimis & liber esset: nec seruilem in modum depres-
sus. Propria autem Solonis remissio ęris alieni fuit: qua nibil ad retinendam:
confirmandamq; ciuium libertatem pręsentius ac efficacius esse potuit. Nibil
enim legum equabilitas proderat: ad quam pauperes probibebat ęs alienum
accedere: sed in quo maxime liberi esse uidebantur: in eo maxime seruiebāt di-
uitibusq; in rebus iudicandis in gerendis magistratibus in sententiis dicēdis
eorum nuptu ac libidine niterentur. At illud certe pręclarius: quod rescissionē
ęris alieni seditio semper consecuta sit. Illa tantum ut oculto quodā: sed ualido
ueneno freta instantem seditionem sopiuit: conceptamq; in rebus labem atq;
ignominiam uirtute & auctoeitate uiri superauit. Verū illa maxima reip. po-
testate permissa facile Publicola uincitur a Solone. Parebatur enim sibi ab om-
nibus: ipse uero parebat nemini: ac per se ipsum nullis adhibitis plurima & maxi-
ma in rep. gessit. Ipso tamen fine alter fęlicior ac beatior: Suam enim ipse remp.
Solon sublatam & euersam uiuus aspexit: Publicolę autem res publica usq; ad
ciuilis belli tempora suum decus & speciem seruauit. Hic enim latis statim le-
gibus eisq; in lignis ac litteris: sine interprete aut ministro derelictis: Athenis dis-
cessit. Ille manens cum potestate in gerenda rep. eam firmauit & tutissimū locū

constituit. Ille Pisistratum cum preuidisset non potuit prohibere: sed ab ipsa est tyrannide insurgente uictus. Hic regnum tot iam annos opibus & potētia prę⸗sidens eiiecit: atq; sustulit: uirtute quidem Soloni & uoluntate par fortuna: uero & uiribus ad perficendum superior. Quod uero ad rationem bellicam spectat: nec quę aduersus Megarenses gesta sunt: Daimachus Plateensis Soloni adscri⸗bit: ut a nobis superius dictum est. At Publicola & ipse manu dimicans & cū imperio plurima & maxima bella confecit. Quinetiam & in rebus ciuilibus ille per iocum quodam modo simulatione insanie de salamine sententiam dixit. Hic autem maximarum rerum suscepto periculo: non dubitauit in Tarquinium in⸗surgere: Idem cum coniurationem detexisset: summendi supplicii & ne euaderēt improbi prohibendi inprimis auctor extitit. Nec corpora solum tyrannorum de ciuitate eiiecit: uerumetiam spes omnis tyrannidis in posterum sustulit. Sic rebus certamen atq; impetum quendam animi & concitacionem ad resistendum flagitantibus acri prǫsentiq; se animo offerens: haud deterior uisus est q̄ inermis in colloquio: & congressu cedendo & suadendo: quibus rebus Porsennam uirū metuendum & inuictum placatum reddidit: atq; amicum. At enim dixerit for⸗tasse aliquis a Solone salaminē Atheniēsibus amissam restitutam esse. At Pub⸗licolam Romanos parto iam ante agro cedere coegisse. Vernm decet semper prę⸗sentum temporum rationem habere. Qui enim remp. gerit dubius quo pacto cuncta transigi queant: sępe parte remissa: uniuersa conseruauit: paruaq; iactu⸗ra facta maiora consequutus est. Quod Publicolę tunc usu uenit. Cum enim cessisset alieno agro: salutem & incolumitatem peperit ciuitati & quibus magnū fuerat urbem retinere: in eorum potestatem sua opera obsidentium castra uene⸗ruut permissoq; hosti iuditio: uictor ea quoq; uictorię addidit: quibus amissis optabilis fuisset uictoria. Nam existimatione uirtutis & probitatis: quam sibi pręter ceteros in consulatu pararat prǫsens bellum deleuit & belli aparatum Romanis submisit.

SAPIENTEM VIRVM ARCHITAM TA-
rētinū dicere solitū scripsit Cicero/nullū capitaliorē pestē
hominibus datam uoluptate atq; libidine. Nos uero &
hāc sententiam preclaram esse assentimus: & illud quoq;
adiungendum putamus: Nullum contra maius huma-
nę societati bonum/nec salutarius posse conferri erudi-
one atq; doctrina: qua discūt homines domitas habere
libidines/cohercere in modicas cupiditates/pietatem
colere/fidē seruare/iusticiā officiūq; tueri. Itaq; deinde fit
ut heę res p. omnium aliarum beatissime iudicentur: quas bene instituti homi-
nes moderantur/& regunt. Nam tamdiu uidentur inquiete & tranquillitate ci-
uitates consistere: q̃diu earum gubernatores rectam uiuendi disciplinam sequū-
tur: At uero q̃primum ab ea decidunt: sic agitari seditionibus solent: ut bella
ciuilia/cędes incendia sępe etiam rerum publicarum interitus consequantur.
ueluti multarum ciuitatum exemplis possumus iudicare: In quibus excellenti etiā
ingenio uiri/Cum omissis rectissimis atq; honestissimis studiis rationis & offi-
cii/magis cupiditatibus suis q̃ commodis patrię consulendum putarēt funditus
alii res suas pu. euerterunt. Alii ipsi occiderūt. Ex hoc genere fuisse arbitror
Cęsares. Marios Catelinas. Et in gręcia Leonçiadem Thebanū Pausaniam
Lacedemonium/& hunc quem in manibus habemus Alcibiadem atheniensem
Nam inter multos pręclaros uiros: qui Athenis & fama & rerū gestarum glo-
ria floruere neminem tēpestate Alcibiadis fuisse arbitror: quem ego cum eo aut
consilio aut eloquentia/aut rei militaris peritia/aut ulla ingenii laude comparādū
putem: hęc enim omnia aliaq; permulta sic abunde in eo homine uiguerunt
ut natura ęgregium uirūm & muneribus multis ornatum ea/de causa finxisse
uideretur: ut esset qui florentissimam rem p. sua uirtute prudentiaq; seruaret
non ut ei sicuti postea accidit: Calamitati atq; exitio esset: q̃ si ille Socraticam
disciplinā: qua apprime fuerat imbutus sequi assidue uoluisset melius profecto
ac sanctius sibi suęq; rei p. foret consultum. Verum acre adolescentis ingeniū
postea q̃ cępi inmodicis cupiditatibus agitari: Nunq̃ quieuit donec ad funestū
ac perniciosum bellum ciuitatem armauit hinc tantarum calamitatum initium
sumptū: ut nihil sequutū sit postea ciuitati mali quod non ex eo fonte emanasse
uideretur. Nam cum ille per inuidiam pulsus Athenis nō solum externa bel-
la in patriā commouisset sed etiam ciuiles discordias excitasset in urbe: nō pri-
us statutus est contentionibus modus q̃ florētissima ciuitas quę olim a Persarum
seruitute gręciam liberauerat: Ipsa libertate amissa imperio alieno succumberet
Hec cum ita sint quicumq; hanc historiam legerint/alienis malis admoniti me-
minisse debent sic instituere liberos suos/ut posthabita uoluptate atq; libidine
nihil in uita expetendum putent nisi quod sit cum uirtute & honestate cōiunctū
Tu uero clarissime Petre. Qui hęc omnia nosti: cum multa pręclara officia in

patriam tuam contuleris / tum hoc precipue detulisse uideris : ꝙ bonarum arti/
um disciplinas quę post nonnullorum doctissimorum hominum interitum in
hac ciuitate consenuisse uidebantur : tua diligentia excitasti : operamqꝫ dedisti
ut Argyropilus Byçātius uir prestans ingenio ac disciplina in hanc urbem ue/
niret · A quo ciues tui antiquorum more non solum grecis litteris erudiri / Sed
etiam iis artibus instrui possent : quę ad bene beateqꝫ uiuendum pertinere
uidentur . Quare omnium qui hęc studia profitentur lucubrationes atqꝫ uigilię
tibi ueluti parenti optimo iure debentur . Ego uero non solum pro hoc cōmuni
litterarum officio / Sed etiam pro mea perpetua cupiditate & colendę & ornandę
dignitatis tuę omnes exercitationes ingenii mei ad te deferre potissimum debeo :
Vt igitur antea Demetrii uitam ita nunc Alcibiadem atheniensem tuo nomine
latinum feci . Quem ad te mitto ut uirum cognoscas prestanti ingenio atqꝫ na/
tura . Tum multis ęgregiis factis & militarii gloria illustrem / dignumqꝫ ut in
tersit grauissimis sermonibus tuis / quos tu de his uiris habere soles : qui mag/
nitudine rerum gestarū . Tum nostris / tum etiam priscis temporibus claruere .

ALCIBIADIS GENVS SI MAIORVM SVO/
rum memoria repetatur paternum quidem ab Aiace .
Maternum uero ab Almeonide quem ex Dinomacha
genitum aiunt originem traxisse uidetur . Ferunt autem
patrem ipsius Cliniam trireme suis sumptibus stipen/
diisqꝫ parata / cum aliquando Athenienses prope Arthe/
misium cum hostibus decertassent : ingentem ex eo prę/
lio gloriam reportasse . Deinde in ea pugna quę apud
Coroniam cum Boetiis commissa est : dum strenui mi/
litis / & optimi imperatoris operam nauaret / dignam uirtute sua mortem oppeti/
isse : atqꝫ post eius interitum Periclem & Ariphronē / Alcibiadis tutores fuisse
relictos : uiros ea tempestate prēclaros / & magna cum Clynia propinquitate cō/
iunctos . Tradunt insuper : quod mea sententia uerissimū est : amicitiā Socratis
ad claritatem & gloriā consequendā non mediocrem occasionem Alcibiadi prę/
buisse . Nam Demosthenis mater / tum Lamachi Theramenis aliorūqꝫ multorum
qui ea tempestate honoribus & rerum gestarum gloria floruerunt / neqꝫ cognita
nobis est : neqꝫ cuiusq̄ litteris celebrata : Alcibiadis uero nutricem quoqꝫ genere
Lacenam nominis Amiclam : & ςopirum pedagogum fuisse accepimus / quia
eorum nomina grauissimi auctores Antisthenes atqꝫ Plato litterarum memoria
prodiderunt . Verum de pulchritudine Alcibiadis quanta aut qualia a probatis/
simis scriptoribus / qui ei ęquales fueruut prędicētur : nemo ut ego arbitror me/
diocriter doctus ignorat itaqꝫ aliis omissis illud tantum dicere ausim / sua tēpesta/
te omnibus atheniensibus & dignitate oris & totius corporis forma unum Al/
cibiadem prestitisse . Ac q̄q̄ illam Euripidis sententiam non satis probandam
putē qua asserit adultam hominis ętatem omnium pulchrorum esse pulcherrimū

Hoc tamē Alcibiadi prȩcipue est largita natura : sibiq̃ cū paucis fuit cōmune : quod nō modo in puericia aut adolescētia/Sed etiā in omni ȩtatis gradu maximum semper decorem ac formosum hominis speciem prȩstulit. Addit prȩterea quandam ei indicendo adfuisse balbutiem/quȩ uoci illius splendorem & sermoni gratiam afferre uidebatur. Aristhophanes autē in his in quibus mordet Theorum sic/Alcibiadem balbutientem inducit Celnis Theolum caput adulatoris habentem & Archippus filium Alcibiadis mordens/ambulans inquit dispari gradu suisq̃ deliciis effecit : ut uestem trahendo & blandas emittendo uoces/quam maxime patri similis esset uideatur : naturam uero Alcibiadis ferocem ac audacem fuisse. Tum maximis cupiditatibus affectibusq̃ subiectā/ex uarietate & dissimilitudine rerum/quas postea gessit facile intelligi licet. Vir enim quieti otioq̃ infestus/contentionisq̃ supra modum amator/nihil sibi in uita expetendū aut magnopere laborandum putabat : nisi ut dominatu famaq̃ & rerum gestaꝝ gloria cȩteris mortalibus antecelleret. Quod sane ei a primis incunabilis ut ex commentariolis suȩ puerilis institutionis percipi potest : insitum fuisse uidetur : Etenim cū aliquando in palestro cum puero quodā luctaretur : iamq̃ aduersarius eum ad terram depremeret : uolens Alcibiades quocunq̃ pacto hanc ignominiam euitare/manum illius cȩpit dentibusq̃ admouit. Dimittente autē puero Alcibiadem atq̃ clamante/tanquā mulieres eum mordere. An inquit ille mulierum & non leonū potius morsus Alcibiadis sunt? Prȩterea cum aliquādo more puerorum Astragalis cum suis ȩqualibus luderet : seq̃ ad iactum pararet q̃ sors ad eum iacendi peruenerat : forte currus per eam uiam ubi illi ludebāt onustus agebatur. Conuersus ad aurigam Alcibiades primum rogare cȩpit ut quousq̃ ipse lusisset currum cohiberet. Deinde cum homo agrestis puerum aspernaretur : currumq̃ permitteret ob rusticitatem suo more labi/cedentibus aliis pueris/solus Alcibiades hac ut sibi uidebatur iniuria lacessitus/sese ante currum extensum supinumq̃ proiecit Aurigam iubens eo pacto si uellet ulterius pertransire ac ille pueri audatia multorumq̃ clamore conterritus : qui tollere Alcibiadem properabant currum extemplo cohibuit/iumentaq̃ retraxit. Verum post hȩc Alcibiades cum emissis puerilibus ludis ad liberales disciplinas animum cōuertisset : nihil sibi erat potius q̃ ut magistrorum preceptis monitisq̃ pareret eorum doctrina imbueretur : ac in ea omnia diligenter incumberet/quȩ uidebātur ad assequendam eruditionem & excollendum ingenium pertinere : Artem modulandi tantum illiberalem & ingenio adolescente indignam fugiebat magisq̃ tibiarum cantum quem alium sonum aspernari uidebatur : Lyram enim neq̃ sermonem eius auferre dicebat : qui illa uteretur : neq̃ uultum deturpare Tybias uero & sodalium colloquia tollere/& tantam homini deformitatem afferre ut tibicem quandocunq̃ os canendo buccasq̃ inflaret/uix ab his etiam dignosceretur qui intima ei essent familiaritate cōiuncti : filii igitur Tebanoꝝ cū disputare nesciāt/ȩgregie inquit Tibia canāt. Nobis autē ut patres nostri dicere solēt Palladem quȩ fistulam fregit & Apollinem qui & modulatorem fistulȩ suffocauit adesse sine inuidia sinant : hos Alcibiadis sermones nūc ioco : nūc serio habitos ubi inter oēs adolescentes fama uulgauit : cunctis eius sentētiam ut generosam & ȩgregiā cōprobātibus tātȩ turpitudini tibicines haberi sunt cepti ut q̃primū ex omni ingenioꝝ cȩtu cōmuni cōsensu fusȩ ac fugatȩ tibiȩ sunt. Repertum est

autē in accusationibus Antiphontis Alcibiadē aliquādo/cū esset adolescēs : clam
domo egressū se ad amatorem Democratē cōtulisse : cōfestimq; Ariphronē uolu/
isse eum/quia nō reperiretur/publico pręconio indagare/probibuisse Periclē . Si
enim inquit o Ariphron ignorantibus nobis Alcibiades mortē oppeciit : una
saltē die eius intertū diuulgari oportet . Sin uero saluus atq; incolumis est . Cur
adolescentis uitam infami pręconio notādam censes ? Addit etiā ipse Antiphō
in palęstra Siuyrtii ab Alcibiade quendā amatorē/qui eum persequębatur/fusti/
bus cęsum interemptumq; fuisse . Verū hic cum ab inimicissimo homine/qui po/
tius infamiam Alcibiadis q̃ ueritatem historię perquirebat mandata memorię
sint/neq; persuaderi nobis neq; credi facile possunt : iam uero cū pleriq; homi/
nes/quorum opes & diuieię ea tempestate insignes erant Alcibiadis amore tur/
piter deperirent . Socrates philosophus uir doctus imprimis huius adolescētis
misericordia motus/statuit ęgregiam illius indolē quę tanq̃ pręclara arbos am/
plissimos fructus paritura uidebatur . Quantū in se esset a malis moribus auo/
care : & ad optimam disciplinam rectamq; uiuendi rationē traducere . Atq; eo
eo magis id sibi faciendū putauit : quod Alcibiadē nō alienum ab hac sentētia
ut suspicabatur inuenit : Nam & si opulentia uoluutates multorum adulationes
& alia mala pene inuicta Alcibiadi aduersarentur : ingenium tamen adolescentis
quod in eo uehementer uigebat breui singularem modestiam Socratis uirtutem
q; cognouit . Itaq; discendi studio & sapientię amore pellectus extemplo cunctis
amatoribus adulatoribusq; repulsis/ad Socraticam disciplinam animum uertit
Atq; omnibus posthabitis rebus/cepit illius familiaritatem inire sermonibus
interesse/neq; a latere sapientissimi uiri unq̃ discederet : cernebat enim Socratem
nō gratiā puerorum ut alii amatores/aut illecebres blādę uoluptatis consectari :
sed modestiā & uirtutē quęrere/atq; in eo pręcipue laborare/ut ii qui erudiri aut
uellent/aut possent omni curruptela insolētiaq; depulsa bonis moribus imbuerē/
tur . Demissa est igitur superbia Galli ut ille poeta inquit : & alę ad terrā depresse
Alcibiades enī putans Socratis disciplinā quasi munus esse deoꝝ/ad instruen/
dos erudiendosq; iuuenes missū/se ipsū despiciebat illū admirabatur : uirtutem
amabat uel imaginem potius ut inquit Plato gerebat amoris : Verū pleriq; athe/
niēsiū illud admirari pręcipue uidebātur : quod cum Alcibiades nūc cū Socrate
simul cęnaret/nūc in palestra luctaretur/nūc in eodē tentorio moraretur/reliquos
amatores/qui quottidie eius uestigia sequebātur/neglieret/atq; cōtenneret & erga
nōnullos supra modū insolētia uteretur : ueluti aduersus Anitum euenisse aiūt
is quibusdē hospitibus ad cenā inuitatis Alcibiadē quoq; cuius amore nō me/
diocriter deperibat/pręcibus multis rogauit/ut interesse huic cōuiuio uellet . As/
pernatus hominē Alcibiades domū discessit ibiq; ebrius factus post cenā cū ad
Anitū reuertisset/per aule hostiū : in eo enī cōstiterat : Abacus cōspicatus poculis
aureis argēteisq; refertus/capta oportunitate seruos celeriter iussit ut eorū dimidi/
am partē subriperēt/domūq; perferrēt/quo facto Alcibiades cōfestī eos subsecu/
us fugā arripuit . Accusantibus uero cunctis qui in cōuiuio aderāt impudētiā
ac insolētiā Alcibiadis solus Anitus nō modo nō impudētē inquit/sed huānum
etiā atq; liberalē Alcibiadē esse asseuero : qui cū sibi liceret omnē hāc suppellecti/
lem suo arbitratu capere/dimidiā nobis partē reliquit . Sic se grauē Alcibiades
omnibus amatoribus difficilēq; pręebebat . Pręterq̃ cuidā aduenę & inquiliinio

homini: qui ut gratiã Alcibiadis beniuolẽtiãq; iniret: omne ſuũ patrimonium
uẽdidit|cẽtũ ex eo collectas ſtateras ad Alcibiadẽ detulit|multis precibus rogãs
ut acciperet. Ridẽs Alcibiades ne amatoris munificẽtiã aſpernari uideretur|ac-
cepta pecunia cũ hũc hominẽ domũ perduxiſſet|poſt cęnã aurũ ſibi reſtituit Iuſ-
ſitq; ut ſequẽti die in forũ accedẽs publicanorum precium qui uectigalia ciuitatis
empturi a preſidibus erãt in auctione ſuo precio ſuperaret: renuẽtẽ hominẽ ac
tergiuerſantẽ ob magnitudinẽ rei quę uires ſuas lõge uidebatur excedere. Alci-
biades nũc minis|nũc adhortationibus cõpulit|ut huic ſuę cupiditati obſeque-
retur. Nam cũ publicanis iam diu Alcibiadi priuatim ſimultates intercedebãt.
Aduena igitur ſũmo mane in forũ profectus publicanorũ precio unũ adiecit tã-
lentũ hanc peregrini hominis audaciã ueluti nouã & inopinatã admirãtes publi
cani grauiterq; ferẽtes|clamitare ceperũt ut Vaderus aduena iſte prebeℓet, quaſi
eũ inuenire nõ poſſe arbitrarẽtur. Horũ clamore aduena qui ſuas uires nõ igno-
rabat ſupra modũ abſterritus fugã iã uidebatur. Cum Alcibiades ad magiſtratũ
cõuerſus. Meus inquit eſt amicus|me ſi uobis lubet pro familiari meo uadẽ ac-
cepite. Publicani qui nouis emptionibus ſoliti erãt ueteres ſemper diſſoluere
Alcibiadis fallacia cognita|quę in ſũmũ diſcrimẽ fidẽ fortunaſq; eorũ cõiiciebat nõ
mediocriter aĩo deſerere. Nullũ igitur remedium niſi hũc hominẽ de medio ſũ-
mouerẽt|ſuis rebus eſſe cernẽtes eũ orare hortariq; ceperũt ut pecunia accepta illic
abirẽt. Prohibẽte uero Alcibiade minus ꝗ talẽtũ accipere nõ prius diſceſſit ꝗ pu-
blicani ut Alcibiades uoluit integrũ talẽtũ dederũt. Atq; eo pacto Alcibiades
ſine ullo ſuo incõmodo peregrino & familiari homini profuit. Verũ ea tẽpeſtate
Socrates in erudiẽdo Alcibiade ſtudiũ adibens & diligẽciã|multis etiã nobili-
bus aduerſantibus uiris adoleſcẽtẽ ſic ad modeſtiã & temperãtiã cõcitabat: ſic ab
omni turpitudine deterrebat: ut ille plerũq; multis cũ lacrimis ſe ſaluteq; ſuãq;
Socrati cõmẽdaret: nihilq; in uita experẽdũ arbitraretur: niſi quod eſſet cũ uirtu-
te & honeſtate coniũctũ Interdũ uero & ſi erga Socratẽ ſolũ reuerẽtiam quãdam
ſeruare uideretur: tamẽ ſuperantibus cupiditatibus rationẽ|cõtineri nõ poterat
quin a ſapientiſſimo digrediẽs uiro ad uarias illecebras & omnis generis uolup-
tates dilaberetur. Vnde illud Cleantis memorię proditũ aiũt: Alcibiadem in-
quit ex auribus tãtũ a Socrate: ab aliis uero amatoribus ex multis corporis locis
quę honeſte nominari poſſũt ſolitũ eſſe deprehẽdi. Erat enĩ ei ingeniũ ut Tucy-
dides indicare uidetur ad incõtinẽtiã & luxuriã atq; ea omnia quę uoluptatẽ pa-
riũt uehemẽter procliue. Sed inter multos Alcibiadis amatores reperiębantur
nõnulli qui uanis adulationibus ante tẽpus aures adoleſcẽtis implentes aſſerebãt
ipſum eſſe uirũ ad omnia ſũma natũ: neminẽq; Atheniẽſiũ aut animi magnitu-
dine|aut eloquẽtia aut ingenio cũ Alcibiade cõferẽdum. Itaq; ſi ad rem p. gerẽ-
dam acceſſerit: nõ modo alios oratores & duces|ſed ipſum etiã illũ de quo tãta
fama apud omnes gẽtes haberetur gloria atq; potentia ſuperaturum eſſe Periclẽ
uerũ ut ferrũ antea mollitũ igne|denſari deinde frigore ſolẽt|ſic ingeniũ Alcibi-
adis uariis blãdimẽtis in uoluptates diliciaſq; prolapſũ cohiberi ſapiẽtia Socra-
tis & ad frugalitatem reuocari uidebatur. Nam & hortari adoleſcentem & mo-
nere|etiam liberius accuſare nõ deſiſtebat. multis uerbis oſtendens nullã in
eo prudentiã nullam modeſtiã nullã deniq; ueſtigiũ eſſe uirtutis Itaq; eum qui
omnem ſue uitę curſum in mollitie corporis atq; in animi libidine collocaret

non esse hominē sed monstrū potius & inmane quoddam animal appellandum His utebatur Socrates ad immoderatā adolescentis audatiam ac insolentiā com/ primendam: quę ea ętate quanta in Alcibiade esset ex hiis quę superius exposita sunt / & aliis quę adduci in medium possunt/ facile intelligi licet. Ferūt enī hunc adolescētem cum statuisset grāmaticę operā dare nactum esse magistrū quēdam nō satis eruditum / ab hoc primum Homeri poemata petens/ cum ille negasset se Homeri quicq̄ habere non tulit ignorantiam hominis Alcibiades: Sed pugno eum percutiens fugā arripuit. Ad alterū deinde profectus: Cum ille Homeri librum habere a se emendatū dixisset: & tu inquit grāmaticam doces: cum sis aptus ad poętam tam ęgregium corrigendum. Tradunt insuper Alcibiadem aliquādo cum Periclē alloqui uellet/ domū illius profectum anteq̄ aulā ingrede/ retur/ responsum tulisse eum esse magnopere occupatum: Secum enim agitare quonam pacto rationem atheniensibus redderet. Discedens Alcibiades num inquit santius esset/ Periclem cogitare atq; perquirere quomodo rationes non reddat. Post hęc Alcibiades ad bellicas laudes animū uertēs una cū Socrate in quo maximā semper spē suę uite collocaret ad Pontideā urbē in exercitū Athe/ niensiū uenit: pauloq; deinde acerrima cōserta pugna & si ambo ęgregie felici/ terq; certassent tamē parū abfuit quin Alcibiades extręmā suę uitę perniciem eo die inuenerit. Vulneratus enim in pręlio se ulterius tutari nō poterat. Cū Socra/ tes extemplo accurrēs hostes sūmouit Alcibiadēq; seruauit. Quapropter duces exercitus pręmiū Socrati iusta ratione debeant sed cū glorię & dignitati Alcibi/ adis plurimū fauore uiderētur: cupiens Socrates potius honestā illius ambici/ onem in rebus generosis atq; pręclaris augeri: q̄ sibi honorē tribui ante omnes ęgregium testimonium de Alcibiadis fortitudine tulit: atq; eos duces multis est uerbis hortatus/ ut corona eū integrisq; armis donarent. Nec multo tempore postea cum Athenienses in ea pugna/ quę apud Delium commisa est/ re male gesta citato gradu arripuissent fugam: Socratem in magno periculo constitutū quod a tergo multa edita cede urgebant hostes Alcibiades solus protexit. Sed ante hoc tēpus nōnulla sunt ab Alcibiade perpetrata. Quę ad hāc historiā nos/ tram pertinere uidentur. Hipponicum enim Callię patrē: cuius magna Athe/ nis ob diuicias & nobilitatem generis auctoritas atq; potentia erat Alcibiades non odio non iniuria/ aut iusta ulla causa lacessitus/ sed concordia quadam cum sodalibus obscurilitatem inita pugno percussit: quod ubi editum in populum est & multorum sermonibus diuulgatum: grauiter ferentibus cunctis clarissi/ mi ac pręstantissimi ciuis iniuriam: Alcibiades pauore confectus postridie sū/ mo mane domum Hipponici proficiscitur: hostiūq; ingressus ubi in conspectū illius uenit: deposita raptim ueste corpus nudum uerberandum homini obtu/ lit multis precibus rogans ut debitis uerberibus cederet. Hic autem iniurię confestim oblitus non modo ueniam Alcibiadi prębuit: sed ut pleriq; etiam asserunt in uxorem illi Hypparetam filiam dedit. Quanq̄ nōnulli Hypparetam non Hipponici sed Callię filiam fuisse tradunt: adduntq; eam Alcibiadi cū decē talentis in coniugium esse locatam. Ipsumq; deinde cum Hyppareta liberos pe/ perisset alio decem quasi hęc antea pepigissent a Callia patre extorsisse talenta. Calliam uero post hęc ad alias huiusmodi fallacias euitandas patrimonii for/ tunarūq; suarū: si forte sibi sine prole mori cōtingeret: populum Atheniensem

instituisse heredem. Verum cũ Hyppareta, quę & uirtutibus & bonis moribus fuerat a primis incunabulis instituta, multas contumelias quotidie ab Alcibiade pateretur. Erat enim ille Socratis tum peregrinis tum urbanis palã manifesteq; deditus: non potuit egregia mulier hãc uiuendi rationem a sua natura alienã ulterius tollerare. Itaq; Alcibiadis domo excedens ad fratrem quẽ unicũ suis rebus putabat esse refugiũ, primum se contulit. Deinde cũ Alcibiades hũc suũ discessum & omnia alia quę ad illam pertinebant, aspernari uideretur: atq; ideo eam rogaret, ut ipsamet quemadmodum leges iubebant, apud magistratum repudii libellum deponeret, mulier dissoluendi coniugii cupida sine ulla mora ad pręsides proficiscitur uixq; ad eum locum ubi magistratus cogebatur peruenerat, cũ superueniens Alcibiades spectãtibus cunctis coniugem rapuit: eamq; nemine repugnante medio foro domum perduxit. Hęc deinde mulier usq; ad extremum uitę diem cũ Alcibiade uiro permansit. Defuncta est autem subidẽ prope tempus quo Alcibiades cum sua classe ephesum nauigauit. Verum ea Alcibiadis uiolentia qua in coniuge rapienda usus fuisse uidetur: neq; iniusta a populo Atheniẽsi habita est: neq; ab humanitate aliena. Tradunt enim hũc magistratum ea ratione institutum fuisse Athenis ut essent qui contentionibus discordiisq; sublatis uxorem uiro publica auctoritate adhibita uirũq; uxori cõciliare niterentur: Illud uero ab his quę sũt a nobis superius enarrata non ad modum alienum fuisse uidetur. Dicũt enim Alcibiadem inusitata magnitudine canem quem minis septuaginta emerat abscisa cauda per urbem dimisisse. Hoc cũ multis stultum atq; ineptum uisũ negociũ esset: monẽtibus eum amicis ac sermones qui de eo circũferebãtur enarrãtibus, ridens Alcibiades: sic inquit Res ut ego intenderam ex uoto successit: hãc enim atheniensibus prębere uolui loquendi materiã ut eos a peioribus quę de me dicere audireq; soliti sunt nouis his rebus auerterem: Primũ uero aditum ad rem p. gubernandã ut alia omittamus ex nũmorum largitione non consilio, aut arte sed forte casuq; facta assecutum Alcibiadem aiunt. Volũt enim hũc transeuntẽ prope locũ quẽdam ubi ingens atheniensiũ multitudo magno cũ strepitu clamitabat cum percepisset quasdam ibi erogatas esse pecunias: indeq; huius tumultus causã prouenire eo celeriter esse profectũ atq; nũmos magna cũ libertate populo atheniẽsi fuisse largitum. Exceptum deinde plausu populari Coturnicem quã habebat sub pallio inconsiderate ob immoderatam lęticiam dimisisse. Ad cuius uolatũ cũcti qui ibi aderant magis q̃ antea cõclamãtibus mentibusq; certatum auiculam gratia Alcibiadis capere. Tandem ab Antiocho captam dicũt ac Alcibiadi restitutã. Sũmamq; inde familiaritatẽ inter eos fuisse exortam. Cęterũ cum opulentia genus amicorũ copia, aliaq; permulta quę sine ullo labore fautores ei q̃plurimos comparabant, ad dignitatẽ in re p. acquirendã Alcibiadi uehementer conferrẽt tamen nihil erat quo ipse mallet apud po. Atheniensem, q̃ eloquẽtia & dicendi ratione ualere, nec uidebatur hęc in eo una esse cupiditas. Quãta enim dicẽdi uis in Alcibiade fuerit & comici ipsi testantur & Demosthenes ac Theofrastus locupletissimi sunt auctores quorum alter in ea ratione: quã contra Midiam habuit uehementissimum oratorem Alcibiadem uocat. Alter uero cũ in multis aliis tum inueniendi facultate eum magnopere extollit tantũq; ei tribuit in hoc genere laudis ut cũctis atheniẽsibus ante ponẽdũ censeat. Erat autẽ Alcibiades

optimus non modo rerum inuentor quę causę suę conferrent: sed eorum etiam uerborum fabricator atq; magister quę cum ipsis sententiis conuenirent & ad persuadendum accomodata uiderentur. Interdum uero non succedente uerbo℞ copia ut res exigere uidebantur/resumere ea quę antea dixerat consueuit ut sine ulla intermissione integra oratio sequeretur. Sed inter alia quę de Alcibiade refe/runtur & illud quoq; compertũ habemus eum in alendis equis quibus postea in Olimpia uteretur tantam curam operamq; posuisse ut temporibus suis uel re/gum uel priuatorũ fuerit nemo qui maxima illa quinquennali celebritate ludo℞ ad Olimpiũ septẽ ut Alcibiades quadrigas perduxerit. Thucydides uero qui & Atheniensis fuit/& rerũ gestarũ scriptor ęgregius secundum & quartum in cer/taminibus illis uictorem fuisse Alcibiadem refert. Euripides quoq; carminibus suis eum extollens hęc de illius uictoria protulit. Formosa proles Clynię te nũc canam quam illo superbam pręmiis uidit die Graiorum Olimpia chorus cum uiceras & mox pararas tres quadrigarum tibi uictorias labentium cursu rotis. Iam uoce pręco tunc ad astra te tulit. Bis cinctum oliue fronde pallentis caput O gloriam tantam efferentem: quod tibi profecto soli nemini certantium/eueni/ret graiorum Olimpia rotis. Huic uictorię Alcibiadis magnum decus attulisse uidentur honores sibi ab Atheniensium hostibus magnifice liberaliterq; tributi Ephesii enim tentoriũ ad eum suscipiendum Chii uictimas sacrificiis ac pabulũ equis Lesbii uinum & ea omnia quę ad celebrãdum conuiuiũ pertinebant grato animo obtulerunt. Verum paulo postea hãc gloriam ex uictoria Olimpica par/tam labefactauit aliquantulum calumnia quędam in infamiam Alcibiadis liuo/re & maliuolentia diuulgata. Ferunt enim ea tempestate fuisse Athenis Diome/dem quendam Alcibiadi familiarem: qui cupidus Olimpice uictorię consequẽ/de eũ rogauit: ut publicum currum quem agris esse perceperat sui causa emeret Sciebant enim Alcibiadem factione gratiaq; apud argiuos uehementer pollere His auditis Alcibiadem aiunt currum ab argiuis emptũ sibi postea adiudicasse nulla Diomadis ratione habita. Sed eo neglecto atq; repulso querente clamãteq; hoc improbi hominis dolum non familiaris uiri officium esse. Dicunt pręterea ut ex oratione Isocratis pro Alcibiade scripta intelligi licet: de hac re quoddam fuisse iudicium constitutũ: in quo Tisias non ut plerisq; putant: Diomedes ad/uersarius extitit. Postea uero quam Alcibiades exacta iam prope adolescentia se ad gubernandam rem p. contulit. Extemplo cursum aliorum oratorum ac ducum qui summũ in ciuitate gradum occupare properabant/sic ingenio auda/ciaq; sua repressit: ut nemo ea tempestate Athenis esset quem illi ęque ac Alci/biadem formidarent. Ausus est enim nunc aduersus Pheacum Erasistrati filiũ nũc contra Niciam uirum opulentum & pręclarum in milicia ducem acerrimas cõtentiones certaminaq; suscipere. Erat autẽ Nicias maior natu q̃ Alcibiades. Pheacus uero prope ęqualis ac tum primum ut ille dignitatis fundamẽta iacere uidebatur: eiq; nobilitas generis aliaq; permulta ut Alcibiadi adiumento & pręsidio erant. In coronis autem ciuium & familiari quotidianoq; sermone ele/gans ad modum Pheacus habebãtur & perpollitus: In dicẽdo uero Orator par℞ uehemẽs. Vnde Eupolis optimũ in loquendo debilem in dicendo Pheacũ ipsũ appellat. Fuerunt autẽ nõnulli qui cũ multa de Alcibiade & Pheaco scripta reli/quissent. Illud quoq; memorię prodiderunt Alcibiadem aliquando uasa aurea

atq; argentea quę Athenienses in pompis supplicationibusq; ferebant retinuisse quedã his quę deinde in quotidianis cõuiuiis sic uti solitũ esse|ac si propria sup/ pellecti uteretur . Erat autem ea tempestate Hiperbolus cuius ut improbi & fla gitiosi hominis Thucytides meminit. Is cum studiose colligeret ea quę in alterius infamiam dicerentur Comicis qui audacissime temporibus illis mores hominũ increpabant| magnam subministrabat uituperandi materiam . In eo pręterea gloriari plurimum uidebatur quod gloriã negligeret atq; contemneret|quã quidẽ rem nonnulli audaciam & fortitudinem : ego uero impudentiam & secordiã ap/ pellandam censeo . Hoc igitur ministro populus Atheniensis sepenumero ute/ batur ad eos diuulgandos sermones |qui principum rei p . & potentissimorum ciuium crimina|uituperationes ac infamiam cõtinerent . Eo igitur tempore Hy/ perbolum a multitudine persuasum cuidam principũ rei p . Ostracum parare fama uulgauerat . Illud uero est exilii genus quo po . atheniensis potẽtes ac prę/ stantes gloria uiros de ciuitate expellere consueuit . Inuidię magis solacium q̃ timori remedium quęrens Alcibiadem hę insidie quas uni illorũ trium machi/ nabatur Hynerpolus minime latuerunt. Itaq; periculo cognito Niciam uel ut nonnulli alii uolunt Pheacum allocutus omni simultate postposita in eius ami/ citiam rediit . Illiusq; potentia suis iuribus addita tantum ualuit ut Ostraci nota in autorem conuersa Hyperbolũ Athenis expulerit nihilominus eo tẽpore quã tale exilium formidantẽ . Nemo enim sordidus neq; ignobilis aut insignis in/ famia uir ut Plato comicus inquit|cum Hyperboli meminisset consueuit huiusce/ modi penã subire . Digna est igitur ille suis moribus : indigna uero ignobilitate sua & seruili cõdicione perpessus . Cum Ostraca nobilissimorũ ciuium non sor/ didorũ hominũ causa instituta uideantur . Sed hęc in aliis locis sunt a nobis la/ tius pertractata Alcibiadem uero ea tempestate glorię Nicię ac potentię inuidẽ/ tem : quã cernebat nõ sine magna hostiũ admiratione & suorũ ciuiũ beniuolẽtia supra modũ augeri|die noctuq; assidue augebãt curę atq; animũ ambitione ar/ dentem uariis semper cõsiliis incitabant . Ad ea omnia machinãda quibus & auctoritatem auferre Nicię & dignitatẽ suã amplificare posset . Contraxerat aũt summã cum Lacedemoniis familiaritatem quia de sparciatis quos athenienses in insula cęperãt pilo bene ac pręclare pauloante meruerat . Verũ cũ postea auctore Nicia pax data Lacedemoniis esset : & captiui libertate restituti obscurato quo/ dãmodo Alcibiadis nomine magnam est Nicias apud Lacedemonios auctori/ tatem omnesq; gręcos beniuolentiã cõsecutus itaq; crebri afferebantur sermones quibus Periclem excitasse Niciam subtulisse bellũ dicebant addiciebatq; esse in gręcia permultos qui hoc fędus inter athenienses Lacedemoniosq; initũ Niceam pacem uocitarent . Hęc igitur Alcibiadem emulatione & glorię cupiditate in/ censum adeo uehementer urebant ut nihil aliud agitare molirique uideretur : q̃ ut hanc pacem quę tantam famã Nicię pepererat perturbaret & Niciam ipsum a lacedemoniorũ gratia beneuolẽtiaq; auerteret . Ad hoc autem agendũ argiuorũ res & animi a Lacedemoniis alienati occasionẽ ei|& quasi ansas pręhebant . Per/ cipiens enĩ argiuos nõ satis lacedemoniorũ fidei credere atq; ideo alias spectare res p . quas arbitrarentur sine ulla exceptione suis rebus pręsidio fore : Occulte principes argiuorũ hortari cępit ut relictis lacedemoniis ad athenienses se uertãt sibiq; persuadeant|athenienses quos iam pacis cũ lacedemoniis facte pęniteret :

illis post habitis non modo arguios in amicitiam, sed in societetem etiam si uelit recepturos: & forte Lacedemonii per id tempus icto cum Boetiis fędere & Panacto: quem antea locum integrum florentemq; acceperant: deleto penę ac deserto Atheniensibus restituto: sic eorum animos irritauerant: ut iam inuisum Lacedemoniorum nomen suspectumq; Athenis esset. Alcibiades hanc nouandarum rerum occasionem nactus quotidie alia atq; alia discordiarum semina per ciuitatem serebat, Niciam iam aperte palamq; accusans quod hostium partē quam delere sine ullo discrimine potuerat sponte sua intactam dimisisset. partē uero captam in po. Athensis manibus constitutam non rei p. causa, sed ut Lacedemoniorum beneuolentiā iniret: reddendam liberaliter censuisset. Addiciabat pręterea in dicendis conditionibus pacis Lacedemoniorū gratia dignitatis Atheniensium adeo oblitum fuisse Niciam ut non modo equo, sed etiam libenti animo passus sit Lacedemonios insciis Atheniensibus cum Boetiis uel Corinthiis societatem posse contrahere. Athenienses inuitis Lacedemoniis nō posse. Dum hęc Alcibiades apud po. ira ac indignatione accensum cōtra Niciam machinabatur. Forte Lacedemoniorum legati Athenas uenerunt, gratos ut ipsi dicebant ac beniuolos afferentes sermones. Vulgauerāt enī se nō modo confirmandi nuperrime ictum fędus sed societatem etiam faciendi si Atheniēses uelint plenam potestate habere Primum igitur ii oratores adeuntes senatum: cū gratissimi uerbis exposuissent mādata: sic benigna cunctis audientibus uisa sūt ut magnam gratiam apud senatores qui frequentes eo die cōuenerant suę rei p. comparauerit. Sequenti die cum alloqui populū uellent, metuens Alcibiades ne eadem oratione auribus multitudinis blandientes omnia sua consilia multo tempore agitata uno momento peruerterent argutam, fallatiam machinatus clā ad eos accessit: cōmemoratisq; primū multis amicitię causis quę sibi cum Lacedemoniis intercedebāt. Deinde quid inquit uiri Sparciate huius ciuitatis nostrorūq; hominū mores uestras aures latēt. An ignoratis quantū inter Senatū po. q; Atheniensem intersit? Hesterno die cū frequenti senatu tam grata tamq; benigna exposuisti mandata. Extempio prudentissimorū hominū mentes quę modesta oratione persuaderi facile solent ut uestris sermonibus acquiescerent, compulistis, nunc si apud po. qui temeritate & insolencia quadam loquentium uerba metitur eundem dicendi modum seruabitis in tantam superbiam eorum animos efferetis: ut frustra deinde a uobis & ab iis omnibus qui uestrę causę fauent laborādum esse uideatur. Iam enim percrebuit uos sic supplices sic demissos ad hanc urbem cōfugere ut iam imperite multitudini persuasum sit Lacedemoniorum rem p. nisi Atheniensium societate fulciatur saluā esse nō posse Agite igitur sapientia uestra, & consilio amicissimi hominis qui minime huius populi naturā ignorat, credite populū adeuntes nō sic alloquimini ac si mādata libera & cū omni potestate permissa uestro arbitrio sint: ut coram senatu pridię egistis. Sed hanc amplissimā auctoritatē prudēti cōsilio tegite, ut senatus deinde populū minime uestris uerbis elatū in hanc societatem quam uterq; nostrum intendit: perducere sine labore conatu possit. Hęc cum dixisset iureiurādo adactos ut ea omnia silentio cōprimerent. Dimisit multa de Nicia adicens, quibus & fidē eripuit illi & sibi apud eos gratiā comparauit. Admirātes eximiā quandam ac prope singularem eloquentiam Alcibiadis. Postero die congregata contione

uenientes Lacedemoniorum legati/amicissime ab Alcibiade humanissimeq; ro-
gantur ut ea quę uellent dicerent . Extemplo illi expsouerunt mādata remissa sa-
ne ac frigida longeq; ab expectatione populi & ea fama quę uulgata erat/aliena
summā auctoritatem quā habebant tegentes ut Alcibiadis consilium sequerētur
At uero Alcibiades postq̃ illi finem dicēdi fecerunt non ut is qui legatos fefel-
lisset/sed tanq̃ dolo fallaciaq; deceptus increpare eos cępit duplices infidos mu-
tabiles appellans/neq; sancti quicq̃ in uerbis suis integriq; habentes hinc po-
pulus illinc senatus indignabatur atq; hanc legatorū uarietatem quasi derisionē
quandam esse putabant . Niciam uero stupor simul atq; męsticia occupauerat/
admirantem hanc inopinatam legatorum permutationē ignorantemq; dolū &
fallaciā Alcibiadis . Reiectis igitur ob hęc Lacedemoniorū legatis : bellū subito
magnū exarsit . Nam post legatorū discessum extemplo Alcibiades dux milicię
frequenti senatu populoq; electus/primū sagaci consilio nitendum putauit ut
Peloponessum uariis factionibus laborātem aduersus Lacedemonios/quoad per
eum fieri posset cōcitaret . Erant enim Argiui Elii Mantinenses/aliiq; populi
Lacedemoniis finitimi ad spem nouarū rerū erecti : quos si in huius belli societatē
traxisset/magnū momētū rebus in Peloponesso gerendis allaturū se esse cernebat
Hos igitur multis modis rationibusq; agressus tādem cōpulit/ut armis arreptis
simul cū Atheniensibus eandē belli fortunā experiri uellent/sibiq; persuaderēt
hāc expeditionē ad uersos Lacedemonios susceptā nō minus ad se q̃ ad Athe-
niensiū rem p . pertinere . Quibus rebus effectū est ut bellū deinde comuni con-
silio excitatum/sic prope spartam & longe ab Atheniensiū finibus gereretur ut
periculosum Lacedemoniis foret eo in loco cū hostibus decertaret/magisq; eis
extremū patrie malū formidandū in aduerso prelio/q̃ mediocre cōmodū speran-
dum in uictoria esset . Verum inter hęc mille uiri ex nobilitate Argiua re p . oc-
cupata & populari statu deiecto . Cum aduersus Lacedemonios pręliū cōmisis-
sent fusi fugatiq; magna accepta clade in urbē pelluntur : ibiq; iterum aduersus
armatā multitudinē/cui ad capiēda arma animū fecerat Lacedemoniorū uictoria
decertandū fore uidebatur . Cum superueniens Alcibiades suscepta multitudis
patrocineo statū popularem in ciuitatem restituit . Post hęc Alcibiades populū
Argiuū de quo tam bene paulo ante meruerat/extemplo suis adhortationibus
compulit : ut ab argis nouis męnibus ductis quasi duobus brachiis iungerent
mari urbem quo facilius & ciuitatē tueri ab Lacedemoniis & tutius ipsi iuuari
ab Atheniensibus possent . Cum uero idem Patrensibus suaderet/dixisse quēdā
ferūt : sibi deinde si hoc egerint/caueant Patre . Illa enim męnia ansas fore prę-
dico quibus Athenienses pro suo arbitratu nostrā capient urbem . Ad hęc Al-
cibiades forte inquit o amice euenire potest quod dicis/sed tamen sero & ex pe-
dibus patrę a nobis cōfestim uero & ex capite a Lacedemoniis occupari posse
uidentur . Verū si minus hoc pręsidii genus illis placeret hortabatur saltem ut
amicitia Atheniensiuu quasi uallo quodā muniti statum suum firmarent/rem : p
tuerentur atq; pro maiori amoris indicio cōmunem uiuendi rationē susciperent
quibus adhortationibus persuasi Patrenses ne aspernari liberalitatem Atheniē-
sium uiderentur : Alcibiadis uoto cōsilioq; parentes pro more patrię iureiurādo
promittunt frumenta/uineta/oliueta/agros deinde Atticos sic se in posterū ha-
bituros : Ac si ea omnia sibi sueq; rei p . essent cōmunia . Sed dum hęc summa

cura ac diligentia gerebantur. Interim tamen Alcibiadem aiũt nimiũ cedẽtem
cupiditatibus suis solitũ esse nũc ueneri & Baccho frequentius indulgere. Nũc
ęgregie stratis lectis in triremibus pernoctare/nũc purpureis ac pręciosis ues-
tibus uti multa deniq; quę luxum & pompã immodicam prę se ferebant ingenti
ambitione studioq; perquirere. Quin etiã dicũt inter alia quę de illo referuntur
clipeum aureum non patrium ullũ insigne sed cupidinẽ cũ pharetra ac sagiptis
habentem solitum esse gestare. Quibus facile apparebat animũ uiri multis cor-
ruptelis a primis incunabulis depriuatũ/ad uarias deinde illecebras/& omnia
oblectamẽta/quę turpẽ uoluptatẽ pariũt fuisse procliue. Verũ nõnulli pręstãtes
uiri & ciues in re p. principes hãc licẽtiam Alcibiadis supra morẽ & cõsuetudi-
nem urbis elatã nõ hominis in libera ciuitate uiuẽtis/sed tyrãnidem affectãtis
iudiciũ esse putabant. At populi animus qualis erga eum esset probe Aristho-
phanes iis uerbis ostẽdit: cum de Alcibiade loqueretur. Desiderat inquit po-
pulus atq; odit: uideretq; rursus hominem capit: pauloq; ulterius leonem in
re p. nutrire nõ decet/aut si nutriatur eius deinde libidini seruiendũ est: Sed ex
altera parte largitiones/ludorũ sumptus & ingens erga rem p. magnificentia
qua maiorũ suorũ gloriã superabat eloquẽtia/insuper rei militaris disciplina genus
forma/aliaq; permulta quibus Alcibiadẽ mirifice natura instruxerat/eã sibi gra-
tiam apud populũ uẽdicabãt: ut multi impura illius facinora & liberũ uiuendi
modũ ęquo aĩo tolerarẽt/hęc nõ flagitia/sed adolescẽtię ludos atq; feruẽtis ętatis
lãsciuiã nũcupãtes: ueluti ea quę de pictore Agatharco & Taurea illo aduerse
Chorę prĩcipe referũtur/quorũ alterũ Alcibiades ui domi detẽtum donec suas
pingeret ędes: postea cũ donis dimisit. Alterũ uero cũ in chorea illũ superasset
uictoria lęticiaq; elatus pugno percussit. Illud aũt permultos offẽdit ꝙ Atheniẽ-
sibus de interficiendis meliis qui capti in prelio fuerant cõsultãtibus pręter opi-
nionẽ omnium Alcibiades censuit ut de illis suppliciũ sumeretur. Sed hos Al-
cibiadis mores & impurã uiuendi rationẽ imperiti homines modestis nomini-
bus excusantes equius fortasse ꝗ decuit tolerabant. Prudentes uero ac insignes
nobilitate uiri & incõtinentiã eius iniquo ferebãt aĩo & insuetã libere ciuitati au-
daciam ueluti spetiem quãdam tyrannidis perhorrebãt: Vnde illud Archistrati
memorię proditũ est duos inquit Alcibiades quasi unũ designãs tyrãnũ neq;
Attica neq; grętia tulit: & Timõ ille quẽ antiqui scriptores ob naturę asperitatẽ in-
huãnũ ac inhospitalẽ appellãt Alcibiadi aliquãdo a cõtione redeũti obuiã factus
Macte inquit uirtute adolescens auctoritatem tuã potẽtiã auge: magnam enim
huic rei p. pernitiem augebis. Hęc Timonis uerba quibusdã ueluti insania de-
ridẽtibus prudẽtes uiros qui audacissimi adoloscẽtis & ingeniũ & animũ for-
midabãt perturbarũt. Sic igitur ob naturę uarietatẽ alia atq; alia de Alcibiade
habebatur opinio: uerũ cum Atheniẽses uiuẽte adhuc Pericle magis etiã post
eius interitũ amplificãdum imperii cupidi de subigenda Sicilia rogitarent pri-
mũ ex alienis discordiis ut plerũq; fit occasionẽ nacti/defensionẽ eorũ suscipiẽdã
putauit: qui Siracusanorũ uĩ tolerare nõ poterãt. Itaq; pedetẽtim missis ãtea auxi-
liis amicitia deinde ac societate cũ illis inita eum iam aditum sibi in Sicilia pa-
tefecerant ut appareret populum atheniensem fundamẽta maioris militię iacere
maiusq; moliri in animo bellũ. Hanc populi cupiditatem Alcibiades suę quoq;
libidini & ambitioni congruentem quo ad per eum fieri poterat accendebat:

rationibus multis ostẽdens hãc expeditionẽ ingẽs imperiũ perpetuam gloriam
Atheniẽsiũ rei p. pariturã. Audẽdũ aliquãdo ulterius progredi/ nec pedetẽtim
ut antea/ sed totis uiribus agrediẽdã Siciliã esse. Ipse uero longe etiã maiora ꝙ
uerbis proferebat mẽte cõcipiens/ nõ Siliciam ut pleriqꝫ finẽ belli sed alterius ex/
peditionis iniciũ fore putabat: Iamqꝫ ea occupata prouĩcia carthaginẽ deinde ac
Libiam tũ italiam Pelopõnessũqꝫ aĩo destinabat. At Nicias lõge aliter senciens
magno conatu iis cõsiliis aduersabatur: huius expeditionis difficultatẽ Siracu/
sanorũ potẽtiam uicina bella in mediũ afferens. Sed equiori animo uerba Al/
cibiadis audiebãtur a cũcta pene ciuitate quę tãta huius belli cupiditate flagrabat
ut eam in manibus exploratã uictoriã habere uideretur. Sedebãt enim in thea/
tris ac palestris sermones uiri & alii iuuentutẽ ad hãc expeditionẽ multis adhor
tacõibus cõcitabãt Alii Sicilię formã sitũqꝫ cartaginis describebãt: alii narrabãt
exempla maiorũ: qui rebus pręclare ac magnifice gestis amplissimã gloriã suis
posteris reliquissẽt. Fuere tamẽ duo pręstãtes uiri Socrates philosophus & Methe
on astrologus qui longe a superiori sentẽtia alieni. Ille quidẽ solito fortasse demo
ne genioqꝫ admonitus. Hic uero aut ratione aut uaticinio quodã cõpulsus ci/
ues terrebãt/ mouebantqꝫ ut ab hoc tanꝙ funesto ac pernicioso abstinerẽt bello.
Quin etiã Metheonẽ dicũt sollicitum depericulo filii proficiscẽtis ad bellũ quasi
presagiẽtẽ calamitatẽ futurã quadã nocte domũ propriã cõbusisse: atqꝫ deinde
sua fortuna in cõtione deplorata/ sic populũ ad misericordiã cõmouisse ut pręter
cõsuetudinẽ filiũ suũ receperit beneficio populi ab omni militia ac expeditione
exemptũ. Cęterũ omniũ animis in bellũ Siracusanũ: conuersis Athenienses
nihil ultra differẽdũ rati duces milicię Niciã Alcibiadẽ/ ac Lamachũ elegerunt
Renuẽtẽ uero Niciã ac terguersãtẽ propter collegarũ societatẽ: populus Athe/
niẽsis publica auctoritate adhibita coegit ĩperiũ ut acciperet. Existimãs Lamachi
ac Alcibiadis ferocitatẽ cohiberi tarditate Nicię ac tẽperari modestia possẽt. La/
machus enĩ & si iã ad senectutẽ uergebat/ erat tamẽ in periculis adeũdis longe
audatior ꝙ ętas sua postulare uideretur. In medio deĩde apparatu belli tẽtantem
rursus Niciã hãc expeditiõem turbare Alcibiades cõtra enitẽs superauit: peruicit
qꝫ ut p. Atheniensis totius administrationẽ futuri belli ad duces quos nuper
elegerat magna cũ auctoritate deferret. Deinde post paucos dies satis iã oĩbus
cõparatis ad bellũ: cũ soluere a Pyreo pro suo arbitratu possẽt: noua repẽte reli/
gio ciuitatẽ inuasit nũtiãtibus cũctis festa Cereris quę appellãtur Adonia: eo
enĩ tempore celebrabãtur: multa fęda horrẽdaqꝫ portẽderet & matronas passim
per urbẽ similis cadaueribus quę ducũtur ad rogum imagines collocare: & ãte
sepulturas procũbere magno cũ gemitu eas imitãtes quę mortuorum celebrare
funera solẽt. Aditiebãt pręterea Mercurii statuas: quarum Athenis magna co/
pia erat ex oĩbus locis ciuitatis una nocte fuisse deiectas/ capitibusqꝫ perfractis
ad terram prostratas iacere. Perturbata igitur ciuitate atqꝫ in id solũ intẽta ut
auctores huius facinoris reperiret: incerti rumores famã uulgarũt: hoc Siracu/
sanorũ gratie fuisse a Chorinthiis perpetratũ qꝫ sperarẽt a pręsenti bello po. Athe
niensem aut retardare aliꝙ diu cura religionis iniecta aut auertere penitus posse
quibus nec assentiri Athenienses uidebãtur nec ulla ratione adduci ut crederent
Corĩtheorũ fraude uiolatos esse Mercurios: sed potius ex flagitiosorũ iuuenũ cor/
ruptela: qui consuessent coniuratione inita in ludis & conuiuiis conuenire hoc

impiũ facinus prodire arbitrbꝛãttur/& forte eos dies capti sunt aduenę ac serui nõnulli: qui corã senatu populoꝗ adducti huius facinoris culpã in Alcibiadem cõferebãt/asserẽtes eũ habere sodaliũ cetũ: qui domi cõgregarẽtur ueluti in scena histriones ad sacra cereris imitãda/& ea referenda misteria quę magna cũ reuerẽ-tia celebrari ab Atheniẽsibus solẽt. Addebãt pręterea eos inter se ceremoniaꝝ munera esse partitos Polytionẽ quẽdã esse eũ qui sacras tenebat tedas & Theo-dorũ pręconẽ uocitari & Alcibiadẽ ueluti sacrorũ antistitẽ reliquos sodales Ar-chana mistteiaꝗ docere. Hęc sũt quę pręcipue a Tthessalo accusatore ĩ Alcibiadẽ ueluti impiũ & execrãdũ hominẽ scripta esse comperimus. At uero Alcibiadis inimici hãc nocẽdi occasionẽ nacti cũ ubiꝗ & ueteres illius mores & ante actã uitã nõ cõtẽtã mediocritate ciuili ad fidẽ pręsentiũ criminũ retulissẽt sic populũ ad irã ac odiũ cõcitarũt: ut fautores illius nõ substinẽtes aduersariorũ uĩ primũ de omittẽda Alcibiadis causa cogitarẽt. Deinde cernẽtes nautas remiges oẽs deniꝗ milites tũ domesticos: tũ peregrinos aduersus Alcibiadis ĩimicos palã manifesteꝗ insurgere: aĩm rursus quẽ prope abiecerẽt receperunt: oẽs enĩ auxi-liares sed pręcipue milites Argiui & mille pedites mãtinẽtes se ad hãc militiã ue-nisse dicebant Alcibiadẽ terra mariꝗ aut nullũ aliũ ducẽ sequreetur. Hęc cũ uidẽ-rẽt Alcibiadis aduersarii ueriti ne multitudo in expectatiõe belli erecta/horũ uoci-bus quorũ opera nisi bello posthabito carere nõ poterãt ad tollẽdũ iudiciũ flecte-retur nouis cõsiliis uirũ aggrediũtur. Instruunt oratores nonnllus qui & si ad-uersus Alcibiadẽ occultas inimicitias exercerẽt/nõ tamẽ mĩori odio q̃ aperti in-imici eũ habebãt. Ii populũ adeũtes ueluti ciues quibus curę esset rei p. salus militis uerbis ostẽdũt q̃ĩdignũ atheniẽsiũ prudẽtia sit/simul & classẽ ingẽtẽ parere & multtudinẽ pene ĩmensã cũ ex urbanis tũ ex sociorũ copiis collectã ad bellũ armare grauissimũ fortasse omniũ quę unq̃ ea res p. gesserit: & eodẽ tẽpore tãti exercitus ducẽ reũ cõstitui: iuditio distineri/ac populũ atheniẽsẽ: qui aĩo Europã Africãꝗ cõcipiat: in audiẽdis accusatiõibus frustra tẽpus terere: nauigandum igitur esse/quod bene ac fęliciter eueniat & in aliud tẽpus iuditiũ differẽdũ. Con-fecto enĩ bello cũ Alcibiades perociũ adesse sue causę poterit/iudiciũ cõstituãt rem causã ꝗcognoscãt & opportũo rei p. tẽpore secũdũ leges sentẽtiã ferant nõ latuerũt ĩgeniũ Alcibiadis he insidie quas inimici sub amoris spetie apud imperitã mul-titudinẽ in suũ caput machinabãtur. Itaꝗ pręcibus querelis oĩ deniꝗ cõtenti-onis genere eniti ad populũ cepit: ut de hac accusatiõe ante profectionẽ suã de-cernetur: indignũ esse clamitãs subreditũ suũ integrã causã reseruare & in mag-nã expeditionẽ ducẽ mittere: quẽ oẽs gręci accusatorũ criminibus obnoxiũ pu-tent/quã auctoritatẽ in exercitu habiturum eũ credãt quẽ milites ignorẽt an ut imperatorẽ an ut reũ sequãtur! Hanc igitur causã inimicorũ odio atꝗ inuidia ex-citatã/ante oĩa cognoscãt: ac si Alcibiadem ut inimici uolũt nocẽtẽ inuenerint sibi secundũ leges penas cõstituãt. Sin uero manifeste cognouerint se lõge ab hoc scelere esse alienũ: tũ in lucẽ proferãt innocẽtiã suã/ut fidẽti aĩo proficiscatur ad bellũ. Nõ enĩ decere poulũ atheniẽsẽ neꝗ rei p. expedire/neꝗ maxĩs rebus q̃s gerere tãtis conatibus parẽt/utile esse. Sic ducẽ atheniẽsem in expeditione acce-dere/ut magis domesticos hostes qui post tergũ reliquãtur q̃ externos qui aduer-sa fronte dimicaturi sint/formidãdos putet. Post lõgã cõtẽtionem re integra in aliud tẽpus reseruata: quia pręsenti bello moram allatura uidebatur: trium uiri

iubente senatu po. q; atheniensi classem conscendunt: nec multo postea tẽpus
idoneum ad traiciendum in Siciliam nacti dato profectionis signo: cum magna
spectãtiũ uoluptate a Pyreo soluũt ducẽtes secũ supra cẽtum & .xl. triremes cẽ-
tum & quinq; milia peditũ/tũ sagittarios ac fũditores mille & tricẽtos tormẽtorũ
pręterea ac machinarũ expugnãdis urbibus copiã ingentẽ. Secũdo uento ad Ita-
liã delati regiũ quod ex propĩquo Siciliã spectat primo aduẽtu occuparũt. Dein
de cõsultãtibus inter se de administratione ĩminẽtis belli: Alcibiades suadẽte
Lamacho repugnãte uero Nicia ingẽti celeritate in Siciliã traiecit ac nulla inter-
posita mora Cathinã id est oppidũ nõ ad modũ lõge a Siracusis sitũ prius occu-
pauit q̃ oppidani aut suis presidiis urbẽ tueri aut accersire aliũde subsidia possent
Hoc ĩitio prospere fęliciterq; secuto iã ad reliqua peragẽda milites Alcibiades sese
parabãt existimãtes oĩa quecũq; forẽt/illo nõ alio duce superare & cõsequi posset
cũ tristi nũtio allatũ est: eũ Athenas ad iuditiũ reuocari. Nam post discessũ illius
maiori parte ut plerũq; fit meliorẽ uincente inimici oĩ cõtentione adhibita po-
pulũ concitarũt ad eã conspirationẽ prius inueniẽdam deinde extirpãdã quam
auctore principeq; Alcibiade factã esse dicebat. Itaq; ceptũ est de cõiuratis q̃ in
simulabãtur modice primũ agitari: deinde crescẽte odio atq; inuidia tãta extẽ-
plo rabies ciuitatẽ inuasit: ut in quoscũq; amicos ac sodales Alcibiadis sine ullo
discrimine seuitũ sit. Nulla eñi seruata iudicii forma/alii necabãtur alii trudebã-
tur in carcerẽ nec quisq̃ erat tã innocens: qui si tenuẽ suspitionẽ huius criminis
incidisset furẽtis populi manus posset effugere. Eos uero qui primũ hãc culpam
in Alcibiadẽ cõtulerũt: nõ Thucidides qui huius facinoris in historia meminit
sed Phrinicus comicus aliiq;/nõnulli Dioclidẽ ac Teucrũ fuisse testãtur ut ex Phri
nici scriptis intelligi licet. Te inquit amicissime Mercuri integrũ atq; incolumẽ
serua: ne si cecideris & amico infamie sis & dioclidi prebeas facultatẽ nocendi.
Cauebo inquit ne Teucer aduena possit abesse colono: sed iã satis cõpertũ habe-
mus neminẽ fuisse inter eos qui Alcibiadẽ oppugnabãt/sic sibi ipsi cõstantem
ut aliquit unq̃ stabile aduersus eum firmũq; protulerit. Quin Potius oĩa ficta
pro arbitrio crimina & cõmentitia uidebãtur. Rogatus quidã accusatorũ quo-
nam pacto eũ: qui Mercurii statuã percusserat cõspexisset? respondit se benefi-
cio lune percussoris uultũ sacrilegiq; nouisse. Verum cũ prima noctis redeũtis
lune qua tenebre uigere pręcipue solẽt id facinus perpetratũ esse constaret: satis
perceptũ fuit a prudẽtissimis uiris eum & pugnãtia secum loqui: & maliuolẽtia
ad accusãdũ Alcibiadẽ nõ ueritate cõpelli: populus tamẽ sic Alcibiadi erat in-
festus/ut nõ argumẽta/nõ testes/non deniq; hominẽ ullũ/qui illius salutẽ ac in-
nocẽtiã tueretur audire ęquo aĩo posset: accusatores econtra atq; eorum crimina
in absentis perniciẽ fabricata & libẽter admitteret/& suis sententiis cõprobaret
Quibus rebus effectũ est: ut amici Alcibiadis leui etiã suspitione notati furẽtis
populi Rabiẽ metuẽtes/alii occultis in locis se abderẽt alii salutẽ adipiscerentur
fuga nõnulli priusq̃ opinabantur opressi incarcerẽ traderẽtur. Inter quos fuisse
aiũt Andocidem quendã uirum genere ac maiorũ gloria clarũ: cuius originẽ in
Vlixem auctorẽ Hellanicus historicus refert. Hunc populus atheniẽsis/quia ipse
econtra multitudinẽ aspernabatur: ut inimicum iã multo antea oderat. Creditũ
uero facile est eũ in hac causa esse nocentẽ: quia Mercurii statua quedã ampla
atq; magnifica domui sue propinqua cęteris disiectis atq; perfractis sola pene

intacta permanserat. Huic statue Andocidem ad euitandum suspitionem peperisse decebant. Vnde nomen deinde quod hodie quoque seruat sortita esse uidetur & a posterioribus titulo indicante Andocidis Mercurius uocitata. Huic igitur Andocidi iussu populi in carcerem truso timens quidam nobilitate impar prudentia uero audaciaque superior in eodem carcere constitutus persuasit: ut ipse una secum aliique nonnulli nocentes se esse confiterentur: Manifestanti enim se ipsum dicebat secundum legem impunitatem constitui. Itaque satius esse paucos optimos ac prestantes uiros quibus precipue formidandum erat mentiendo saluti sue consulere: quam cum plerisque hominibus sordidis per inuidiam fede turpiterque necari. Hoc suadente timeo cum assentiretur Andocides in medium prodiens confessione sua: ipse aliique nonnulli a populo liberantur. Fuerunt autem ab eo & proprii serui ut maiorem fidem suis uerbis acquireret & plerique alii socii facinoris nominati de quibus omnibus preter eos qui fugam arripuere: sumptum supplicium est. Post hec populus Atheniensis in Alcibiadem ira ac indignatione conuersa quosdam elegit: qui una trireme salaminam primo dein de Siciliam peterent: Alcibiadem conuenirent modeste alloquerentur multis tis rationibus suadentes ut ad dissoluendum iudicium & diluenda crimina que sibi inferebantur Athenas rediret. Metuebant enim quod erat magnopere formidandum ne si uis ei afferretur: homo ferox ac turbulentus aliquam seditionem in exercitu concitare. Idque si temptare Alcibiades uoluisset facile in hostili terra potuisset efficere. Nam sua sponte milites postquam perceperunt populi Atheniensis edictum passim per exercitum fremebant clamabantque neminem esse Atheniensium preter unum Alcibiadem: cuius ductu auspitioque bellum Siracusanum confici posset: eo abeunte finiendam miliciam esse/nec ulterius in ea prouincia tempus esse terendum. Cernebant enim Lamachum uirum impigrum & in rebus gerendis ferocem prohiberi auctoritate Nicie quo minus sua audacia uteretur: Nicie uero in bello gerendo tarditatem quandam esse innatam: quam solus Alcibiades potuisset sua uirtute atque ingenio excitare. Discedens igitur Alcibiades ira indignatione accensus Messanam primum que certam defectionem parauerat ex manibus Atheniensium abstulit clam Siracusanis rem omnem aperiens ac detegens eos: qui tradere urbem populo Atheniensi decreuerant. Deinde cum in Thurios peruenisset deceptis custodibus e trireme: qua Athenas ducebantur: repente prosiliit ac celeriter se e prospectu nautarum eripiens: cum certo in loco delituisset: facile persequentium manus effugit. At uero post hec roganti cuidam num patriam suspectam haberet respondisse aiunt: se patrie plurimum credere: uite autem discrimen ne matri quidem sue committendum putare. Fieri enim ignorantia posse ut nigrum pro albo ferat lapillum. Nec multo postea cum percepisset se una uoce a populo Atheniensi morte damnatum: at ego inquit ostendam illis Alcibiadem uiuere. Accusationem uero sic se habuisse aiunt. Thessalus Cimonis Alcibiadem Clinie in iudicium uocat: quoniam contra ius fasque Cererem uiolauit cum in propria domo sodalium cetum haberet: quorum alii preconis tedarumque ministri: alii discipulorum officio fungerentur. Ipse ueluti sacrorum antistes Archana misteriaque doceret: atque hec omnia faceret contra edicta & leges. Que olim fuerunt ab Eumolpidis & Eleusine sacerdotibus constitute

Athenieẽses igitur publicatis Alcibiadis bonis, eoq; absente dãnato: ne aliquid
quod aduersus illũ fieri posset in tactũ relinquerent, decreuerunt ut oẽs ministri
ministręq; sacroꝝ Alcibiadẽ ueluti impiũ ac nefandũ hominẽ execrarẽtur, eaꝝ
unã decreto populi imperioq; neglecto dixisse aiunt supplicationũ ad se nõ exe-
crationũ officia pertinere. Inter hęc Alcibiades ex thuriis in Pelopõnessum pro
fectus se Argos cõtulerat, atq; inde cũ a patria suisq; inimicis oĩa mala expe ctã-
da esse arbitraretur, fortunã temptandam ratus ad Lacedemonios miserat: qui
dicerent, si publica prestita fide sibi ad eundi Spartã potestatẽ fecerint, allaturum
se multa quę ad cõmunẽ utilitatẽ magnopere pertinerent. Facta potestate Alcibi
ades & si antea Lacedemoniis uehemẽter fuisset infestus: tamen mutata fortuna
reꝝ comiter hospitaliterq; susceptus primũ eos de bello Syracusano cõsultantes
multis rationibus cõpulit, ut Gilippũ ducẽ ad ferendã Syracusanis opẽ contra
Atheniensiũ exercitũ mitterent. Deinde ut illinc aduersus Athenieẽses propin-
quũ mouerent bellũ. Postremo ut Deceliam urbẽ: quo nihil perniciosius afferri
Atheniensibus potuit: męnibus circũdarẽt: presidiisq; munirẽt. His atq; aliis
permultis breui tempore factũ est, ut Lacedemonii nõ modo in publicis rebus
sed in iis etiam quę ad priuatũ uiuẽdi usum pertinerẽt Alcibiadis ingeniũ ad-
mirarẽtur. Nã cũ uiderent ipsum ad tondendã usq; ad cutẽ barbã more Laco-
nico tonsores adhibere: & frigidis balneis uti & duro pane nigroq; iure uesci:
uix adduci poterãt ut crederẽt eũ esse uirũ: quẽ acceperãt in omni delitiarũ ge-
nere fuisse uersatũ. Sed tãta inerat Alcibiadi comitas atq; ad omnia naturalis
ingenii dexteritas ut facile diuersis contrariisq; hominũ moribus quod alii se as-
sequi posse diffidunt: suum uiuẽdi modũ accomodare uideretur: ceu Cameleon
quidã quẽ aiunt albedine tantũ excepta oẽs colores suscipiendos aptũ esse natu-
ra. Erat enim in Lacedemonia homo grauis seuerus & quod apud Spartiatas
plurimi fit pugnator ęgregius. In Ionia ĩers mollis ac multis uoluptatibus dedi
tus. In thratia quoq; nũc potãdo nũc equitãdo incredibili arte barbarorũ mo-
res imitabatur. Cum Tisapherne uero satrape diu uersatus adeo fastu pompaq;
& ornatu omniũ reꝝ cũctos alios excedebat: ut Persicã magnificentiã qua illi
plurimũ ualent suis deliciis superaret. Hęc cũ ageret Alcibiades non mores in
alios mores aut naturã in alterã uertebat naturã sed interioribus cupiditatibus
tectis semper ad eorũ consuetudinẽ: quibus cũ uersabatur suũ accomodabat in-
geniũ. Itaq; siquis ex eo uiuẽdi modo: quẽ ille apud Lacedemonios prę se fere-
bat metiri hominẽ uoluisset nõ filiũ Achillis ut ille poeta inquit: sed uirũ Spar
tiatã sub disciplina Lycurgi a primis incunabilis ĩstitutũ Alcibiadẽ esse dixisset.
At uero ex altera parte si idẽ potuisset occultũ illius ingeniũ abditãq; naturã di
ligẽtius intueri: eã profecto sententiã protulisset: quã de elena in funere matris
nimiũ suis pepercerat comis ille poeta tulit. Mulier est inquit quę semper fuit
pristinũ ingeniũ seruãs pristinãq; naturã. Post hęc cũ agis Lacedemoniorũ rex
in expeditionẽ esset profectus: Ferũt timeã illius cõiugẽ adulationibus Alcibi-
adis blãdiciisq; pellectã primũ familiariter secũ fuisse uersatã. Deĩde impudẽtia
simul cũ amore crescente: eo temeritatis atq; insanie processisse: ut cũ infantem
peperisset ipsum & si foris Leotichidẽ domi tamẽ pręsentibus ãcillis Alcibiadẽ
uocitaret: atq; eius filiũ esse fateretur: Alcibiadẽ quoq; ioco dixisse aiũt: nõ a se
quęsitã familiaritatem Timeę; quo aut contumelia quẽq̃ afficeret: aut uoluptate

frueretur: sed ut liberos qui deinde Lacedemonioꝝ reges futuri essent: procre-
aret. Hęc cũ multorũ sermoĩbus deferrẽtur ad Agidẽ, tradũt hominẽ nõ tã accu
satorũ criminibus qui suspitionẽ de Alcibiade faciebãt, q̃ tẽpore esse adductum:
ut uiolatã uxoris pudicitiã crederet. Nã ãtea rex ingẽti terremotu perculsus reli-
cta in urbe cõiuge decẽ cõtinuos abfuerat mẽses. Post hoc tẽpus natũ Leotichi-
dem suũ filiũ esse negauit, ex quo aiũt illũ ueluti a regio sãguine alienũ successiõe
regni a posterioribus fuisse exclusũ. Verũ inter hęc cũ Atheniẽses re male gesta
ĩgẽtem cladẽ in Sycilia recepissent extemplo Chii lesbii Ciziceni ad spẽ nouarũ
rerũ erecti uno eodẽq; tẽpore Sparthã miserũt qui dicerẽt se defectionẽ a popu-
lo Atheniẽsi facturos: si Lacedemoniorũ pręsidiis fulciãtur. Lacedemonii uero
his libenter auditis primũ una uoce in hãc sentẽtiam ferebãtur, ut censerẽt opti-
mũ esse boetios lesbiis Pharnabazũ Cizicenis auxiliũ ferre. Deĩde auctore Alci-
biade cõsilio permutato Chiis primũ totis uiribus subueniendũ rati classẽ parãt
eamq; magnis copiis refertã ad tutãdũ Chiũ proficisci iubẽt Alcibiades in hãc
expeditionẽ profectus nũc ęgregiã operã in bello nauãdo nũc Lacedemoniorũ
ducibus cõsulendo, tãto detrimẽto Atheniẽsibus fuit, ut pene totã Ioniã ad defe-
ctionẽ cõpulerit. Dũ hęc in Ionia gerũtur interĩ agis tũ ob inuidiã quę animum
eius urebat tũ ob uiolate uxoris iniuriã dies noctesq; nihil aliud agitare uideba-
tur, nisi ut ruina Alcibiadis odiũ suũ restĩgueret. Et iã Spartiate nobiliores qui
aliquã dignitatẽ in rep. obtinebãt eodẽ pacto ut Agis ĩuidere glorię illius ac re
bus prospere gestis inceperãt. Itaq; perniciẽ ei cõmuni consilio machinãtes ad
prefectos classis in Ioniã mittunt qui iussu regum Alcibiadẽ de medio tollant.
Sed callido ingenio uir cum allate iniurie & quãta inuidia gloriã sequeretur nõ
ĩmemor esset, semper Lacedemonioꝝ fidẽ suspectã habẽs in bello gerendo eoꝝ
mãdatis obtemperabat, uitã tamen aliaq; sibi cara neq; illoꝝ fidei neq; arbitrio
cõmittebat. Cęterũ cognitis iis quę sibi parabãtur insidiis, extẽplo ad Tisapher
nem Satrapẽ ueluti ad salutis sue patronũ cõfugiẽs barbarũ calliditate ingenii:
cuius ille erat supra modũ amator: sibi in primis cõciliauit. Nulla enĩ erat na-
tura tã aspera tã difficilis tã ad humanitate aliena quã Alcibiades nõ sibi beni-
uolã redderet. Itaq; Tisaphernes & si homo superbus esset atq; ĩmanis & supra
oẽs Persas gręcoꝝ generi inimicus: comitate tamẽ Alcibiadis sagacitateq; pel-
lectus sic eũ diligebat: ut nõ minus hominẽ colere q̃ ab eodẽ coli uideretur. Quĩ
etiã ortũ quẽdã omniũ suoꝝ pulcherrimũ, ĩ quo & fontes perhẽnes erãt & prata
salubria & umbracula regiis ornamẽtis instructa appellari Alcibiadẽ iussit. Hęc
cum ita essent: Alcibiades postea q̃ uidit se gratia apud Tisaphernem aucto-
ritateq; plurimũ posse: & amicitiã Lacedemoniorũ cũ ob priuatũ odium regis,
tũ ob cõmunẽ ciuitatis inuidiã in perpetuã maliuolẽtiã esse conuersam, suadere
barbaro cępit ne Lacedemonios tantis uiribus quantis antea iuuerat aduersus
Atheniẽses foueret, sed paulatĩ pecuniã sub ministrãdo discordiarũ materiã ale-
ret, bellũ quoad posset nutriret. Fore enĩ ut ambe resp. diuturnitate belli afflicte
supplices deinde ad regẽ suũ humilesq; cõfugiãt. Tisaphernes admirãs ingeniũ
ac prudẽtiã Alcibiadis sine ulla exceptione in bello gerẽdo eius cõsilia sequęba-
tur. Gręci aũt stupebãt ꝙ cũ esset Alcibiades tãta cũ ignominia pulsus Athe-
nis: industria tamẽ & calliditate ingenii eã auctoritatẽ apud, Exteras gẽtes asse-
cutus foret: ut non modo Atheniensibus sed etiã Lacedemoniis nõ mediocri

formidini esset. Athenis uero passim per urbē quęrebātur ciues: ꝙ fortē uirum
& ęgregiū ducē alieno reip. tēpore de ciuitate expulissent| odio magis atq; inui-
dia q̃ merito ullo perniciē ei machinati paulo post in ceruicē patrię rediturā: Nā
& si per id tempus in samo res Atheniensium nec prospere satis nec aduerse ad
modū essent: prefectis classis in id solū intētis ut recuperarēt nōnulla| quę pau-
lo ante defecerāt loca & alia quę defectionē factura uidebantur infide retinerēt:
tamē magna eos incesserat cura ꝙ crebris nūtiis rumoribusq; acceperant Tisa-
phernē centū quinq̃ginta triremes in Phenitia paratas habere: quę si aduersus
Athenas ut fama erat a barbaro mitterētur: iā actū iri delibertate credebāt. Al
cibiades Atheniensiū formidine cognita celeriter ad pręfectos misit in samū qui
dicerēt priuatis simultatibus se potiorē semper habuisse remp. Nūc cum seruare
eā possit paratū esse Tisaphernē: qui grauissimus hostis immineat: ab eorū cer-
uicibus remouere si ex altera parte optimates Athenis ut uiros fortes decet rēp.
capescentes imperite multitudinis potētiā deprimāt. Assentientibus cūctis no-
bilibus qui res Atheniensiū in samo regebāt|suasionibus consiliisq; Alcibiadis
unus tantū Phrynicus suspicatus id quod erat: Alcibiadē hęc oīa moliri nō tā ut
paucorū potentiā in urbe cōstituat: q̃ ut inter senatū & plebē contentionē indu-
cat|aduersari aliis cępit & huic cōsilio quacūq; ratione obuiā ire. Itaq; Astiochū
quē Tisaphernes suę classi prefecerat occulte monuit ut ab Alcibiadis dolis in-
sidiisq; caueret: sed duplicata utrinq; fallatia deceptus est proditor cū proditorē
deciperet. Timens enī Astiochus potentiā Alcibiadis quē sciebat gratia & au-
ctoritate apud Tisaphernē plurimū posse oīa quę sibi a Phrynico fuerant delata
homini patefecit Alcibiades his cognitis extemplo misit in samum monitū pręf-
fectos classis ut a Phrynici perfidia caueant. Opera enim illius oīa consilia quę
pro salute Athenarū agitentur perturbari atq; euerti. Hęc ubi relata sunt Athe-
niensiū ducibus adeo grauiter in Phrynicū exarserūt ut cōmuni cōsilio conspira
rent ad hominē ueluti hostē & proditorē patrię persequendū Phrynicus sibi ue-
hementer metuens anteq̃ opprimeretur aliorū insidiis experiri constituit an su-
periori fraudi noua fraude posset occurrere. Itaq; rursus ad Astiochū misit qui
primum apud eum quęrerētur|ꝙ ea oīa quę fidei suę cōmiserat contra ius fasq;
prodita Alcibiadi essent. Deinde operā suā magisq̃ unq̃ antea pollicerētur: se
etiā paratū esse dicētes in manibus suis si uelit classem atq; exercitū Atheniēsiū
tradere. Verū hęc quoq; fraus cū ab Astiocho relata Alcibiadi esset: euentū quē
Phrynicus aīo destinauerat habere nō potuit. Nā ubi Phrynicus iterū ab Asti-
ocho suas insidias detectas sensit: metuēs secundā Alcibiadis accusationē|cele-
riter ut preoccuparet Atheniēsiū animos duces conuenit: monetq; ut militē in
armis habeāt|sibi enī cōpertū esse hostes paulo post cū oībus copiis affuturos|eo
consilio ut Atheniensiū exercitū quē illi īparatū atq; inermē reperire confidunt
ingenti impetu agrediantur atq; si fieri possit euertāt sub idē prope tempus ad
eosdē duces litterę ab Alcibiade afferuntur: quę Phrynicū proditionis insimu-
labant monebantq; ut ab fallatia hoīs: qui tradere exercitū hostibus simul cum
classe parauerat: diligēter cauerēt. His litteris non crediderūt prefecti classis: ex-
istimātes ea cōmentitia esse crimina: & Alcibiade inperniciē Phrynici fabricata
Dicūt tamē cū paulo postea seruus quidā Phrynicū perhemisset: cēsuisse Athe-
nienses eū ob proditionem iure necatū: & interfectori ac sociis eius ueluti bene

meritis de rep. uiris pręmia detulisse. Post hęc amici Alcibiadis qui in Samo classem habebãt superiores facti extẽplo Tisandrũ Athenas mittũt/qui primo-res ciuitatis cõueniat/atq; eos doceat Tisapherñe Alcibiadis opera amicũ sibi ac sociũ fore: si illi populari statu deiecto reip. gubernationẽ susceperint. Verum Tisandri aduentu quadringenti uiri occupata rep. pręter expectationẽ eoꝝ qui uersabantur in samo segnius q̃ antea gerebant bellũ &: Alcibiadis rebus parũ fauebant: siue non audẽtes maiorẽ motũ in urbe conciere siue arbitrãtes se Lacedemonios qui paucorũ statum semper adiuuerãt magis pacatos habituros. Sic igitur se habentibus rebus urbana multitudo nõ nullorum supplitio conterrita qui fuerãt quadringẽtorũ iussu necati quietẽ actura uidebatur. Ii uero qui apud samũ ĩ exercitu erãt grauiter ferẽtes hęc quę gerebãtur Athenis: nulla ĩteriecta mora repetere cũ omni classe Pyreũ statuunt Alcibiade antea duce exercitus ap-pellato monitoq; ut oĩbus rebus omissis ad delẽdã paucorũ tyrannidẽ Athenas ueniret. Cęterũ Alcibiades & si eoꝝ beneficio dux fuisset tot nauiũ tantiq; exer-citus declaratus tamẽ nõ tã cupiditati illorũ q̃ saluti patrię cõsulendũ ratus pru-dentia sua a pernicioso incepto multitudinẽ reuocauit. Vnde aiũt consensu omi-um fuisse postea iudicatum consilio atq; opera Alcibiadis eo tempore ciuitatem seruatã. Nã si ut cõstituerãt classem Athenas & omnẽ exercitũ reduxissent: pri-mũ Hellespontũ insulas Ioniã deniq; omni pręsidio nudatã arbitrio hostiũ re-liquissent. Deĩde in urbẽ: quo nihil funestius euenire poterat: ciuile introdux-issent bellũ: hęc ne fierẽt Alcibiades prope solus prohibuisse uidetur/nõ modo simul totũ exercitũ leniendo: sed etiã unũquenq; militẽ seorsũ uocãdo rogãdoq; nedũ paucorũ potẽtiã delere student: eodẽ conatu ciuitatẽ euertãt. Trhasibulus quoq; quẽ aiunt inter oẽs Atheniẽses magnitudine uocis plurimũ ualuisse/una cũ Alcibiade clamãdo in crepãdoq; multitudinẽ leniebat. Nec multo postea Alcibiades Phenissas naues: quę a Persarũ rege in Lacedemoniorũ auxiliũ mitte-bantur calliditate sua cohibuit ne ulterius progrederẽtur Tisapherni suadens ut permitteret gręcos cũ gręcis dimicãtes sibi mutuo ĩternitionẽ parare. Nemini enĩ dubiũ esse quin Lacedemonii illius potẽtia fulti Atheniensiũ uires euertant Debellatis Atheniẽsibus Lacedemonios non solũ reliquis gręcis sed etiã Per-sarũ regi formidãdos fore: Tisaphernes iis rationibus persuasus prope aspẽdũ classem cõtinuit. Quod ubi Athenis nuntiatũ est/tantã repente gratiam apud multitudinẽ Alcibiadi cõparauit: ut eũ extemplo quadringentorũ statu deleto/in urbe recipiendũ censerent. Verũ Alcibiades ne uideretur misericordia quadã & beneficio plebis fuisse in patriã reuocatus: statuit reditũ suũ aliquãto differre ut si fieri possit maiori cũ gloria reuertatur. Itaq; paucis nauibus ex samo pro-fectus ingenti celeritate in Choũ traiecit. Ibi audiens mindarũ Spartiatã Athe-nienses cũ omni classe insectantẽ uersus Hellespontũ nauigare: extemplo decẽ & octo triremibus Lacedemoniorũ uestigia subsecutus cũ Abidũ prope uenis-set: offendit utrãq; classem uehemẽti certamine occupatã. Visus primũ Alcibia-des Lacedemoniis spẽ Atheniẽsibus formidinẽ attulit. Postea uero q̃ Atheniẽ-ses notũ cõspexere signũ in puppi pretorie nauis sublatũ/cõtinuo animũ/quẽ prope abiecerãt/receperũt. Redintegrato acrius prelio Alcibiades ea parte: q̃ Lacedemonii superiores uidebãtur: tanto impetu hostes inuadit: ut illi prius ferme q̃ pugna cõsereretur suis uiribus diffidentes fugam arriperent. Nam in

proximũ litus ubi Pharnabaçus cũ pedestribus consederat copiis rapti auerte/ rũt classem . Instabat a tergo Alcibiades nouissimũ queq; aggrediens nec prius a persequendo hoste discessum est : q̃ Athenieñses multis tũ uadis tũ sicco litore interceptis multis etiã ferro necatis integrã uictoriã reportarũt . Capte triginta hostiũ naues : & nõnullę : quas Athenieñses paulo ante amiserãt recuperatę : Tro/ pheum quoq; pro memoria huius uictorię cõstitutũ . His rebus prospere gestis Alcibiades nullam morã interponendã putauit quĩ ad Tisapherñe rediret secũ ferens ęgregia munera ac pręciosam suppellectilẽ ex hostiũ spoliis diligenter col/ lectã . Verũ cũ Lacedemonii ante consertã pugnã de Tisapherne cum Persarum rege questi magnopere essent quod magis consilio Alcibiadis q̃ mandatis suis obtemperãs hostiũ rebus faueret Tisaphernes ad hanc suspitionẽ purgandam | uenientem oportunę Alcibiadẽ capi extemplo iussit & in carcerẽ condi nihil mi nus eo tempore q̃ talẽ iniuriã expectãtem . Cęterũ post paucos dies Alcibiades occasionẽ nactus deceptis custodibus qui excubandi diligentiã remiserãt : fugã arripiens ad Claçomenios se cõtulit . Ibi ut Tisapherñe calumniis oneraret | pas/ sim uulgauit se eius beneficio esse dimissum . Profectus deinde in Atheniensium exercitũ : cũ cognouisset Pharnabaçũ ac Mindarũ cũ oĩbus copiis sub Cyçico cõsedisse : extemplo milites ad pręliũ accedens multis rationibus compulit : ut illi necessarium esse putarẽt | aut nauali aut terrestri pugna cũ hostibus decertare. Deficiente enim pecunia cõmeatu & oĩ copia necessariarũ rerũ | aut dimicare co/ gebãtur | aut cũ magno detrimẽto abire . Alcibiades igitur ĩ locũ quẽ Pręconeś/ sum appellant : cũ milite omni descẽdẽs iussit primum parua nauigia fortibus uiribus referta a magnis nauibus circũdari . Deinde pręfectos diligẽter curare ut hoc pacto instructa classe quãto maxime cũ silentio possent : aduersus hostes progrederentur . Et forte ingens imber grandine mixtus : quo nihil aptius ad fallendũ hostiũ prospectũ euenire poterat : oportunę cecidit : primũ Athenienses occupãte oĩa tempestate benegerẽde rei spẽ prope abiecerãt Deinde hortãte iubẽ/ teq; Alcibiade | ne tantã occasionẽ pręmitterẽt : recreati aĩo ire ad hostes pergũt nec multo postea mira serenitate coorta classem hostiũ ante portũ Cyçicenorũ cõ spiciunt : quę uidebatur soluentis ac abeuntis speciẽ pręse ferre . Veritus Alcibi/ ades ne hostes conspecta multitudine suarũ nauiũ milites in terrã exponerent | & cõtinenti applicarẽt classem : extemplo prefectos iussit a tergo sua uestigia pe/ detentim sequi : ita ut a suis postremis nauibus mediocri interuallo abessent . Ipse quadraginta triremibus celeriter ante oẽs progressus hostẽ ad pugnã elicit. Lacedemonii paucitate cõtẽpta fidenti aĩo pręliũ ineunt : nondũ alia conspecta classe aut strepitu nautico exaudito : postea uero q̃ alias atq; alias superueniẽtes conspexere naues tantus repente terror pauorq; oẽs occupauit | ut nõ modo pri/ mum ĩpetũ sed ne conspectũ quidẽ aduenientis classis sustinerẽt . Itaq; in prox/ imũ litus effusam arripuere fugã . Alcibiades centũ nauibus subsecutus copiis in terrã expositis magnã fugientiũ partẽ excepit . Mindarũ deinde ac pharna/ baçũ qui presto cũ copiis terrestribus aderãt auxiliũ suis laturi eodẽ impetu ag/ gressus fudit fugauitq; : nec prius uictorię modus impositus q̃ Mindarus for/ titer pugnans cecidit : & Pharnabaçus citato gradu fugam arripuit : Cyçico in potestate hostiũ derelicta | ingens enĩ hominũ copia & prelio cęsa : magna insu/ per capta : Nauiũ uero ne una quidẽ ex tãto numero euadere potuit : Athenieñses

hac tam ingenti uictoria parta non solum cõfirmasse in Hellesponto imperiũ ui/
debãtur : sed etiã ex altero mari Lacedemoniorũ uĩ ac potentiã depulisse : Statĩ
post hęc capta est epistola quędã Laconicis litteris scripta q̃ uicti paucis uerbis
calamitatẽ susceptã Ephoris nuntiabãt . Perdita sunt bona : Mindarus interiit
exuriunt qui superfuerunt uiri . Vos quid ulterius agendũ sit consulite : Post hęc
milites Alcibiadis sibi assumẽtes huius uictorię laudẽ societatẽ aliorũ militũ qui
Trhasylli regebantur imperio tolerare non poterant : Nã Athenieses nõ multo
antea eodẽ Thrasyllo duce apud Ephesum tã ingentẽ susceperant cladem : ut ab
Ephesiis sit eo in loco ubi cõfluxere tropheũ in eũ constitutũ . Hęc ex probabant
illis Alcibiadis milites uirtutẽ suam ac sui ducis prudentiã extollentes : eorum
ignauiã increpantes / asserentesq́ Alcibiadem nunq̃ fuisse pręlio superatũ : illos
uero ductu auspitioq́ Thrassylli sepius fusos fugatosq́ . Sic igitur ĩsolentia ho/
rum militũ eo usq́ processit / ut neq́ in acie neq́ in castris cõmunẽ cũ Thrassylli
exercitu gerere militiã uellent : cęterũ cũ Pharnabaçus reparato exercitu Aby/
denorũ fines esset ingressus : Alcibiades ad arcendũ populationibus hostẽ cum
Thrassyllo obuiã factus conserta pugna hominẽ in fugã uertit . Et cũ omni ex/
ercitu persecutus usq́ ad noctẽ fugiẽtiũ agmen ingenti edita cęde militẽ ĩ castra
reduxit : Ibi utriusq́ ducis milites q̃ cõmuni opera rẽ feliciter gesserãt inuicem
gratulantes summa letitia uictoriã celebrarunt / breuiq́ tanta cõcordia coaluerũt
oĩum animi ut pristine cõtentiones beniuolẽtiã peperisse uiderẽtur : Postero die
Alcibiades insigni erecto tropheo in regionẽ Pharnabaçi exercitũ ducit : ac la/
te depopulatus agros oĩ magna captiuorũ copiã & oĩs generis pręda ĩ castra
reuertitur / dimissis antea sine ullo pręcio cunctis quos cęperat sacerdotibus . Cũ
uero Calchidonii spem prodende urbis Alcibiadi attulissent : extemplo ille ad
eos profectus ut auctoribus defectionis animũ faceret ad expellẽdũ de ciuitate
Lacedemoniorũ pręsidiũ ; prope męnia cũ exercitu constitit . Certior deinde fa/
ctus Calchidonios quęcũq́ prętio digna haberẽt sub aduentũ suũ ad Bitinios
detulisse parte copiarũ ad obsidẽdã urbẽ relicta / ipse in fine Bithiniorũ reliquũ
exercttũ ducit : premisso antea caduciatore ; ut nisi omnia quę Achalchidoniis
habuere : ad se detulerint : infestũ agmẽ in suo agro expectent . Metu conterriti
Bithinii extemplo paruerunt mãdatis : amicitia plus cũ Alcibiade ac societate
inita paulo post Alcibiades ad oppugnãdã Calchidonẽ reuersus cũ ex ea parte
qua mari abluitur agrederetur urbẽ : interĩ Pharnabaçus ut obsidionẽ solueret
cũ exercitu uenit : statimq́ cum Hyppocrate urbis pręfecto suis copiis iunctis
pugnandi potestatẽ fecit nec Alcibiade detrectãte certamẽ ad pugnã deuenere :
Certatũ aliquãdiu ancipiti pręlio demũ superato Hyppocrate cũ Pharnabaçus
impetũ hostiũ substinere nõ posset citato gradu fugã arripuit . Alcibiades post
hanc uictoriã prefectis Atheniensiũ ad obsidionem relictis : ipse in Hellespontũ
traiecit : pecuniã qua maxime indigebant undiq́ coacturus . Accidit autem ut
per occasionem cui nũq̃ deerat Selybriã caperet . Nã auctores quidã Dedende
urbis cũ Alcibiade conuenere ut cũ media nocte ignem conspexisset / citatũ ag/
men ad portas duceret . Veriti deinde ne unus coniuratorũ : qui mentẽ ĩ cõtra/
riũ uerterat oĩa patefaceret : ante constitutũ tempus ignem extollũt Alcibiades
conspecto signo xxx. tantũ uiris assumptis nondũ enim exercitum armauerat :
q̃ta maxime celeritate potest / ad urbem contendit : iubens alios raptim sequi :

uiginti alii accesserant uiri : cum Alcibiades patefacta porta urbem ingreditur :
interī proditione detecta Selybriani obuiā denso agmine ueniebāt : parati omni
ratione confligere : ut hostē de ciuitate expellerēt . Hos ubi appropinquare Alci-
biades sensit cū pugnā īire tā paucis militibus temerariū esse cēseret : & pedē re-
ferre nimiū turpe uideretur : usq ad illā diē duci īuicto : extemplo nouo consilio
Selybrianos aggressus caduceatorem misit : qui tuba silētio facto suo nomīe eos
moneret : ne prius aduersus Athenienses arma hostilia ferant : q̄ animū cōsiliūq
Alcibiadis norint : Hoc mādato sic repressi sunt Selybrianoꝝ conatus : ac si oēs
Alcibiadis copię adfuissent in urbe : protracti deinde Alcibiadis opera utrinq
Sermones : quousq armatus exercitus ad urbē peruenit tū metu uictis Selybri
anis cum fidē Alcibiadis implorarēt : liberaliter data est pax : & Thracibus im
peratum qui frequentes in exercitu Alcibiadis erant / iam diu sua sponte huius
imperatoris signa secuti : ne urbē diriperent . Paucos dies ibi Alcibiades com-
moratos exacta pecunia presidioq imposito cū omnibus copiis Calchidonem
reuertitur . Hāc urbē interī Atheniensiū duces ad deditionē cōpulerāt ac federe
cū Pharnabaço inito conditiones dixerant pacis : ut Calchidoni certa pecunia
persoluta in potestate Atheniensium essent : Et omnis Pharnabaçi regio integra
ab iniuriis seruaretur : ac per eā Atheniensiū ligati quādocūq mitterētur ad regē
cōmeare libere possent Alcibiadis aduentu fide ultro citroq data iureiurādo fę-
dus confirmāt . Sic igitur cū Pharnabaço cōpositis rebus / cū Athenienses ex ea
parte magno belli onere leuati uiderētur / pręter expectationē percipiūt Biçātios
nouandarū rerū occasionē nactos defecisse . Quod ubi ad Alcibiadē perlatū est
extemplo ille nō ignarus quātū momēti ad res gerēdas in celeritate collocatum
foret : diu noctuq nō intermisso cursu ad recuperandū Biçantiū proficiscitur .
Primo aduentu oppidani celerius q̄ arbitrabātur oppressi / ut in re trepida fit pa-
uentes per urbē discurrūt / deinde alii alios hortātes cōstituūt inter se quo quisq
loco ciuitatē defenderet : Alcibiades econtra sic terra mariq Biçantiū obsidet / ut
nulli additus neq exitus essēt : qui nō firmiter suis pręsidiis tenerētur . Itaq bre
ui tēpore factū est ut oppidani debilitati cōmeatus īopia famē tollerare nō possēt
nec satis scirēt in tāta penuria rerū quid sibi agendū aut parandū foret . Erāt ea
tempestate Biçantii ciues duo Anaxilaus atq Lycurgus : qui magis cupiditatē
seruāde patrię q̄ spe ulla priuate utilitatis allecti : de Prodenda urbe : cū Alcibi-
ade conuenere : tali prius inito consilio . Ambo enī proficiscentes in forum tum
ad ea ciuitatis loca ubi aliqua ciuium frequētia erat passim uulgarūt se cōpertum
habere Alcibiadē ad cōprimendas populorum seditiones quę magni ponderis
essent in Ioniā reuocari . Res a multitudine facile credita quia eodē die Alcibia-
des uelis in altū datis ingenti celeritate uersus Ioniā nauigauit . Sequenti nocte
q̄to maxime cū silentio potuit ad occupandā urbem reuersus / cū iam cōposita oīa
ad proditionē essent : ipse cū parte copiarū in terrā descendit / Ex altera parte prę-
fecti classis : ita enī cōuenerāt portū ingressi magno clamore urbē inuadūt / simul
enī & Oppidanis metū / & auctoribus Dedēde urbis ad recipiēdū Alcibiadē aī-
mū faciebāt . Primo tumultu Biçantii & externi milites Peloponessiati Boetii ac
Megarenses facto agmine ad portū occurrūt : & hostes iā descendentes in terrā
ingenti impetu in naues cōpellunt : Iāq sperabant defendi Biçantiū posse / non
satis gnari eoꝝ quę gerebantur a tergo cū nuntiatū est Alcibiadem cum armato

exercitu urbē ingressum : Extemplo multitudo omnis relicto portu in ciuitatem regreditur ad arcendū hostē : & opē siquā posset iā prope capte urbi ferendam : Primo cōgressu Atrox cōmittitur prẹliū : Alcibiade dextrum Theramene sinistrū regente cornu : stetitq; aliquādiu Oppidanorū immota acies . Tandē urgēte uehementius Alcibiade hostes in fugā uertūtur . Alcibiades urbe uictoriaq; potitus curā adhibuit : ut oēs Biçantii a cede ac eorū bona a direptione militū seruentur . Sic enī antea cū Anaxilao Lycurgoq; conuenerat . Quod quidā ad diluendū proditionis crimē ipsis deinde non parū profuisse uidetur . Nā cū ii post hanc deditionē Lacedemonem profecti in iudiciū uocarentur : Anaxilaū dixisse aiunt nullū turpe facinus a se perpetratū : Etenī cū Biçantius inquit non Lacedemonius essem : & patriā meā nō Sparthā terra mariq; obsessam uiderē : Cerneremq; prẹterea omni frumēto quod reperiebatur in urbe a Boetiis Peloponessiacisq; consumpto, reliquā multitudinem fame perire : succurrēdū Biçantiorum filiis duxi . Itaq; non hostibus ciuitatē prodidi sed ab hostiū cede incendio ac oībus malis : quẹ uicti a uictoribus perpeti solēt patriā liberaui optimatū Lacedemoniorū secutus exemplū : quibus semper maxime cure fuit : quacunq; ratione ciuitatē seruare : His auditis Lacedemonii Anaxilaū atq; Lycurgū oī suplicio absolutos dimisere : Cẹterū Alcibiades tot rebus terra mariq; fẹliciter gestis : cū iā reuisendẹ patriẹ in credibili cupiditate, traheretur : nihil ultra differēdū ratus classem conscendit : multis hostiū spoliis ac oī armorū genere exornatā . Nā prẹter īgētē captiuorū copiā supra ducenta nauiū rostra q̄ partī a se capte partī delerẹ prẹlio fuerāt : secū habuisse Alcibiadē tradūt Verū duris samius qui originē suā ī Alcibiadē refert Calippidē quoq; histrionē fuisse ī naui illius scribit, ense hasta cẹterisq; armis quibus uti incertaminibus solent perẹgregiẹ instructū : & Chrisogonū quendā modulatorē qui tanta arte remigū manus dirigebat : ut cum illi remorum pulsu cū Chrisogoni cantu cōiūgerēt : iocundā audientibus redderent armoniā . Addit etiā prẹtoriā nauī : qua Alcidiades uehebatur, ueluti ex bachanalibus redeuntē cū purpureis uelis portū ingressam . Hẹc ego affirmare non ausim : cum neq; Theopompus neq; Ephorus neque Xenophon : qui grauissimi auctores fuere . harū rerū quicquā meminerīt . Prẹterea nec tēpus illud postulare uidebatur : ut Alcibiades ab exilio ueniens Pyreū cū tāta pompa ingrederetur : & Atheniensiū inuidiā concitaret : quā ille etiā in tā secūda prosperaq; fortuna magnopere suspectā habebat . Nā cū portū intrasset nō prius in terram descendere uoluit q̄ sedens in puppi Euryptolemum nepotem & familiares per multos conspexit hortātes, ut fidenti animo in urbē ueniret . Inter hẹc multitudo omnis obuiā effusa studio uisendi Alcibiadē, post tot uictorias partas certatī extra ciuitatē exierat, tū ex tāto interuallo primū conspectus ora omniū in se oculosq; conuertit . Itaq; ipsum uenientem cẹteris prẹfectis omissis alii salutabāt, alii osculabantur : alii ei deferebāt coronas . Senes qui appropinquare nō poterāt, procul aspicientes uirū iunioribus ostendebāt . Erant etiā qui prẹsentē felicitatē cū prẹteritis calamitatibus conferentes prẹ nimio gaudio lacrimas tenere non possent : multi quoq; reperiebātur : qui cū sermonibus suis res ante actas repeterent : palā faterētur ī digno iniuriā a populo factā, magnoq; id dāno fuisse dicerēt, q; Syracusano bello nec opera nec consilio talis uiri usa resp. esset, quid enī Alcibiades sua uirtute potuisset efficere manifeste ex illius gestis posse deprẹhēdi

qui cũ Atheniẽſiũ rẽp. ſpoliatã imperio maris | terra uero uix ſuburbana tenẽtẽ
inuenerit extemplo cũ magna hoſtiũ clade non modo in priſtinã potẽtiã reuo/
cauerit : ſed etiã gloria ac magnitudine rerũ geſtarũ clarã florentẽq́ reddiderit .
Sic igitur Alcibiades frequẽti multitudine cõſtipatus media urbe in forũ perue
nit . Ibi aduocata contione leniter primũ de exilio queſtus | omniũ calamitatum
quas fuerat ante perpeſſus in ſuam malã fortunã malũq́ fatũ cõtulit culpã . De
inde cũ expoſuiſſet quo ſtatu res hoſtiũ eſſent ; ita de bello quod gerendum erat
magno elatoq́ aĩo diſſeruit : ut Athenienſes cum ingenti aſſenſu uniuerſe conti/
onis pręſentẽ terra mariq́ ducẽ exercitus declararent decernerẽtq́ : ut omnibus
ſibi reſtitutis bonis | dirę execrationes in ſuũ caput iuſſu populi facte ab Eumol/
pydis & pręconibus reuocarentur . Sed in cõmuni leticia ciuitatis fuere nõnulli
religioſi uiri : quos nõ tam reditus Alcibiadis | ꝗ̃ tẽpus reuerſionis offendit : nã
eo die quo ille portũ intrauit feſta deę quę coli Athenis magna cũ religiõe ſolẽt |
celebrabãtur . Templi enĩ ornamẽtũ omne deponũt | pauimẽta tegũt : & tali die
ab omni opere uacãdũ cenſent . Cęterũ Alcibiades cũctis ex ſententia ſuccedẽ/
tibus rebus | triremibus cẽtũ cõparatis ad bellũ paulo poſt nauigare decreuerat
cũ repente occaſio quędã honeſte glorię conſequendę ſibi oblata aliquãdiu retar
dauit profectionis conſiliũ . Nã ex eo tempore quo Decelia urbs męnibus fue/
rat a Lacedemoniis circundata ; ſic deinde trãſitus in Eleuſinã pręſidiis hoſtiũ
tenebãtur : ut Atheniẽſes ad celebranda miſteria ſine ornatu aut ceremonia ulla
pompã mari deferendã curarẽt . Etenim ſacrificia chorei aliaq́ permulta : quę
fieri terreſtri itinere ſolita erãt : omittebãtur . Alcibiades rem quę ad deorũ cultũ
& gloriã hominũ magnopere pertineret aggrediendã ratus | ſtatuit per medios
hoſtes pompã perducere . Cernebat enĩ aut ocioſe tranſeũdũ eſſe . Si agis Lace/
demoniorũ rex certamen detrectaret | aut ſacrã pugnã & acceptã deę in cõſpectu
patrię cõſeruãdã : in qua eſſet oĩs ciues uirtutis ſuę teſtes habiturus . Primũ igi
tur cũ Eumolpidas & pręcones cõſilii ſui conſcios feciſſet : quoſdã ſpeculatores
inuerticibus montiũ qua proficiſcendũ erat collocauit | quoſdã etiã ſacrũ agmen
ad oẽs aditus exituſq́ explorandos pręcedere iuſſit . Ipſe deinde ſacerdotes mi/
niſtroſq́ ſacrorũ armatis copiis ſeptos ducere cũ ſilentio cępit : Spectaculũ ęgre
giũ & deo dignũ pompa illa ac multitudo partim armis parti ſolennibus orna/
mẽtis inſtructa pręſe ferebat . Cũ uero hoſtiũ nemo obuiã eſſet progreſſus Al/
cibiades ſacrificiis & iis omnibus quę ad celebranda miſteria pertinebant rite
peractis ſacrũ agmen incolume reduxit in urbẽ . Hęc res proſpere fęliciterq́ ſe/
cuta Alcibiadẽ in tantã elationẽ ac ſuperbiã extulit ut iã ille palã iactaret hunc
exercitũ qui tãdiu ſuo auſpitio militauerat ſe duce inſuperabilẽ eſſe . Erant aũt
ea tempeſtate Athenis multi egeni & calamitoſi homines : qui rerũ nouarũ cu/
pidi Alcibiadẽ hortarentur : ut decretis legibuſq́ ſublatis remp. occuparet | ſuo
arbitrato ciuitatẽ regeret nec inimicorũ inuidiã quã multo ante ſua gloria uice/
rat formidaret : Ipſe uero : & ſi hanc multitudinẽ incredibili ſtudio ad ſe cõfluẽ/
tem quacũq́ ratione foueret : atq́ iis oĩbus quorũ opes in ciuitate inſignes erãt
occupãdę libertatis ſuſpitionẽ iniceret . Tamẽ quã mẽtẽ erga tyrannidẽ habue/
rit | nõ ſatis cõpertũ habemus . Illud autẽ nõ ignorare uidemur eo tempore prĩ/
cipes ciuitatis ambitionem uiri ac audaciã formidantes oĩ ſtudio contendiſſe ut
ille collegis ĩ imperio quos uellet acceptis ꝗ̃ primũ urbem excedẽs cũ omnibus

copiis proficisceretur ad bellū. Hęc cū esset Alcibiades idoneū nauigādi tēpestatē nactus cū C. nauiū classe a Pyreo soluens cōtinuato cursu Andrū petiit. Ibi fugato Lacedemoiorū pręsidio. Cū urbē quę expugnari posse uidebatur nō cępisset inimici Athenis criminādi materiam nacti, huic sua spōte Alcibiadē pepercisse dicebant. Res ab Atheniensibus facile credita: quia tāta de calliditate illius habebatur opinio: ut oīa ab eo minus prosperę gesta nō fortunę, sed culpe potius tribuenda putarēt. Itaqꝫ cū ante ipsius discessum sibi in animū induxissent Alcibiadē primo aduentu alteram saltē Ioniā occupaturū. Vbi audiebant segnius cuncta succedere, grauiter indignantes aduersus uirū: huius tarditatis culpā in perfidiā hoīs cōferebant, nō satis memores in quātis difficultatibus Alcibiades uersaretur, pręsertim ob pecuniarū īopiā qua interdū cogebatur relicta classe cū paucis triremibus pręddatū exire: ut exercitū alere & suppeditare militibus stipēdia posset. Hostes uero non solū domesticis opibus fulti, sed etiā a Persarū rege cōmeatu pecuniaqꝫ adiuti maiori facilitate gerebāt bellū. Harū rerū Atheniēses obliti sic absenti Alcibiadi succensebant: ut pristinā maliuolentiā renouare uiderētur. Et forte per id tēpus prope Ephesum suscepta clades, inimicis illius animū fecit ad impellēdā multitudinē: ut Alcibiadi erepto imperio ducē exercitus cōmutaret. Nā cū Lysander Lacedemonię classis pręfectus ex pecunia: quā a Cyro susceperat abunde suis militibus stipendia persoluisset: Alcibiades quoqꝫ stipendariis suis quacūqꝫ ratione succurrēdū ratus ad pecuniā colligendā cum paucis nauibus ī Cariā proficiscitur. Relictus est autē pręfectus classis Antiochus quidā uir in re maritima ac in nauticis ministeriis uehemēter peritus: Sed disciplinę militaris penitus expers. Hunc in discessu suo magnopere monuisse Alcibiades dicitur ne absente se manus cū hoste consereret. Is uero paulo post pręcepto illius consilioqꝫ neglecto: cū duabus triremibus Ephesum nauigauit, Ibi Lysandrū qui in eo portu constiterat nunc audatiā suā iactando, nūc Lacedemoniorū ignauiā increpādo pręlio lacessebat: Lysander primū cū paucis triremibus: Deinde cū omni classe obuiā factus: cū abeuntē Antiochū sequęretur reliquas Atheniensiū naues offendit properātes fugiāti Antiocho auxiliū ferre, primo congressu facta utrinqꝫ potestate pugnandi ad pręliū deuenere. Certatum aliquamdiu ancipiti marte: demū Athenienses re male gesta in fugā auerterunt classem. Lysander multis hostiū nauibus magna quoqꝫ captiuorū copia potitus ut magnificētius uictoriā celebraret: tropheū constituit: Hęc ubi ad Alcibiadē perlata sunt. Extemplo ille oībus rebus omissis citato cursu Samū repetit: Ibi collectis nauibus quę ex Ephesina superfuerāt clade, & suę classi adiunctis confestim ad lacessendū hostē progreditur: nullā pugnandi moram facturus si ille quoqꝫ dimicare iusta acie uellt: Cęterū Lysander recēti uictoria parta nō sępius fortunā tēptandā ratus, se classemqꝫ suā in loca tuta receperat. Erat autē ea tempestate in exercitu Alcibiadis Thrassibilus quidā Thrasonis filius uir domi ac militię clarus: Sed Alcibiadi uehemēter infestus: Is Athenas profectus cū aduocata contione quo statu res Atheniensiū essent exposuisset: multis calumniis Alcibiadē onerauit. Nā pauloante susceptā cladē discessisse eū arguebat: cuidā ex cōpotatoribus suis ignobili ac inquilino hoī classe relicta: profectū deinde ī Cariā nō tam ut pecuniā legeret pro alendo exercitu & stipendiis militibus persoluēdis, q̄ ut uoluptati atqꝫ libidini īseruiret & reip. cura posthabita pellicibus

quarum sibi magna copia erat operã daret: Itaqꝫ discessu suo hostibus qui haud
procul abessent manifestã occasionẽ oblatã, ut Atheniẽsiũ classem inuaderẽt. Sic
igitur sua culpa rẽ male gestam, classem dissipatã exercitũ, qui supererat licentia
lasciuiaqꝫ corruptũ. Adiciebat preterea eũ habere ĩ Throcide locũ quẽdã meni/
bus aggeribusqꝫ munitũ quẽ ille sibi ac si patrie sue diffideret refugiũ cõparasset
His Atheniẽses uehemẽter cõmoti absente Alcibiadi imperiũ abrogarũt, aliis
ducibus qui exercitui classiqꝫ preessent ĩ eius locũ suffectis: Alcibiades posteaq̃
populi Atheniẽsis decretũ cognouit multitudinis irã & inimicorũ maliuolentiã
metuens suis nauibus ac militibus qui in oĩ fortuna rerũ sua uestigia sequebã/
tur collectis: in Thratiã nauigauit. Ibi cũ populis q̃ sine rege uiuebãt bellũ ge/
rẽs cũ in agros eorũ nihil tale opinantiũ crebras excursiones fecisset: breui oĩs
generis preda etiã suũqꝫ militẽ locuplectauit multos se grecos qui captiui barba/
ris seruiebãt, ab eorũ manibus liberauit. Inter hec Tydeus Adimãtus ac Me/
nãder Atheniẽsiũ duces prope Lãsacũ profecti cõtra portũ, uel ut decernerẽt na
uali certamine, uel si detrectaret hostis pugnã timoris confessionẽ exprimerẽt: in
structa nauiũ acie stetere. Sed postq̃ Lysander a pugna suos continebat: Athe/
nienses ad capre flumina unde profecti erãt redierũt ibi cũ nullo imperio nulla
militari disciplina militẽ cohercerẽt: & mare importuosum esset facile hostibus
benegerẽde rei occasionẽ prebebãt. Hãc negligẽtiã obseruãs Alcibiades qui ab
iis locis haud procul aberat: terrestri itinere ad prefectos Atheniẽsiũ uenit, atqꝫ
eos docuit: quãto in periculo ipsi una cũ exercitu uersarẽtur: quousqꝫ eo in loco
continerent classem, ubi nec portus nec oppida essent que hostibus ĩpedimento
suis presidio forẽt: Accedere etiã ad hec qꝫ eorũ milites cõmeatũ longe petentes
in terrã descenderent. Vagi per agros sine ullo ordine militari discurrerẽt, naues
in nudis littoribus relinquentes hostiũ arbitrio manifeste expositas. Hec dicẽtẽ
monẽtẽqꝫ Alcibiadẽ: ut ex capre fluuiis sestũ abirẽt duces Atheniensiũ neglex/
ere affirmãtes sibi nũc administrationẽ belli, nõ Alcibiadi esse cõmissam. Quin
etiã Tideus cõtumeliis Primũ deinde minis acceptũ abire celeriter iussit. Disce
dẽs Alcibiades paulopost nõnullis familiaribus ab exercitu ueniẽtibus nisi in/
quit consiliũ meũ spreuissent duces breui Lacedemonios coegissem aut prelio de
certare, aut magna suarũ nauiũ parte amissa turpiter fugã arripere. Verũ hec alii
iactãtis hoĩs uerba esse dicebãt. Alii econtra uehementer probabãt: cernentes
quãto adiumẽto Alcibiades Atheniẽsibus esse posset. Si Thracũ tumultuariam
manũ: quã in armis paratã habebat, terrestri itinere in Lacedemonios cõuer/
tisset. Ceterũ extemplo post hec quale fuisset consiliũ Alcibiadis re ipsa & expe/
rientia patuit. Nã ex Atheniensium classe magna hominum copia frumẽtatum
egressa: cũ ĩ agris passim uagaretur Lysander ĩtẽtus ĩ oẽs occasiões gerẽde rei
ĩgẽti celeritate hostes inuadit nihil minus eo die: q̃ Lacedemoniorũ aduẽtũ ex/
pectates. itaqꝫ fuga magis q̃ pugna fuit, Naues paulominus q̃ ducẽte hominũ
tria milia capta: quos oẽs Lysander necari iussit: Conon tantũ cũ octo triremi/
bus ex illo tumultu saluus euasit. Nec multo interiecto tẽpore post hãc uictoriã
partã Lysander occupatis Athenis lõga menia dirui, & oẽs Atheniensiũ naues
cremari iussit. Alcibiades uero postq̃ Lacedemonios lõge terra mariqꝫ dominã/
tes cõspexit: eorũ potentiã simul & maliuolẽtiã metuens, statuit ĩ Bithiniã profi
cisci. Verũ Thraces cũ percepissent magnã auri uim secum Alcibiadẽ ferre inito
cõsilio uirum aggrediuntur oĩqꝫ ei erepta pecunia ipsum fugientẽ assequi nõ po/
tuerũt. Pulsus undiqꝫ Alcibiades cũ multa ĩ cõmoda ac fortune permutationes
illius animũ trãsuersum agerẽt tãdẽ omnibus cõsiliis rationibusqꝫ subductis ad

Artoxerxem Persaꝝ regẽ cõfugiẽdũ putauit|ratus nõ minus gratũ aduẽtũ suũ
ei futuꝝ q̃ olĩ themistocles xerxi fuerat regi: pręsertĩ cũ ad ĩeũdã prĩcipũ grãm
nõ deterior themistocle uideretur & causam pro liberãda patria honestiorẽ habe
ret. Aditũ uero ad regẽ facile per pharnabaçũ: cũ quo antea iecerat fędus: se ha
biturũ sperabat. Itaqꝫ cũ ĩ phrygiã ad eũ uenisset|comiter hospitaliterqꝫ susceptus
barbarũ facũde alloquẽdo sibi ĩprimis cõciliauit. Athenięses per id tẽpus liber/
tate amissa|& xxx. uiris per lysandrũ lacedemoniosqꝫ cõcessa sera tãdẽ pęnitentia
cępit: ꝙ abrogato alcibiadi ĩperio aliis pręfectis administrationẽ belli detulisset.
Itaqꝫ ab alcibiade minus erratũ fuisse dicebãt: cũ ministri culpa nõnullas ami/
serit naues: q̃ a se ipsis q alienissimo reip. tẽpore ęgregiũ ĩ militia ducẽ patrię suę
abstulerit illã cuiusdã calamitatis quę breui restaurari potuisset: hãc uniuersi in/
teritus ciuitatis causã esse habendã. Sic igitur simul coeũtes ĩ foro cũ priuatã suę
cuiusqꝫ domus|tũ publicã fortunã ciuitatis deplorabãt: cũctis tamẽ spes quędã
reliquebatur ĩ anis atqꝫ ĩ certa ꝙ alcibiade uiuo nõ penitus actũ delibertate cre/
debãt. Antea enĩ lacedemoĩorũ potẽtiã sua uirtute depressisse dicebãt & nũc etiã
ęquo aĩo laturũ nõ esse|ut se ĩcolumi tãta cũ ignominia lacedemonii xxxqꝫ tyrã
ni athenis dominẽtur. Nec mirãdũ erat eo tẽpore ĩperitã multitudinẽ uanis co/
gitationibus laborãtẽ oẽm spẽ recuperãdę libertatis in alcibiade posuisse: cũ ecõ
tra xxx uiri neminẽ magis q̃ alcibiadẽ metuẽtes eũ solũ esse arbitrarẽtur q pręsẽ/
tẽ ciuitatis statũ perturbare ac delere posset. Itaqꝫ hoc metu curaqꝫ sollicitι ubinã
ille gẽtiũ esset quid pręcipue ageret aut moliretur ingẽti studio perquirebãt: cęte
rũ crytias unus ex xxx. tyrãnis huic timori q̃cũqꝫ ratiõe succurrẽdũ ratus|lysãdrũ
docuit lacedemonios grecię prĩcipatũ retinere nõ posse nec pręsentẽ Atheniẽsiũ
statũ firmare: donec turbulentissimus homo & acerrimus populi cõcitator alci/
biades ĩuita supersit. Hęc critię uerba parũ lysandri aĩmũ mouebãt|nisi superue
nissent a lacedemoniis litterę iubẽtes ut alcibiadẽ de medio tolleret. Hoc aũt que
rebãt lacedemonii siue quia hũc hoĩnẽ|ut xxx uiri magnopere formidarẽt|iã pri
dẽ ĩgeniũ illius ĩ maximis rebus experti|siue quia tẽpus uenisse arbitrarẽtur: in
quo grauẽ pro illata agidi ĩiuria ab alcibiade pęnã expeterẽt lysãder iis acceptis
litteris extẽplo ad pharnabaçũ ĩ asiã mittit q eũ hortẽtur| ut hãc rẽ quę ĩ sua po/
testate collocata foret|q̃ta maxĩe celeritate põt|aggrediatur barbarus nullã morã ĩ
terponẽdã ratus: mageo fratri|& susametri patruo negotiũ dat ut alcibiadẽ quẽ
unacũ timãdra scorto ĩ quodã oppido phrygię esse|perceperat: ĩterficiẽdũ curẽt.
Sũt aũt nõnulli q anteq̃ is opprimeretur|q̃dã nocte uisam ei timãdrã per somniũ
aiũt uultũ sibi muliebribus lineamẽtis coloribusqꝫ pĩgẽtem alii uero nõ timãdrã
sed mageũ fuisse dicũt|quẽ ille cernere uidebatur capite sibi abscisso reliquũ cor/
pus igne cremare. Verũ ii qbus necãdi alcibiadis negociũ cõmissũ erat mãdata
ĩpigrę exequẽtes cũ ad eũ locũ ubi ille morabatur multis cũ satellitibus peruenis
set. Prĩo aduẽtu nõ sũt ausi alcibiadẽ aggredi|sed totius circuitũ domus ita custo/
diis cõplexi sũt ut nemo ĩde elabi posset. Deĩde cũ undiqꝫ parietibus applicuisset
ignẽ alcibiades re ĩopinata turbatus|cumulũ raptĩ ex uestibus & oĩ genere supelle
ctilis factũ super ignẽ proiecit tũ clamide leuo bracchio obuoluta dextra ẽsẽ tenẽs
ãteq̃ flãma ulterius cõualesceret per medios hostes erupit: at barbari nõ audẽtes
aut ei uenieti obuiã progredi aut cominus manũ cõserere procul telis uirũ petebãt
Itaqꝫ abundãte missiliũ copia cũ ille ulterius sustinere nõ posset | tãdẽ uulneribus
multis cõfossus occubuit. Hic exitus alcibiadis atheniẽsis fuit|cui postea Timãdra
funus satis ãplũ atqꝫ magnificũ pro suis facultatibus faciẽdũ curauit. Sũt aũt nõ
nulli q nõ a pharnabaçi militibus lacedemoĩorũ gratia ĩterẽptũ sed a qbusdã fa/
miliaribus cubãtẽ cũ eoꝝ sorore prius ĩuẽtũ|deĩde unacum muliere eo pacto quo
enarrauimus necatum Alcibiadem tradunt.

MARCIORVM FAMILIA ROME COMPLV-
res ex patriciis illuſtres edidit uiros : ex quibus etiam
Martius Caius nomine nepos extitit : qui poſt Tuliũ
regnauit Hoſtiliũ Martii quocꝫ fuere Publius ac Quin-
tius qui maximum pulcherrimũcꝫ Romę aquę ductum
fecere . Itemcꝫ Cenſorius : quem Romanus populus
Cenſorem ſecundo creauit . Inde ſuadente eo legem de-
cretumcꝫ tulere : necui bis eundem ambire magiſtratũ
liceret Gaius uero Martius de quo iſta conſcripſimus
orbatus patre ſub uidua educatus matre declarauit uniuerſis orphaniam : tam
&ſi alia etiam habeat incõmoda haud tamen impedimento fieri quin excellẽtiſ-
ſimus quiſpiam uirtute uir euadat : cum alioquin ipſa ſe ignobilibus criminãdã
carpendãcꝫ prębeat : ꝙ eos cura & indulgentia deſtitutos corrumpi ſinat . Hic
quocꝫ teſtimonio uir adeſt : ſiqua ingenua prętanſcꝫ doctrinę indigna fuerit
natura : quemadmodũ & malum colendi ſtudium generoſa nacta tellus utilia
ſimul & noxia parturit . In omnibus nancꝫ conſilio gerendis eius fortitudinem
tolerantiam & ingentes ad uirtutis opera motus indicauit . Intemperantes item
gerens animos nec uſꝗ̃ incontem tione cedentes, necꝫ hominũ ſocietati ſe facilẽ
necꝫ idoneum tribuebat . Cumcꝫ illum illecebris laboribus & pcuniis infractũ
admirarentur hominem modeſtum quidem fortem ac iuſtum appellabant .
Veruntamen ipſum cuilibus in negociis inuiſum minuſcꝫ graciosum & nobi-
litatis ſtudioſum iniquo ferebant animo . Quem uero alium homini fructum
benigna muſarum affert conſuetudo : ꝗ̃ ſtudio ac diſciplina manſuefactam na-
turam : medium ratione certa ſuſcipere : & quod nimis eſt abicere . Ea igitur
tampeſtate rebus maxime bellicis & diſciplina militari Romana plurimũ flo-
rebat gloria . Teſtimonio eſt ipſam uirtutem unico fortitudinis nomine appel-
latam . Idcꝫ quo proprie fortitudinem uocant cõmune generis eſſe uocabulum
Cęterum Martius belli artibus & decertandi ſtudio uehementer affectus ab in-
eunte ſtatim pueritia arma tractare manibus cępit . Qua in re niſi cognatos
armorum uſus pręſto ſibi ac promptos induſtria uendicaſſet : nullum eorum
quę cõparaſſet opus fore exiſtimans ad omne pugnę genus adeo corpus exercuit
ut curſu peragilis, incapiendo atcꝫ pugnando in eluctabile pondus habuerit .
Quiſquis igitur ſecum de animi pręſtantia, aut uirtute contendiſſet : ſuperatus
ingens corporis robur indomitum quidẽ, ac nulli ceſſurum labori cauſam eſſe
dicebat . Poſt exactum Roma Tarquinum regem adoleſcentulus adhuc prima
meruit ſtipendia : quo tempore Tarquinio poſt uarios pręliorum conflictus,
tanꝗ̃ extremam iactanti aleam, plurimi ſeſe latinorum aliorumcꝫ italorum ſocios
aſciuere : ut eum non ſua magis gratia Romam reducerent : ꝗ̃ ut creſcentẽ rem
Romanã mętu ac inuidia deprimerent : In eo bello quod multos excępit euẽtus
Martius ſpectante dictatore ſtrenue dimicauit . Is enim cum Romanũ ciuem

comminus succumbentem uidisset: haud aspernatus eo protecto irruentem confodit hosté: q̄obrem post uictoriam imprimis illũ imperator quercia donauit corona. Cuicunq; enim ciuem seruasse contigerat: hęc ex lege corona dabatur: siue propter Archadas is pręcipue quercui redditur honos: quos Glandiphagos diuinum appellare solet oraculum: siue q̄ facilem militi fructum tum otius tum passim quercus exhibebat: siue id conueniens seruati ciuis existat pręmium: quoniã Ioui inciuius tutela sunt ciuitates sacra quercus est. Est pręterea quercus inter siluestres quidem arbores fructu longe bellissima: atq; fertilissima: inter mitigatas autem ualidissima: ab ea quoq; cibus erant glandes potus mulsum: obsonium paste ex ea fere atq; alites. Inde quoq; magnũ uenatoribus instrumentum uiscus extat. In ea pugna castorem ac pollucem apparuisse traditur: statimq; post pugnam sudantibus equis uictoriam in foro nuntiasse: ubi nunc edificatum illis penes fontem templum est. Quapropter ea uictorie dies idibus quintilibus castori ac polluci sacra solemnisq; ducitur. Cęterum immaturus honos ac dignitas annis collata iuuenilibus: si leuia parumq; splendida nacta sit ingenia: solet ipsam sitim ac fastiditam q̄primum cupiditatem explere continuoq; restinguere. Graues & constantes animos auget illustrat dignitas qui perinde ac aura inspirante ad honesta concitantur opera. Eos enim non tanq̄ recepta mercede: sed quasi dato pignore ne gloriam deserant: uerecundia continet: pudetq; in propriis se gestis extollant. Hoc pacto stimulatus Martius ipse sibi fortitudinis emulationem proposuit: inq; nouis semper gerendis ardens egregiis addebat ęgregia: exuuiasq; cumulabat exuuiis: semperq; nouissimos cum prioribus duces pro suę uirtutis testimonio & cumulandis honoribus habebat. Quamobrem cum multa per id tempus decertauerint bella Romani: e nullo sine corona aut pręmio incessisse Martius uisus est. Cęteris quidẽ finis uirtutis erat gloria: huic uero glorię finis materna existebat lęticia. Id nanq; ingenti tum honori tum fęlicitati ducebat: ut matri eius audire laudes & se coronis spectare prędituũ contingeret: ac ipsius prę gaudio lacrimantis astringeretur amplexibus. Hunc quoq; Epaminundas affectum declarasse traditur. Is enim suam maximi fecit fęlicitatem quod res gestas in Leutris ac uictoriã superstites adhuc pater materq; spectassent. Enimuero ille utroq; lęte ac comiter usus est parente: Martius tam &si paternam se teatri debere reuerentiam putaret: usq; quaq; tamen uolumine honori ac lętitię haud satis esse potuit. Cuius uoluntate atq; precibus uxorẽ duxit: ex qua procreatis liberis cum matre simul habitauit Inde cum his in ciuitate magnam ex uirtute gloriam & potestatem comparasset diuitibus contra plebem fauente senatu: quę multa a feneratoribus grauissima perpeti uidebatur cohorta seditio est. Ii enim quibus nullum aderat peculium aut pignoris aut uenditionis nomine omnibus fortunis exuebantur: qui uero omnino inopes erant carceri deducebantur: quanq̄ plures uulnerum cicatrices quas ipsi pro patria laborantes intermilitandum acceperant: corporibus ostenderent. Postremo cum aduersum Sabinos bellum suscepissent Marco Valerio imperatore pro illis ex senatus consulto sponsore interueniente diuites sese modestius habituros polliciti sunt. Postq̄ autem eo bello egregię ac prospere confecto uictores hostiũ rediere: nihil in eos mite aut clemens a fęneratoribus perpetratum est: senatusq; haud meminisse conuenta dissimulans rursus eos in

uincula duci & bonis spoliari contendebat. Quo circa seuissimus in ciuitate tu-
multus & intestinę seditiones erãt: quę res cũ minime latuisset hostes incursioni-
bus factis agrum igni uastabant. Cumq; consules eos qui per ętatẽ ferre arma
poterant nominatim citarent neminem eis audisse constat. Subinde inter pri-
mores discordia fluctuabat. Existimabat nonnulli districtũ illum nimis rigore
aduersus inopes mollius oportere remitti. Cęteri quorũ & Martius erat reluc-
tabantur non ęris magnitudinem uerum tentamen & superbię popularis initiũ
animo uersans: quod adeo temere contra leges insurgatur: idcirco ut resipiscãt
sedandos restinguendosq;. Cuius rei gratia cum inter paucos dies sępenumero
senatus cogeretur: nec nullus propterea rebus afferretur exitus: congregati repẽ-
te pauperes se mutuo irritarunt, Inde relicta urbe in sacrum montẽ transamnem
Anienem secesserunt: ubi quiete residendo uiolentum quidem nihil aut seditio-
sum agentes, se a diuitibus urbe eiectos diu clamitabant: Aerem aquam & se-
pulturę locum ubiq; sibi prębiturã Italiam nihil amplius & Romam habitantes
se assequi q̃ ut pro diuitibus militãdo uulnera & mortes excipiant: ea res pauorẽ
iniecit patribus: Grandęuos itaq; qui placabiliores & plebi cariores erant ora-
tores mittere placuit. Prior orsus Memius Agrippa multa cum plebẽ orando
tum pro patribus incusando, deniq; sermone circuito uulgatam illam narrasse
fabulam traditur. Omnia inquit hominis membra olim aduersus uentrem cõ-
spirasse, eumq; quod solus nihil ĩpertiens ociosus in corpore sederet incusasse.
Cum interea cętera ad eius explendos appetitus & labores maximos & ministe-
ria perferant. Eorũ uero fatuitatẽ uentrẽ irrisisse. Ignorare autẽ quod cum in se
uniuersum suscipiat nutrimentum: cęteris tamen a se distributum rursus emit-
tat. Eadem inquit rursus pro uobis ratio senatus est: quę enim pro debita rerũ
dispensatione apud eũ cõsilia sunt: nobis omnibus ac nostro usui & emolumẽto
refert atq; distribuit. Ea re conciliati a senatu impetrant ut uiros quinq; delige-
rent qui si opus fuerit suo possint uti patrocinio: quos nunc tribunos plebis
uocant. Priores creauerunt Iunium Brutum & Sicinium Bellutum, quos secessi-
onis duces habuerant. Coacta unum in corpus ciuitate statim repetitis armis
populus sese ducibus ad belli usus promptissimos tradiderunt. Ea res Martio
minime collibuit: quoniam inualescente plebe optimatum dignitas diminuta
uideretur. Cum id quoq; pluribus ex patriciis haud sane placere cerneret: eos
tamen ne dimicando pro patria se a plebeis uincere sinerent exortabatur: ne
potentia magisq̃ uirtute pręcellere illis uiderentur. Aduersus Volscorum gentẽ
Romani tum belligerabant: ibi Coriolorum erat opidum longe dignitate pręꝰ
stantissimum: quod cum consul cominus admoto exercitu circumsedisset: reli-
qui Volsci terrore perculsi simul undiq; in Romanos subsidiũ contrahebãt ut pro
muris commissa pugna duobus ex locis in Romanum fieret impetus. Conmi-
nus uero consul diuisis bifariam copiis ipse quidem in aduentantes extrinsecus
Volscos fertur obuius: Titum autem Lartium Romanum ciuem & excellentis-
simum uirum ad urbis obsidionem reliquit: Oppidani paucifactis obsidenti-
bus erumpunt primumq; commissa pugna uincebant: & iam Romanos in
castra fugabant. Tum Martius cum paucorum manu prouolans prostratis
qui secum conseri ausi sunt: & represso aliorum impetu ingenti clamore Roma-
nos reuocabat Erat enim qualem Cato militem. optabat: non manu tantum

aut ictu uerum & uocis sono & uultus aspectu hosti terribilis omninoq; insu-
perabilis. Conglobatis igitur circa se plurimis pauidi retrocessere hostes: qui-
bus haud contentus Martius persequitur: & palantes ad portas usq; fugat:
ubi cum crebra e muro missilia conicerentur persequi destitere Romani. Vt uero
refertam armatis hostibus urbem una cum profugientibus ingredi nullus aude-
ret/aut animo aduerteret/is tamen tum ortando/tum incitando instat/fortunam
exclamans fugantibus magisq̃ fugientibus urbẽ referasse. Paucis inde consectã-
tibus repulso hoste superatas saltu portas irrumpit. Cum nemo primũ obstare
aut illum irruentem excipere prorsus auderet: postea ubi modicos admodum
interius repugnantes aut opem ferentes/& ĩmixtos hostibus suos aspexit: gestis
manuum pedum agilitate & animi audacia intra mœnia traditur incredibile con-
fecisse certamen. Quos ĩuadebat uicti iacebãt alios ad extrema urbis cõpulerat
fessi ac desperati quidam arma proiecerunt: quare ingens Martio oblata est oc-
casio exteriores intro Romanos admittendi: ita redactum est in potestatẽ op-
pidum. Vbi addiripiendum & exportandũ intentos cerneret plurimos moleste
ferens uociferabat: Indignũ se extimare ut dum consul ac ciues uspiam fortasse
collato cum hostibus Marte dimicent/hi diripientes obambulent/& predę gra-
tia discrimen effugiant. Quos ubi sibi nequaq̃ obtemperantes animaduertit
delectis qui consectari noluerant qua exercitum ire senserat proficiscitur. Interdũ
cõmilitonum animos accendere. & ne cederent exortari: deos interdum orare
ne posterior ad pugnam uerum in tempore aduentaret: ubi coniunctum suis
ciuibus discrimen disceptare posset. Mos tunc Romanis erat ut in acie con-
stituti priusq̃ clipeos reciperent: togasq; circumcingerent/tribus aut quatuor au-
dientibus una sine scriptis testamenta conficerent heredemq; nuncuparent. Ea
in hostium cõspectu attitantes Martius offendit milites. Qui ut primum cum
paucis cruore respersus ac sudore plenus uisus est turbari nõnulli cepere. Postq̃
autem gratulabundus ad consulem procurrisse iunctisq; dextris captum nunti-
asset oppidum Cominius eum salutatum amplexatus est. Cęteris rem prospere
gestã tũ cõiectãtibus tum audiẽtibus ingẽs adiecta fiducia & iã signũ ad cõserẽ-
das manus dari magnis uociferationibus orabãt. Rogãte deĩde Cominiũ Mar-
tio quem nam in modum hostilia componerentur arma/& quonam modo bella-
cissima locaretur acies existimare se inquit medias Antiatũ forssimas esse cohor-
tes: qui nullam ob rem suam remittant audatiã. Peto igitur ac depręcor inquit
Martius contra istos nos in acie uiros colloca: quod consul eius promptitudi-
nem admiratus fecit. Cum primis pilorum iactibus cursu Martius erupisset:
nusq̃ resistere in fronte Volsci. At cui se parti phalangis ĩmiscuerat illico discin-
debat. Multi in eum post hęc se cõuertunt armis utrinq; uirum circũuenientes.
Cui metuens consul quos habebat circa se fortissimos subsidio ĩmisit. Atrox
itaq; circa Martium pugna cõmittitur ubi cęsis breui compluribus dum a Ro-
manis uiolentius incumbitur funduntur hostes: in quibus persequendis intenti
Martium orant/ut is labore ac uulneribus ęger sese in castra recipiat. Ille haud
est inquit laborare uictoris/continuoq; fugientes insectatus est: reliquus dehinc
uictus exercitus: desideratis captisq; plurimis: postera die pręsente Martio
congregatisq; cęteris tribunal consul ascendens cum pro re bene gesta meritas
superis laudes reddidisset cõuersus ad Martiũ mirum in modũ eum collaudauit

cum rerum suarum partim ipse consul in prelio spectator affuisset : partim ipse
Martius testimonium attulisset : post modum cum ex omnibus : tum rebus |
tum equis | tum captiuis | decem sibi prius q̄ in alios prẹda diuideretur deligere
iuberetur : prẹterea ad eximiẹ fortitudinis prẹmium insigni donaretur equo
id Romanis approbantibus uniuersis : procedens in medium Martius con/
sulis inquit laudibus exultare se equumq; suscipere | alia uero non decus sed
mercedem ducere : proinde sua se quemadmodum unusquisq; sorte contentum
fore . Prẹcipue uero unicam peto ac obsecro gratiam : hospes mihi & amicus
in Volscis erat uir ẹquitate ac modestia clarus . Is modo captus ex locuplete
solutoq; seruus factus est : et cum magna malorum moles ingruat : unum ne
uenundetur | amouisse sat erit . Hẹc ubi dicta sunt ingens Martio clamor obi/
citur : plures profecto inuictum magis pecuniis animum q̄ bellicam eius for/
titudinem admirari : qui enim ob eius honores inuidia aut emulatione flagra/
bant : ii uel eo amplioribus dignum iudicabant : quod oblata contempneret .
Magisq̄ qua res huiuscemodi paruipendebat : q̄ qua meruerat uirtutē amabāt.
Modestior enim diuitiarum | q̄ armorum prẹstantior usus est : Maiusq; opi/
bus non egere | q̄ ipsis uti ornamentum affert . Vbi sedatus militum clamor est
& tumultus Cominius excipiēs cōmilitones īquit hisce rebus inuictū donare uirū
non licet : demus uero quod illi datum adimi non possit : Coriolani sibi cog/
nomen decernamus | nisi prius id iam illi res gestẹ uendicauerint : hinc Corio/
lanum tertium nomen assecutus est quẹ res maxime declarat proprium sibi
nomen extitisse Gaio : alterum uero Martium familiẹ aut commune generis
fuisse . Posteriori tempore usus est tertio | a rebus gestis : aut forma | aut uirtute |
aut fortuna | quemadmodum & apud grẹcos huiuscemodi indici solebant cog/
nomenta a gestis quidem denominari liquēt . Sicuti Sothera & Calimeon :
a forma ut Phistonem Cirippumq; : a uirtute ut euergentem & Philadelphon :
a fortunẹ fẹlicitate ut Endemona sicuti Bassus secundus uocatus est : Quibus/
dam etiam regibus ap pellationem prẹbuit mordacitas quemadmodum An/
tigono quidem Dosonem | Ptholomeo uero Lamyrum . Quo genere usus plu/
rimum Romanos constat : quendam metellorum nominauere uittatū quoniā
cum ulcus haberet | diutius frontem uitta ligatus obambulabat . Alterum qui
paucis post patris obitum diebus funebribus ludis gladiatorum munus
exhibuerit celerem uocauerunt : celeritatē ac maturitatem apparatus admirati .
Nonnullos adhuc enascendi sorte nuncupant | ut proculum : qui foris absente
patre natus est | Postumum qui patre mortuo . Vobiscum cum ex Gemellis
alteri superstiti esse contigerit . Ex corporis quoq; habitudine denominationes
rite imponi solent : ut non modo Sylli | nigri | ruffi | uerum etiam cẹci | & clodii |
neq; cẹcitatem aut aliam q̄uis corporis calamitatem per contumeliam arbitra/
bantur obiectam quin eam perinde ac propria audiebant nomina . Hẹc tamē
ad aliud magis scribendi genus attineret . Finito bello seditionem turbulenti
rursus suscitauere ciues : nullam nouam tamen aut iustam habentes crimina/
tionem . Verum ex prioribus discordiis ac dissensionibus malorum occasionē
contra nobiles nacti inculta quidem ac inseminata maxima parti agri cum
nec aliunde cōmeatum conuectari belli tempestas siuisset : acris Annonẹ cari/
tas ciuitatē inuasit . Cuius &si magna uiguisset affluentia : nulla tamē pecuniẹ

facultas plebi suppetebat. Quod ubi seditionis auctores uident uerbis asperis
criminari diuites: ꝙ inueteratę memores inimicitię eis famam inducant.
Interea ab Veliternis uenere legati: qui urbem tradentes eo demitti Coloniam
orabant. Cum enim Pestilens ciuitati morbus ingruisset tantam hominum
stragem ac pernitiem ediderat ut ex uniuersis uix pars decima reliqua superes-
set: In tempore igitur Veliternorum necessitatem adesse prudentiores auctu-
mabant: quoniam dubiis in rebus cum factiosorum tumultus incresceret:
leuamine indigebant: seditionemꝗ pariter dissipatam iri & ciuitatem perinde
ac morbosa & turbulenta quadam redundantia expiandam esse sperabant:
Eorum igitur qui ad eam mitterentur Coloniam delectu habito: consules ex-
pedionē reliquis in Volscos edixerunt: intestinis hoc pacto tumultibus quietē
excogitātes ut cum diuites ac tenuiores plebeiꝗ & patritii inter cōmunia simul
arma castra & belli discrimina uersarentur mitioribus inuicem componerētur
animis. At Sicinius & Brutus turbulenti sane homines magis insurrexere
clamoribus: rem crudelissimā mansuete Colonię nomine appellari cum tamen
mendici homines tanꝗ ad pernitiosam Voraginē exitus in urbem aere mor-
bido & inhumatis referctam cadaueribus deducerentur: alienos & letalis
quidem ac pestiferos habitaturi lares. Et quasi abunde non sit quosdā media
perisse|alios pestilentię obiectare insuper ne ullū calamitatis genus ciuitati desit:
qua locupletum seruitio oppręssa fatiscatur|susceptum ultro bellum adiciunt.
Plebs huiuscemodi uerbis instigata neꝗ consulum delectum inibat|& Coloniā
detrectabat: quare senatus anceps eum palam his plebis ducibus aduersantē
Martium cerneret: qui tumore & elatis iam plenus animis magna patribus
admiratione habebatur: Coloniam emittunt: grauem|sorte delectis mulctam
nisi excedant cōminantes. Aliis uero militiam detrectantibus: Martius as-
sumptis tum clientibus cum ceteris quos inducere potuit in Antiatem agrum
incursionibus factis Annonę plurimum & magnam pecorum & captiuorum
prędam compariens nulla sibi prorsus re desumpta militibus cuncta secum
agentibus ac ferentibus Romam rediit. Quibus inde locupletatis reliqui pe-
nitentes inuidere Martio inimicari eius gloriam ac potestatem perinde ac cō-
tra plebem augeretur molestę pati. Paulo post petente consulatum Martio
multi in eum proni erant: uereri namꝗ ne uirum genere ac uirtute primarum
post talia ac tanta beneficia dignitatis expertem repudiarent. Mos erat ma-
gistratum petentibus prębensos dextra ciues benignis orare uerbis: & absꝗ
interiore tunica in forum opertos ueste descendere: siue ut eo habitu ad suppli-
candum humiliores accederent: siue ut qui cicatrices haberent manifeste signa
fortitudinis aperirent. Nec uero ob plebis suspitionem ita recinctos & absꝗ in-
tima tunica supplices ire cogebant: non enim dignitates argento aut ullo cor-
ruptelarum genere tum impartiebantur. Diu siquidē post emptio ac uenditio
illo sera prorupit: & inter contionis suffragia sese argentum īmiscuit: hinc iu-
diciorum hinc exercituum corruptela unius dominio subiecit urbem. Auro
captiua seruiunt arma. Sapienter uero dixisse uidetur qui Romanum populū
ex eo tum primo perisse inquit: qui primus epulum ei largitionemꝗ dedit.
Ea quidem pestis haud continuo patens ceterum Clandestina proserpens Ro-
mam paulatim inuasit. Non enim scimus quisnam prior Romę populo aut

iudici largitionem dedent : primus autem Athenis pęcuniam iudicibus con-
tulisse traditur Anitus Anchemionis filius cum circa Peloppõnesiaci ferme
belli exitum proditionis Pili causam diceret . Tum incorruptum adhuc genus
aureum Romano obseruabatur foro . Cęterũ cum Martius plures ostenderet
cicatrices quas assidue per annos tris ac decem egregius bellator exceperat :
uniuersi illius uirtutem tacita ueneratione prosequebantur : deq; eo consule de-
signando mutuos inter se fecere sermones . Instante comitiorum die Martius
magna senatorum frequentia stipatus honorifice forum ingressus est . Tum
manifeste declaratum est/nulla in re tantum studii curę atq; solicitudinis/q̃tum
in Martio gessisse patritios : quę res multitudinis beniuolentiam in odium in-
uidiamq; conuertit . Quippe timuerant si uir tantę inter nobiles dignitatis
maxime rei optimatum inclinatus consulatum assequeretur : ne popularẽ om-
nino tolleret libertatem : ea cogitatione denegato Martio consulatu/alii desig-
nantur . Id ęgre senatus tulit/quod ipse magisq̃ Martius ea lacessitus contume-
lia uidebatur . Martius neq; modestę neq; equaminiter illum perpessus casum
plurimum iracundię ac contumeliosę indignationis aperuit : ut qui magnos
spiritus & excelsos foueret animos . Non erat ille uir qui grauitatem simul cũ
mansuetudine quibus in rebus ciuilis maximę uirtus constat studiorum rati-
one aut disciplina temperatam haberet : ignarus ei qui administrator in rep .
futurus est fugiendam esse magnopere pertinatiam : quam Plato sociam solitu-
dinis appellabat : & hominum societates comiter celebrandas acceptasq; pla-
cide sufferendas iniurias : quę res multis solet esse ludibrio . At simplex usq;
adeo austerusq; pręstans uniuersos superare ac nemini cedere omnino fortitu-
dinis officium esse censebat . Cum tamen id ex animi mollitię & imbecillitate
proficisceretur : a quo dum graui laborat ęgritudine : furor ille perinde ac ex
tunc facto quodam ulcere extuabat : perturbatus igitur & acerbissime infensus
plebi discessit . Qui uero in urbe & ętate & generis splendore florebant ei uiro
mirum in modum cum semper affecti/tum uero eo tempore pręsto aderant :
simulq; & dolendo & indignę ferendo ad nullum honestum facinus ipsius
animum incendebant . Eis nanq; beniuolus in re militari dux erat atq; prę-
ceptor : & dum aliquod strenuę opus perfecissent adiecto sine liuore stimulo
ipsos ad uirtutem & gloriam concitabat . Magna interea uis empta frumẽti
Romam ex Italia conuecta est : non minor ex Syracusis : quã tyrannus Gelo
dono miserat : ea re plurimis spes iniecta est & alimentorum penuria simul &
dissensione ciuitatem liberatum iri . Frequenti igitur curię confestim circũfusa
extrinsecus multitudo exitum expectabat Annonę cum liberalem eis futuram
auctionem tum impertiendam sine precio largicionem sperantes : erant siquidẽ
qui ea de re ad senatum referebant . At surgens Martius eos qui aduendicã-
dam plebis gratiam orauerant uehementer carpsit/factiosos homines & reip .
proditores appellans : qui pestifera temeritatis ac insolentię semina & sibi ipsis
noxia fouerent in plebem . Quę dum ex initio germinabant haud neglexisse :
consilii prudentięq; fuisset : ne facerent hisce principiis dominationem plebis
inualescere terrori iam esse quoniam quęcunq; iis collibuerint facile impetrãt :
& ad nullum facinus obeundum inuiti cogi queunt : eos nusq̃ obtemperare
consulibus : tanq̃ indomita ferocia est : ut eorũ patronos suos uocare principes

audeant. Nam quid est aliud inquit pro distribuendis populo largitionibus suffragia decretumq; sedentes ferre: quod in popularibus gręci principatibus factitant: q̃ ad cõmunem pernitiem eorum contumatiam alere. Non enim detrectata sepenumero militia/& destituta persecessionem patria & incusato senatu gratiam accepisse: uerum se per mętum impune dimissos esse iactabant: quin uos hęc per adulationem tribuentes indulsisse: idcirco confisi nullum aut ipsorum superbię aut seditionibus finem facturi sunt. Cum igitur hoc uehemens quidam furor existat resipiscamus inquit: & tribunitam illius potestatẽ auferamus consularis pernitiem dignitatis: seditionisq; ciuitatis causam. Quę non una iam ut olim: uerum scissa atq; disiuncta concors nunq̃ unanimisq; futura est: nosq; non nisi mutuis perturbatos odiis disceptationibusq; languentes esse sinet. Talia permulta dictitans Martius iuuentutem & uniuersos ferme diuites miro concitatos instinctu in suam traxit sententiã: solum hunc esse uirum clamantes qui ciuitatem nullis unici blandimentis permittat. Nõnulli grandiores natu cum euentum prospicerent obsistebant: hinc enim boni nihil exortum. Tribuni nanq; qui aderant ubi uictricẽ Martii sententiã intelligũt: ingenti clamore prrcurrunt: turbamq; ut ad sibi opitulandum insurgat exhortatur. Inde dum Martii uerba in senatu habita repetuntur turbulentissima facta contione ne uulgus ira pręceps contra senatum impetum faceret: uix temperatum est: horum culpam malorũ in Martium tribuni referentes: eum causam dicturum missis lictoribus citant. Quos ille per tumeliam habitos a se repulit. Inde tribuni cum edilibus ut in Martium traherent profecti uirum capiunt. Conglobati uero patritii fugatis tribunis ędilibus incussere uerbera: nox rissam diremit: illucescente die consules ut percitum ira populũ in forum undiq; concurrentem uident: ciuitati timere cęperunt. Quare coacto senatu deplacanda multitudine aut oratione benigna aut utilibus decretis agitatũ. Tunc enim contentioni dignitatis minime locum esse: nec si sapiant eo tempore pro gloria decertundum. Id seuũ ancepsq; tempus clementiã magis & gubernãdi humanitatem exposcere. Ea tenuit sententia progressi igitur ad populũ consules benignissima orationem habuerunt: nunc obiecta placide refellentes/nunc intermonendũ modestissimis utentes morsibus tum de annonę prętio nihil uniq; secum disceptaturos talibus uerbis mitigatus est populus. Quem ubi tribuni leuiter ac moderate audiendo placari cernũt assurgentes/senatui temperate quidem agenti ius esse inquiunt cedere populũ. At Martiũ causam dicere iubent quem non nisi ad perturbandã remp. populumq; destruendũ irritasse patres constat qui citatus parere contempserit: ędilibusq; deniq; in foro per contumeliam uerberatis intestinum q̃tum in eo est bellum exsuscitarit: ciuesq; ad arma compulerit. Ea uero idcirco dicebant: ut uel pręter naturam ferocem Martii animum humilem summissumq; redderent: aut si uti moribus pergeret: inexorabilem aduersus illum iram exercerent. Quod illum facturũ esse sperabant: probe siquidem hominis norant ingenium. Stetit itaq; ut crimina dilueręt: Martiusquietem ac silentium tenente populo. Cumq; supplex expectaretur: oratio odiosa non solum dicendi licentia & maiori orsus est conuitio. Verum & sono uocis & uultus dispositione intrepidus extitit: ita ut eos aspernari & paruifacere uideretur. Quapropter exasperatus populus se illius uerba grauiter

& moleste pati haud dissimulanter tulit. Audacissimus tribunorum Sicinius
parumper habito cum collegis colloquio / postmodum proclamans in medium
tribunos / mortis damnasse Martium pronuntiat: deinde ędilibus ut statim
correptum e saxo ad ima prouoluerent edixit: quem tum ediles arripuissent:
id plurimis & plebeis etiam hominibus tum horroris / tum superbię plenum
uisum est facinus. Patricios ingens dolor incessit: qui siquid opis afferre pos-
sint clamore ac strepitu eminus adorti sunt: ii contra quisquis manus admo-
uerat arcentes promiscuum inter se tenebant Martiū: nōnulli protensis ad
populum palmis orabant. Postq̄ in tanto strepitu & tam deformi rerum fa-
cie nihil uerba nihil clamor effecerant amici ac necessarii tribunorum ubi non
sine multorum cede nobilium exigi ad necem Martiū posse intelligunt: eos
inducunt ut penę nouitate & acerbitate sublata non ui non indemnatum occi-
dant. At de eo populi suffragia ferri sinant. Tum desistens ab incepto Sici-
nius patricios rogat q̄obrem uolenti populo Martium digna luere supplicia:
ipsi tantopere illum conentur eripere. Contra illi Siciniū rogant quid cogitatis
excellentissimū Romanum ciuem causa indicta ad tam imanissimū nefariūqꝫ
uexare cruciatū. Tum Sicinius ne hanc dissensionis ac seditionis cum populo
causam allegetis inquit: dabitur ei quod deprecamini: fieri de homine iudi-
ciū. Tibi autē prędicamus inquit Marti tertio ut adsis foro quo te nihil aduer-
sum leges perpetrasse persuasos ciues facias: iudicium de te per suffragia latu-
ros. Ita soluto ac recepto Martio a patritiis summa cum alacritate discessum
est. Medio tertii fori tēpore / nona autem die quam nundinas uocant / Romā-
ni fora constituunt. magnam propulsandi spem iudicii prębebat susceptum in
Antiates bellum: quo interim diutius duraturo tabescente & ob belli negotia
relanguente prorsus ira pacatior redoleretur populus. Postmodum ubi finito
mox bello rediere: patritii crebros conuentus agere & consilia agitare quo pa-
cto nec Martio deessent: nec factiosi rursus homines turbulentas populi di-
sceptationes innouarent. Appius igitur Claudius plebi uehementer infestus
& labefacti remp. & senatoriam destrui dignitatem obtestabatur: si contra no-
bilitatem in populi potestatem suffragia fieri paciātur. Contra seniores populo
cariores: sed mitem ac humanum ex licentia futurum uulgus asseuerabant.
Nec enim illis senatum esse contemptui / sed cum se flocipendi putent auctori-
tatem iudicandi sibi honori ac solatio ducere: simulatqꝫ suffragia cęperint oēm
depodituros iracundiam. Martius itaqꝫ cum magno in se studio / tum mętu
plebis ancipitem cernens senatum / tribunos rogat cuius eum criminis reum
arguunt: aut qua de re causam dicturum accersant ad populū: per duellionis
actionem esse aiūt / seqꝫ illum regnum affectasse demonstraturos inquiunt: Tū
surgēs iam eo inquit causam dicturus ad populum nullum se iudicii aut sup-
plitii genus si conuincatur effugere. Modo id accusate inquit / nihil patribus
ementiti. Eis idem constanter asserentibus ipsa de re constitutum est iudiciū.
Populi deinde facto conuentu non decurie uerum tribus in suffragia ire co-
gebantur. Primumqꝫ mendicam ac inertem turbam / & cui nullum honestatis
inest studium anteq̄ locupletes assuetos bello clarioresqꝫ ciues suffragia ferre
iusserunt. Deinde cū in eum minime probarentur obiecta / affectati regni cri-
mē omittitur. Is rursus memoria repetitus est sermo: quē Martius habuerat

in senatu dum facili uenundari precio inhibebat annonam : & tribunitiam po-
pulo potestatem suadebat intercipi . Dehinc nouum agi crimen ceptum quod
captam ex antiati agro predam in erarium non retulisset : uerum suis diuisisset
militibus . Que res Martium uehementer perturbasse traditur : quod cum in
eam ex insperato incidisset non facilis ad persuadendam multitudinem extem-
poralis suppetebat oratio . Eo collaudare iam milites incipiẽte ingens tumul-
tus exoratur : plures nancꝫ eam detrectarant militiam . Demum euntibus
in suffragia tribubus tres illum perpetuo mulctarunt exilio . Quod ubi pro-
mulgatum est populus magis profecto q̃ superatis undiqꝫ unq̃ bello hostibus
alacer exultansqꝫ abiit . Senatus uero dolore ac tristitia grauiter angi : iamqꝫ
penitere & egre pati quod non omnia pertentasset : & aspera potius cuncta sub-
issent : q̃ insolentem adeo plebem tantaqꝫ abutentem licentia paruifecissent .
Qua in re ad eos internoscendos non opus erat ueste aut aliis dignitatis insig-
nibus . At confestim quisquis exultabat plebeium : quisquis merebat patriciũ
esse constabat . Ipse autem Martius nihilo aut ueste aut incessu : aut facie con-
tristatus aut humilis solus inter tot afflictos meroris expers uidebatur : non
illum consilio aut uirtute casum equo ferens animo : uerum & indignatione &
grauissima perculsus molestia : quod a tristitia proficisci plures ignorant : qui
simul ac in furorem uersa uehementer excanduit : humilitatem secordiamqꝫ
propulsat . Ea propter qui iracundi furentes ue sunt : efficaces strenuiqꝫ iudi-
cantur : quemadmodum & calidus quem febris occupat . Animus quippe
utpote altius intendente pulsu attollitur : quam dispositionem extemplo re
Martius declarauit . Siquidem domum ingressus ut matrem coniugemqꝫ
plangore ac ululatu lamentantes salutauit : modeste presentem ferre casum-
monuit . Mox frequenti cum patriciorum comitatu se se ad portas proripuit
inde nihil aut capiens aut indigẽs tribus aut quatuor consectantibus famu-
lis excessit . Paulo post cum in agro uersaretur multa secum qualia furor mi-
nistrabat agitans consilia non honestum aut uirile alias utile quicq̃ sed quo
peccato in romanos grassatur cogitabat : ut in eos graue ac finitimum quod-
piam bellum accenderet . Primum itaqꝫ cum Volscis experiri collibuit : quos
& corporibus & opibus pollere sciebat : Acceptas nuper belli clades non tan-
tum eorum uires attriuisse quantum disceptandi cupiditatem irritasse putabat.
Ceterum ex Antio erat oppido uir ob diuitias ac fortitudinẽ & generis splen-
dorem regiam in Volscis nactus dignitatem Tullus Amphidius nomine .
Hinc se magisq̃ Romanorum quempiam inuisum esse : cõpertum habebat :
Martius : multotiens enim emulatione iactabundi ut fortissimi iuuenes belli
gloria & inuidia stimulati alterius se minis prouocauerant : que res preter pu-
blicas priuatas etiã inter eos auxerat inimicitias . Haud tamen abstitit : quin-
imo excelsos in Tullo noscitans animos : qui Romanos etiam occasionẽ cau-
samqꝫ prebentes aliqua clade cupiebat affligere : certissimũ ei reliquit testimoniũ
quisquis aduersus iram reluctari difficile esse dixerit : que persepe id quod uult
emptum morte persequitur : accepta ueste qua ignotus sicut & Vlixes delites-
ceret hostilem cõmigrat in urbem obuiantibus inde plurimis nulli cognitus
erant enim tenebre : Tulli domum adiit seqꝫ repente intra lares inferẽs operto
capite tacitus quietusqꝫ sedit : admirãtes domestici haud depellere uirũ audebãt

erat enī quędā in eo uel tacēte maiestas Tullo aūt cęnāti rei nouitatē denūtiāt Tul/
lus ad eū cōtēdit quisue sit aut cuius rei gratia uenerit percōtatur. Ita retectus Mar
tius parūper īmoratus. Si me nōdū agnoscis Tulle īquit|aut cernēs uero credis
me mei accusatorē fortuna cōstituit: Gaius sum Martius qui plurima Volscis
mala intuli: nec ea me negare Coriolani cognomē sinit. Haud eni aliud mihi ex
illis laboribus multisq; periculis pręmiū q̄ hoc insigne uobiscū inimicitię nomē
cōparaui: quod cū mihi adimi nequeat: cęteris spoliatus omnibus cum liuore
plebis ac insolentia|tum optimatū ac nobilium mollitie ac perfidia exul extru/
dor. Tuorū penatum supplex adsum|non salutē aut liberationē expetiturus:
quid enim mortē reformidans horsum deferrere: at uolens ex iis qui me e
patria extorrere deiecere digna recipere supplicia: iamq; ab eis quod te mihi
dominum constituo magna ex parte recipiens. Siquis igitur de inuadendis
hostibus tibi animus adest|eya uir generose meis ad id calamitatibus utere: &
in fęlices casus in eos cōmunē Volscorū fęlicitatē face. Eo enim pro uobis for/
tiusq̄ aduersum uos belligerabo|quo animosius qui rē hostiū nouere q̄ qui igno/
rant bellare solent: quod si inceptare non audes: fessusq; subsistis|nec mihi ulla
uiuendi cupiditas superest: nec tibi me seruare conducit: diu quidem inuisum
ac inimicū hominē nunc uero inutilem & omnis prorsus cōmoditatis expertē
Hęc cum Tullus audisset mirū in modū letatus iuncta dextra Surge inquit: &
confide Marti. Nobis enim cum te exhibes ingens bonū tuus pręstat aduē/
tus. sed maiora profecto ex Volscis sperare te licet: tum Martiū in cęna ho/
spitaliter habuit. posteris inde diebus inter se de bello consilia conferūt. Ingē/
tes interī ob Marti damnationē inter primores plebeiosq; dissensiones Romā
perturbabāt. Multa pręterea tum uates tum sacerdotes tum priuati homines
procuranda prodigia nuntiabant: ex quibus unum huiusmodi cōmendatum
est memorie: Titus latinus erat uir haud lōge clarus|modestus alioquin haud
alieni curiosus negotii: nihil arrogans minimeq; supersticiosus: hic in somnis
Iouem sibi adstantem cernere existimauit|referre senatui iubentem quod malū
tristissimumq; sibi pompe pręsultatorem permisisset: q; primum cum uidisset:
neglectuise dedisse dicebat. Cum iterum ac tertio idem usum cōtempsisset eius
optimum filium interire conspexit: tum subita mēbrorum debilitate correptus
est: postmodum cum lectica delatus ea senatui renuntiasset|illico corpus pristi/
num sensisse uigorem traditur|exurgensq; suis abiisse pedibus: quare admirati
senatores magnam inuestigande rei curam ac diligentiam habuere. Ea uero
erat huiusmodi. Quidam eius seruum cęteris seruis trucidandum in foro uer/
beribus tradiderat: posteaq; necauerat. Dum hominum plagas incutiunt:
cunq; seuis modis & uariis penarum doloribus afficiunt: pompa forte subse/
quitur. Qui aderant triste spectaculum ac inde coros motus grauiter tulere.
Iactatis solūmodo in amarissimum adeo tortorem maledictis atq; conuitiis: id
tamen facinus nemo compescuit. Erat quippe plurima in seruos humanitas
ob pręcipua illorū ministeria leuiorq; cum eis uice cōmunicatio solebat haberi.
Maxima uero hęc peccanti seruo inferebatur pena: ut is plaustri lignum cui
temo affigitur spectante uicinia ferens: circumgeretur: quod ubi factum erat
infidus a domesticis & uicinis existimatus furcifer appellabatur: quod enim|
gręci Hipostacem ac Sterigina|hoc Romani furcam nominant. Cum igitur

latinus uiſa renuntiaſſet : ſenatus dubius inquirebat quiſnã triſtis ille maluſqꝫ
pręſultor pompam anteceſſiſſet : donec nonnulli indigniſſimos eius ſerui cru-
ciatus memoria repetiuerunt : quẽ in foro plagis affectum poſtea necauerant.
Comprobantibus itaqꝫ pontificibus ſumptum eſt de domino ſuppliciũ : deoqꝫ
inſtauratum eſt ſolmpni cum pompa ſpectaculũ : Numa quidem cum aliarũ
rerum tum pontificii iuris prudentiſſimus expoſitor hoc Romanis ad ſummũ
religionis ornamentũ inſtituiſſe uidetur : ut cum principes aut ſacerdotes rem
diuinam faciunt pręco ingenti uoce pręcedens clamet / hoc age : animos ſacrificio
s . adhiberi iubens : ne ullis interiectis operibus quę plurima humanis in rebus
ui & neceſſitate quodãmodo fieri contigit : diuinus auerteretur cultus ſacrificia
ludos & ſpectacula non hac tantũmodo ſed puſilla quoqꝫ de cauſa inſtaurare :
Romanis mos eſt . Olim Theſſaram ducentibus equis cum unus eorum atto-
nitus reſiliſſet : auriga habenas manu ſiniſtra corripuit : quo circa eam denuo
pompam inſtaurari decretum . Inferioribus temporibus unicũ trigeſies actum
accepimus ſacrificiũ quod aliquis ſemper aut error aut ſcrupulus interceſſiſſet.
Talis diuinis in rebus Romana religio eſt : Martius autem ac Tullus obnixe
cum Volſcorum primoribus clandeſtina ferebant colloquia / inſtigabantqꝫ ut
Romanis quoad mutua fluctuant ſeditionẽ bellum inferrent . At ii moleſte eã
orationem admittebant : quoniã annue ſibi cum Romanis indicte fuerant in-
dutię . Belli tamen cauſam poſtmodũ prębuere Romani : qui ob cuiuſpiam
ſuſpitionem calumpnie in ipſo ſpectaculo per pręconẽ indixere : ut urbe Volſci
ante ſolis occaſum excederent . Id quidam Martii dolo ac fraude peractum
aſſerunt : qui ſubornatum quendam ſenatui nuntiatũ miſerat : ut Volſcis Ro-
manos interſpectandũ adoriri : urbemqꝫ incendere conſilium erat . Id quippe
ſenatus conſultum omniũ in ſe Volſcorum uehemẽtiſſimũ conflauit odium :
Tullus atrocius rem uerbis attollens inſtigatos demum induxit : ut urbes &
quantum agri bello eis ademptum erat a Romanis per legatos repeterent .
Auditis Romani legatis inique ferentes reſponderunt . Priores quidẽ Volcos
arma ſumpſiſſe : poſteriores ea Romanos depoſituros : Tullus aduocata pu-
blice contione ubi decretum bellum eſt / accipi Martium conſulit eiqꝫ depoſitis
inimicitiis fidem haberi / ut quod prius bellando non uaſtarit : id nunc pro-
pugnando ſummopere uiuet . Accitus Martius habita ad populum contione
non minus orando grauis q̃ armis potens plurimũqꝫ ſapientia & animi mag-
nitudine pręſtans habitus unacum Tullo dux belli & imperator dictus eſt .
Timens igitur nedum Volſci neceſſaria bello tardius pararent : ei bene gerẽde
rei ſurriperetur occaſio iuſſis principibus & in ciuitate potentioribus cętera cõ-
parare atqꝫ inſtruere : ipſe nullo militię ordine expeditiſſimos ſecum tranens :
ex inſperato Romanum repente inuaſit agrum . Tanta inde uis pręde / ut cum
agendo tum ferendo atqꝫ ueſcendo Volſcos laxaretur exercitus . Is uero pau-
cifaciebat quod prędam habunde cõnectaret : lateqꝫ uaſtaret agros : cuius uero
gratia ea gerebat permagni exiſtimabat : carpendos plebi obiectare patricios .
Nam cum aliorum uniuerſa dirueret : ſolos nobilium agros ſumma ope ſer-
uabat intactos : ac eorum nihil ſinebat intercipi : quapropter turbulentiſſime
inter eos incuſationes & iurgia excandebant . Hi quidem plebeios iniquiſſime
uirũ fortẽ eieciſſe criminabãtur ii contra patritios retrudeſcentibus inimicitiis

concitasse Martium querebantur: & afflictis bello cęteris eos spectatores se-
dere/ac eris fortunarumq; suarum custodes nactos ab se q̄ longe bellū habētes.
Tum Martius uehementissimā se rem confecisse ratus quod ad cōtēpnendos
hostes audateor iam Volscus esset/prędam tutus abduxit. Vt uero nō minus
mature q̄ animose coacte sunt ingentes Volscorum copię partim in urbibus
pręsidio reliqui partim belligerare Romanis censent: Martio autem alterius
optionem imperii ipsi tradente Tullo. Ille Martium cum se nusq̄ inferiorem
uirtute/tum uero meliore belli fortuna usum affirmans/ducē foris uersari statuit
se autem ciuitatū pręsidio futurū/& exercitui cōmeatus & necessaria suppedita-
turum. Quibus rebus acrior factus Martius in primis Circeum Romanorū
Coloniā petit: cui ultro in eius potestate se dedenti uiolentū nihil intulit. Inde
latinorū depopulatur fines: ibi pro latinis sociis propugnaturos Romanos
opinatus. At ii cum a Romanis multotiens subsidiū implorarent: ad id fe-
rendum segnior erat populus: consules uero extremo iam consulatus tempore
pugnę periculū detrectabant. Ea propter uacui latini remissi: Martius ad
eorū urbē castris admotis/Tolerinos inde Vicanos Pedanos Bolanosq; contra
ferentes arma ui cępit. Corpora in seruitutē redacta bona eorum direpta sunt.
Qui ad eum inclinabantur/eos magna cura protexit/& ne quicq̄ detrimenti eo
uel inuito pateretur/ab illorum agro q̄ longissime castra dimouit. Postea Bolla
stadiis circiter. C. Roma distante potitus omnibus ferme usq; ad innoxiam
ętatem cęsis ingentē nactus est prędam. Tum Volsci qui ad ciuitatū pręsidia
dispositi erant q̄primum cum armis deferuntur ad Martiū: hunc unū impe-
ratorem solum suūq; agnoscere principē dictitantes. Eius inclitum nomen &
gloria admirabili uirtute per uniuersum ferebatur Italiā: unius traditionem
corporis tam incredibile rebus effecisse momentū Romana res nullū seruabat
ornamētū. Nulla belli cura quotidiane discordie seditiosęq; contētiones donec:
obsidione cingi Lauinii urbē nuntiatū est. Ibi Auita dierum templa Romanis
erant: inde primordia generis quoniā id primū Eneas oppidū condidisset.
Tum mirū in modū populi repentina mutatio. Absurdum uero ac incredibile
patriciorū consiliū: solicitus enim de reducendo in patriā Martio cū summa ui
damnationē eius rescinderet. Patre habito super plebis uoluntate consilio/id
prorsus inhibuere: siue ut oīno infesti populi uotis obsisterent: siue puod ple-
bis grā reuocari uirum nolebāt siue iam idcirco illi graues infensiq; forēt quod
tam&si ne ab cūctis iniuria lacessitus esset: uniuersos tamē offenderat: & hostē
se patrie declararat: in qua & potētissimos & pręstātissimos condoluisse ciues:
secūq; pariter uiolatos sciebat/lata de illius reditu rogatione absq; senatus con-
sulto inferēda lege ac suffragiis inanis erat plebis auctoritas. Id ubi Martius
accepit acrior ira subiit/omissaq; obsidione furore stimulatus ad urbē ire pergit:
& ad celias fossas quadraginta ab urbe stadiis castra locauit. Tum uisus terri-
bilior & quanq̄ ingentes antea tumultus attulisset/omnis tamē in pręsentia se-
data dissensio. Nemo enī aut princeps aut consularis audebat de martii reditu
refragari. Cernere erat muliebres cōcursus in urbe in deorū templis seniorum
lacrimas/supplicesq; precatus cuncta per trepida: nusq̄ salutis aut consilii locus
Tum prudentissimum plebis de conciliando Martio consilium extitisse intelli-
gebant. Incusando omnino patres qui dum placato opus erat: odium iramq;

magis incitarant. Legatos igitur ad Martium mittere placuit qui reditum ei
dantes in patriã instantis belli periculũ solui exorarẽt. Missi autem a senatu
equales Martii/ii cum primũ Martio occurrerẽt/sese ab eo tum familiari tum
amico ingenti alacritate susceptũ iri putabãt: quod secus est factum per hostiũ
castra deducti eum inter confertissimã turbam intolerabili grauitate sedentem
offendũt. Circũstantibus Volscorũ primoribus legatos causam aduentus iussit
exponere. Mitis ut decuit & humana plurimũ eorũ extitit oratio: Martius
ubi desiere loqui respondit/pro se quidẽ ex acceptis iniuriis acerbe irateq pro
Volscis ut imperator urbes & quantũ agri ademerint reddi iubens: Volscosq
sicut & latinos ciuitate donari. Nullũ nisi qui ęquis iustisq conditionibus fit:
firmũ ac stabilẽ belli finem. Ipsis ea de re consultandi triginta dierũ spatium
dedit. Abeuntibus legatis inde ex agro castra mouit. Hinc Volsci qui eius
potentię grauius inuidebãt primũ crimen nacti sunt/ex quibus & Tullus erat:
priuatim quidem nullis a Martio lacessitus iniuriis: uerũ qui humanorũ mor-
bus animorũ est/obscurata penitus fama sese Volscis esse contẽptui męstus ui-
debat: qui oĩa sibi Martiũ esse putabant: reliquosq non nisi q̃tum honoris &
potẽtię Martius erogaret: usurpare dignũ iudicabãt. Hinc prima criminatio
num causa occultis in illũ modis disseminari cepta. Hinc conspirãtes in eum
Volsci succensebãt: ipsumq quia castra mouisset proditiois insimulabãt. Nec
uero prodita hosti męnia uel arma/sed tẽporis oportunitatẽ: cuius ea uis eaq
natura est/ut superiora illa tum cõseruare/tum in pernitiem dare queat. Haud
minusq̃ triginta dierũ spatiũ hosti dedisse/ in quibus nihilo maius rebus gerẽ-
dis momentũ accessisset. Quanq̃ id temporis interuallũ Martius nõ ociosus
non segnis exigens socios Romanorũ inuadens ferro igniq uastasset: septẽ
ingentes populisq frequentes cępit urbes. quibus nullũ Romani ferre subsi-
dium prorsus audebant/adeo cunctorũ aĩos terror affecerat: & resolutorũ ac
rigentiũ more mẽbrorũ fracte uires ad bellum erant. Instante die dicta Mar
tius cum toto rursus affuit exercitu. Missi denuo legati orare ut ira posita ex
agro Volscos educeret: quęq utriq magis in re sit: dicat peragatq/nihil mętu
cessuros Romanos esse/quod siquid equũ Volscus aut humanũ postulet/factu-
ros se oĩa modo arma deponat. Ad hęc Martius nihil ut Volscorũ imperato-
rem se respõdere ĩquit/uerũ uti adhuc Romanũ ciuẽ Proinde mouere se orareq
ut equiora sanioraq consulerẽt: utq eius postulata cõprobassent. Tertio demũ
die redire iussit/quod si secus deliberent: nullam amplius uacuis in castra mã-
datis migrandi ueniam eis fore pernoscant. Senatus ubi re infecta redeuntes
accepit legatos/perinde ac seua ciuitatem tempestas ac procella uexaret: tanq̃
ad extremam ancoram ad numinis opem implorandũ confugit. Vniuersos
nanq sacerdotes Aruspices Edituos Vates & ex uetusto Romanorũ ritu Agu-
res solitis pro cuiusq sacerdotio ornatos insignibus ad Martium ire decernũt:
orareq ac deprecari ut cum suis demum rediens in gratiã ciuibus impiũ adeo
bellum abducat. Hisce uiris intra castra susceptis nihilo mitius aut placabilius
tribuit aut perfecit/aut uerbum reddidit: proinde aut prius imperata facerẽt:
aut bellum susciperent. Reuersis inde sacerdotibus sedatis in urbe motibus
disponendas esse censuerunt per muros uigilum stationes: qui subeuntes pro-
pulsarẽt hostes. Suã dehinc in tempore ac fortunę inconstantia spem collocãtes

nullum eorum saluti remedium adhibebant. Cunctam igitur ciuitate turbatio pauor/ & dirus occuparat rumor: quoad quod ab Homero per sępe dictum est: tale aliquid obuenit/ quod nequaq̃ multitudinis aīo sedet. Is enim magnis in rebus & minime usitatis hunc in modum inquit clamatq;. Olli pectoribus posuit dea candida pallas. At superū quisq̃ mentem conuertit. Item & alio in loco. Fama animis populi diuina illabitur & Cogitat/ ut mentē diuorū iussa monebāt. Quę ut impossibilia & haud sane credenda fabulamēta sunt: qui paruifaciant/ cum tamē ea conueniētia quidē & pro humanę consuetudinis ratione profecta Homerus cecinerit: quippe cum multotiens ita dicat. Ast ego consilium hoc animis ingentibus orsus. Sic fatus dolor eandē inuasit: & ille. Ambiguas uersat perfortia pectora curas. Et rursus. At nihil illa. Suasit honesta animo uersanti Kellerophonti in magnis āmirandasq; rebus quę impetu & inflāmato quodam indigere uideātur instinctu/ non a deo delectū nostrū eleuari/ sed moueri excitariq; uoluntatē facit. Nec uero ullos nobis appetitus/ uerū appetituū duces ingerit ymagines quibus cum ad inuitū minime opus cogat: fiducia certa speq; simul adiecta recusanti pręstant initiū aut enī a nostrarū causis actionū atq; principiis tollēda prorsus diuina sunt. Aut quonam alio modo opem ad iumentūq; ferunt hominibus. Nec enim dii nobis corpus effingunt/ nec ad res gerendas manus nobis & pedes componunt ac promouent: sed efficaces animi uires atq; delectū quibusdā primū imaginibus & cogitationibus excitant aut contra auertūt/ ac reprimūt sistuntq;. Romę autē matrone uaria deorū templa tenebāt/ plurime & longe quidē clariores Capitolini Iouis aram supplices adorabāt. In quibus & Valeria eius soror Publicole qui Romanis ingentia persępe tum foris/ tum intus attulerat adiumēta: Publicola iā mortē obierat/ quēadmodū in eius uita conscripsimus. Valerie uita non dedecus sed summā potius stirpi sue gloriā adiecisse creditur. Ea igitur repēte quo superius dixi modo concita & diuina quadam medicāte/ publice calamitatis cogitatione tacta exurgit/ secūq; cęteras trahens ad Volumniā Martii genitricem cōtendit: cuius domū ingressa eam cum nuru sedentem paruosq; sinu nepotes fouentes inuenit. Circūfusis igitur mulieribus/ Volūnia inquit tuq; Vergilia nullo senatus consulto aut principum edicto nos matrone matronas adimus. At deus nostras ut arbitror miseratus pręces uigorē iniecit animis: ut horsum tum pro nostra ciuiūq; salute/ tum pro uestra gloria obsecrature uenire/ mus/ clariori profecto si animū induxeritis futura: q̃quā Sabine cōciliatis ex bello ad amicitiā & pacem maritis ac parentibus uendicarūt. Eya supplices Pergamus ad Martiū ad quem uerum iustumq; de patria perferte testimoniū quod ipsa licet/ multis oppressa miseriis/ nihil tamen ob iram graue nobis aut infestum intulit: quin illi uos restituit incolumes tam&si nullā ab eo sit assecutura clementiā. Ea orante Valeria relique acclamauere mulieres. Tum Volūnia ita respondens. Et publicarum inquit matrone calamitatū ęqua nobis portio est: & priuatis affligimur malis: quę cum Martii gloriam & uirtutem āmiserimus: hostilibus magis armis circumseptū q̃ saluum aut liberum eius corpus aspicimus ingens uero uobis calamitas incumbit: si adeo patrie uires relanguescunt: ut suam in nobis spem collocarit. Enimuero nescia sum/ q̃ti nos facier/ qui adeo patriā aspernetur; & nihilifaciat/ quam matri & uxori & liberis

antepoſuit. Verum enimuero ad illum nos deducite: ut ſaltem pro patria ſup-
plices expirare liceat. Tum pueros ac Vergiliã unacũ reliquis ſecum mulieri-
bus ducens caſtra Volſcorũ adiit. Earum miſeranda facies hoſti reuerentiam
iniecit atq; ſilentiũ. Hic Martius in ſuggeſto inter Volſcorũ proceres ſedens:
ubi eas aduentare mulieres uidit, ãmiratione confectus eſt, in primis ueniẽtem
uxorẽ noſcitans ĩmoto & obſtinato perſiſtere aĩo uoluit: uerum conſternatus
affectu & ad ipſarũ confuſus intuitũ haud tulit, ut ſe ſedentẽ adiret: ac pernici
deuolãs gradu obuiã prodiit. Et matre primo diutiſſimeq; ſalutata inde uxore
ac filiis nullo iam pacto frenare lacrimas poterat. Vt uero dulces incepti ſunt
amplexus uirũ parẽtis amore perinde ac ſecũdo flũminis curſu deferri cernẽs.
Cęterũ cum inchoantẽ iam uerba matrẽ intelligeret acceptis Volſcorũ primo-
ribus Volumniã talia orantẽ audiuit. Et ſi fili taceamus ipſe, tum ueſte, tum
miſeri corporis apparatu, cernis qualem domeſtice rei conditionem tuũ nobis
confecerit exiliũ. Exiſtima uero q̃ cęteris longe mulieribus infęliciores acceſsi-
mus, quibus dulciſſimũ aſpectũ fecit fortuna: terribilẽ te mihi filiũ, huic uero
maritũ patrię muros obſidentẽ aſpicimus. Et quod cęteris calamitatis & ma-
lorum ſolet eſſe ſolaciũ deos orare q̃ procul nobis ablatũ eſt: non enim & patrie
uictoriã & tibi ſalutẽ implorare fas eſt: quęq; atrociora, quiſpiã nobis imprę-
caretur hoſtis ea noſtris inſinit pręcibus. Vxorẽ enĩ ac liberos aut patria aut te
orbari neceſſe eſt. Ego uero dum hęc uiuẽti mihi bellũ fortuna diiudicet, haud
morabor: teq; niſi poſitis inimicitiis ad pacẽ atq; concordiã conciliauero: ita
ut uterq; potius beneficũ q̃ alteri perniciosum te reddas. Hoc tibi perſuade ſicq;
conformatus & paratus accede: ut non ante hoſtiles patrię manus conſeras q̃
cęſam calcaueris parentẽ. Nęc enĩ ea mihi expectãda dies eſt qua filiũ aut in
triumpho tractũ a ciuibus, aut de patria triumphantẽ aſpiciã. Quod ſi pro con-
ſeruanda patria profligari a te Volſcos exorarẽ: graue fili iniquũq; tibi fateor
imminere conſiliũ: nanq; neq; ciuis perdere bonũ eſt, neq; tuos cõmiſſos fidei
perdere iuſtũ. Nunc malorũ finẽ imploramus ſimulq; populis utriſq; ſalutẽ.
Quę res maximã Volſcis gloriã cõparabit: quod cum ingentia nobis bona
& uictores quidẽ tribuerit non minus iocundã ipſi pacem & amicitiã ſint cõ-
ſecuturi: quę ſi effecta fuerit, tu tantorũ profecto dux eris & cauſa bonorũ: ſin
ea infecta permãſerint utriq; noxam in te ſolum crimẽq; reiicient. Cũq; incertus
belli ſit euentus hoc certi ſecũ affert: ut ſiquidẽ uincas ĩmaniſſimus patrię ua-
ſtator appellãdus ſis, ſin uictus ſuccũbas ob tuam uideberis iracundiam bene-
factoribus & amicis ingentium origo malorũ extitiſſe. Hęc dum oraret Vo-
lũnia nullũ reſpondens uerbũ Martius intentis excipiebat auribus. Vt uero
deſierat cum is diuturnũ teneret ſilentiũ: rurſus Volumnia. Quid ſiles inquit
nate nũ ire receptarũq; iniuriarũ memorie omnia concedere ſatius arbitraris an
depręcanti talia matri largiri pulcherrimũ munificẽtię genus non eſt. Magni
ne intereſſe uiri putas acceptorũ meminiſſe malorũ. Suſcepta autem a parenti-
bus beneficia eorum cultui ac uenerationi reddere, num excelſo potius ac bono
digniſſimũ uiro munus cenſes. Cęterũ gratiã habere tueriq; magiſq̃ tu debuit
nemo: cum tamen per acerbiſſimã adeo ingratitudinẽ eas. Et cum permag-
nas iam patrie pęnas exegeris acceperiſq; nullas adhuc matri grates retuliſti.
Erat uero equiſſimum atq; ſanctiſſimum ut abs te uel nulla ingruenti neceſſitate

tam honesta tamqꝫ iusta postulans impetrarem. Quid cum in meam te uerbis
sententiam deflectere nequeam extreme iam/parco spei hęc affata cum uxore
simul ac liberis pedibus aduoluta procumbit. Tum conclamans Martius
qualia mihi ait factitasti mater: & iacentem sustulit. & pressa dextera inquit/
uicisti patrie quidem prosperam nimis atqꝫ nimis/perniciosam aũt mihi uicto-
riam. Abste tantum superatus abscedam. Inde solus matri ac uxori pauca
locutus eas remisit in urbẽ. Deinde simul atqꝫ nox abiit: Volscos abduxit:
haud equidẽ omnes eodẽ quo prius studio aut paribus dispositis sententiis. Hi
nanqꝫ uirũ & gestam rem improbare: illi uero quibus ad pacẽ inclinabatur:
animus incusare neutrũ. Alii quanq̃ id ęgre perferrẽt factũ/haud tamẽ Mar-
tium improbũ malignũ ue opinari hominẽ quoniã tantis fractus necessitati
bus concessisset. Reluctante igitur nemine uniuersi uirtutẽ magisq̃ imperiũ &
potestatẽ eius admirantes ipsum sunt consectati. Quantus belli terror ac pe-
riculũ cunctos oppresserit/ex eo soluto facile cognosci licet. Romanus enĩ popu-
lus simulatqꝫ mouere castra Volscos conspicatur/reseratis deorũ templis coro-
nati perinde ac parta uictoria passim imolabant. Pręcipue uero incõpẽsandis
honore mulieribus senatus populusqꝫ lęticiã declarauit: quas salutis initium
extitisse: ęgregie tum arbitrabantur/tum prędicabãt. Decretũ igitur est a senatu
ut quicquid ille uel ad gratiam uel ad decus reposcerent: id consules effectũ
darent. Nec tamẽ aliquid nisi fortunę muliebris templũ ab se ędificari popos-
cerunt: sumptũ quidem ex semet collature modo & sacrificia & diuinos hono-
res publice ciuitas dedicaret. Patres earũ magnificẽtia collaudata edẽ publica
posuerũt impensa. Ille collata nihilominus fortunę simulacrũ pecunia cõpara-
runt. Quod dum cõsecraretur/ita locutũ Romani memorie prodiderũt. Grata
me diis lege riteqꝫ me matrone dicastis. Eam secũdo uocẽ manasse rumor est.
Ardua hęc & quę egre facta credamus: siquidẽ e simulacris sudorẽ lacrimas
& cruentas apparuisse stillas/nequaq̃ impossibile: ligna enim & lapides plerũqꝫ
oriundã ex humore putredinẽ cõtrahunt subinde multos ex se colores emittẽtia
uariasqꝫ ex aere tincturas suscipiẽtia. Quę res quo minus deorũ ĩmortalium
prodigia sint nihil impedimẽto esse arbitramur parte etiã aliqua scissa uiolẽtius
aut disiuncta penitus gemitui/aut suspirio persimilem queunt/edere simulacra
sonitũ. Ex inanimis autem articulatã uocem/manifesta uerba absolutamqꝫ aut
integram formari orationem prorsus absurdũ. Si non anima non deus absqꝫ
corporis instrumentis certa partiũ ratione compacti sonans loquẽsqꝫ fuit. At
cum uerisimili nos testimonio multotiens urget historia: id profecto est quod
innatus affectus & egritudo quędam similem sensibus rerum apparentiã yma-
ginãte animo inducit: quemadmodũ in somnis audire non audiendo/& aspi-
cere non aspiciendo uidemur. Haud tamen mortalium tollenda religio est.
Atqui beniuolentia & pietate ita diuinis afficiũtur: ut nequid ex his deponere
aut diminuere queant: id eorum fidei permagnũ momentũ adest/quod mira
dei uis existit. Nec uero pro nostra diuina pensanda potentia/quę nullo pacto
humanę non natura/non motu/non arte/non uiribus equiperãda est: siquid no-
bis impossibile efficiat: aut nobis inexcogitatũ excogitat certe ne quicq̃ absonũ.
Cumqꝫ omnibus in rebus plurimũ intersit: tum uero in operibus maxime
dispar & dissimilis existat. Verũ enĩ uero ut placet Heraclito diuina plurimũ

ob incredulitatem nescita delitescunt. Vt uero Antium Martius rediit: Tullus in ipsum grauissimo stimulatus odio et cõfestim necis orditur insidias: ueritus ne si in pręsentia effugerit non altera sibi pręstetur occasio. Conspirantes igitur & instructos in illum complures incitans/ rationem Volscis reddere: & magi/stratu sese abdicare iussit. Ipse timens ne adhuc imperio durante Tulli: qui maxima inter ciues suos pollebat potentia: se priuatum faceret: imperio se ab/dicaturum si Volsci edicerent aiebat. Illud enim sese iubentibus uniuersis inisse: neqꝫ nunc recusare: quin modo uelint Antiates rationem administrati reddat imperii. Aduocata contione impigri aderant factiosi homines plebē instigātes Assurgente postmodum Martio/ ingens tumultus ob pręcipuā eius reuerentiā compressus/ ut intrepide diceret sinit: Antiates quoqꝫ primores & qui pace magis letabantur aperta dabant signa: se comiter audituros: & iustam prola/turos sententiam. Ast uiri confutationem Tullus extimuit. Erat enim indi/cendo grauissimus maiorē posterius in causa dicenda gratiam priora sibi gesta comparauerant quin eius hominis gratię magnitudinem certissimo testimonio ipsum declarat crimen. Nec enim idcirco tantas accepisse quererētur iniurias: quod in eorum potestatem redacta Roma non esset: nisi ut illam sibi prope subicerent Martii uirtus effecisset: ulterius itaqꝫ immorari aut tentandos esse multitudinis animos audacissimi nequaq̃ censuere complices: & ne orans au/diretur ingentes sustulere clamores. Haud paruifaciendum/ non negligendum hunc proditorem/ Volscis dominantem principatu se abdicare nolle. Tum si/mul adorti opem ferente nemine uirum trucidant. Id autem facinus non om/inbus collibuisse mox declaratum est. Ad eius enim corpus honorifice humā/dum e ciuitatibus concursum est. Illius sepulchrum tanq̃ pręstantissimi & bellatoris & ducis armis & spoliis exornatum: Romani illius audita morte nullum aliud uel honoris uel odii signum aperuere: postulantibus matronis ut eum decem lugere menses liceret concessum. Qui mos lugendi patri filio ac fratri erat. Id longissimi spatium luctus ab Numa Pompilio institutum est: quemadmodum cum res illius scribebamus/ exposuimus. Inde Volscorum res e uestigio Martium desiderauere: primum nanqꝫ inter eos atqꝫ Sicanos tum socios tum amicos de imperio orta seditio ad uulnera usqꝫ cędesqꝫ prouecta est. Posthac pręlio a Romanis superati/ in quo & Tullus occubuit: & suarū flore copiarum internitioni dedito: turpissimum percussere fędus ubi ex pro/pria libertate delapsi/ parere & se imperata facturos adstipulati sunt.

CETERVM EXPOSITIS OMNIBVS REBVS QVE in se sunt nobis congnitione atqꝫ memoria dignę: nūc opere pręcium esse existimo Martii & Alcibiadis mores naturę atqꝫ totius uitę cursum breuibus uerbis conferre. At si pri/mum res bellicas conspirare uolumus reperiemus pariter ab utrisqꝫ: cum duces exercitus essent: multa pręclara atqꝫ ęgregia facinora edita nisi quis Alcibiadem in eo anteferendū putet: qꝫ plures q̃ Martius uictorias consecutus in cunctis certaminibus qui/bus terra mariqꝫ hostes superauit. Sic consilio/ disciplina/ atqꝫ ordine/ militari

omnia gessit : ut nihil ab eo prętermissum esse appareat : quod a peritissimo duce expetendũ foret. Illud aũt pariter ambobus tribuendũ puto : ꝙ eorũ pręsentia res semper florere augeriq; uidebãtur : absentia uero aut debilitari aut corruere. At popularẽ uiuẽdi modũ adulationibus blãditiisq; refertũ quibus ille adau/cupãdã grãm multitudinis sępius fortasse q̃ decuit utebatur| In Alcibiade plerıq; reprehendũt In Martio ecõtra superbiã arrogãtiãq; redarguũt : quam ad paucorũ semper potentiã conuersam odiosã fuisse dicunt. po. ro. Nos uero ut neutrũ in his laudãdũ sic hoĩe multitudini blãdiẽte minus q̃ eãdẽ aspernãtẽ ui/tuperãdũ cẽsemus. Turpe est enĩ adulationibus imperitã multitudinẽ capere| ut opes q̃ maximas cõsequaris. At populũ deprimere| in eũ insurgere| uim quoq; afferre ut potẽtia uehemẽter excellas : nõ solũ turpe est| sed etiã iiustũ. Habitus est aũt Martius moribus integer ac in oĩ uita cõstans : Alcibiades e cõtra uersutus callidus| & in fallẽdis hoĩbus auctor ęgregius. Vnde illius dolũ quo Lacedemo/niorũ legatos decepit| amicitiã labefactauit| pacẽ dissoluit| oẽs uituperãt q̃q̃ excita/to postea sua opera bello potẽtiorẽ remp. reddidit| Martinẽsiũ ac Argiuorũ so/cietate adiũcta : Martiũ quoq; apud Dionisiũ Historicũ ĩ maxima illã celebritate ludorũ| qui Romę instaurabãtur cum falsis calumniis populorũ aĩos cõcitasset. Auctorẽ fuisse comperio ut graue inter Romanos & Volscos oriretur bellum. Causa uero qua Martius arma hostilia in patriã uertit. Turpior longe q̃ Al/cibiadis fuisse uidetur. Non enim cõtentione discordiaq; ciuili| sed ira ac indig/natione quadã a qua nemo unq̃ut inquit Dion grãm reportauit. Prouocatus tum patriã tum multas Italię urbes| quę nullã in eum culpam cõtraxerant : fęde turpiterq; afflixit. At qui Alcibiades multis iniuriis lacessitus suis ciuibus infe/rens bellũ maximarũ calamitatũ causa fuit. Penitẽtibus tamẽ postea non mo/do non ignoscebat| sed etiam periclitãtibus sępe adiumẽto ac pręsidio erat : & cõmunicando & monẽdo| & fauendo : Martius pręterea ciuitatẽ in primis totã uexauit. Cũm non a tota iniuriã suscepisset| sed maxima atq; optima ciuiũ pars in eadẽ causa in qua ipse fuisset| & cõtentionis & periculi uersaretur. Deide mul/tis legationibus missis supplicationibusq; decretis : ut unius hominis irã leniret : sic se implicabilẽ prębuit| ut bellũ suscepisse uideretur| non quo in urbem rediret : sed ut funditus ciuitatem euerteret. Pręter hęc Martius optime de se meritos Volscos : qui eum exulantẽ susceperãt| dignitatẽ ei detulerant. Imperiũ ac totius belli administrationẽ cõmiserant. In medio cursu secundarum rerum deseruit : Alcibiades uero ab agris Lacedemonẽ ueniẽs priuatus in urbe| priuatus etiã in exercitu mãsit. Et cum ęgregiã operã in bello nauasset| proucatus Lacedemo/niorũ insidiis| aĩum simul cũ causa permutauit. Itaq; ad Tisaphernẽ se cõtulit| eo cõsilio tantũ : ut Barbararũ qui grauissimus hostis impẽdebat| ab Atheniẽsium ceruicibus remoueret| ac urbẽ Athenarũ in quã redire magnopere cupiebat| in/tegrã incolumẽq; seruaret. Sed pleriq; homines qui utriusq; mores cõsiderant : Alcibiadẽ aiũt nimiũ cedentẽ cupiditatibus suis pecuniã ex corruptelis solitũ eẽ accipere. Eãq; deinde ad uoluptatẽ libidinẽq; cõferre : Martii ecõtra integritatẽ ac animi moderationẽ sic suis laudibus efferũt : ut ipsum plerũq; ab iis etiã pe/cuniis| quę & honoste ei deferebãtur| & iuste accipi poterãt abstinuisse dicãt. Ve/rum in Controuersiis de ęre alieno| & nexorum causis iudicandis non tam lucri spe aut cupiditate alicuius cõmodi consequendi| q̃ arrogãtia & asperitate naturę

difficilis Martius habebatur. Itaq ii etiam de quibus ille bene meruerat, morositatē hominis uel domesticā solitudinē ut inquit Plato iniquo animo tolerabāt Alcibiades uero sibi oēs homines quibus cum uersabātur, incredibili arte conciliabat, & in rebus gerēdis id assequi uidebatur, ut quod arduū apud mortales putāt grām simul cum gloria iungeret. Quin etiā cū magnis calamitatibus interdum remp. affecisset, sua tamē affabilitate sic Atheniēsiū animos capiebat: ut illi iniuriarū plerunq obliti, Imperiū ei magna cum auctoritate deferrent. Martius uero honorē quęrēs ob multa fortitudinis opera suę uirtuti cōgruentē assequi non modo non potuit, sed repulsam quoq cum ingēti ignominia tulit. Sic igitur illū gratia hoīem sequebatur, hūc admirabātur oēs amare nō poterāt. Illud aūt uere dici pōt, Martiū cum eēt Romanorū dux semper Romanę reip. profuisse, obfuisse nūq̄: Alcibiadē uero ducentē Atheniēsiū copias maxima interdū detrimēta suę patrię atq in cōmoda attulisse: Alcibiades pręterea in ciuitate semper pręsens aduersarios superabat, absens inimicorū calūniis criminibusq obrutus sine Controuersia uincebatur: Martiū & pręsentē damnarūt Romani. Pręsentē quoq Volsci iniuria necauerūt, q̄q̄ ipse cām succēsendi ęquam illis prębuisse uidetur. Cum id bellum quod publice susceperat, a mulieribus persuasus priuati deposuit. Illud pręterea non recte a Martio factū eē uidetur: quod potius pietate matris q̄ ciuitatis cuius illa quoq pars erat misericordia motus patrię suę ignoscendū putauit. Nam oratorū pręcibus sacerdotū supplicatiōbus spretis, qui suis insignibus uelati supplices in castra accesserāt. Totius deniq po. ro. luctu gemituq neglecto, unius mulieris lacrimis cessit, ac si patria illius causa nō per se ipsam seruari mereretur, patrię igitur suę pepercit, neq a Romanis persuasus cōtra quos arma susceperat, neq persuadēs Volscis pro quibus gerebat bellū. Horū oīum natura hoīs insolēs & supra modū in rebus gerēdis elata cā fuisse uidetur, quę quidē multitudini per se ipsā molesta, cū ei honorū libido cupiditasq accedit, itolerabilis fieri solet. Itaq huiuscemōi uiri cū ipetēdis magistratibus a populo repellūtur, dolēt indignātur, ferre nō possunt, nec satis meminisse uidētur, nō tam illos pręferri qui uirtute prudētiaq excellūt, q̄ eos post haberi, qui neq populū rogādū, neq multitudinē colendā cēsent. Vt olim metello Aristidi & Epaminūde euenisse aiūt, q̄q̄ ii a populo sępe reiecti non admodū suę reip. succensebant. Sed illatę iniurię postea penitentē magisq unq̄ antea amplexabātur: nitebāturq in omnibus rebus gerendis, ut uiros optimos decet bene de ciuitate mereri. Quid enim stultius q̄ multitudinem aspernantē grauiter ferre si a multitudine negligatur: Alcibiades igitur cernens populū sepe gratia flecti, pręcibus cedere, affabilitate capi. Cum in obseruanda multitudine studium ac diligentiam adhiberet: mirandum non erat si postea honoratus gaudebat. Post habitus autem iniquo animo iniuriam tolerabat: Martium uero siue nolentē siue nescientem colere eos, qui suę ambitioni obsequi poterant, minus grauiter ferre decuit repulsam sua prope culpa contractam. Atq hęc sunt quę in eo uiro reprehendenda esse putamus. Reliqua omnia splendida in Martio & summa laude digna comperio: sed pręsertim pecuniarum abstinentiam ac uitę integritatem. Quibus non cum Alcibiade qui in his nec continentię unq̄ nec honestatis rationem habuit. Sed cum optimo quoq grecorum conferri posse uidetur.

THEMISTOCLIS ATHENIENSIS CLA-
riſſimi & ſapientiſſimi ducis uitam latine interpre-
tatus ad te miſſurus eram humaniſſime : cum eius
exilii recenti memoria multoꝝ ducũ & principum
ciuitatum cladibus in mentẽ mihi reuocatis : in eã
ſum ꝗ̃ ſepe ſoleo dubitationem compulſus : fortunaꝫ
ne magis : an uirtute conſilioqꝫ opus eſſet iis : qui
in florẽtiſſimis rebus p. adminiſtrãdis ſine periculo
uellent & cum dignitate uerſari. Nã cũ me ad grę-
corũ ſummos uiros : malo enim externa in tali re cõmemorare ꝗ̃ noſtra : mẽte &
cogitatione cõuerto : uideo pęne ĩnumerabiles ĩ ꝗbus iuditio omniũ ſũma digni-
tas ſũma uirtus fuiſſet : quicqꝫ in rebus perditis ſuo cõſilio & ſapiẽtia a grauiſſi-
mis periculis ac prope interitu patriam uẽdicaſſent : partim interẽptos eſſe a ſuis
ciuibus partim eiectos : quoſdã etiã priuatos honoribus miſere atqꝫ ignomini-
oſe uixiſſe : quo in loco huius ipſius quẽ dico Themiſtoclis fuga & perſecutio :
& Miltiadis carcer aliorũqꝫ cõplurium oĩ dignitate prĩcipiũ nõ diſſimiles exitus
ſubeunt. Quę ꝗdẽ ego ſępenumero mecũ repetẽs uehemẽter indignari ſoleo qui
maximis laboribus periculiſqꝫ ſuis ſalutẽ & incolumitatẽ cęteris peperiſſẽt : tãtũ
abfuiſſe ut digna ſuis uirtutibus pręmia reportarẽt ut ꝗbus ſaluti fuiſſent : & a
ꝗbus ornãdi erãt ab iis ut ſcelerati & ĩpii plecterẽtur. Itaqꝫ ĩterdũ facile adducor
ut opiner ex fortuna hominibus pẽdere oĩa ita & ab ea ſine uirtute res maximas
cõfici : & eãdẽ cũ uirtute cõiũctã nimiũ poſſe : at ſine fortuna uirtutẽ nihil ualere
ſed eſſe nomẽ uacuũ & inane : nec nõ illos ſapiẽtiſſimos iudicẽ ꝗ ea de cauſa a re
p. & a negociis animo abhorrẽtes. quo tẽpore florem in iis plurimũ poterant :
magno quodã iuditio & cõſilio contẽptis honoribus & magiſtratibus ſe in ociũ
ſolitudinẽqꝫ contulerũt maluerũtqꝫ remoti ab oĩ cõtẽptione ciuili obſcuri & in-
cogniti uiuere : ꝗ̃ ſe fortunę cõmittere cuius furẽtis impetũ humana ope ſuſtinere
ſe poſſe diffiderẽt. Hęc igitur niſi exquiſitius diſputẽtur poterũt ꝗbuſdã uere for-
taſſe uideri. Verũ ego cũ a cõmuni ĩtelligẽtia & a uulgi opinione abducere aĩmũ
& ad ueras rationes reuocare inſtituto ſic ĩtelligo ac iudico fortunã lõge uirtute
ĩferiorẽ eſſe nec cũ ea ullo modo cõferẽdã & hãc ĩperitoꝝ opinionẽ ab ĩbecillita-
te hominũ deſidiaqꝫ proficiſci ꝗ cũ ipſi uirtute deficiãt ſi quid interdũ in prudẽtia
ſua offẽderit culpã oẽm in fortunã reiiciũt eãqꝫ ueluti magnũ aliquod & infeſtũ
numẽ perhorreſcũt quã ſi perfecta uirtute forẽt cõtẽnerẽt & pro nihilo ducerẽt neqꝫ
ego hoc dico in rebus humanis nõ permaximũ in utrãqꝫ partẽ momẽtũ habere
fortunã : uerũ ſi qui ita uirtute ſe armẽt atqꝫ inſtruãt ut poſſit aduerſa ferre cõſtã-
ter : & ſecũdis moderate uti his profecto nõ uideo cur aut aduerſa fortuna me-
tuẽda ſit : aut ſecũda magnopere expetẽda : quę ſi eius ſociã ſe preſtiterit : preclare
ſecũ actũ minuſqꝫ ſibi laborãdũ putabũt. Sin minus haud tamẽ a mẽte cõſilioqꝫ
deſiſtẽt : ſed in ſe tantũ atqꝫ in ſua uirtute oĩa preſidia locabũt & eo acriori ac pre-
ſentiori animo ad rẽ gerendã ĩcumbent : quo minus ſibi externe opis adeſſe cog-
noſcent. Eſt enim uirtus eiuſmodi : ut trãquilis & ad uolũtatẽ noſtrã fluentibus

rebus languescat : asperis uero & incomodis si adhibetur magna eluceat. Nęc
uero id magnopere cōmouet : si qui clarissimi uiri cum ad āplissimos dignitatis
gradus euasissent | postea cōciderūt : nec eū quē suis laboribus cōsecuti erāt | statū
retinere potuerūt. Nā si quis recte & diligēter cōsideret : facile perspiciat eos oēs
inflatos opinione | cū inperii cupiditate flagarēt : & cū ꝗbus pares libertate esse
debebāt : iis ui superiores esse niterētur debitas & meritas temeritatis poenas de/
disse. Quod si ꝗbusdā eiusmodi casus inimicoꝝ calūnia inciderūt : eos aūt cum
ęque tulissēt ad postremū esse restitutos : aut cū fracto aīo obiectoqꝫ forēt : & ob/
leuitatē naturę | sibi ipsis cōstare nō possēt : sed desperationē reꝝ ad hostes cōfu/
gissēt : cōsilii inopia | nō fortuna in maximā se ac suos cladē & ignomiā cōiecisse
effecisseqꝫ | ut obscurata priori innocētia posterioribus delictis | iuste oīa pati pu/
tarētur | ꝙ ꝗdē nec magni uiri nec sapiētes huiusmodi sūt. Quid est enim stultius
quā si in naui sis īminēte procella abicere gubernaculū | & te cōtēpta salute flucti/
bus obruendū permittere. Nā acer & diligens gubernator nihil expauescit | sed
fortius cōtra uī tēpestatis īsurgit : & si eū quē ceperat cursū tenere nō potest | mu/
tata nauigatione : q̃ facultas datur in portū peruenire cōtēdit. Vt si perierit | non
negligētia sua perisse | sin euaserit | nō forte | sed cōsilio euasisse uideatur. Quē sapiē/
tē | ęgregiūqꝫ ciuē proponere sibi in re p. decet | si quid īdigne patitur : nō se abice/
re : sed fortunę & tēpori cedere : & ad aliā oportunitatē se & suas uires reseruare
q̃lē Athenis Aristidē fuisse accepimus : & e nostris Furiū Camillū : ꝙ & pulsi irę
ciuiū cōcesserūt : & cū oportuna res cecidit : saluti nō defuerūt. Itaqꝫ taliū uiroꝝ
quottidie magis gloria claret : A quoꝝ institutis in hęc tu mihi aberrasse uide/
ris : ꝙ nulla tua culpa sedicionibus & quasi fluctibus ciuitatis eiectus : patrie
īiurias ita tulisti ut in ea exilii calamitate fortunā tuā indolerēt oēs : cōstātiā pro/
barēt : sapiētiā mirarētur. Itaqꝫ meritissimo cōmuni ciuiū cōsēsu & uoluntate sū/
ma cū gloria in patriā reuocatus | perspicue declarasti. Tibi eiusmodi casū nō de/
licti suppliciū : sed illustrāde uirtutis materiem extitisse : Quę una ex oībus uir/
tutibus Themistocli defuit : ceteris tamē ita excelluit | ut cūctis eū grecię ducibus
āteferre nō dubitē. Quare & si non me latet q̃ imprudēter agā | ꝙ tibi in hac tāta
occupatione uitę atqꝫ urbis | meis scriptis obstrepere audeā | presertī cū tibi quoti/
die assit Leonardus aretinus prīceps eloquētię huius ętatis : decus & ornamētū
latinę linguę | Ambrosius albas | Nicolaus | Nicolus Poggius | Carolus Aretinus
doctissim & eloquētissimi uiri | ꝙ te suis scriptis teneāt | quoꝝ sermonibus tuę as/
sidue mulceātur aures : decreui tamē meoꝝ laborū ac uigiliaꝝ tibi aliquid im/
partiri | haud nescius ad sūmoꝝ prīcipū colloꝗa tenuissimos īterdū homines ad/
mitti solere. Fretus igitur tua humanitate Themistoclis res gestas a me nuper ex
Plutarcho in latinū uersas : quod preclare mihi uise sunt atqꝫ imitacione in pri/
mis digne ad te mitto : ut ex iis | si quid ad tuum usum pertinebit deligere pos/
sis : & te euū uirū pietate simul & felicitate superasse leteris. In quo si minus tibi
meus labor gratus erit : debebis tamē eas & Themistoclis nomine & Plutarchi
auctoritate libēter legere : Itaqꝫ ut facias te & oro & obsecro : & me si hęc probari
abs te percepero ; plura ac maiora tuo nomine aggressum esse profiteor Vale

TEMISTOCLI INITIA GENERIS PARVM SANE gloriosa fuere. Patre enim ipsum Naocle haud claro quidem homine ex populo Phreario: tribuqꝫ Leontide: ex non iusta matre natum perhibent eãqꝫ treiciam genere abrotonũ nũcu-patum: Sed magnũ gręcis ut mihi uere uideor dicere The-mistoclem peperit. Phanias aũt Themistoclis matrem tradit non Threiciam sed cariã neqꝫ ab Rotano sed Euterpe ei no-men fuisse. Neanthes quoqꝫ alicarnassum carie ciuitatẽ patriã illi ascribit. Quare in cynosarges cõtribuẽtibus nothis: id est aũt extra Vrbem Herculis gymnasiũ quod ne is quidẽ Legi-timus extitisset ob matrem que mortalis erat: persuasit ĩgenuis quibusdam ado-lescẽtibus ut ĩ cynosarges descẽderet atqꝫ una secum ungerentur. Quo facto uidetur nothorũ ac legitimorũ discrimẽ callide sustulisse. Quod uero lycomedas generis propinquitate attigerit. ex eo maxime apparet quod phlye telestrium: idest inici-andi locus ꝙ erat lycomedarum cõmune a barbaris ante incensum ipse instaura-uit. Et picturis illustrauit: Vt Simonides tradit Adhuc etiam puer uehemens ad modum animi plenus atqꝫ spiritus fuisse dicitur cũqꝫ foret natura prudens: elato animo magna semper atqꝫ eximia spectabat. Nam cũ ei a discipulis precipiẽdis quiescere ac animum relaxare licebat: non ut reliqui solent pueri. Ludis & in ercie se dedebat. Sed excogitandis orationibus quibusdã componendisqꝫ assidue uersabatur. Erant autem eę uel accusationes cuiusdam uel puerorum defẽsiones Vnde & magistrum eius dicere solitum quãdoqꝫ ferunt. Nihil equidem te paruũ O puer sed certe magnũ aliquod bonum aut malum futurum auguror. Nam ad ingenuas disciplinas illas quę ad gratiam & liberalem educationẽ queruntur, per discendas tardo hebeti ꝙ ingenio fuit. Quibus aũt ad prudentiam & rem gerẽ-dã informantur hominum mentes. eas cõtempsit manifesto atqꝫ despexit ut qui supra ętatem nature bonitate cõfideret. Ex quo effectum est: ut cum posteriori tẽ-pore in iis disceptacionibus quas liberales & urbanas uocitãt: irrideretur ab eru-ditis: grauius atqꝫ asperius se defendere cogeretur: cum diceret se lira canere: & psalterio uti nescire: uerumtamẽ ciuitatem paruam & obscuram: maximam ac clarissimam reddidisse Et si enĩ Stesimbrotus affirmet, Themistoclem Anaxagore audiendi studiosum fuisse: & Melysso quoqꝫ Phisico operam dedisse: tẽporibus tamen errauit. Contra periclem enim: Temistocle natu multo iuniorem: samios obsidẽtem: Melissus pro samiis imperator pugnauit: cum Anaxagora aũt uer-satus est. Magis igitur mnesiphilo cadendum uidetur qui Themistoclẽ Phrearii auditorẽ fuisse asseuerat: qui neqꝫ orator fuit neqꝫ Phisicus: sed eam sapientiã, quã uocant, re aũt uera bellicam facultatem, & quandam rerum gerẽdarum prudẽtiã & cognitionem professus est: solonis sectam quadam quasi successione secutus: quã posteriores cum ad uim iudiciariam adiunxissent & a negociis ad usum di-cendi orationes quę traduxissent: Sophiste habiti & nuncupati sunt Sed ad hũc cum iam rem. p. gerere aggressus esset ferunt se cõtulisse. In ipsius aũt iuuẽtutis primordiis nature tãtũ muneribus adiutus, eloquẽtie uero penitus & eruditionis expers; nec satis sibi constare, nec in iisdẽ semper consistere uisus est; cum natura

ipſa in agendo magnas in utranqꝫ partem mutaciones induceret : & ad deterius
ſepeferrẽtur : ut ipſum in poſterũ fateri non puduit . aſperos inquiẽs & immites
pullos in optimos equos euadere cũ ydonea illis diſciplina & inſtitutio adhibe/
tur . In quibus aũt aliqui fingendo diſſentiunt : a patre illum repudiatum eſſe &
uoluntarium matris interitum ex filii ignominia conflatum : ea & falſa uidẽtur
& cõtrarię quoqꝫ auctoritates aſſunt . Quibus dicitur pater cum eum a capeſſẽda
re . p . deterreret uetuſtas illi triremes abiectas in littore & contemptas oſtendere
conſueſſe : quaſi eodẽ modo a multitudine populi ſtudioſi homines cum inutiles
ſunt tractarentur . Celeriter aũt & audacter uiſus eſt rem . p . incenſus cupiditate
glorie attigiſſe . Qua ſtatim ab inicio cum uendicare ſibi ſtuderet principatum :
duras inimicitias ſibi potentiũ & principum ciuitatis conflauit . Maxime uero
Ariſtidem Lyſmachi filium : contraria in re . p . ſentientem aduerſarium habuit
Et ſi uidetur Themiſtoclis cum te ſimultas iuuenile initium habuiſſe . Amabat
uterqꝫ Steſileã tiam genere mulierẽ ſane forma preſtantẽ : ut Ariſtõ Philoſophus
tradit . Ex hac poſtea in re publica perpetua inter eos diſcẽſio manſit : quãq̃ uite
ac morum diſſimilitudo non parum eam auxiſſe uidetur . Nam Ariſtodes cum
uir probus foret : & natura mitis & manſuetus : nec ad gratiam aut gloriam in/
anem rem . p . gereret : ſed ſecuritati ciuium habita honeſtatis & iuſtitie ratione
conſuleret . cogebatur cum Themiſtocle qui ſtudio nouarũ rerũ populũ aſſidue
concitabat in certamen contentionemqꝫ deſcendere / eiuſqꝫ creſcentem potentiã co/
hibere . Dicitur enim adeo inflãmatus ad gloriã : adeo rerũ maximarũ ãbitione
honoris cupidus extitiſſe : ut quo tẽpore ſuperatis ĩ marathone barbaris / milti/
adis ducis gloria celebrata eſt : iuuenis ad huc ad ſe rediens diutius omnia uolu/
taret animo : & nocturnis uigiliis indulgeret conſuetis repudiatis cõuiuiis : ro/
gantibus uero admirantibuſqꝫ eius uite mutationẽ reſpõderet : Miltiadis Tro/
pheũ ſibi ſomnos adimere . Cum igitur cęteri exiſtimarent a barbaris in Ma/
rathone re / male geſta bellum ſe in poſterum ſuſtuliſſe / Themiſtocles eam rẽ ma/
iorum certaminum initiũ ducebat eſſe : ad ea quę obeunda pro gręcia uniuerſa ſe
tãq̃ in paleſtram unxit : aſſiduęqꝫ ciuitatẽ exercuit / q̃ longiſſime futura proſpiciẽs
Cumqꝫ mos eſſet Athenienſibus magnos ex argẽti fodinis prouentus in plebẽ
diuidere : ſolus in populum adiens / ſuadere anſer eſt : ut ea diuiſio tolleretur : & eę
pecunie triremes ad bellum eginenſe parandas / atqꝫ ędificandas conferrentur .
Nam id in primis tota grętia maximũ maximeqꝫ atrox fuit egente qꝫ nauali po/
tentia mare quondam tenuere : qua re Themiſtocles : cum nõ darium aut perſas
formidãdos diceret : longe enim hi aberant : necmagnũ de te metũ preſentes in/
iecerant ſed ire in eginetas & contentionis ciuium oportunitatem nactus ad pa/
randas triremes leuiter eos & facile impulſit . Centum enim ex illis pecuniis tri/
remes edificate poſt cũ Xerxe nauali pręlio dimicarunt / ex hoc paulatĩ deducẽdo
ad rem maritimã ciuitatẽ traduxit . Vt cum pedeſtribus copiis haud pares bar/
baris forẽt : maritimis uiribus eorũ ĩpetus coercerẽt . Itaqꝫ ex fortibus ſtrẽnuiſqꝫ
militibus / & qui digni grętia imperio putarentur nauticos homines : ut ĩquit
Plato / & maritimos fecit . & maliuolis occaſionem ad reprehendẽdũ reliquit / cum
dicerent Themiſtoclem haſta & ſcuto ciuibus ſuis adempto : Athenienſium po/
pulum ad nautarum opera : & remigum traduxiſſe . Eaqꝫ omnia uicta miltiadis
repugnantis auctoritate & ſentẽtia geſſit : ut Steſimbrotus affirmat . Quod ſi his

gestis de uera ac sincera gerẽde rei . p . ratione deflexit : altius perscrutãtiũ sit iudi/
ciũ Quod autẽ tum grecorũ salus ex re maritima cõseruata sit : quodqꝫ Atheniẽsiũ
ciuitatem dirutam funditus & euersam triremes uẽdicarunt : cũ : alia tum Xerxes
ipse testimonio esse potest . Integro enĩ terrestri exercitu nulla prelii offensione post
illam naualem cladem in fugam cõuersus est . quippe cui minus ad decernendũ
prelio suppeterẽt uires : ac mardoniũ magis ut persecutionẽ grecoꝝ retardaret / ꝙ
ut eos subigeret : ut mihi quidẽ uidetur : dimisit . Illi uero in parandis pecuniis
studium & diligẽtiam : alii liberalitatis & beneficentie laudibus deprecãtur Nam
munificum quidem uirum & splendidum ad ipsas peregrinorum & hospitũ in/
uitationes sumptu permaximo aiunt indigere . Alii in deteriorem partem par/
citatis atqꝫ exilitatis cõmemoratione traducunt . quippe quem ferunt : & iam ci/
baria sibi muneri missa uendere cõsuesse . Cũ aũt Philide nutritore equoꝝ dono
postulasset equum : ac ille se largiturũ negasset : minatus est ille se domũ eius cõ/
tinuo ligneũ equum facturũ : obscure uidelicet per enigma minatus : propĩquoꝝ
crimina : & accusationes in hominem se conjecturũ . At splendoris & glorie cupi/
ditate mortales oĩs exuperauit : qui cũ iuuenis adhuc esset : & obscurus : dicitur
Epicclem citharistã qui cum colebatur sũmo studio ab Atheniensibus rogasse / ut
apud se artem exerceret : cupiens domum suam a multis queri / & frequentari . Et
Olinpiam cum uenisset : coenarumqꝫ & tabernaculorum apparatu : ac cetero luxu
magnificentiaqꝫ cum Cimone certaret : inuidiam in se grecorum & offensionem
concitauit . Illum enim natu iuniorem & amplissima familia natum eas res oĩs
decere arbitrabantur . Is uero uix dũ satis notus : sed qui uideretur minus sup/
petẽtibus facultatibus preter dignitatem efferri / ostẽtationis ac iactantie subiit
nomen . Vicit autem cum tragediis impẽderet / cum magna iam studia eius cer/
taminis / atqꝫ ãbiciones forent . Tabulã quoqꝫ fixit ĩ qua erat scriptũ . Themisto/
cles Phrearius eorum prebuit : Phrynicus docuit : Adimantus prefuit : attamẽ
gratus multitudini fuit : tum quod in iure dicẽdo cõseruandoqꝫ rerũ cõtractaꝝ
fide / tristem & seuerum Iudicẽ se preberet : ut fuit illud in Simonidem ciuẽ / qui
ab eo cũ Pretor esset / preter equũ quidã postulauit . Nã neqꝫ tu ĩquit bonus Poeta
esses / si modos & numeros in canẽdo cõtẽneres : neqꝫ ipse bonus Pretor si gratiã
cuiusꝗ legibus anteferrem . Ac rursus in eundem Simonidem cauillis inuectus
insanire illum dixit / cum Corinthios obiurgaret / magnam incolentes Vrbem / ipse
sui statuas fingeret : qui ita aspectu esset foedo ac deformi : Ad postremũ auctus
magnis opibus & gratia populari / exortis inter eum Aristidemqꝫ sedicionibus
testarum illum exilio ciuitate eiecit : cum uero iam medi descensus ĩminere ciuitati
putaretur : Athenienseſqꝫ de imperatore ad id bellum deligendo consilium in/
iissent : ferunt reliquos oẽs periculi metu perculsos munus imperii sponte recu/
sasse : epiciidem tantum ephemidi filium popularem hominẽ & dicendi facultate
& copia preditum : sed luxuriosũ & nequã / & questui pecuniario deditum im/
perii cupidinem inuasisse . Cumqꝫ id iam tum obtenturus suffragiis omniũ puta/
retur : Themistoclem ueritum ne ille de mandato sibi imperio : Atheniensium res
euerteret : pecuniis de ambitione epicidem deiecisse . Laudatur autem eius illud
in primis quod in interpretem dicitur fecisse : missis enim a rege legatis maris
& terre imperiũ flagitantibus : Illũ publico decreto cõprehensum iussit interemi
quod grecorum lĩgua ad barbaroꝝ nutum & imperiũ uteretur . Est etiã preclarũ

illud in archinium ęeleitem quem Athemienſes liberoſq; eius & genus omne
auctoritate Themiſtoclis infamia notauerũt quod ex medis aurum in gręciam
intulliſſet. Sed id omniũ maximũ atq; illuſtriſſimũ : quod dello tota gręcia com/
poſito ciuitates inter ſe pace amicitiaq; cõiunxiſſet : perſuaſis omnibus bello im/
pendente : domeſticas ſimultates in aliud eſſe tempus differendas : quam ad rem
conficiendam Chileum Archadem adiutorẽ dicitur habuiſſe. Inito aũt imperio
ſtatim ciues agreſſus eſt in naues compellere : ſuaſitq; relicta Vrbe q̃ longiſſime a
gręcia claſſibus hoſtem exciperent : cuius ſententię multis reclamantibus in tempe
una cum Lacedemoniis expeditiones eduxit : ut pro theſſalia dimicaret quod nõ
dũ ad medos inclinare uideretur. Poſtea uero q̃ inde re infecta abierunt : ac teſſa/
lis regis ſocietatem ſecutis : uſq; boetiam medicę amicitie contagio occupauit :
magis tamẽ apud Atheniẽſes Themiſtoclis ad rẽ maritimã adhortantis ualuit
auctoritas. Itaq; miſſus eſt in Arthemiſum nauibus eius loci anguſtias pre/
ſidio habiturus : quo in loco Euribiadi gręcis maximeq; Lacedemoniis imperiũ
de mandãtibus : Atheniẽſibus uero : quod reliquos ſimul omnis nauiũ numero
anteirent : indignum putantibus aliis concedere Themiſtocles cognito periculo
ipſe imperium Euribiadi tradidit : leniuitq; Athenienſium animos. affirmans
ſi ad bellum ſtrenuos ſe uiros oſtenderet : gręcorum in ſe ſtudia & uoluntates in
poſterum conuerſuros eſſe : Qua una re apparet eũ unũ omniũ maxime auctorẽ
ſalutis gręcis extitiſſe : effeciſſeq; ut Atheniẽſes fortitudine hoſtes : manſuetudine
autem & facilitate ſocios uiciſſe uiderentur. Sed cum iam barbarorum claſſe ſe
ad aphetas inferente perterritus multitudine nauiũ quę in fronte erant, ac aliis
ducentis ſupra ſciachũ ſupra circũ annauigare nunciatis, decreuiſſet intra gręcie
fines reductis copiis in peloponeſſumq; appulſis terreſtrem exercitum nauibus
undiq; circumdare quod inexpugnabiles regis maritimas uires duceret : eo
metu ac formidine permoti euboi ne eos desereret gręci atq; hoſti proderet inito
clã cum Themiſtocle colloquio : magna ad eum pecuniarũ uim per pelagontem
mittunt, quibus acceptis : ut ſcribit Herodotus eas Euribiadi tradidit. Ex ciui/
bus uero ſibi aduerſãte architele qui in ſacra naui Trierarchus erat deficiẽtibuſq;
ad nautarum ſumptum pecuniis ad reditum properabat in eum infenſos. Iam
ante ciues magis Themiſtocles concitauit. Quare ad eum impetu facto coenam
diripuit : ea iniuria permoto homine & indigne ferente Themiſtocles illi panẽ &
carnẽ in ciſta ſummiſſo argenti talento in coenam miſit : iubẽs eum & in preſẽti
coenare, & prima luce triremium curam ſuſcipere : quod ſi recuſaſſet facere, ſe ciui/
bus delaturum quod argentum ab hoſtibus miſſum conditum apud ſe haberet
hęc ex phanie Leſbii monumentis accepimus. Quę aũt tunc in ipſis anguſtiis
aduerſus barbaros naualibus pręliis geſta ſunt : haud magnũ ad uniuerſa iudi/
ciũ fecerunt : ſed ipſa experientia permultum gręcis profuere : qui in ipſis periculis
edocti opera didicerũt : neq; multitudĩe nauiũ neq; luxus & aparatus : neq; ſigno/
rũ fulgorẽ neq; clamores iactabũdo, neq; barbaricos poeanes quicũq; formidolo/
ſum habere uiris fortibus & perite audacterq; pręliũ ineũtibus. Verũ iis oĩbus
cõtemptis in ipſa corpora inuadendum eſſe, & cum ipſis cõſertis manibus decer/
nendum quam ſententiam Pindarus in Arthemiſii pręlio ſecutus uidetur : cum
diceret Athenienſium liberos manifeſta libertatis fundamenta ieciſſe. Vincendi
enim initium fidutia eſt. Eſt autem Arthemiſium Euboie ſupra Heſtieã littus

ad Boream uersum . cuĩ oliçonum gens e regione opposita est . quę sub philotete
quondam fuit . templumq; in ea haud magnum Arthemidis prosoee nũcupate
& locus circum arboribus consitus : colũneq; ibidẽ ex albo lapide erecte : lapis
autem ipse manu attritus contracto croceo colore | odorem quoq; exalat | croci per
similem . In earum una elegiũ carmen huiusmodi erat incisum . In numeros asię
populos ex finibus actos . Cecropidũ soboles fudit in hoc pelago . Acubi me/
dorum bello cecidere cohortes . Hec phocbe statuit uirgo rophea tibi . Extat &
in littore ingens tumulus atrum ab imo puluerem ueluti igni adustum emittens
in quo classis reliquias & cadauera cremasse uidentur . Igitur ut primum de ther/
mophilarum pugna nuntium in arthimesium est allatum : Leonidam oppressũ
& terrestri transitu Xerxem esse potitus : in gręciam se receperunt . Atheniẽsibus
in extrema agminis parte constitutus & ob uirtutem & rerum gestarum gloriã
ad preclara omnia obeunda aĩo semper paratis Themistocles uero regionem na/
uibus ambiens : qua intuebatur descensum aut prefugiũ hostibus futuꝝ grãdi/
bus litteris in lapidẽ incidit : aliis forte ibi inuentis aliis ab eo iuxta naualia aut
quo aquatum appulsuri forent cõstitutis ionibus per litteras mandans : ut si fieri
posset ad se relictis barbaris progenitores suos concederent : qui periculum pro
eoꝝ libertate susciperent : aut si minus id facerent | barbaris in prelio cladi ac de/
trimẽto forent | his sperabat se aut impulsurum iones ad defectionem aut turba/
tionem allaturũ | ionibus barbaro in suspicionẽ adductis . At Xerxe in Phocidẽ
desuper cum exercitu inuadente phocensiumq; Vrbis incendio deuastante haud
restiterũt gręci nec Atheniensibus quidem rogantibus in boetiã pro actico agro
hosti obuiã iere : ut ipsi in arthemisium mari opere tulerant . Cum nemo eorum
precibus & gratia moueretur : sed ad peloponesum omnes intenderent : animũ
& in traisthinium copias oẽs cogere properarent : ab alteroq; mari ad alteꝝ mu/
rum perducere : proditos Atheniẽses & destitutos ab oĩbus ira simul ac moesti/
cia cepit : sed cum minus decreuissẽt | cum tanta ui hominum ac multitudine cõ/
fligere : id tantum ad presens necessarium erat | relicta ciuitate naues conscendere
a qua re uehementer multitudinis animi abhorrebant : quod neq; contineretur
cura uictorie | neq; deorum immortalium tẽplis patrumq; monumentis amissis
salutem ullam superesse ducerent . Hic igitur Themistocles cum populum huma/
nis consiliis in sententiã suam traducere posse diffideret : ut in tragedia attollens
machinam signis diuinis prodigiisq; & oraculis solicitare cepit : signum ex dra/
cone nactus : qui uidetur illis diebus ex templo euanuisse . Sacerdotesq; ubi in/
uenire iniactas primitias quas per diem ei app osuerant in populum nunciarũt
rumore a Themistocle dissipato deam urbem excessisse & ad mare se illis ducem
prebuisse . Oraculo autem rursus populum mouere aggressus est | ligneam inquit
menia nihil aliud significare | q̃ naues atq; id circo salaminẽ diuinã non timidã
neq; infelicẽ : adeo nũcupari : ut quę ex magno gręcoꝝ successu cognomẽ ĩ poste/
rũ esset habitura . Sed cũ Themistocles sentẽtia ualuisset . Decernit urbẽ palladi quę
tutele Atheniensiũ preerat cõmendari : iuuentutem uero omnem in triremes im/
ponere : liberos uero & coniuges mancipiaq; ut facultas esset per se quenq; seruare
comprobato decerto plurimi Atheniensium | parentes & uxores in troeçenẽ ex/
portarunt : perhumane excepientibus troeçenis . Decreuerunt enim ut ii publi/
ce alerẽtur duobus obolis singulo elargitis : puerisq; facta potestas : ut undecũq;

liberet poma acciperent & pro iis magistris merces persoluta est: huius auctor decreti nicagoras fuisse traditur. Cũ uero publice pecunie Atheniẽses deficerent scribit Aristoteles ariopagi Senatum cuiq; munus milicie obeũti octo dragmis traditis causam complendi triremes uel potissimã fuisse. at clidemus hoc quoq; a Themistocle gestum esse asseuerat. Descendentibus enim in pireũ Atheniẽsibus ait ex palladio gorgonis uerticem amissum esse: Themistoclem uero perquirere ac perscrutari omnia simulantẽ uim argẽti permaximã inuenisse in ipsis thesauris reconditam quo in medium prolato naues conscendẽtes abunde uiaticum suppetisse: Enauigãte aũt ciuitate aliis miserabile id spectaculum: aliis admirationi eorum animi magnitudo fuit cũ parentes quidem a se dimittẽtibus inflexosq; se ad luctus: Lacbrimas complexusq; illorum prestantibus in insulam discederent multiq; ex ciuibus infirmis uiribus affectaq; iam etate relicti: digni misericordia uiderentur. Erat etiam quedã quę spectantes flectere possit animi dulcedo ex cicuribus animantibus cum clamore & desiderio ad littus undiq; cõfluentibus: eorum nutritoribus naues conscẽdẽtibus: in quibus memoratur xãtippi periculis patris canis quod abeuntis domini desiderium & solitudinem ferre nõ posset ĩ mare ac insiluisse: natãdo triremẽ assequutus in salaminẽ esse delatus ibiq; expirãs cõtinuo interesse. Quo in loco extat etiam his tẽporibus: canis tumulũ uocant: sepulcrũ eius fuisse traditur. Iam uero ea magna & preclara Themistoclis uidentur esse: quod cũ sen sisset ciues Aristidem desiderare: metu solicitos ne se ob iram in barbari amicitiam daret: resq; grecorum euerteret. Victus enim a Themistocle factione ante initium belli compulsus in decennale exilium fuerat: decernit iis licere qui ad tempus exulassent: ab exilio redire: & cum aliis simul ciuibus libere dicere ac sentire quę grecie in primis cõduceret. Postea uero q̃ Euribiades ob sparte dignitatem classi prepositus Imperator: ad periculum ignauus & timidus decreuit ad ischinum classem reducere: quo peloponensium exercitus terrestris coierat: contradixit Themistocles quo tempore celebrata illa dixisse proditũ est cum enim dixisset Euribiades O Themistocles in certaminibus qui intempestiue assurgunt alapis cedi solẽt: ita est inquit Themstocles: sed nec ii qui deserunt ordinem coronantur: tum eo baculum ut caederet attollente: cede inquit Themistocles: uerum audias: hic eius mansuetudinem Euribiades admiratus dicendi quod uellet potestatẽ ferre qui cum ad priorem orationem se reuocasset: assurgens aliquis: hominem inquit ciuitate orbatum non recte eos qui haberent ad deserendas patrias adhortari: tum Themistocles ad deum cõuersa oratione. Nos. O homo inquit nequissime domos & moenia reliquimus: indignum esse ducentos manimatorum causa seruitutem: subire ciuitatem uero nobis ducenti triremes maximam grecorum ciuitatem prestant: quę nunc nobis presidio assunt: salutem per eas retinere nolentibus. Quod si nos ob ignauiam prodideritis: statim sentiet aliquis: ex grecis tantum Athenienses liberam ciuitatem & agrum haud deteriorem q̃ amiserãt possidere: hęc loquente Themistocle Euribiadẽ ad se redeuntem uehemens formido incessit ne eos desererẽt Athenienses atq; discederent. Ad eretricum aũt ab eo sententia dissid en tem: nũc etiã nobis inquit de bello est sermo: qui instar Thethidum gladium quidem habetis: cor uero nullum geritis: Produnt quidam auctores: Themistocli rebus ex superiori nauis tabellato differenti noctuam uisam ad dexteram nauium partẽ

uolatu delatam|malo insidisse : quo omine in eius sententiam ierunt omnes : de-
certaturiq; nauali prelio parabantur : sed ubi hostium classis ad phalericū delata
in atticam circumstantia occupauit littora . & Rex ipse cum pedestribus copiis
descendit ad mare exercitusq; oīs coactis in unū uiribus apparuit : Themistoclis
statim exciderunt monita : & rursus peloponenses ad ischinum spectare ceperūt
& si quis aliter sentiret aut diceret : grauiter ferre . Decretū est igitur ab iis proxi-
ma nocte discedere : gubernatoribusq; imperata nauigatio hic Themistocles angi
uehementer animo si gręci ab angustiis abductis presidiis per ciuitates dissoluā-
tur . Itaq; inito secum consilio quo pacto impedimētū aliquod moliretur gręcis
per siccinum negocium conficit . Fuit autem siccinus captiuus quidam genere
persa Themistocli in primis carus : quem liberis pedagogum prefecerat . Hunc
ad persas cum mandatis mittit . Vt Themistocles Atheniēsiū dux regis amici-
tiam patrię libertati preferens : primus omnium illi nuntiet gręcos ad fugā in-
clinatos esse : proinde admonet ne fugiendi illis prebeat facultatem : sed dum eos
confusio & trepidatio habet a terrestribus copiis longe seiunctos adoriatur : &
maritimas uires opprimat : hęc Xerxes ut ab amico homine dicta accipiens : le-
ticiaq; plenus postremo id nauiū ducibus significauit : & alias quidem cōplere
imperauit : ducentas autem transitum|passim circuentes|claudere : insulasq; pre-
sidio asseruare . ne quis ex hostibus possit euadere . hęc Aristodes lisimachi fili-
us ut primū agi sensit : ad Themistoclis tabernaculū uenit : & si illi esset infensus
ab eo ut ante dixmus in exilium pulsus . Obuiam prodeunti Themistocli con-
silium barbari de circuitione nauium aperit . Ille & uirtutem uiri & probitatem
iam ante perspectam & cognitam habens|& eius cum presentia maxime letatus
quę per siccinum egerat cuncta enarrāt : hortaturq; ut gręcos oburgando abster-
reat : studeatq; una secum efficere|ut in angustiis prelium conseratur Aristodes
igitur laudato Themistocle alios duces & Trierarchos adiens ad prelium exci-
tare atq; in cendere conabatur . Nō dum fidem adhibentibus illis ecce una tene-
dia triremis transfuga quam panetius nonarchus habebat|circuitionis nuntia
interuenit . Quare ira simul & necessitas gręcos ad periculū impulit : prima aūt
luce in locum editum Xerxes cōscendens despiciebat gręcoꝝ classem : atq; omnē
prelii apparatum : ut Phanodemus auctor est . supra Heracleum : quę insula ab
attica angusto freto disiungitur Vt uero acestodorus in finibus Megarēsis agri :
in loca quę cornea uocant : curru aureo constituto : scribisq; per multis adhibitis
& negocio illis dato : quę in prelio gererentur : singula conscriberent . At The-
mistocli ad pretoriā nauem hostias mactanti tres eximia forma captiui adolescē-
tes perducti sunt : ueste autem spelndida : & auro insignes : ii sandanes regis so-
roris & Autarati filii dicebantur esse : quos euphrantides uates intuitus|ubi
magna & clara e sacris flāma refulsit : & simul starnutus ad dextera signū dedit
Themistoclē manu apprehendens iussit eū adulescentes primitias & notis nūcu-
patis omestię Dionisio immolare : sic salutem cum uictoria gręcis fore . Obstu-
pescente autem Themistocle responsum magnum atq; horrendū : ut in magnis
certaminibus ac rebus perditis euenire solet : ex improuisis ac repētinis magnaq;
consultis & cogitatis : ad spē salutis erecta multitudo : una simul uoce deū inuo-
cauit : captiuosq; ad arā constitutos : uatis iussu sacrificiū peregerunt . Hecpha-
nias Lesbius uir in philosophia clarus : nec in historiaꝝ monumentis rudis aut

imperitis litteris prodidit. De numero aūt barbaricarū nauiū Eschilus poeta ut
sciens atq; affirmans in tragedia persis scribit his uersibus. Xerxi: & enim noui.
mille fuere rates. Atq; fuga naues prestarent celeri aliis. Septem ducente sic fa-
ma frequens tenet. Atticarum uero nauium quę centum & octuaginta erant
numero: singula decem & octo ex tabulatis pugnantes habuit: quorū sagittari
quatuor reliqui grauis armature milites. Videtur autem Themistocles haud de-
terius occasionem temporis nosse atq; obseruasse: ꝙ locum: ne ante triremes ad-
uersis proriis opponeret barbaricis ꝙ tempus adesset: solitum per freta secundū
uentum & fluctum impellere: qui gręcas: quod demissores: humilioresq; forent
nihil lesit: in barbaras uero insurgentes puppibus & tabulatis altis & honustis
incidens dum inferentur: auertit & gręcis nauibus latera prebuit: Themistoclis
iussu ut prudētis ducis celeriter ingruentibus: & simul quod aduersus illū ari-
amenes Xerxis Nauarchus inuaserat qui cum nauem magnam haberet: ueluti
e manibus sagittis telisq; infestabat: uir fortis & īter regis fratres probitate maxi-
me iustitiaq; insignis. Hunc igitur amenias decelensis & Sosicles pediensis una
se inferentes: ut naues in se inciderunt a diuersis proriis catenisq; iniectis heserunt
illum sue triremii imminentem subeuntes ac lanceis instantes in pontū deturbāt
cuius corpus iactatum fluctibus dignoscens Arthemisia ad Xerxem detulit:
In eius modi fortuna pugnę: flammam magno lumine ab eleusine illuxisse ferūt
sonitum quoq; & uocem toto Thriasio agro ad mare usq; exauditam esse: ut ex
hominibus multis misticum iacchum educentibus. Ex multitudine uero uocū
referri a terra paulatim gemitum & in triremes decidere uisum. Alii ymagines
& simulachra affirmāt ab egina apparuisse armatorū hominū manus pro gręcis
nauibus attollentiū, quos Eacidas esse cōiecerat: a quibus ante pugnā precibus
& uotis implorarant opem. Primus igitur Lycomedes Atheniēsis Trierarchus
nauem capit: cuius signum fictum ex ere postea Laurigero Apollini cōsecrauit
Alii uero barbaris multitudine pares: eos: quod parti nauium in angustiam
se inferrent & in se inuicem incursarent uesperi: cum usq; ad id tēpus restitissent
in fugam compulerūt: ut Simonides tradidit: pulcherrima ac celeberrima parta
uictoria, qua nullum maritimū clarius opus: neq; a gręcis unꝙ, neq; a barbaris
gestum memoratur: fortitudine quidem conmuni ac promptitudine pugnātiū
sed cōsilio prudētiaq; Themistoclis. Post preliū Xerxes re male gesta ad huc ani-
mo plurimū meditatus agressus est pedestres copias, in salaminē cōtra gręcos tra-
ducere: precluso aggeribus transitu: qui medii inter atticam & insulam erat Sed
Themistocles Aristidis tentādi gratia secum cōmunicauit, statuisse se deductis
in hellespontum nauibus pontem soluere: ut inquiens in Europa Asiam capi-
amus. Quod cum improbaret Aristodes diceretq; nunc quidem cum barbaro
luxuria defluenti conseruimus, prelium quod si in gręcia occluserimus hominem
tot uiribus fretum & metu periculi in necessitatem compulsum: haud ultra sub
tabernaculo aureo sedens ociosum se pugne spectatorē prebebit: sed audebit oīa
& ob periculum omnibus presto se offerens: quę prolapsa contemptaq; sunt
corriget atq; emendabit: & omnino de summa rerum sanius cōsiliū caperet. Nō
igitur nobis hic pons O Themistocles Euertendus est: sed alio si fieri posset
constructo homo ex Europa celeriter exigendus. Si ergo hęc tibi inquit The-
mistocles uidentur cōducere. Iam illud nobis oībus cogitandū est ac prouidēdū

ut ex grecia q̄ celerrime discedat. Itaq; eo probato consilio per aracem ex regis
Eunuchis inter captiuos inuentum regi nuntiat: grecos parta mari uictoria in
helespontum qua iunctus erat nauigare: pontemq; soluere decreuisse: proinde
Themistocles de regis salute solicitus ad mare statim maturare admouet ac trāsire
quo ad ipse sociorum persecutionem moraretur. His auditis barbarus ac simul
metu correptus continuo ad discessū properauit. Ac Themistoclis Aristidisq;
prudentia in mardonio maxime manifesta fuit. si quidem cum parua parte ex
Xerxis copiis inito preio de rebus omnibus in discrimen uenerūt. Quo pre-
lio ex ciuitatibus Eginetas potitos pugnādi laude affirmat herodotus At The-
mistocli: & si ob metum inuidie recusanti primas partes detulerunt omnes. Cū
in Ischinum se recepissent principes lato ab ara suffragio se quisq; uirtute primum
secundū uero Themistoclem censuerunt. Lacedemonii quoq; spartā eū deducētes
Euribiadi premium fortitudinis dederunt laureā: sapientie autem Themistocli
eumq; eximio totius urbis curru donarunt: & sparta abeuntem Tricente naues
a spartiatis misse usq; ad montes consecute sunt. Dicitur olimpie instante celebri-
tate cū eo profectus Themistocles instadiū processisset contemptis certaminibus
omnes oculis in illum esse conuersos: in eoq; spectando diē totum consumpsisse:
& eum cum plausu & admiratione ostendisse peregrinis & aduenis. Quare ipse
letus ad amicos dixisse: tum suorum laborum quos pro grecia suscepisset: fructū
se amplissimum reportare. per magna enī illi honoris cupido natura insita erat:
si ex iis que de illo monumentis litterarum produntur coniectare licet. Classi enim
profectus: neq; priuatim: neq; publice ullum obiit munus: sed que instabant in
eam diē qua nauigaturus erat omnia distulit. Vt simul multa conficiens: & ua-
rios ad colloquium admittens homines: plurimum opibus & potentia prestare
putaretur. Cum ad interfectorum cadauera ad mare uisenda accessisset: ut armillas
passim & torques abiectos aspexit: preteriēs ipse: amico qui eū sequebatur collige
tibi inquit: tu enim nequaq̄ Themistocles es: Ad antiphanem formosum olim
adolescentem qui eum ante superbe admodum & fastidiose accepisset: sed tūc ob
eius gloriam obseruare. o adolescens dixit: o adolescens sero tandem: uerū ambo
una ad sanitatē reuertimus. Dicere etiā solitum ferūt se neq; honoribus ab a The-
niensibus affici neq; apud eos in admiratione esse sed procella uixatos imminēte
periculo ad se ueluti platanum subterfugere: reddita autem serenitate euellere atq;
deiecere. Seriphio cuidam in iurgio respondit cum ille dixisset non eum sua sed
patrie gloria splendorem assecutum: uera inquit Hercule narras. Verumtamen
nec si ego Siriphius nobilis: nec tu si Atheniēsis esses: clarus unq̄ fuisses. Alio
quodam ex ducibus: quod aliquod in remp. beneficii cōtulisse uideretur: elato
& pro Themistocle se efferente: quod suas cum Themistoclis rebus gestis con-
ferendas esse diceret: respondit: operosum postridie diem cum festo aliquando
certasse: dicētem se negociis ac laboribus permaximis referctum esse: in illo aūt
paratis rebus omnes per ocium fruerentur. Ad hec festum respondisse: uera lo-
queris: sed nisi ego fuissem: tu nunq̄ extitisses. Ita si tum ipse a uobis abfuissem:
ubi nunc uos oēs essetis. Filium aūt quod matris delitie foret: & ob id in se ipse
salse urbaneq; iocatus: inquit plurimū illum potentia grecis omnibus antecelle-
re. Nam grecis Athenienses; Atheniēsibus ipsum: ipsi uero illius matrē; matri

uero filium imperare. Cum uero in omnibus precipuũ sibi quoddam uĕdicare
cuperet: agrumq; uenalem perscriberet: per preconem nuntiari iussit probum illi
esse uicinum: ex iis qui filiam in uxorem petebant: frugi ac modestum antepo/
suit locupleti: inquiens se uirum pecuniis indigentem magisq; sine uiro pecu/
nias querere. Atq; in ipsis quę apophchegmata illi uocãt: falsis uidelicet & di/
cacibus eius modi fuisse memoratur. Fusis igitur fugatisq; barbaris oportuni/
tatem nactus: instaurande urbi ac muro circumdande animũ statim deiecit: cũ
antea ne impediretur pecuniis ut Theopompius tradit cum ephoris transegisset
ut aũt plurimi sentire uidentur: dolo fretus: simulata legatione spartã profectus
est: Cumq; quererētur spartiate oppidum ab illis muro circumdari: accusante
Poliarcho ab eginetis eo de industria misso: inficias iuit: iubēs certos homines
Athenas suscitatum mitti ut & tempus una ex ea cunctatione adiiceret operi fa/
cundo & ii qui missi essent pro se obsides sub iure Atheniensium forent: nec eum
fefellit opinio. Re enim cognita: ut erat Lacedemonii nulla eũ iniuria affecerunt
sed dissimulata ira incolumē dimiserũt. Ex eo tempore pireum quod perspexisset
eius loci ingenium & oportunitatē edificare ceperit: atq; aĩo ad rem maritimam
ciuitatē disponũt: atq; accõmodauit: cõtrariam quodamodo ueteribus Athe/
niensium regibus regende ciuitatis rationem secutus: Illi enim: ut fertur: cum
in eo uehementer elaborasset ut ciues a mari abducerent: assuefacerentq; obmissa
nauigatione arboribus regionem conserere fabule locum dederunt: neptumnũ
de agro cum pallade disceptantem: cum illa oleam ostendisset iudicibus ab ea
esse superatum. Themistocles autem: nõ ut Aristophanes Comicus ait: ad ur/
bem Pireum adiunxit: sed ad Pireum urbem & ad mare terram aptauit: quę res
populi opes contra nobilitatem anxit eumq; audatia contumatia compleuit: ad
nautas & remiges gubernatoresq; translatis uiribus: idcirco & pulpitum quod
in pace situm est: ad mare spectabat: quod post triginta tiranni ad terram con/
uerterunt rati ex maritimo imperio popularem potentiam conflari: agro aũt in/
tentos homines paucorum imperio minus se infensos habituros. At Themisto/
cles ad nauticam maritimãq; potentiã maius quidam excogitauit: postea enim
q̃ Xerxe abeunte in pegasas: hiemandi gratia: gręcorum classis subducta est:
Atheniēsibus ad cõtionē uocatis: inquit se habere cõsiliũ reip. salutare sed id sciri
nõ opus esse. Iubētibus aũt Atheniēsibus cũ Aristide tãtũ cõmunicari: ac si ille
probaret negociũ confici. Dato igitur illi in cõsiliũ Aristide huic Themistocles
excogitasse se inquit gręcorum classem incendere: quod ille cum audisset in con/
tionem magna exspectatione uenit: dixitq; ea re quã Themistocles diceret: nullã
sibi neq; utiliorem neq; iniustiorem uideri. Quare Athenienses iusserunt The/
mistoclem ab incepto desistere. Cũq; Amphictionicis cõuentibus Lacedemonii
niterētur ciuitates quę cum medo societatem inierant: eo consilio prohibere: ue/
ritus Ne thessalis & Arguis ac Thebanis eiectis ad Lacedemonios delatis suf/
fragiis: res eorum arbitrio gereretur: patrocinium ciuitatum suscepit: Pilago/
rarum quę mentes imutauit cum docuisset triginta & unã fuisse ciuitates: earũq;
plurimas tenues: quę medico bello conspirassent. Proinde indignũ esse reliqua
gręcia a Foederis societate reiecta: ad duas uel tres maximas ciuitates consilium
deferri. Ex hoc igitur maxime Lacedemonios offensos habuit idcirco honoribus

pretulerunt Cimonem euq; in rep . Themiſtocli aduerſariū excitarūt: premebatur
& iam per id temporis inuidia ſociorum : quod iis inſulas obiens nauibus ab
iis pecunias coegiſſet : ut conſtat ex iisquę ſcribit Herodotus apud andrum cū
argentum peteret|dicta ab eo & audita. Duos enim inquit ad uos ago deos uim
ac ſuaſionem . At ii contra duos apud ſe quoq; per magnos eſſe deos reſponde/
runt paupertatem ac impoſſibilitatē : aut quibus prohiberi ſe illi pecunias dare
Thimocreon uero rhodius poeta quodam carmine in themiſtoclem grauiter &
uehementer inuectus|ait illum pecuniis adductum|alios quidē exules reducere
ſe uero hoſpitem & amicum contemnere . Eſt autem carmen huiuſmodi . Si tu
pauſaniā|xantippum : leutychidamq; Laudes : ariſtides merito quē ſacra tulerūt
Moenia cecropidū nobis laudetur ubiq; Latone quoniam factus themiſtocles
hoſtis . Improbus : ac mendax : iniuſtus proditor idem Hoſpicii qui iura ſacri
contempſit & amens Lalyſum uilis precii dulcedine captus Timocreonta lares
uetuit remeaſſe paternas At tribus acceptis argenti impune talentis . Aduocat
hos : illos patria deturbat inique Et cōducta Iſchini queſtū feciſſe taberna . Hoſ/
pitibuſq; ſuis gelidas apponere carnes Auſus ridicule . ii poſitis epulantur : &
ipſum Inde horam uotis nullam ſupereſſe precati . Multo & iam procatius ac
petulantius poſt eius fugam ac damnationem in Themiſtoclis uitam inuaſit
Timocreon : edito carmine cuius eſt initium . Muſa hoc grauigenum carmen
uuglato per ora . Vt decet & phas eſt . Dicitur aūt medicę Timocreon amicitię
inuidia a Themiſtocle cōflata dampnatione in exiliū eſſe compnlſus . Vbi igitur
eandem Themiſtocles infamiam ſubiit : hęc in illum coniecit. Iam uero ciuibus
ob inuidiam atq; obtrectationem ad eius calumniam inclinantibus : coactus eſt
paulo grauius agere : eiuſq; rebus geſtis ſepius cōmemoratis in contione ipſis
preſentibus inuidis atq; obtrectatoribus dicere . Quid uos beneficia eiuſdem
in uos ſepe locata faſtidiunt : Offendit aūt uehementer multitudinis animos cū
diane tēplū dedicauit quā : Ariſtobulā|ideſt optime conſulentem appellauit : ut
qui optime ciuitatis : gręcorumq; ſaluti cōſuluiſſet . Secus autem domum in me/
lita templum edificauit : quo nunc populi corpora morte dampnatoꝝ proiiciūt :
ueſtes quoq; & laqueos eorum qui ſuſpendio interierunt : eodem efferunt . Fuit
in Ariſtobule tēplo Themiſtoclis ſignum . Idq; ad noſtram uſq; permanſit ętatē :
ac uidetur non animo tantum : uerum etiam ore ipſo ac uultu Heroicus ex/
ſtitiſſe . Teſtularum igitur illum ſuffragiis e ciuitate eiecerunt : eiuſq; dignitatem
ac nimias opes depreſſerunt : ut ſoliti erant facere : in omnes quoꝝ potentiam
grauem & minime ferendam putarent : & popularem equabilitatem menſurāq;
excedētē . Nec enim eius modi exilium animi aduerſio erat : ſed lenitio leuatioq;
inuidie : quę claros uiros & depreſſos ſemper & ſorditatos eſſe cupit : & in huius
modi ignominiam ueluti flatu quodam odium omne & acerbitatem contendit .
Exacto igitur urbe Themiſtocle : & argis moram trahente : Pauſanie cōſuetudo
& cōmertium : aduerſariis eius accuſandi occaſionē prebuit & a Leobote Ale/
meonis filio tribu a grauletha proditionis eſt accuſatus : accuſationi fauentibus
ſpartiatis : Pauſanias igitur cū proditionē inſtrueret ab initio celauit Themiſto/
clem : & ſi inter eos amicitia eſſet . Vt aūt uidit hominem ciuitate eiectum & exi/
lium ſuum inique ferentem : in ſpem uenit poſte homine ad eius conſilii ſocietatē
cōpellere . Itaq; regis litteras illi aperuit ; eumq; in gręcos ut improbos ac neq̄

hominẽs concitare conatus est. Ille repudiatis pausanie precibus : participem se sceleris eius fieri negauit. Verum ea consilia occulta perpetuo : habuit : nec proditionem indicauit : siue eum desitum iri opinatus : siue aliter deprehendi posse qui nulla ratione ad res adeo dubias & incertas raperetur. Sic igitur pausania capitis damnato : epistole quedam hic de rebus adimientę in suspitionem Themistoclem adduxerunt : Lacedemoniis infamiam dissipantibus : eiusq; nomen inuidi detulerunt : cū is abeēt & priora crimina deprecari per litteras niteretur Cum enim aduersarii in eum calumniam coniecisset : scripsit ciuibus se quidem dominãdi aliis fortasse gracia : seruiendi uero nunq̃ se adduci potuisse : ut se ipsū gręciamq; uniuersam barbaris atq; hostibus proderet. Attamen populus delatorum impulsi : homines certos ad eum cōprehendẽdum misit : ut in iudicium adductus gręcorum sententiis damnaretur. Quibus pre cognitis Themistocles transmisit cercyram : quę ciuitas sibi beneficio deuincta erat. Arbiter enim cercyreis & corinthis controuersiarum datus sopiuit inimicitias : cum uiginti talentis muctasse corinthios : iusissetq; Leucadem cōmunem utrisq; Coloniam in medum ponere. Inde in continentem fuga profectus Atheniensibus ac Lacedemoniis persequentibus coniecit se in spes dubias & incertas : ad admetum molossorum regem se conferens : qui cum ab Atheniensibus quidam petisset : a Themistocle cum in rep. floreret : irrisus uehemẽter homini semper offensus fuit : putabatq; iniurias si assequi posset : haud dubie persecutum ire. In ea autem fuga & persequutione ciuilem magis & recentem inuidiam q̃ ueterem regis iram metuens : huic se credidit : supplicemq; admeto prebuit : proprium quendam regionis morem secutus. Arrepto enim admeti paruulo filio cum eo se in sacrariū : ꝙ summa colebatur religione se coniecit : quod supplicandi genus maximū ac ferme solum nunq̃ repudiandum molossi opinabantur. Sunt igitur quidam qui affirment phthiam regis uxorem hoc Themistocli subiecisse : & cū eo in sacrarium perduxisse filium. Alii ab admeto hoc ipsum edoctum Themistoclem ferunt : ut exposcentibus Atheniẽsibus & Lacedemoniis se excusaret : & ne supplicem dederet religione diceret impediri : Illuc aūt ad ipsum uxorē & liberos clam Athenis Epicrates Acharneus misit : quē huius gracia postea Cimō in iudicium accersitum : capitis damnauit : ut Stesimbrotus affirmat sic nescio quo pacto horum oblitus : aut oblitum Themistoclem faciens : in Sciliam ait delatum esse : & ab yerone tiranno in matrimonium filiam contendisse : pollicitum sibi inditionem gręcos subacturū : recusante uero Hierone in Asiam nauigasse : hęc parum consentanea uidẽtur esse. Tradit enim Theophrastus in libris quos de regno inscripsit. cum equos ad certamen in Olympiam Hieron misisset : tabernaculumq; magnificentissime instructum statuisset : Themistoclem aduocata concione gręcis suasisse : tabernaculum tiranni diripiendum esse : equosq; certamine prohibendos. At Tucydides addit ipsum ex phydna ad alterum mare omnibus ignotum nauiticis descendisse : quo ad honeraria naue qua uehebatur in naxum uento delata : quętum obsidione ab Atheniensibus premebatur : quo loco metu perterritum domino nauis se ac gubernatori aparuit : ac partim precibus & obsecrationem partim imitando falso se illos Atheniensibus delaturū quod non imprudentes : sed corrupti pecuniis ipsum excepissent : coegit eos pręteruectos insulam in Asiam nauigare. Ex eius autem bonis per multa clã

per amicos exportata : in Asiam secum detulit. Que uero prolata in medium ac publicata sunt Theopompus centum talenta Theophrastus octuaginta numero fuisse perhibet : cũ minus tribus talentis habuisset : in bonis priusquam remp. attigisset : cum uero in cymam prouectus a multis se capiendi gracia maximeq̨ ab Ergotele & Pithodoro obseruari sensit : erat enim uenatio maxime questuosa iis qui nullũ questus a se genus alienũ putãt : propositis ducentis per preconem a rege talentis : ei qui hominẽ ad se cõprehensum perduceret. Aegas igitur quod est oppidũ eolicum : clam omnibus fugit preter nicogenem hospitẽ suum fuge conscium : qui Eolides cunctos diuiciis & copiis anteibat : & Asie potentibus & factiosis per q̃ familiariter utebatur. Apud hunc latens paucos dies diuersatus est : paulo post cum semel esset coenatus : peracto sacrificio quodam : Olbius : filiorũ Nicogenis pedagogus : insanus ac numine afflatus huiusmodi cũ clamore effudit uersum Nocti uocem nocti consilia nocti uictoriã dato. Post hęc Themistocles per quietem uidere uisus est draconem sibi neutri obuolutum : ac surreptantem se collo attollere : qui cum primum faciem attigisset in Aquilam uersum : ipsumq̨ circumfusis aliis sublatum in aerẽ : inde q̃ longissime asportasse : deinde oblato aureo baculo persimili iis quos caduceatores ferre solent : ei innixum : metu omnium ac solicitudine liberatum esse : emittitur igitur a Nicogene cum huiusmodi fraudem esset machinatus. Barbarorum natio plurima maximeq̨ Persarum : uehementer mulierum pudicitiam suspectam habẽt in eaq̨ re ad modum agrestis est ac difficilis. Non enim modo coniuges : uerũ etiam auro emptas & pellices curiose asseruant : & ne ab aliquo extero uideãtur soliciti sunt : sic domi assidue occlusas habẽt. In itineribus obeundis sub tabernaculis clausis : undiq̨ in uehiculis feruntur. Sic igitur instructum currum ingressus Themistocles latus est : iussis comitibus | dicere omnibus occurrẽtibus rogantibusq̨ : se gręcam mulierem ex Ionia ad quendam ex regis principibus ducere Tucydides igitur & Charon Lampsacenus tradunt post Xerxis obitum ad eius filium Themistoclem esse profectum. Ephorus aũt & Dimon ac Clitarchus & Item Heraclides aliiq̨ complures ad ipsum Xerxem uenisse asseuerãt Verum annales magis Tucydides sequi uidetur. & si non exquisite ad modum & diligenter editi sunt. Themistocles igitur ereptus periculo ad regemq̨ profectus in Artabanum tribunum militum incidit primum : cumq̨ diceret se gręcum esse & cum rege magnis de rebus cõmunicare uelle : & quę ille uehemẽter expeteret. At ille O hospes inquit hominum inter se leges plurimum differunt aliaq̨ apud alios honesta habentur : sed omnibus pulchrum domestica instituta seruare ac retinere. Vobis igitur propositum est libertatẽ atq̨ equalitatẽ maxime admirari : nobis uero cum multe atq̨ pulcherrime sint leges : illa omnium honestissima est obseruare regem : simulacrũq̨ dei omnia seruãtis adorare. Si igitur nostris legibus parere uolueris : regemq̨ adorabis : phas erit tibi intueri regem atq̨ alloqui : sin autem tibi alia mens est : internũtiis tibi cum rege utendũ erit Non enim patrium est regi hominem minus adorantem audire. Hec ubi audiuit Themistocles : ego O Artanabe inquit gloriam huc & potentiam regis aucturus accessi : Itaq̨ & ipso obtemperabo uestris legibus : postea q̃ amico propitio Persis deo ita uidetur : & mea opera plures etiam ex iis qui nunc regnant : uestrum adorantibũt regem. Quare nihil est cur hoc sermones nostros

remoretur : quos cum eo collocuturi ſumus . Tum artabanus : quem te ex gręcis
adeſſe dicemus . Nam haud priuatum quandam & obſcurum hęc mens te eſſe
declarat . Aſt hoc inquit Themiſtocles nemo unq̃ artabane ante regem audiet .
Hęc a Phania ſic prodita ſunt . Eratoſthenes autem in libro de diuiciis tradidit
per mulierem eretricam qua tribunus utebatur : congreſſum hunc & colloquium
inter eos eſſe conſtitutum . Poſteaq̃ igitur ad regem Themiſtocles introductus
eſt : atq; uero adorato rege ſilentium egit : per interpretem quiſnam eſſet a rege
rogatus : Themiſtocles Athenienſis O Rex inquit aſſum exilium a gręcis &
perſecutionem perpeſſus : cui cũ multa a perſis mala : tum maiores & iam gra/
tie debentur : cum gręcos a perſecutione auocarim : tum cũ liberta gręcia & in
tuto conſtituta : ineundi aliquam a uobis gratiam facultatẽ prebuit . Mihi oĩa
preſentibus malis conuenientia aſſunt . Nam & paratus acceſſi tibi gratias de/
berę : ſi ipſe iniurias remiſeris : ſin minus : iram exorare . Tu autem cum aduer/
ſarios meos teſtes beneficiorum habeas / quibus ego perſas affecerim : hac mea
fortuna ad illuſtrandam uirtutem tuam magis q̃ adexplendam iracundiam
fruere . Hinc enim ſupplicem tibi hominem & amicum ſeruabis . Inde hoſtem
gręcis infeſtiſſimum occides : His dictis Themiſtocles orationi ſue diuinitatis
fidem adiunxit : cum & Nicogenis ſomnium : & oraculum Dodone : Iouis in
medium protuliſſet : a quo iuſſus ad dei gentilem accedere : augurari ſe diceret ad
illum potiſſimum mitti . Magnum enim utrumq; & eſſe & haberi regem . Perſa
audita Themiſtoclis oratione : nihil tum illi reſpondit : & ſi illius animi elatio/
nem ac magnitudinem uehementer eſſet admiratus : ſed conuerſus ad amicos :
ut maxima functus fęlicitate : beatũ ſe eſſe profeſſus eſt : tum precatus arimani/
um ut id hoſtibus ſuis in mentem poneret : ut a ſe eiuſmodi uiros expellerent :
Diis ſacrificia peragiſſe dicitur ac pocula ad potum cõuerſum ſtatim popoſciſſe
Ad hęc noctu ter inter dormiendum pre gaudio exclamaſſe : habeo Atheniẽſem
Themiſtoclem . Ac prima luce aduocatis amicis ipſum ad ſe introduci iuſſit
omni iam ſpe clementie deſtitutum quod intueretur regios ianitores : ſibi audito
preſentis nomine uehementer infenſos eſſe : maledictis etiã laceſſiſſe . Accedebat
etiam rhoxanes tribunus militum : qui ubi ad eum peruenit Themiſtocles : aſ/
ſidente rege : aliiſq; conticentibus : ſuſpirans ſummiſſa uoce O gręce inquit uarie
ſerpens / huc te regis fortuna perduxit . Verumtamen cum in conſpectum ueniſſet
ac regem rurſus adoraſſet : contra ſalutatus ac benignus & perhumanis ab eo
uerbis exceptus eſt / cũ diceret ſe iã ducenta illi talenta debere . Illum enim ſe ipſum
agentem phas eſt accipere premium : quod ei : qui duxiſſet deberet per preconẽ
edixerat : ſed multo his plura pollicitus eſt : bonoq; illũ animo eſſe : & quę uellet
de gręcis rebus audacter & libere eloqui iuſſit . Ad hęc Themiſtoclem : ſermo/
nes reſpondit hominum periſtromatis uerſi coloribus perſimiles eſſe : Et enim ut
in illis cum extenduntur ita & in his formas figuraſq; apparere : contractis aũt
abſcondi eaſdem atq; corrumpi . Quare ſibi tempore opus eſſe . Cum ea ſimili/
tudine ad modum letatus Rex eſſet : tempuſq; eum ſibi quantum uellet ſumere
iuſſiſſet : annuum tempus flagitauit : in quo quantum ſat erat : percepta perſarũ
lingua : per ſe ipſum cum rege nullo interprete / in colloquiũ uenit : exiſtimãtibus
iis qui aberant illum de rebus gręcorum cum rege cõmentatum eſſe . Verum cũ
& circa aulam & circa amicos Regis per multa conſilio eius immutata eſſent :

magnam sibi a potentibus conflauit inuidiã: ut qui de illis apud regẽ liberius loqui ausus foret. Nam homo res ei a rege habiti per multum a cęterorũ hospitũ honoribus differebat. Venationes enim & domestica quoq; studia cum rege sibi communia erãt. Quare & regis matrem adiit: & in eius familiaritatem insinu/auit. Magnorum quoq; sermonibus iussu regis interfuit. Postea uero q̃ Da/maratus spartiata: munus a rege petere iussus: peciit ut sibi phas esset thiara sub/lata in capite regio more per sardos incedere: Mitropaustes regis patruelis: apprehensa Damarati manu: hęc inquit Thiara haud cerebrum quod uelatura sit habet nec tu Iupiter eris etiam si fulmen acciperis: cum uero Rex ex ea pe/titione ira incensus Damaratum repudiasset nec eum illo unq̃ rediturus in gra/tiam putaretur: Themistoclis precibus placatus ac delinitus est. Ac ferũt poste/riores reges quorum temporibus conmertia inter persas gręcosq; frequentiora fuerunt: quotienscũq; petentes ex gręco homine impetrare quid uellent: nũtiis ac litteris polliceri solitos: illum apud se magis q̃ Themistoclem ualiturum. Ipse autem Themistocles dicitur: cum iam permultam opibus & gratia ualeret a multisq; summo studio coleretur: splendidissime apparata mensa: presentibus filiis: interieramus dixisse O filii nisi interiissemus. Tres etiam ciuitates pluri/mi tradunt illi a rege dono esse datas: quę ad panem uinumq; atq; obsonum sumptus suppetterent. Magnesiam & Lampsacum ac Myuntam. His alias preterea duas cizecinus Neanthes & Phanias addunt. percotam & Palesepsim ad uestem & suppellectilem ad ceterum cultum & ornatum. Post hęc cum ad res gręcas conficiendas ad mare descenderet: Epixyes uir genere Persa superioris Phirygię prefectus diu illi paratus tetendit insidias: Pisanis quibusdam dato negotio: ut illum cum in urbe leonis capite nuncupata diuersaretur obtrũcarẽt. At illi fertur meridiano tempore dormienti deorum mater per somum se offerẽs O Themistocles exclamasse: effuge leonum caput: ne ipse in leonẽ incurras Ego uero pro hoc abs te beneficio innesiptolemam ministrã mihi legi efflagito. Tur/batus igitur Themistocles: ac animi dubius: precatus est deã: dimissaq; pri/ore uia: quę Leophoron dicitur: ac alia profectus: cum locum illum declinas/set: ac iã tenebre essent tabernaculo mutato castra posuit. Ex iumentis enim tẽ/torium ferẽtibus unũ i flumẽ decidit: Quare Themistoclis famuli aulęa madida extensa siccabant. At Pisani accincti gladiis: oblatam sibi occasionem rati: eo se intulerunt: ac aulęa quę siccabantur uisu decepti ad lunam: Themistoclis tẽto/rium esse opinati sunt: seq; illum intus quiescentem inuenturos. Vt autem ad lo/cum proprius profecti aulea deiecerunt: qui aderant custodes in eos impetum faciunt: ac comprehendunt: sic eo periculo liberatus Themistocles: deęq; uisi/onem uehemẽter admiratus: in Magnesia templũ ędificauit Dindymene matrĩ ac filiam innesiptolemam illi sacerdotem legit. Cum uero accessisset sardos: ac per ocium templorum apparatum ac donorum multitudinem contemplatus es/et: aspexit in matris deum templo puelle simulacrum ex ęre: quã hidrophorã uocant duorum cubitorum magnitudine: quam ipse curandis aquis prefectus Athenis: deprehensis iis: qui aquam alio traductam subduxerant: ex eorum supplicio confici & in templo collocari iussit. Siue igitur indolens signi capti/uitatem: siue Atheniensibus ostentare cupiens: quantum apud regem iam gra/tia & auctoritate ualeret: cum lydie prefecto sermone contulit: ab eoq; cõtedit

pluribus ut signum illud sibi Athenas exportandum permitteret: tum incensus barbarus remq; indigne ferens: inquit se de iis regem per epistolam cerciorem facturum: Themistocles uero metu perterritus ad mulieres confugiens pellici/bus donis muneribusq; affectis: illum ab ira: ad mansuetudinem & clementiā reuocauit iamq; barbarorum inuidiam reformidās ceteris in rebus imposterū cauciorem se prebuit. Non enim Asiam pererrans: ut Theopompus affirmat sed Magnesiam incolens: magnis auctus muneribus iisdemq; quibus persarū principes functus honoribus: permultum temporis liberam ab omni metu uitā ac solicitudine uixere: cū rex asiaticis turbationibus impeditus: uel minima grecarum rerum cura contineretur. Sed postea ꝙ egiptus fauentibus Atheni/ensibus defecit a rege: & grecorum triremes cimone duce: subacto mari usq; cyprum: ciliciamq; inuaserunt iussit illum grecis occurrere: ad deorumq; uires que quottidie in regis pernitiem magis inualescebant: reprimendas accedere Iamq; potentie cōmote erant: ducesq; ad bellum cum exercitu missi: cum de illis Themistocli a rege nūtium est allatum: iubente ad bellum grecis inferendum se conferre: ac illi promissa persoluere: hic illum nec ira concitauit in ciues suos nec tanti honores atq; opes ad bello patriam lacessendā implerunt: fortasse qui/dem ratus opus maiusꝙ a se confici posset: magnis presertim tum ducibus ab/undante grecia/& Cimonis gloria iter grecos preclarissimis rebus gestis maxi/me florescente: plurimum uero prioris laudis uerecūdia adductus: ex illis mo/ribus consilium cepit uite honestum ac decorum finem imponere. Itaq; cum peractis sacrificiis in unum cōuocasset amicos manuq; apprehendisset: ut uul/gatior fama tenet epoto taurino sanguine: quemadmodum opinantur quidem ueneno infuso in Magnesia mortem obpeciit: cum quintum iam & sexagesimū etatis sue absoluisset annum: eiusq; etatis plurimum in administranda rep. & militaribus imperiis contriuisset. Regem uero cum & mortis causam simul: & modum accepisset: magis tum hominem admiratum ferūt: eiusq; postea amicis ac familiaribus perpetuo benignissime & humanissime usum esse: Reliquit aūt Themistocles ex archippa Lisandri ex tribu Alopecia: Archeptolim & Poly/cutum: & Cleophantum: cuius & Plato philosophus: ut optimi quidē equitis sed ceteris in rebus ignari atq; hebetis mentionē facit: sed ex natu grādioribus Neocles equi morsu interiit: Dioclem uero Lisander auus sibi in filiū adoptauit: Filie illi complures fuerunt: quarum imnepsitolemam ex secunda uxore natam Archeptolis ex alia matre frater in matrimonio habuit. Italiam uero Panthides Chius duxit uxorem. Sabarim Nithomedes Atheniensis: Nicomatem Phra/sides: Themistoclis ex sorore nepos: qui tum post illius obitum in Magnesiā nauigasset eam cum fratribus affinitatem contraxit; minimam uero omnium filiorum natu Asiam educauit: Sepulcrum uiri in foro magnetum illustrissimū extat. Sed de reliquiis minime Andocide fidem habendam puto: qui ad ami/cum scribens ait illas deprehensas Athenienses proiecisse. Mendatio enim po/tentes & factiosos aduersus populum incitare conatur: hylarchus quoq; ueluti in tragedia: machinam historia fere attollit: productis Neocle quodam & de/mopoli Themistoclis liberis / certamen & disceptationem & affectum suscitare/cupit quod quidem ab eo fictū quiuis facile intueri potest. At Diodorus histo/ricus in iis que de monumētis scripsit: opinione magis adductus ꝙ cognitione

aliqua & scientia fretus : tradidit ab eo quod iuxta alcimum est cum descẽderis promontorio extare atq; eminere ueluti quendam cubitum : atq; intus qua mare tranquillum est fundamentum eximia magnitudine esse : nec procul inde quidã in similitudinem are : quod sepulcrum Themistoclis fuisse. Opinatur autem & Platonem comicum hoc idem sentire his uersibus. Tua tumba oportune erecta a mercatoribus ubiq; salutabitur : enauigantesq; atq; annauigantes intuebitur : & interdum certamen nauium contemplabitur : iis uero qui a Themistocle originẽ traxerant : honores quidam in Magnesia usq; ad nostram memoriam habeatur quibus functus est Themistocles Atheniensis : quo ego apud Ammoniũ philosophum familiarissime amicissimeq; sum usus

FVRIVS CAMILLVS DE QVO MVLTA magnaq; extãt scripta ea re uehementer admirandus uidetur : quod plurima ac maxima imperando clara facinora gesserit : & dictatura quinquies triũpho quater potitus sit : ac secundus Romę conditor habitus fuerit : consulatũ uero nunq̃ attigerit : huius rei causa fuit ciuilis perturbatio : quod populo aduersus Senatũ decreandis cõsulibus discrepãte, tribuni militares q exercitui preessent designabantur : qui & si omnia auctoritate cõsulari administraret : tamen minus moleste magistratus propter multitudinem ferebatur. Nam & sex uiros & non duos rebus prefecisse leuabat molestiã illorum qui principatum paucorum graui animo tulerant. Per ea tẽpora cũ magnopere rerum gestarum gloria Camillus floreret, iniquum ducebat inuito populo cõsulẽ designari. Et si interea resp. comicia consularia egisset. In aliis autem multis uariisq; magistratibus talem sese prebuit : quamuis unus imperaret : auctoritas publica, gloria uero priuata esset : quãq̃ collegas in magistratu haberet. Quorum alterius modestia quod sine inuidia imperabat : alterius prudentia propter quã primas partes obtinuit causa erat. Nam dum enim tunc magno militum apparatu circa domum existente ipse per se ipsum ad gloriam primo emersit : Nã in magno prelio quod gerebatur aduersus Secanos & Volscos : sub dictatore Postumio tuberno merens cum exercitum preequitaret : & uulnus incossa acce pisset : haud dolore uictus est : sed euulso e corpore telo : fortiter cum fortissimis hostium pugnando erumpentium impetũ retrusit : & terga uetere coegit Deide alia munera obiuit : & censuram magistratum magna eo tempore sortitus est auctoritate. Memorie traditur cum ipse hoc munere fungeretur : pulchro facinori operam impendisse. Ferunt enim cum rationibus persuasisse : tum pena homines minando deterruisse : ut minus uiduarum mulierum nuptie deuitarẽtur. Quarum profecto propter bella magnus erat numerus. Magno plane emolumento : illud fuit : quod eius opera orphani, qui prius immunes erant ad uectigalia pendẽda cohercerẽtur : hoc acciderat, quia obassiduam rem militarem resp. magnis impẽsis uexabatur : & maxime ueiorum eos solicitabat obsessio : hos

quidam oenetanos uocant. Nam hęc urbis Tuscie propugnandum erat: & armis militibusq; eque ac Roma opulentior. Opum enim ac deliciarum splendore clarissima multotiens egregie cũ romanis pro gloria & imperio dimicauerat. Verũ ea tempestate ingenti uexationi bellorũ fessa atq; attrita non amplius de imperii excellẽtia certabat: sed altis muris longisq; ac duris oppidani urbem cingentes. & multa armorum & frumenti telorumq; ui ac uniuersi deniq; apparatus conplentes in trepido animo longam ferebant obsidionem: quę non minus & laboriosa & molesta obsidentibus q̃ obsessis fuit. Consueti enim Romani hiemare domi: nec multum temporis estiuo tempore militare: tunc primum a tribunis coacti sunt propugnacula struere & castra in hostili agro sub ipsa estate atq; hyeme uallo fossaq; concludere. Iam fere septimo belli anno finiente tanquam duces accusandi essent: quod molliter obsidionem agere uidentur: remotis primis ducibus/noui tribuni militares/ad bellum designati sunt: quorum tũc secundo unus Camillus erat: cui cum obtigisset in falerios & capenates expeditionem ducere: nihil eo tempore in ea obsidione peregit. Qui tunc quod Romanis alie incesserãt curę: multis iniuriis regionem lacessentes: & presertim tyrrenum bellum molestantes a Camillo oppressi sunt: & multi in murum contracti in precipitium dati. Deinde circa paludem Albanam cum uehementer bellum instaret; similis monstro res ueniens: quia nihil minus credendum erat inter ea quę admirãda & fide indigna uidentur: quoniam conmuni causa ac ratione naturali careret terrorem iniecit. Erat enim tempus autumnale/ & iam estas desierat: quę neq; imbribus/neq; australibus uentis molestia ac aduersa fuerat. Sed multe paludes Italie ac fluuii fontesq; partim omnimodo: partim ualde aruerunt. Omnes autem fluuii aquę ac semper humiles ac depressi per estatem fluxerant. Palus uero Albana quę ex se met principium ac finem comparauerat: septa mõtibus altis nulla de causa nisi aucto sulphure tumebat atq; cacumina montiũ sine agitacione ac fluctu elata leniter attingebat. Quod primum in admiratione pastores adducebant. Postq̃ Palus sese non ãplius capere poterat. Et magnus aquarum fluxus per agros aratos plãtasq; ad mare factus est: non solum animos Romanorum stupore perculsit: uerum etiã omnes qui Italiam incolebãt magna illud portendere censebant: plurimus de hac re in castris Romanorum qui cõtra Vehios obsidionem habebant/rumor exortus est. Itaq; manifeste illis id quod de Palude acciderat cognitum est. Verum ut euenire solet in longa obsidione: quod multe inter hostes conuersationes oriuntur: factum est ut Romanus quidem familiaritatem cum quodam ciue coniunxit qui ueterum sermonum pericia pollebat/& plus aliquid q̃ alii ex uaticinio scire uidebatur. Postq̃ Romanus accepit elationem Paludis/uiditq; hunc obsidionem despicientem deridentemq;: nõ hoc tantum admirandũ inquit hęc tẽpora prebitura: Sed his multo absurdiora signa imminere: & hęc sibi cõmunicaturum polliceret fore: si quid remedii in cõmunibus malis adhibere posset. Cum attentas aures homo prebuisset: & mutuo sermone uteretur: tanq̃ latentia quedam auditurus esset; paulatim Romanus sic fabulans & illum subducens ut longius ab urbe abieret: cum magna ualeret uiribus: sublimen illũ rapit: & multis ex castris cõcurrentibus militibus prebuit: Ille coactis docens quod futurum erat: tanq̃ in euitabile esset: eius oculta uaticinia de patria protulit; Inquit enim non prius illã capi posse: q̃ perfusam

Paludis Albane aquam hoſtes retro reflecterent : & ne mari promiſceretur ob/
ſtarent hęc cũ Senatus acciperet : & de re dubitaret : uiſum eſt in rem fore Ap/
pollinis conſulendi gratia quoſdam in Delphum legare : Fuere legati Coſſus
Licinius Valerius potitus & Fabius Ambuſtus uiri magni ubi conſuluere na/
uibus delati domum rediere. Alia uaticinia ferentes : quę de quibuſdam rebus
patriis apud feſta latina nuncupata nugas predixerãt : & aquam Albanã arcere
a mari quantum poſſent ad priſtinumꝗ meatum reducerent iuſſerant. Si autem
hoc minus tranſigere poſſẽt in planiciem per foſſas deducere & in unum cõge/
rere : his relatis ab oratoribus ea que ad rem diuinam pertinebant : ſacerdotes
abſoluerunt : populus autem ad opera facienda ſeceſſit : & aquam diuertit. Se/
natus uero decimo belli anno depoſitis primis ducibus dictatorem Camillum
creauit. Ille autem magiſtrum equitum ducẽs Cornelium Scipionem : primo
uouit ſi fęlicem exitũ bellum haberet magna ſpectacula ſe facturum. & tẽplum
deę quam matutam matrem Romani uocant : conſecraturum : hanc certe ex ſa/
crificiis in quibus curritur Leucboteam nominari uolunt. Et enim ancillam in
tẽplum adducentes alapa pulſant : deinde impellunt & fratrũ filios ãte ſingulos
fratres ſub bracbio ferũt. & circa ſacrificia currũt. Hęc ſimulacbra ſunt eaꝝ reꝝ
quę in ĩfãtia & quę Nioe pellex paſſi ſunt. Poſt uota Camillus aduerſus Faliſcos
copias duxit : & hos atꝗ capenates q auxilio illis erãt magno in pręlio uicit.
Deinde ad uehiorum obſidionem flectit iter. Vbi cum durũ aſperumꝗ promõ/
torium intueretur cuniculos circa urbem in locis qui aditum intra muros pręⸯ
berent fodiendo parauit : per quos oculte atꝗ profunde ſub terra ad hoſtes du/
cerentur. Quapropter cum ſpes uię ineſſet : ipſe extra pugnã laceſſit & ad mu/
ros hoſtes prouocat : Alii autem clam per cuniculos irrumpentes latenter ĩ ar/
cem penetrãt quę erat iuxta templum Iunonis quod in urbe & magnitudine &
religione pollebat : ferunt contigiſſe eo tempore ducem tyrrenum hic ſacrificiis
operam impendere & augurem inteſtina contemplantem alteꝗ exclamantem
dixiſſe : deum dare uictoriam ei qui ſacrificia illa ſubſequerentur. Hoc audi/
entes Romani qui in cuniculis erant ſtatim pauimentum fregerunt : & cum
clamare atꝗ armorum ſtrepitu egredientes : exterritis hoſtibus ac fugientibus
inteſtina rapuerũt : & ad Camillum detulerunt. Sed hęc forſan fabuloſa eſſe ui/
debuntur. Capta aũt urbe cum Romani incredibiles diuitias predãdo agerẽt
ferrentꝗ Camillus cum proſpiceret ab arce ea quę gerebantur primum quidem
collacrimauit. Deinde fęlicẽ ſe ratus ex pręſenti fortuna manus ad cęlum ac deos
ſupinas tendens inquit. Summe iupiter cęteriꝗ omnes dii humanorum operũ
iudices non pro meritis : ſed pro rerum neceſſitate Romanam fortunam aſpi/
cite : iniquoꝝ ac nefariorum hoſtium urbem accepimus : Si aũt & nobis equa
pręſentis fęlicitatis ultio debetur : obſecro omnia quę in urbem & exercitum ro/
manorum mala conferenda eſſent in meipſum paruo malo terminari. Cum hęc
dixiſſet ut mos eſt Romanis pręces agentibus ſe ad dexterã uoluere : circũuertẽs
cecidit : Turbatis illis qui aderant cum reſurgeret : inquit ꝗ bene pro meis uo/
tis ac pręcibus accidit : hoc paruum malum in maxima bona fortunę. Direpta
urbe ſtatuit iunonis ſtatuam Romã ut uouerat transferre. Conueniẽtibus in hoc
artificibus Camillus deę hoſtias mactãs cũ pręcatus eſſet eã ut Romanoꝝ curã
ſuſciperet : & una cũ aliis diis Romę habitãtibus firma ſtabiliſꝗ maneret. Ferũt

simulachrum locutum dixisse : hoc uelle atq; asserere : Liuius autem inquit cum ipse Camillus deę statuam suspenderet / & precibus eam prouocaret quosdā ex astantibus respondisse & uelle & approbare : & Romam prompte profectam esse . Qui autem uehementer asserendo rei huic admirande fauent : arbitrantur patronam magnā atq; adiutricem fuisse : fortunā urbis q̄ ex paruis minimisq; principiis ad multum glorię atq; potentię emersisse sine dea / quę multis ubiq; signis apparuerit admirantur . Itaq; asserendo ferunt multotiens sudorē statuam ac suspiria emisisse : quandoq; sese auertisse : quandoq; expurgasse : de quibus multi ex maioribus in historia scripsere . Multa etiam que nos accepimus admiracione digna cōmemorare possemus : que non immerito cōtemni possent : Sed huiusmodi rebus permultum credere uel nullam fidem adhiaere propter humanā imbecillitatem que nec terminos nec imperium sui habet : & cum feratur quandoq; ad superstitionem & superbiam quandoq; ad contemptum sacrorum & insolentiam rerum diuinarū periculosum est . Pium autem atq; optimum est : ut nihil nimis . Camillus qui nec magno cū labore decimo obsidionis anno urbem hostilem occupauerat : sane ex iis qui eum beatum faciebāt in tumorem atq; animi elationem adductus & quadrigam albis equis tractā ascēdēs aliisq; superbę utens pro legitimo ciuilq; magistratu molestius triumphauit . Quo triumphandi genere nullus ex ducibus neq; antea / neq; exinde usus est . Nā putant sacrum huiusmodi currum regi particq; deoꝝ esse celebratum : In hac re quia nondum laute luxurioseq; usurpatū uiuere erat : nec nō quod legi de dissociandis habitatoribus urbis se opposuerat apud ciues Camillum quidam calūniis prosequebātar Rogationem enim tribuni plebis tulerant populū atq; Senatum diuisim habitare : & alterum Romę ductis sortibus : alterum in captiuā Vrbem Coloniam agere : tanquā opulētiores futuri essent : & duobus magnis pulchrisq; Vrbibus altera ditata una regionem custodirent . Populus cum iam numrro creuisset / munera obibant : & suffragium petens in contione frequēs tumultus agitabat . Senatus atq; optimates censentes non diuisionem Romę : sed pernitiem futuram : si populus solus administraret : cum hoc indigno animo ferrent ad Camillum refugium habuere : ille certamen deprimens occasiones iniciebat populo atq; occupationes : quibus semper legem destrueret . His igitur de causis mestitia afficiebatur Camillus . Sed apertissime ingentesq; inimicitię sibi contra populum fuerunt exspoliorum decimis : quę non absurde fuissent nisi multitudo iustissimum principium suscepisset . Nam ut uidetur Camillus ad Vehios expeditionem agens si Vrbem caperet huic deę decimas uouit : Capta aurē direptaq; Vrbe siueq; traderet ciues fatigare impēsis / siue ꝙ obliuio quedā ex incūbentibus rebus eum cepisset : uotū per negligentiam habuerit . Postq̄ magistratum illum deposuerat : de hac re ad Senatum retulit . Augures monebāt in sacrificiis deorum iram apparuisse : quę propitiatione & gratiarū actione placanda esset / decernente Senatu : nam difficile erat factum uotum infectū esse illos qui in partem prede uenerant iure iurando astrictos decimas in medium afferre : multa molestia uiolentiaq; affecti sunt : cum pauperes essent & multum laboribus exhausti fuissen : & ad tantam collationem earum quas compararint possederintq; cogerētur his rebus Camillo tumultuante deficiētiq; probabiliori excusatione ad absurdissimam rationem sese applicuit . Nam profitebatur eum

noti obliuionem cepisse. Illi illud molestum sibi dicebant: si ea quę essent hostiũ
nunc uouisset: nunc ea quę ciues haberent soluerent. Itaq; ut quisq; quantũ erat
equum in medium cõtulerunt: uisum est auream cratheram in delphum mittere
sed parua auri copia erat in Vrbe. Cum illi quibus hęc precipua cura demãda-
ta fuerat de auro inueniendo consilia agitarent: mulieres inter sese sua spõte cõ-
sultantes: omnia ornamenta aurea quibus circa corpus utebãtur, in oblationẽ
contribuerunt. Aurum fuit pondere octo talentorum. His mulieribus referẽs
Senatus honorem pro earum dignitate decreuit post mortem quemadmodum
pro uiris ita pro feminis in funere laudatiuam orationem haberi. Non enim
antea mos erat apud Romanos mulierem mortuam laudare: parata longa or-
nataq; naui cum fortibus uiris tres ex optimatibus in delphum missi hiems
profecto inerat & in mari tranquilitas, At operepretium audire, quemadmodũ
illi in maximum discrimen incidentes, ex inspirato statim periculũ euasere. Ni
Liparcorum triremes circa Eoli insulas deficiente uento eos manus tendentes
orantesq; tanquam predones aggrediũtur: & captos eductosq; e mari pro pira-
tibus habuerũt: resq; & corpora uenũdanda sub corona exposuerunt. Sed tã-
dem cum creditum esset uirtuti ac potentie unius uiri Timisithei ducis dimissi
sunt. Hic paratis suis nauibus in delphum misit & ut donaria suspenderentur
operã nauauit. Quapropter Romę condigni honores relati. Tribunis plebis
rursus de diuidenda habitatione: & mittenda Colonia legem excitantibus: bello
contra Phaliscos exorto: quod oportune cecidit: uisum est primoribus comitia
secundum legem agere. Itaq; Camillum cum aliis quinq; tribunis militũ elege-
runt tanquam res ipsa duce qui dignitate & gloria ac rerum experientia polleret
indigeret. Populo sanciente Camillus sumptis copiis aduersus Phaliscos im-
petum fecit: & Phalerios Vrbem ad bellum munitam omnibus rebus bellicis
habentes castris circuiuit. Quam non facile captu neq; eo tempore capiendum
putauit: uerum querebat ciues in castris retinere: atq; ad bellum exercere: ne
domi in ocio uitam agentes factionibus sedicionibusq; Vrbem fedarent. Recte
enim semper Romani hac usi mędicina, quemadmodum medici: ut ciuiles dis-
cordias ac sediciones uitare uel extra urbem ea mala ad hostes conuertebant. Sic
certe obsidionem Phaleriis despicientibus ratis undiq; munitos esse: preter eos
qui murorum stationes tenebant. ceteri omnes per Vrbem in uestibus uersabã-
tur: filii autem eorum ad ludum proficiscebantur & circa muros deambulare atq;
sese exercere cogebantur. Nam publico doctore gręcorũ more utebãtur Phalerii.
Volebant enim ab ipsa adolescentia filios una erudiri atq; congregari: hoc mo-
do magister ludi insidias Phaleriis tendens per pueros singulis diebus illos pri-
mo sub muris per Pomerium seducebat. Deinde ipsos postquam deambulãdo
exercuerat in Vrbem reducebat: Post paulatim illos subducens audire tanquã
tuto proficisci liceret asuefecit. Tandem cũ omnes secum haberet: ad precusto-
dias Romanoꝝ profectus iubet: illos ad Camillũ deducere. Ipse tristis grauisq;
cũ in medium stetisset: se puerorum magistrum esse declarauit: & ut illi gratifi-
caretur: curasse per pueros ĩquit Vrbẽ sibi tradere: Camillo uisum est rẽ indignã
audire: unde presentibus inquit iniquum esse iniuria, ac uiolentia hostes uincere
Nam & leges quedã belli inter bonos uiros & non sic incendium ut nõ uitãde
sint praue impieq; gratie. Sancitum enim est non aliena iniquitate sed propria

uirtute magnum fortemq; ducē oportere militare. Itaq; iussit hominis uestimēta
scindi & manus postterga uincere. Pueris aūt uirgas uerberaq; dari: ut pro-
ditorem uerberibus afficientes in Vrbem agerent. Subito Phalerii, postq̄ pro-
dicionem magistri ludi senserūt, Vrbe ut cōsentaneū est in tali questu ac calami-
tate occupata clari hoīes ac mulieres ad muros portasq; pleno gradu ferebātur:
ut magistrum ludi, quem pueri nudum uinctumq; in Vrbē ignominiose agebāt
intuerentur. Camillum seruatorem atq; deum patremq; appellabant. Quare nō
solum parentes ipsi puerorum, uerum & iam cęteri ciues qui hęc intuebantur:
Camilli equitatem ingenti beniuolentia admirabantur. Itaq; statim congregato
Senatu Oratores ad Camillum legauerunt. Camillus Romam illos ad Senatū
mittit. Illi cum in Senatu stetissent inquiunt. Quoniam Romani pluris iustitiā
q̄ uictoriam fecere: doctos illos dedere uelle, ut potius uinci q̄ liberos esse opta-
rent: confitentes non tantum in Romanoꝝ q̄ uirtute superatos esse. Senatus
ad Camillū illos remittit: ut de hac re pro animi sui sentētia decerneret. Redactis
in ditionem Romanorum Phaleriis: factaq; pace cum omnibus Phaliscis Ca-
millus uasa colligere iussit: atq; discessit. Milites qui predatum iri Phalerios ex-
pectabant: postquam Romam uacuis manibus redierūt: Camillum tanquam
populus ei odio esset ac pauperum utilitati inuideret: apud alios ciues accusa-
uerunt. Postquam de diuidenda habitatione tribuni plebis legem tulerunt: ad
decretum rursus populum accersunt: Camillus nullius inimicitiis, nullius au-
dacię parcens, primus omnium multitudinem coercuit: ut legem abrogaret:
Multitudo cōtra Camillū ira īflāmabatur. Sed cū laboraret ex filiali calamitate:
nā alteꝝ ex filiis morbo confectū amiserat: nihil tamē ire in eum dimissum est.
Quā calamitatē ipse uir māsuetus atq; optimus haud equo aīo tulit. Sed cū in
dicta sibi accusatio esset īclusus cū mulieribus propter luctū domi se cōtinebat.
Accusator erat L. Apuleius. Criminatio aūt despolioꝝ tyrrenoꝝ exspilatione
Nam fama erat, portas quasdam ęneas ex Etruscis spoliis apud eū esse inuētas
Populus ira affectus statuerat: quacumq; esset uia contra Camillum decernere.
Itaq; cum amicos & Commilitones Camillus congregasset: & collegas qui nō
pauci erant, summis precibus illos orabat: ne ipsum falso accusatū ac ab inimi-
cis derisum desererēt. Amici bene prudenterq; re inter eos agitata, responderunt,
aduersus accusationem eius nullum prestare auxilium posse, cum iudicium sen-
tentiamq; de eo ferendam haud exspectare uoluisset, ductus ira statuit ex urbe
decedere. Familiariter igitur blandeq; appellata uxore ac filio, tacitus domum
usq; ad portam egreditur. Ibi cum stetisset: conuersus retro & ad Capitolium
manus supinas tendens, deos precatur si innoxius ex inuidia a populo penas
sumpserit: quam primum Romanos penitencia capi & ipsius opera in omniū
mortalium aspectu indigere, atq; Camilli desiderio teneri. Ille igitur quēadmodū
Achilles imprecationes fouēs aduersus ciues, absentes damnatus est: quīdecī
milibus assibus, qui numerus ad argenti rationem constituit mille & quīgētas
dragmas. Nam argenteus assis erat, & hoc ex decem ęreis denarius uocabatur.
Nemo fuit ex Romanis qui nō putaret Camilli preces statim exauditas fuisse:
& ultionē de iniuria non quidem iocundam: sed tristem ac celebrem & passim
diuulgatam suscepisse. Tanta deorum Romam agressa est ultio, & tanta igno-
minosa oportunitas belli inuidieq; ac periculi aduersus Vrbem apparuit, siue

ꝙ talis fortuna immineret : siue ꝙ deorum quidam sit : qui de ingratitudine
contra uirtutem ultionem non remoretur : primum quidem uisum est ingrediēte
Iulii mense/magni indicium mali apparuisse : mortem uidelicet censoris . Nam
Romani putantes censorium magistratum sanctum esse / plurimum illi tribue-
bant . Secundo ante Camilli exilium Marcus ceditius uir nec clarus nec sena-
torius : sed mansuetus atq; optimus apparens rem solicitudinis plenam ad tri-
bunos militum retulit . Nam inquit cum in pręterita nocte uiam iret/q̃ nouam
uocant / quēdam alte eum appellantem accepisse : seseq; auertentem neminem
uidisse : audisseq; uocem humano sonitu maiorem dicentem . Age Marce cediti
ad principes diluculo ueniens inquies breui tempore in Vrbe Gallos habituros
esse . Hęc cum tribuni militum audiuissent : tanquam ridicula ac iocosa habue-
runt . Paulopost ea quę in Camillum acta sunt euenire . Galli celtico genere orti
quia domi propter multitudinem haud nutriri possunt/foris sedem ac uictum
querunt . Qui cum multe sint Myriade iuuenum bellicosorumq; hominū plu-
res ex filiis atq; mulieribus secum ducunt . Quorum quidem ad Boreum ocea-
num transeuntes/superatis Ripheis mōtibus/extrema Europę occupāt . Quidā
inter Pyrenos montes & alpes sedem ponentes prope Senones ac Celticos diu
incolunt . Tunc ut fama est : primū gustantes uinum ex Italia delatum sic illius
admiratione ac nouitate suauitatis amentes facti sunt omnes : ut collectis armis
sumptisq; filiis ad alpes concesserunt : quesiueruntq; eā terram in qua huiusmodi
fructus oriretur . Aliā autem infructuosuam atq; immitem arbitrabantur : Pri-
mum qui ad illos uinum detulit ac in Italiam eos accersiuit arūtem tyrrenū fuisse
ferunt uirum & splendore & natura prestantem . Verum hac laborauit calami-
tate . Curam gerebat cuiusdam pueri orphani / qui & opibus & prestantia forme
omnes ciues anteibat : nomen erat huic Lucomoni : hic ab ipsa pueritia sub-
ipso Arunte uixit . Et cum primum adoleuit ętas minus domum illius dimittēs
quod amore uxoris aruntis deperibat . Fingebat cum eo uitam lęte agere
uelle : permultum temporis horum mutuus amor & consuetudo latuit . Sed cū/
dux ita ambo amore inflammarentur : ut illum haud amplins celare possent
iuuenis contra illum manifeste irruit : atq; e domo expulit . Ille cum in ius Lu-
cumonem uocaret uictus cum multitudine amicorum Lucumonis/tamen pecu-
niis domum suam deseruit : qui rumore accepto de Gallis/ad illos secessit : atq;
in Italiam exercitum duxit . Illi irruentes quam primū uniuersam ātiquāq; re-
gionem Tyrrenorum sub eorum imperio ab alpibus usq; ad utraq; maria redi-
gere ut ipsius nominis appellatio testatur . Nam mare boreum adriaticum ap-
pellant a Tyrrena Vrbe adria : quę ad notum inclinata est in conspectu tyrreni
pelagi . Per hanc regionem arboribus plenam multa flumina fluunt/& letus est
ager pabulo hęc octo & decem pulchras magnasq; Vrbes habet : & ad questū
& ad uictum āplissimas . Has Galli Tyrrenis eiectis occupauere . Sed hęc quo-
dam coniurationis tempore prius gesta sunt : ea tempestate Galli ad Dusium
Tyrrenam Vrbem castra locauerant . Clusini instituto refugio ad Romanos le-
gatos : litterasq; ad Barbaros exorarunt : legauerunt Romani ex Fabiorum fa-
milia tres uiros/qui honore & claritate in Vrbe insignes habebātur hos Galli ob
Romanum nomen non inhumaniter suscepere . Qui postquam prelium quod
ad muros erat/cessatum est : in colloquium cū Romanis uenerunt . Sciscitantibus

romanorum legatis qua iniuria a Clusinis lacessiti essent quod illorũ urbem obsi/
dione premẽt: Brennus Gallorum rex ridens iniuria nos afficiũt Clusini inquit
cum parum terrę & regionis incolere possint: & quam plurima occupare animus
sit: & nobis aduenis multisqꝫ ac egenis nihil impartiri uelint. In hoc plane o
romani uobis iniuriam intulerũt primũ Albani & fidenate atqꝫ ardeate Nunc
autem Vehiorum ciuitas atqꝫ capenate multisqꝫ Phaliscorum Volscorumqꝫ ad/
uersus quos castra mouete: & si uobis ex rebus suis non impartiuntur, in ser/
uitutem agite: destruite: eorũ Vrbes euertite: hanc rem nulla in parte grauiter
ferendam ducemus: & antiquam legem iubentem res minorum tribui maiori
ab usqꝫ deo incipientem & ad bestias usqꝫ finientem imitamini. Nam hoc na/
turę quodam instinctu insitum est uiuendi gratia. Plura habere potentiores in/
ferioribus. Desinite igitur obsidioni Clusinorum misereri: ne doceatis gal/
los optimos ac misericordes amicos fieri illis qui a Romanis iniuria affecti sũt.
His rebus cognitum est: Brenno stare sententiam bellandi: legati ex colloquio
digressi cum in Clusium uenissent: siue ut uires illorum experirentur: siue ut bel/
lando sese ostentare egregium ducerent: Clusinis ad consectandas contra Barba/
ros manus animos fecere: impetu facto a Clusinis cũ prelium iuxta muros mis/
ceretur: unus ex Fabiis quintus ambustus equo insidens subditis calcaribus
contra ęgregium forma uirum gallum multo ante alios preequitãtem irruit. Pri/
mo cum ex uelocitate impetus cum fulgentibus armis faciẽ tegentibus incog/
nitus fuit. Postq̃ uero uictor euaserat: & Gallo spolia transfixo pectore gladio
detrahebat: Brennus illum cognoscens testatur deos: quintum Ambustum ora/
torem prelio se admiscuisse: & contra iusgentium egisse. Quare cum receptui
canere iussisset, preliumqꝫ subito diremisset: collectis uasis Romam uersus iter
intendit. Sed postquam Romam exercitum ductauit, ne uideretur Romanos
iniuria lacessere: ac illis nolentibus sine causa bellum mouere, nullis factis in/
cursionibus bella indixit: Romę conuocato Senatu multisqꝫ aliis gesta a Fabio
accusabantur. Sacerdotes facta re diuina iubebant Senatum contra unũ crimẽ
expiare, hos feciales numa Pompilius mãsuetudine iustitiaqꝫ Rex prestãtissimus
constituit: Qui pacis custodes cognitores atqꝫ iudices forent causarum: quę
iustum diceret bellum. Rem ad populum Senatu referente: & sacerdotibus acta
Fabii accusantibus: sic multis ex ipsis rem diuinam neglexerunt, ac ludibrio
habuerunt, ut Fabium cum fratribus eius tribunum militarẽ designarent. Celte
cum hęc audirent, ferrentqꝫ grauiter, nihil contra egerunt: sed q̃ propere ad ipsoꝝ
multitudinem & ad primarios ipsius exercitus concesserunt. Et quamq̃ uim
& animum eorum qui in medio erant perterrefacerent, uiderentur regionem
uniuersam atqꝫ Vrbes celeriter destructuros esse: nulla in re illos leserunt: neqꝫ
ex agris quicq̃ uastatum est. sed propinquius neglectis Vrbibus Romam
proficisci: & tantum Romanis bella inferri conclamant. Alios autem populos
minime hostes censendos. Cum Barbari Romam bello infestarent: tribuni mi/
litares Romanos ad pugnam eduxere: qui numero haud tenues non pauciores
quadraginta milibus militibus erãt. Sed insueta armis multitudo tũc primũ
arma capesserat. Quo tempore nec litato: nec auspicato rem gerere in memoria
fuit. Tantum turbationis ad res disponendas ea obsidione susceptum est. Nã
ante pugnam iniendam ac pericula aggredienda deos consulere mos fuerat: &

in minoribus periculis ſepius monarchos : quos dictatores appellabāt eligere
conſueuerant : non ignorantes quātum in ſe utilitatis periculoſa tempora habēt :
ſi unus in principatu una ſententia ac libera & impuni magiſtratu fungeretur :
& in manibus ad res pulchre ordinandas iudicia retineret . At non parum pro/
fecto rebus obfuit romanis Camilli ingrata ſeueritatis . Qui cum uir grauis eſſet
neq; ad gratiam, neq; blande magiſtratum gerebat . Cum igitur prope urbem
ſtadios nonagita ueniſſent, barbari, haud procul fluuio q̄ alia nūcupatur qui nō
longe ab exercitu in Tiberim prorūpebat, conſederunt . Hic apparentibus bar/
baris cum male pugnatū eſſet, quod haud ſtracta acie dimicabant fuſa ex tēplo
acies eſt : Ad ripam fluminis quo ſiniſtrū cornu defugit : a celtis magna ſtrages
facta . Dextrum autem latus inclinans ſuperiorem partem ex planicie ad colles
minus cędis patitur . Hinc multi fuga per agros ſaltusq; diſſipati ad urbem re/
diere . Alii omnes qui barbaroꝝ manus euaſerant ad Vehios hoſtium urbem
fugā arripuere : tāq̄ Roma capta eſſet & romani omnes ibi trucidati . Fuga uero
nocturna fuit eo tempore quo pugna commiſſa eſt inſtabat eſtiua conuerſio cir/
ca plenilunium & ſuperiori die magna calamitate fabicena domus perculſa fu/
erat . Nam tricenti ex eorum familia in tyrreno bello ceciderant . Decretum eſt a
ſecundo conflictu diem aliadam uſq; nunc a flumine nuncupari : de Nephaſtis
diebus ſiue opus ſit, ſiue non aliquas bonas ponere : Heraclitus heſiodum quaſ/
dam probas, quaſdam malas facientē redarguit, tanq̄ non teneret naturam totius
oiei eſſe unā quod alibi dubitauit . In hac re aliqua commemorare exēpla forſan
haud incongruum erit Tunc quidem boetis inſtante menſe ippodromionis, ut
uero ſecundum Athenienſium appellationem . Hecatonueonis quarto die duas
contigit clariſſimas uincere uictorias . que gręcos libros reddidere . Vnam ſcilicet
apud leutras . Alterā uero apud Geraſtrū : Hac prius pluribus ducentis annis
quando Lettamiam ac Theſſalos uincerunt . Perſe menſe uordromionis ſexto
die in marathonis tertio apud plateas & apud Michalim a gręcis ſuperati ſunt
Et quinto die in fine euiſdem menſis circa plenilunium in aruilis Athenienſes
pugnam Chiam in qua Cabria dux erat uicerunt : In ſalamina autem circa
uigeſimū diem ut nos in annalibus legimus Attuli & menis thargilion bar/
baris manifeſtum infortuniū . Nam Alexander ingranico duces Regis Thar/
galionis uicit . Et Carthaginenſes in Sicilia a Thimoleone uicti ſunt, ſeptimo
die huius menſis . Quo tēpore uidetur Carthaleonem cepiſſe ylium : ut Epho/
rus & Caliſthenes & Damaſtes, atq; Philarchus in hiſtoria ſcribunt . Ecōuerſo
Metagēnion quē Boetii Paneniū uocant, nō felix gręcis fuit . Ni huius mēſis
ſeptio die in pręlio quod geſtū eſt in Cranone abanti ſuperati : tādē fugati ceſſiq;
ſunt . Et prius in cheronia aduerſus Philippum pugnantes uicti . Eodem die
mēſis Metagitnionis per eundem annum qui cū archidamo in Italiam traie/
cerant a barbaris ibi exiſtentibus necati . Carthaginēſes autem nouum diē huius
menſis in fine tanquam plurimas maximasq; omnium calamitates attuliſſet : nę
faſtum habent . Sed non me fugit per ea tempora quibus miniſteria agebātur :
iterum Thebas ab Alexandro duratas eſſe . Et poſt hęc propugnaculum ma/
cedonum ſuſceperunt Athenienſes circa uigeſimam diem uordrominis . Quo
tempore clam bachi ſacraficia peragunt . Romani quoq; eodē die prius quidē
a Cymbris uicti Scipionis exercitum amiſere , Sed poſtea lucullo copias ducēte

armenios & tigranem uicerunt. Attalus uero Rex & Pompeius magnus coꝝ
natalibus diē ſuum obire: Sed tamen baud in animo eſt de multis qui ſuis pe/
riodis uſi ſunt ſcribere. Verum Romanis hęc dies una eſt dierum nefaſtorum
Et propter banc quolibet menſe duo altere ad plus religionis & labentis ſuper/
ſtitionis ad ea quę forte accidunt ut conſuetum eſt addite. Hęc profecto in li/
bris de romanis cauſis curioſius digeruntur. Confecto itaq; pręlio ſi confeſtim
Galli fugientes romanos conſecuti fuiſſent: baud ob ſtatū eſſet Romam funditus
delere: & omnes qui in ea remanſerant capere atq; obtruncare. Tantū terroris
ex ea calamitate fugientes / tantumq; turbationis ac amētie retro attulerunt. Bar/
bari magnitudinis uictorię ignari: conuerſi ex uictoria ad diripienda in caſtris
ſuppellectilia facultatem fugiendi ex Vrbe multitudini prebuere. Et remanen/
tibus preparationis & tutelę ſpes iniecta eſt. Nam relictis cęteris Vrbis parti/
bus / romani Capitolium magna ui / magnoq; pręſidio telorum munierunt. Pri/
mum ex ſacris quedam in Capitolium ſuſtulere. Virgines uero ueſtales rapto
ex laribus igne cum ſacris fugerunt. Sed a quibuſdam memorie traditum eſt:
nibil preter eternum ignem eſſe ſeruatum. A Numa enim rege tanquam omniū
principium eſſe ignis uenerari inſtitutum eſt. Nam mobiliſſimum quoddam
ignis exiſtit in ipſa natura / & motio quedā eſt / uel cum motione totius generatio.
Alia uero materia quę calore uacat / ocioſe ignauiterq; iacens & cadaueri ſimilis
ignis uirtutem tanquā animam cupit: & paulatim ſuſcepto igne ad agendum
quid uel paciendum uertitur. Numa Pompilius uir curioſus ac ſapientiſſimus /
qui in colloquium cum muſis per ſapientiam ueniebat / ratione quadam philo/
ſophie motus bunc ſeruari cuſtodiriq; perpetua uigilia nę corrumperetur uo/
luit. Tanquam ęterna uirtus quę omnia ſeruaret eſſet. Aliqui ferunt / quem/
amodum apud gręcos ante ſacras ędes purum ignem poſuiſſe: & quę ſunt intus
omnibus niſi ipſis uirginibus ueſtalibus eſſe abſcondita. Magna preterea fuit
fama Troianum illud palladium / quod in Italiam ęneas aſportauerat ibi reſi/
dere. Sunt quidam qui de ſamothraciis fabulantes ferunt Dardanum Troiam
aduectum cum urbe concederet: ſacrificia egiſſe: atq; illud conſecraſſe: Eneam
uero in ipſa urbis captiuitate furtim ſuſtuliſſe: ſeruauiſſeq; ad id temporis: quo
in italia urbem condidit: Quidam ut multi in bac re ſcire oſtentent: duo ineſſe
non magna dolia ferunt: quorum alterum apertum ac uacuum / alterum plenum
ac clauſum. Amborum uero aſpectus tantummodo ſanctis uirginibus patet
Sed quidā bos mentiri arbitrantur. Quod puellas multa ex ſacris corripientes
fertur duo dolia abſcondiſſe ſub terra in templo Quirini. Vnde locus ille ad buc
doliorum appellationem retinet. Virgines maiora ac digniora ex ſacris ſum/
mentes ultra fluuium fugerant. Tunc Lutius Albinus uir popularis / cum etiā
ipſe fugeret; infantes filios: uxoremq; ac neceſſaria utenſilia ſecū babens in curru
uebebatur. Poſtquam uidit uirgines in ſinu deoꝝ ſacra inculte ferentes / ſolaſq;
ac labore uię fatigatas / confeſtim uxorē cum filiis / atq; ſuppellectilia terra expoſ͞it:
& illas currum ingredi atq; in aliquam gręcorum Vrbem fugere iubet. Indig/
num fuit Albini nō obſcuram pietatem atq; bonorem erga deos in grauiſſimis
temporibus ſine aliqua memoria preterire. Aliorum ſacerdotes deorum ac ſe/
niores / qui conſulatu & triumpbo potiti fuerant / non tulerunt Vrbem relictum
iri. Qui cum ſacras ſplendidaſq; ueſtes ſumpſiſſent / preſidente Fabio pontifice

maximo pacem deorum exposcentes / seq; ipsos pro patria fortunę deuouentes & fortunę instantes : in eburneis sellis in foro ornati consederunt . Tertio die ab ipsa dimitatione Brennus cum exercitu ad Vrbem aduentebant : qui cum por/ tas offenderet apertas / & nullas in muris stationes dispositas / primum insidias dolumq; formidauit . Admiratus passim in Vrbe solitudinem Sed postquam perspeculatores rem cognouit : per collinam portam ingressus Romam occupa/ uit . Anno trecentesimo & sexagesimo ac pauloplus ab Vrbe condita Roma a Gallis capta . Si fidum est aliquam temporum diligentiam seruare in iis rebus quibus illa rerum perturbatio de aliis nouioribus dubitationem iniecit . Capta Vrbe ut consentaneum est : celeris de hac re fama per gręciam peragrauit . Hera/ clitus ponticus qui paulo antequam Roma caperetur obierat / in cōmentariis de anno inquit uesperi sermonem habuisse / quemadmodum Roma gręcia Vrbs quę iacet ad magnum mare ab exercitu ultra Hiperboros montes aduentante caperetur . Nō admiror plane Heraclitum fabulosum hominem uera oratione de capienda Vrbe montes yperboreos ac magnum mare extulisse . Aristotelem aūt Philosophum certo dixisse ferunt / Vrbem a Celtis capiendam . Seruandam uero a Lutio Erat hic Marcus Lutius Camillus . Sed hęc coniectura quadam dicta Cum igitur Brennus seruato Capitolio Romam occupasset : uidissetq; inter trā/ seundum per forum / quosdam uiros insigni habitum : & sedere & tacere / magna admiratione captus est : qui tanq̃ nullo reipublice uulnere sauciarētur : neq; facie neq; colore mutati sunt . Sed cum esset animo in trepido flexi in scabellis que se/ cum contulerant sese inuicem intuentes silentium agebāt . Quare hac rerum no/ uitate admiratio Gallos habuit & tāquam de forcioribus dubitarent diu accessu tactuq; abstinuere . Postquam autem quidā fidens animi iuxta papiruim ma/ rium stetit : manumq; mansuetę extendens promissam Barbam demulsit : Pa/ pirius scipionem in capite feriendo contriuit . Barbarus stricto gladio illū ne/ cauit : deinde cętero facto impetu morti tradiderunt . Et tandem late uagatur ensis : & nullo reuocatur pectore ferrū . Postea irati contra eos qui in Capitolio erant domos permultos dies spoliant : parietesq; eruti : faces tectis illate : quod Capitolium seruantes eorum imperium neglegerunt : & iactis telis pugnarent Qua propter Vrbem rapina & incendio miscent : & uirorum ac mulierū senūq; ac puerorum atrox edita cedes : ac multam in medio sine nomine plebem obtruncant . Longa obsidione opus Gallis erat / uictus gratia frumentatum ire . Itaq; diuisi inter eos aliqui circa Capitolium cum Rege assidunt : aliqui regionē peragrantes irruentesq; diuisim uillas depopulantur . Alii bona fortuna elati ducem ordinemq; negligentes sparsiq; nullo terrore uagabantur . Plurimi ipsoꝝ & maxime ea pars quę instrictior erat ardeam ubi Camillus exulabat : & pri/ uate ociose q; uiuebat / secesserunt . Camillus spe quadam consilia agitabat non de hostibus fugiendis : sed si daretur oportunitas / quomodo romanis auxilio esse posset . Quapropter cum perspiceret ardeatas / multitudine quidem satis numero/ sos : sed propter imperitiam mollitiemq; imperatorum minus audaces : primū ad iuniores orationem habuit : non censendum esse Gallorum fortitudine roma/ nos perditos fuisse : neq; propterea q̃bus in eū non recte senserunt : illa pati cō/ tigisse : neq; iudicandum operam esse eorum qui ad uincendum nihil prebuere Sed putandum id fortunę ostentatione accidisse , Quare egregium facinus fore

& iam cum ipſo diſcrimen Barbarorum aduenarumq; bellum a ſe repellere.
Itaq; ſi auderent habita temporis ratione tuto uictoriam ſe prebiturum . His
ſermonibus perceptis a iuuenibus ad principes Vrbis uentum eſt . Camillus
ad Senatores ardeatas conceſſit . Poſtquam a Snatoribs in ſententiam Camilli
diſceſſum eſt : Camillus omnes quos ad ferenda arma adoleuerat ętas intra mu/
ros collectos ad pugnam inſtruit . Nā hęc ignota eſſe hoſtibus qui non longe
ab Vrbe aberant meditabatur . Cum Barbari per omnem regionem paſſim ua/
garentur : & multam hominm pecudumq; predam agerēt : intrepide ac peculā/
ter in caſtris militabant . Adueniente nocte : ſomno uinoq; ſepulti fuſi per caſtra
iacebāt : De his Camillus perſpeculatores cercior factus ardeatas ducēs : Poſt/
quam ſub media nocte per ea loca quę intererāt ab hoſtibus tacite pertranſiuit
Vallum magno clamore ſuperat : & undiq; tubarum ſonitu omnia miſcet . Illi
per crapulam uix e ſomno a ſonitu ac ſtrepitu excitantur . Pauci tamen ipſo in
tumultu expergefacti ſeſe ad bellum accingentes tanquam ſtragem ſuam nite/
rentur contra Camillum īſurgunt quamplurimi aūt ex potentioribus ſopore ui/
noq; grauati ceduntur : inermes quot uero e uallo noctu fugam corripuere : qui
non multi fuerunt per regionem diffuſi ſub luce ab equitibus trucidati . Fama
huius rei ex tēplo diuulgata multos iam ętate adultos unā collegit : & preſertim
romanos qui ex pugna quę apud Alliam fluuium commiſſa eſt ad Vehios cō/
fugerant qui inter ſe ipſos lamentantes dicebant fortem romanis imperatorem
fortunam abſtuliſſe & ardeatis Camilli res bene geſtas ornamento glorięq; fuiſſe
& Vrbem quę talis uiri & mater & nutrix fuit periiſſe . Nos uero imperatoris
penuria alienis in Vrbibus ſedentes Italiam deſerimus Eya ad ardeatas mittētes
uel ipſorum ducem petamus : uel nos ipſi ſumptis armis ad ipſum ueniamus .
Non enim amplius ipſe a Roma exulat . Neq; nos patrie inditionem hoſtium
redacte quę nulla eſt / ciues ſumus . Cum in unum ſententie omnium congrue/
rent : Camillum per oratores ſummis precibus ducem accerſebant . Ille nō prius
inquit ſe magiſtratum accepturum : quam ciues qui in Capitolio erant / id.
ipſis legibus decerneret & ſe ducem ex conſulto dicerent . Eos enim cenſendos
patriam ſeruare . Qui ſi iubeant uoluntatem ipſorum non impigre ſeruaturū .
Si autem ciues hoc minus agerent / nihil inuitis illis facturum . Camilli reli/
gionem probitatemq; omnes admirabantur . Sed quomodo hęc in Capitoliū
denuntiarentur facultas deerat . Nam impoſſibile arbitrabantur : hoſtibus Vr/
bem habentibus in arcem mittere nuntium poſſe . Erat quidam adoleſcens pō/
tius comitius non ſummo genere nec tamen obſcuris parentibus ortus : uerum
honoris glorięq; cupidus . Hic ſua ſponte ad Capitolium iter ſine litteris : ne ſi
ab hoſtibus interceptus eſſet : Galli mentem conſiliūq; Camilli noſceret : ingre/
ditur qui uili ueſte indutus & ſub ea ſuberum ferens aliam uiam intrepide per/
egit . Cum uero iam ueſperi ad Vrbem appropinquaret : & per pontem a Bar/
baris ſeruatum iter negaretur : capiti ueſtem inuoluens : quę breuis leuiſq; erat:
ſubero per aquas nando delatus flumen tranauit : & ad Vrbē aſcendit . Qui
ſtatim uigilus inſidentibus fugientibus quas coniectura & tumultu cognouerat /
ad carnētalem portam contendit : hic quod agerent per ſilentium diu ſpeculatur
Nam huic Capitolium maxime & directo incumbit & petram magno circuitu
atq; aſperitate natura ipſa locauit : per eā latēter aſcēdit : & eos quibus cuſtodia

arcis demãdata erat magno labore per locũ uacuum petit. Quos cum salutasset: & suum ipsius nomen indicasset: receptus ad principes romanorum contendit Qui ad conuocatum Senatum ingrediens | statim uictoriam Camilli quam nõ dum acceperant denuntiauit narrauitq; militum sententiam | ac persuasit Camillo dictaturã deferri. Cum illũ imperatorem tantũ expeterent omnes ciues romani | qui essent extra Vrbem. Illi his auditis agitato consilio | Camillum dictatorem designant. & pontium retro eadem uia remittunt. Qui ut prius bona usus est fortuna: nam eius transitus hostes latuit. Itaq; romanis qui Roma aberant: nuntiat ea quę a Senatu acceperat. Illi libenti animo Camillum pro dictatore suscipiunt. Camillus iam duo milia militum | itemq; plures a sociis coegerat | & ad hostes aggrediendos preparauerat hoc modo secundam Camillus dicta-turam adiit. Qui dum ad Vebios contendit | militibus ocurrit: & a sociis tã-quam aduersus hostes iriturus esset plures milites collegit. Quidam ex Bar-baris qui Romę erant: cum forte transirent per ea loca quibus noctu pontius in Capitolium ascenderat: & sepe uestigia descerneret: manuũ ac pedum in ascensu & regressu | sepe autem attritam semitam atq; dilapsus ad regem hoc refe-runt. Rex cum ad locum ueniret: prospiceretq; tunc obticuit. Vesperi autem conuocatis | his qui leui essent corpore | ac maxime quosdam ex Celtis | quiq; ad superandos montes idonei inquit. Viã nobis incognitam hostes ad ipsos ostẽ-dunt: ea parte qua nec ascensus nec reditus apparet hominibus: uehementer erubescendum est urbem in ditionem nostram occupasse: & hunc locum tãquã inexpugnabilem negligere ipsis docentibus hostibus qua uia arcẽ aggredia-mur | ea enim parte qua unus facile ascendit | nec multis singulatim difficile: quĩ-immo mutuo auxilio aditus difficultas leuabitur. Itaq; munera ac honores pro cuiusq; meritis referentur: hac a rege habita oratione multi ex Gallis alacres ad mandata peragenda sese accingunt: & media nocte per petrã ac uiua preruptaq; loca taciti in Capitolium ea parte qua ascensus mollior uidebatur euadunt: & arcem stationesq; dormientes maximo apparatu inuadunt. Sed nec ab homine neq; a canibus hostium ingressus perceptus est. Sacri anseres iuxta Iunonis tẽ-plum inerant | qui antea affluenti cibo pascebantur. Tunc quia uictus caritate laborabant romani: neglecti anseres fame uexabantur. Est hoc animal natura pauidum: & sensu auditu q; acerrimum. Illi propter famem uigilantes | ac tu-multuantes statim Gallorum ingressum percipiunt. Qui cum inter se glangore & cursu feruntur | omnes a somno romani expergiscuntur. Barbari ne lateant tumultuando: atq; uiolentius irruendo arma quę fortuita parantur rapiunt | & clamorem attollunt. Manlius uir cõsularis & robore corporis atq; animi mag-nitudine clarus omnium primus duobus ex hostibus una occurrens alterum eleuantem bipennem cęsa manu obtruncat: alterum umbone percussum in facie retro per petram precipitem dedit. Aliis concurrentibus romanis ipse instans in muro quosdam per murum fugere. quosdam salire de muro precipitariq; coegit. Cum iam non dum multi murum superassent: nec quid laude dignum egissent. Cũ ita periculum euasissent romani: & iam lucesceret. Illum qui uigiliis preerat: e muro ad hostes per petram precipitarunt. Manlio uictore primum decernitur: & potius dignitati illius quam necessitati consultum. Quantum enim cuilibet dierim ad uictum imparciebatur: illi contulerunt. Nam consueti

farris sex libras. Vini autem quartam partem mensure grece quam Cotyllũ uocãt tribuerunt. Sed Galli q res minus prospera erat: uictu laborabãt. Nã Camilli terrore frumentatum ire arcebantur. Nec non pestis multitudine cadauerum quę passim proiecta iacebant, eos castra in loco depresso habentes urbem egredi non sinebat. Tunc altitudo cineris euaporantis propter uentos atq calores per area siccitates tenuitatemq habentem corpora hominum ex respiratione corruperat. Maxime autem huius rei causa fuit mutatio uictus ex locis umbrosis qui ad estiua agenda leta refugia prebent: nec nõ accessus ad humilem depressamq regionem quę autumnali tempore ingrata est: illorum ualitudinem commouit. Diuturna iam facta Capitolii obsessio, septimum mensem attigerat. Quare adeo magna hominum pernicies in castris orta est: ut propter cadauerum multitudinẽ mu ta corpora sepulchrũ desideraret. Nec tamẽ propter hoc melius res obsessorum geritur. Famę enim molestiaq illi angebantur: quoniam quod Camillus ageret, cognoscere non poterant. Nam ex eo quod intentius Barbari presidia stationesq ad Vrbem custodiendam locarant: aditus in Capitolium negabantur. Quibus rebus sic se habentibus: primum fortuitu per stationes de componenda pace uerba fiunt: deinde optimatum sententia: Sulpitius romanorum tribunus militum ad colloquia cum Brẽno profectus impactionẽ uenit: mille pondo auri pendere: & illos ex Vrbe regioneq decedere. Ad hanc rem iure iurando adhibito: & auro delato: celte dum aurum ponderaretur, cum adessent, & clam primum aperte deinde lancem primerent atq grauarent: romani in eos de hac iniuria queruntur. Brennus ridens ponderi gladiũ atq cingulum ferreum apposuit. Sulpitius cum interrogaret quare hoc. Quid aliud inquit Brennus nisi obprobrium uictis. Qui sermo in prouerbium usurpatus est: romanorum autem quidem hoc grauiter ferebant: dicebantq sumpto auro retro abeundum: & Barbarorum expeditionem ferendam. Quidam concedere, nec ad maiorem iniuriam prouocare sanius arbitrabantur. Nam habita temporum ratione iniuriam tolerandam esse: atq aurum conferendum: quamquam non pulchrum sed necessarium. Cum de his aduersus Celtas altercatio a romanis oriretur: Camillus ad portas cum exercitu aduentauit. Qui interrogando postquã de re certior factus est exercitum ut erat sequi iussit. Ipse cũ primoribus properans statim ad romanos concedit. Susceptus honorifice & cum silentio pro dictatoris dignitate aurum ex uehiculo arripiens seruis contulit. Celtas uehiculum atq lancem capere & abire imperauit: dicens romanis patrium morem esse non auro sed ferro patriam tueri. Brenno grauiter hoc ferrente: dicenteq iniuria affici: quod federa uiolarentur. Camillus e contra inquit: pactiones nõ ratas: nec legittimas esse, iniussu suo factas: cum ipse dictator sit nec aliter supra eum magistratum gerat: qui non habentibus facultatem paciscendi cum hostibus auctoritatem prebuerit. Nunc quod uelint: dicendum cum legittimus dominus adsit, qui ueniam petentibus daturus est, atq supplicium: nisi eos pro iure nõ egisse peniteat. his uerbis Brennus tumultuans bellum acuit. Itaq strictis utrimq gladiis ad inuicem mixti tumultuando per domos & angiportus ut res poscebat diuertunt: cum pro ipso rei militaris ordine loca occupare non possent. Brennus recte sentirens statim non cesis multis Celtas ad castra deducit. Noctu dato signo: ut taciti omnes uasa colligerent: Vrbem reliquit

& iter sexgaginta stadiorum profectus haud longe sabina uia consedit. Postq̃
dies illuxit: Camillus egregio cum exercitu Brennum petit. Camillus secum
romanos tunc magna audacia fretos habens cum iam diu fortiterq; pugnatũ
esset, multa clade occupatis castris Gallos fundit fugatq;. Fugientium quidam
a persequentibus cęsi quosdam uero & plurimos per agros palantes uicine ur-
bes uilleq; occidere. Sic Romam captam profecto admirandum: sed mirabili-
us per septem menses sub ditione Barbarorum positam saluam esse factam. Ca-
millus ut digna res erat tanquam ille qui amissam recuperasset patriam, & in
pristinum statum reduxisset triumphauit. Qui e Roma cum filiis propter bel-
lum secesserant: statim rediere. Illi uero quos in Capitolio per obsidionem fames
pene absumpserat occurrentes ex ea pręsenti & insperata iocunditate ad inuicem
lacrimantes amplectabantur. Sacerdotes atq; templorum Ediles omnia quę in
fuga corripuerat sacra uel occultando uel secum ferendo ut illa ab hostibus serua-
rent ciuibus, qui illorum desiderio uidendorum tenebantur, ostenderunt. Illi le-
to illa animo tanquam deos suos Romam redeuntes conspexerunt. Camillus
facta re diuina: lustraq; Vrbe: ac remotis his quę indigna uidebantur: sacra
suis restituit: fame templum non immerito eo loco ubi diuina uox cecidit. Ce-
dicio marco qui exercitum Barbarum denuntiauit, instruit. Sed magna cum
difficultate: multoq; augurum labore: urbes gloria Camilli insidem romani
populi rediere. Verum cum opus esset urbem omni ex parte corruptam edifi-
catione restaurare animi molestia ad opus faciendum multitudinem inuasit: &
segnities romanis inerat: Quibus in omniũ rerum difficultate positis, tunc ocio
ac laboris remissione propter recentia mala potius erat opus quam molestia pre-
mii grauari q̃ cum: neq; rebus neq; corporis uiribus ualidi essent. Sed nec qui-
es fuit. Conuersis ad Vebios animis: urbem omnibus rebus ornatam. & ma-
gistratus illis qui in administranda republica ad gratiam agunt impartiri solitã.
Sediciosi homines aduersus Camillum uoces in uulgum spargere: illum hono-
ris glorięq; eius causa ipsos ornatissima Vrbe spoliare uelle: curareq; summo co-
natu ut dirupta loca habitarent: & Vrbem quam fere funditus ignis absumpse-
rat: renouaturum esse. Vt non solum Dux atq; Imperatur romanorum uerum
& iam conditor contempto Romulo appellaretur: Qua ex re cum magno in-
uaderetur terrore Senatus ne tumultus Vrbani fierent: Camillo quamquam in-
uito in annum dictaturam prorogauit: & si mos esset nullo modo ultra sex mẽ-
ses dictaturam retineri. Senatus uero blandiendo atq; exhortando populum
placebat, & sacra patriaq; sepulchra, atq; locos sanctos, quos Romulus uel Nu-
ma uel quiuis alius regum ipsis sacrauerat, dederatq;, ostendebat, & in primis
caput nuper inuentum in Capitolio dum fundamenta foderent; tanquam fa-
tis datum esset, locum illum caput Italie futurum: & ęternum ignem a uirginibus
uestalibus custoditum: obscurari rursus ac restingui relicta Vrbe ad dedecus
ipsis accessurum. Siue quod eam ab aduenis habitatam uisuri sint. siue q; de-
serta pecoribus pascua sit prebitura; hęc cum ad singulos priuatim & publice
multis persuasionibus apud populum agitarentur: rursus a multitudine de in-
stauranda Vrbe in querelas itum est & summis precibus actum: ne ipsos tan-
quam ex naufragio nudos egenosq; factos ad reliqua prostratos Vrbis moliẽda
cohercerent: Cum alteram Vrbem paratam haberent. Camillus Senatus cõciliũ

aduocauit : & multa ipſe pro republica exhortando diſſeruit : multa etiam alii quibus orationem in Senatu habere libuit . Tandem ipſe aſſurgens Lucium Lucretium : qui primo ſententiam dicere conſueuerat : iuſſit orat onem primũ habere : deinde ut ordine ab aliis ſententie dicerentur . Facto igitur ſilentio cum Lucretius principium dicendi aggreſſurus eſſet : forte fortuna centurio ex pre/ ſidiis diuturnis , cum cohortibus reuertens preteribat : qui magna uoce ſignife/ rum appellans inquit : ſignifer ſtatuę ſignum : hic pulchre manebimus . Quĩ/ imo tempore conſilium de futuro : ac incertitudo ex orte uocis fuit , quando Lu/ cretium deum adorauit ſupplicauitq́ : eum omnium aſtantium aſſenſu , ut eũ ad id dicendum afflaret : quod bonum fauſtum : felixq́ Senatui populoq́ ro/ mano foret . Admiranda fuit ex hoc homine permutatio animorum multitudi/ nis de urbe requirenda , quę ſeſe exortando ad opera facienda conſequebatur : ſed nõ ordine aliquo aut laboris impartitione : uerum ut quiſq́ paratus erat ani/ mo ducebatur ad loca molienda . Itaq́ Vrbem edificiis diruptam , ciuibuſq́ de/ ſolatam celeri ſtudio ac ſolicitudine reſtaurauerunt . Ferunt enim intra animnm muris publicis & priuatis edibus illam fuiſſe renouatam . Illi quibus a Camillo negotium datum erat ut ſacras edes ſuis locis reedificarent : turbatis omnibus rebus , poſtquam in edem martis uenerunt circumeuntes palatium : nam & hoc ut alia ferro ac igne dirutum a Barbaris apparebat : cum operam purgãdis lo/ cis & moliendis muris impenderent : forte in baculum Romuli profundiſſimo in cinere demerſum incidunt : hic ambas cuſpides flexas habet . Vocatur uero Lituus : & ipſo dum auibus auguria captant . in deſignandis futuri edificii lo/ cis iaciendiſq́ fundamentis utuntur : Quo & Romulus qui nihil niſi auſpicato faciebat , uſus eſt . Sed poſtquam e conſpectu hominum euanuit : ſacerdotis baculum ſumentes tanquam rem ſacram intactum ſeruauerunt . Cum hoc ab igne ſeruatum offendiſſent , ceteris rebus corruptis : magnam de Roma ſpem ſuſceperunt : tanquam ęterna illis ſalus futura eſſet : ſeruato ſigno . Non dum iis rebus nauata opera erat : quod una Secani Volſciq́ ac Latini in agrum romanũ impetum fecere : & Tyrreni circa Sutrium quę ſocietatem cum romano populo inierat caſtra poſuerant . Cum Tribuni militum qui belli principatum habebãt , apud montem Martium a Latinis ferro fameq́ premerentur : & in diſcrimine amittendorum poſiti Romam mitterent . Camillus tertio dictaturam induit . De hoc bello duplex fama eſt . Sed prius eam quę uulgatior eſt narrandã duxi/ mus . Ferunt Latinos ſiue ut occaſionem belli quęrerent : ſiue ut ſic plane uellẽt , rurſus ſanguinem romanorum ſuo admiſceri : a romanis uirgines mulieres petiſ/ ſe , dubitantibus romanis quid agendum eſſet , cum non dum horridum bellum immineret , nec iam uires recuperaſſent : timerentq́ ne Latini dum romana cõ/ nubia peterent : obſides per inſidias quęrerent . Ancilla nomine Titula , uel ut quidã dicũt : philotida principes monuit : ut ancillas in morẽ nobilis ſponſe or/ natas : & maxime eas quę & pulchritudine : & liberali aſpectu exiſterent : cum ea mitterent . Reliqua uero ſe curaturam : principes perſuaſi habito electu an/ cillarum pro rei oportunitate & uoluntate illius , illas & auro & ueſte ornatas latinis qui non procul Vrbe conſedebant : miſerunt . Noctu cetere ancillę gladios hoſtibus ſubduxerunt . Titula uero ſiue Philotida caprificum excelſam aſcẽdẽs , poſt terga ueſte reiecta : Romã uerſus quẽadmodum cum principibus cõuenerat ,

flammam eleuauit : quod nemini aliorum ciuium constabat . Quare postquam
principes uestinando milites ad inuicem exortantes . & uix in ordinem sese con-
stituentes conuocare : magno cum tumultu illi ad pugnam egrediuntur . Cum
ad uallum uenissent hostium qui somno se dederant : hoc minus expectantes
castra occupant . & plurimos ferro trucidant ; hęc nunc iulii | tunc quintilis no-
nis gesta sunt : & solemne illud certamen : cognomen illius rei factum est. Primũ
enim per Vrbem congregati ambulantes ; multorum nomina & patria & con-
munia magna uoce appellant . Vt Cauim : ut Marcum : ut Lutium : & iis simi-
lia : imitantes eam appellationem qua tunc mutue compellando ex industria
utebantur . Deinde ancille magnifice ornate circumeundo : iocandoq; cum occur-
rentibus scommatibus agunt : certantq; inter se ymaginem eius certaminis quod
cum Latinis habuerant : effingere . Cum uero conuiuantur : umbra fici tegũtur |
& diem illum capratinas nonas appellant . Vt putant propter ficum illam quã
ancilla ascendit ac flammam extulit . Nam siluestrem ficum caprificum uocant .
Verum alii horum plurima in morte Romuli facta dictaq; esse arbitrantur . Eo-
dem enim die ipsum extra portam repente procellosa calligine circuumseptum
ab oculis hominum euauisse ferunt . Sed ut quidam putant : eam diem a solis
eclipsi : quę tunc facta est | nonas caprinas appellatam . Nam aya capra appellãt |
Et Romulus apud paludem Capream orationem ad suos habens euanuit : ut
in commentariis rerum ab eo gestarum scriptum est . Plurimi scriptorum hanc
alteram opinionem magis asserunt . Camillus tertio dictator designatus cum
accepisset tribunos militum atq; exercitum obsidione arceri a Volscis latinisq; nõ
solum ętate uirides : sed quosdam etiam qui iam annis graues erant ad capiẽda
pro patria arma coegit . Cum igitur per longam uiam longe circuitu ad mõtem
Martium clam hostibus uenisset | post ipsos castra locauit | & per magnos ignes
eius aduentum significauit . Romani igitur qui obsidionem paciebãtur | audati-
ores facti de prouocandis ad pugnam hostibus animo agitabant : Latini uero
Volsciq; cũ de hostibus suspicarentur sese intra uallum magna lignorum oppo-
sitione tuentur | & undiq; exercitum obstruunt : statuuntq; uallo clausos Tyrre-
rum atq; ea quę e domo futura erant auxilia prestolari . hoc cum Camillus pres-
cisset : timens ne id quod hostibus sibi accideret : ne Clausus ferro teneretur . rerũ
oportunitatem accelerauit . Cum ingens lignorum astaret aceruus : & magna ex
montibus flamina spirarent : parata ingenti pira : diluculo copiis eductis iussit
quosdam sumptis telis ex una parte sublato clamore contra hostes ruere | ipse se-
cum ducens eos quibus negotium erat datum : ignem ea parte ualli proicere |
qua uenti uehementius flarent : oportunitatem temporis expectauit . Pugna atq;
sole uentoq; ingenti exortis : dato irruendi signo repente circumcirca flammans
iactant in uallum . Itaq; statim accẽssis magnis undiq; obicibus ligneis : nulla la-
tini medela : nullis preparatis argumentis . extinguere ignem potuere . Sed post-
quam ignis quasi uniuersa castra corripuerat : in paruum locum collecti | cum iã
non amplius uires igneas sufferre possent | in armatas acies hostium | quę pro
uallo astabant sese precipites iaciunt horum paucis fugere licuit . Deprehensos
autem intra nallum omnes ignis corripuit donec romani ut res hostium raperẽt
flammas extinxere . his confectis relicto in castris Lucio filio quem custodem
captiuorum hominum : ac rerum preposuit ipse in agrum hostilem incursionem

fecit. Et ecanorum urbe capta reconciliatisqꝫ Volscis statim copias ad Sutrium ducit. Non dum uero ea quę illis acciderat didicerat. Sed tanquam existimans illos a latinis in rerum discrimine Clausos obsidione teneri auxilia properabat. Illi uero iam hostibus Vrbem tradiderant. Ipsi autem rerum omnium spoliati nisi uestibus cum filiis atqꝫ uxoribus fortunam eorum deplorantes Camillo ad-uentanti occurrunt. Camillus eo aspectu misericordia motus cum uideret & iã romanos collachrimantes; atqꝫ hunc rerum euentum moleste ferentes: Sutrinis inherentibus romanis: statuit ultionis abiecta dilatione eo die repente ad Su-trium iter corripere. Nam existimabat hostes Sutrium Vrbem ditissimam om-nes ingressos illam sine timore incustoditam habere. Plane uera animo consilia agitauit. Non enim solum eius aduentus regionem uerum etiam urbem latuit. Itaqꝫ & portas & muros nullis pręsidiis seruatas occupauit. Nam illi per do-mos sparsi uino ac ueneri indulgebant. Postquam senserunt urbem ab hostibus iam captum iri: ita uehementer crapula grauati passim iacebant: ut paucis fu-gam arripientibus: omnes domi expectantes: & sese hostibus prebentes tur-piter ferro perierunt. Vrbs Sutriorum quę bis uno die capta est hoc modo Camilli opera hostibus fugatis: a Ciuibus recuperata est. Hic triumphus non minus gratię atqꝫ glorię sibi comparauit quam primi illi duo. Nam ciues qui ipsum odio insectabantur omnia potius bona quadam fortuna quam uirtute geri dicentes: tunc res geste prudentia ac fortitudine Camilli coegerunt. Illum gloria extollere. Marcus Manlius qui primus Celtas Capitolium noctu agre-dientes: ex arce expulerat unde Capitolius appellabatur. Camillum inuidia odioqꝫ apertissime persequebatur hic cum putaret se & gloria & auctoritate pri-mum in republica esse & non posset Camillum optima natura uirum gloria su-perare gesta Camilli ad tyrannidem criminando extorquebat: & multitudinem ac presertim ęre alieno onustus per factionem sibi conciliabat: nam quosdam in iudiciis contra creditores patrocinio tuebatur: quosdã uero ui rapiebat. & pro legibus cõtra eos agi nõ permittebat. Quare breui multorum quibus res ampla domi non erat beniuolentiam sibi conflauerat. Qui audatia peculantiaqꝫ forum uexantes multum terroris optimatibus iniecerant. Postquam eorum causa quin-tus Capitonius dictaturam iniit in carcerem Manlium detrusit. Sed cum po-pulus insignum meroris uestẽ mutaret: quod usurpatum erat in magnis pub-licisqꝫ calamitatibus: Senatus pertimestens ne tumultus in ciuitate oriretur iussit Manlium dimitti. Manlius dimissus nec tamen modestior erat: sed insolẽtius factiones seditionesqꝫ in Vrbe agitabat. Itaqꝫ Camillum rursus ad tribunatum militarem Senatus elegit. Cum igitur contra Mãliũ accusationes adduceretur: magnopere accusatoribus aspectus obfuit. Nam is locus quem noctu in Capi-toliũ ascẽdit: unde Celtas pugnãdo propulsauit in cõspectu eius dũ causã oraret astabat hic ad misericordiam mouit animos romanorum. Ipse enim manus illo extendens lacrimasqꝫ effundens pugnam illam ante oculos differendo posuit. Quare iudices pendentes reddidit: & iuditia differenda prebuit: qui ipsum in manifesto crimine deprehensum dimittere nolebat: neqꝫ legibus uti poterant: quod locum in quo pro republica fortiter pugnauerat ante oculos situm habe-bant. Camillus cum rem prudenter perciperet: iussit mutato loco iuris ut extra portam ad Lucum petilium inuidia agitarentur: Vnde cum non esset aspectus

ad Capitolium quando de eo iudicia tractarentur: & iudicibus memoria rerũ ab illo gestarum animo excidisset: dignum pro meritis suis supplicium tulit: Manlius igitur dampnatus in Capitolium deductus est: & per petram depulsus monumentum glorię & supplicii loco reliquit. Romani diruta eius domo edem deę quam monetam appellãt ibi dedicauerunt. Sancieruntq; decreto publico: nequis in futurum ex patriciis arcem habitarent: Camillus cum iam maturus eui esset: & quodãmodo inuidiam & odium suę felicitati tanta gloria extimesceret. Sexto tribunatum militarem renuit. Sed manifestissima erat excusatio corporis mala ualitudo. Illis enim diebus in morbum inciderat. Nec minus tamen magistratum ei populus prebuit exclamans: quamquam non equitaret: nec arma ferret: tamen in bello esse terrori hostibus. Itaq; tantũmodo presidere uolens magistratum iniit: & cum uno ex collegis Lutio Furio contra hostes pergit. Hi prenestrini Volsciq; erant: qui magno exercitu agros sociorum romanorũ depopulabantur. Cum igitur non longe ab hostibus castra locauisset quamquam pugnandum esset putauit bellum terrendum tempore: ut corpus ad conserenda prelia roboraret. Lutius collega eius ingenti glorię libidine ad pericula aggredienda summopere tractus persuasis centurionibus ac Turmarum principibus timens ne inuidia quadam amnioribus sibi gloria eriperetur: inuito Camillo in aciem copias eduxit. Ipse uero q mala ualitudine laborabat: in castris cum paucis relictus ẽ Lutio prelium uelociter temereq; ineũte cum Camillus perciperet romanos in fugam uersos sese non continuit: sed ex thoro prosiliens: & prefugientes irruens ad persequentes cum seruis ad portas ualli obuiam uadit. Quare statim quidam conuersi illum sequuntur. Quidam autem extra profecti ante eum stantes pugnabant: & sese ad inuicem hortabãtur non deserendum esse imperatorem. Tunc hostes sic a persecutione destiterunt Postridie Camillus eductis copiis prouocatisq; ad pugnam hostibus ęgregie ipsos deuicit & infugientes facto impetu uallum occupauit quo plurimosq; ferro trucidauit. Post hęc cum audiuisset ciuitatem Sutrinorum a Tyrrenis captam: & omnes habitatores qui romani erant iugulatos: eos qui minus apti ad conserendas manus romani dimisit. Ipse uero sumptis his qui ętate & audatia uigebant contra Tyrrenos qui Vrbem occupauerãt irruit qui cum uicisset: partim expulit: partim morti tradidit. Camillus Romam rediens multaq; spolia referens declarauit eos qui neq; imbecillitatem corporis neq; senectutem pertimescerẽt: sed illum & inuitum & ęgrotantem potius quã floribus ętate iuuenes & magistratum summis uiribus ambiẽtes principem belli eligerent: prudentia omnes superare: dũmodo imperator & audatia & peritia rei militaris clarus esset Quapropter fama exorta Tusculanos deficere a fide populi Romani: bellum Camillo demandatum est. Camillus cum sibi concessum esset: ut unum ex quinq; collegis optaret pretermissis aliis rogantibus Lutium furium preter omnium spem optauit. Hic erat ille qui nuper pręter Camilli sententiam pugnauerat: & rem malegesserat. Verum cum uellet infamiam ac ruborem huius uiri obscurare: eum sibi collegam aduocauit: Tusculani ut malefacta dissimularent tegerentq;: iam in eos motis a Camillo copiis ad agros colendos tanquam tẽpore pacis homines ad opera facienda egredi iubẽt. Porte patefacte adstabãt. Pueri in ludo litteris indulgent. Populus in tabernis officinisq; artes suas exercebat

Ciues togati foro utuntur. Principes tanquã nec bellũ expectarent nec bellãdi ſententia ſtetiſſet: amicitiam romanis pollicebantur. Nec tamen Camillus credi/
dit. Quod illis a populo Romano deſciſcere non ſentiret. Sed cum miſeratus eſ/
ſet eorum penitentiam: iuſſit ut ad Senatum uenirent: ac irã eius placarent quod ſi factũ eſſet: ipſe in Senatus ſententiam conceſſurũ: & tanq̃ eius eſſet omnia cri/
mina urbi remiſſurũ hęc clara facinora ſexto eius militari tribunatu geſta. Poſt hęc Licinio ſcolone magnas in Vrbe ſeditiones excitante contra Senatum po/
pulus ſummis uiribus annitebatur conſtitutis duobus conſulibus: ut alter po/
pularis crearetur. Cum neq; ex patriciis tribuni plebis creati eſſent: nam mul/
titudo comitia conſularia haberi non permiſerat. Itaq; cum res propter contu/
matiã principatus adminiſtrarẽtur magnis ſeditionibus: quarto dictatura in/
uito populo a Senatu Camillo demandabatur: ſed ipſe ad hoc non ſatis prom/
to animo erat: neq; aduerſus homines. petulantes propter multa magnaq; bella contra eum tanquam pluribus cum ipſis militie bonis quam cum patriciis do/
mi rempublicam affeciſſet contentiones ſuſcipere uolebat: & tunc propter inui/
diam illorum electus ut populum uincens oppimeret: uel a populo uictus op/
primeretur. Sed nitebatur Camillus preſentibus rebus repugnare. Cum per/
cepiſſet diem quo tribuni plebis legem laturi erant: numerum militum recẽſuit: populumq; ex foro in campum accerſuit minaturq; non obedientes magnas pęnas daturos. Tribunis populi ex aduerſo dictatori repugnantibus: in dicẽ/
tiq; pęnã quinq; myriandum argẽti: niſi decretum ac legẽ cõtra populum editam abrogaret: ſiue quod pęnam exiliumq; timeret: ſe iam ſenectute confecto mini/
me dignam: ſiueq; uires populi immenſas inſuperabileſq; ſuperare poſſe minus conſideret: domum conceſſit: & ſimulata coproris mala ualitudine dictaturam depoſuit. Senatus alterum deſignauit dictatorem. Ille magiſtrum equitum eli/
gens ſcolonem principem ſeditionis: cauſa fuit: ut ea lex quę magnopere patri/
cios triſtitia afficiebat: autenticaretur. Hic enim legem tulit. Neminem plura quingentis iugeribus habere poſſe. Tunc quidem ſcolon hoc decreto clarus ha/
bitus eſt. Sed paulopoſt ipſe eo crimine damnatus fuit: quod cęteris probibu/
erat: & ſecundum eam legem quam ediderat pęnas dedit. Cum iam controuer/
ſie de comitiis conſularibus deficere inceptarent: quod grauiſſimum genus ſedi/
cionis primas partes in Vrbe habuerat: & Senatui aduerſus populum ſentienti maximas moleſtias prebuerat. Clari in Vrbe rumores nuntiantur. Celtas iterũ ab adriatico mari traiicientes multis myriadibus Romam celeriter contendere: pariter cũ hoc rumore belli opera inceptantur. Nã in religione iã agri ab hoſti/
bus uaſtantur: & quibus non facile erat Romam confugere: ad montes euaſere. Hoc terrore omnis ciuilis ſeditio ceſſata. Et cum omnium ſententie in unum cõ/
cederent: quinto Camillum uno animo dictatorem deligunt. Hic iam ſenectute uehementer ingraueſcebat: & quaſi octogeſimum annum attigerat. Qui cum neceſſitatem & periculum animaduerteret: neq; gloria ut antea allectus: neq; exuſatione uſus ſed ſtatim ſeſe accingens militum electum habuit. Animaduer/
tentes uiolentum Barbarorum robur poſitum eſſe in gladiis: quos babarico more nulla arte ferebant: & capita humeroſq; cedebant: galeis ferreis leuibuſq; & plures circumferentias habentibus utebatur: ut ipſo ictu gladii debilitarentur/
atq; frangerentur. Clipeos lamina ferrea circuit: cum ligni uires ſua ſponte

ad ictus perferēdos minus ualide essent. Ipse milites docuit: ut longis in manu hastis uteretur: ictibus gladiorum hostiliū sese subicientes impetus expectaret. Postquam Celte ad Anienem fluium castra locauerant: ingenti preda onusti: Camillus eductis copiis in mollibus tumulis undiq͡ fere clausis statiua habuit: & plurimam partem castrorum celari: paruam uero aspici posse uoluit: ut cum ab hostibus tabernacula arduis in locis instructa perspicerentur: timere uiderē/tur, hanc opinionem cum Camillus augendum censeret: nulla illis quos hostes depopulati fuerant: auxilia tulit. Sed uallo sese claudens nihil agebat: usq͡ quo Pabuli causa quosdam uagos a castris progressos incessanter ad summam usq͡ ebrietatem gulę indulgentes cognouit. Tunc cum iam ad huc nox esset expedi/tos premittens milites: qui Barbaris in ordinem constitutis impedimento essēt & egredientes turbarent: diluculo exercitum eduxit; & latis in campis multos fortesq͡ non quemadmodum Barbari expectabant paucos atq͡ ignauios in aci/em redegit. Hoc primum animos Celtarum deterruit q͡ Romani ad bellum eos eliciebant. Deindeq͡ expediti milites irruentes priusquam copię in ordi/nem redigerentur ac per turmas diuiderentur irritarent. Et ui ad congregatos milites irrumpentes sine ordine dimicare cogerent. Tandem Camillo iubente ordines prelium conserere: illi gladios attollentes celeri cursu ferebantur. Isti autem hastis occurrentes & partes ferreas ictibus supponentes ferrum molle illorum ac tenue longumq͡ sustinerunt. Quare statim flectuntur gladii atq͡ duplicantur. Scuta autem detractis pilis perforata & grauiter lesa. Qua prop/ter priuati melioribus armis Barbari nitebantur armis illorum rem gerere: & pila manibus capere atq͡ auferre. Romani animaduertentes eos inermes esse gladiis utebantur. Itaq͡ miserrima orta cede eorum qui erant in fronti/bus alii per campos dissipati fugiunt: nam promōtoria Camillus occupauerat. Castra quia incustodita erant, quod magna fiducia pugnatum est non difficul/ter capta sunt: hanc dimicationem & tertio fuisse anno post captam Romam ferunt. Romani qui magno Barbarorum terrore perculsi fuerant. Hac uicto/ria maximam contra Celtas audatiam suscepere: tanquam mala fortuna ad/uersante: & non uirtute ac uiribus primo ab illis uicti fuissent. Sic igitur magnopere trepidatum est: ne lex fieret, ut a militia sacerdotes diuideretur: si bellum Gallicum non extitisset: hunc itaq͡ finem habuerunt Camilli certami/na militaria. Cum in hoc magistratu ociosus esset; Vrbem Beletranam sine bello cępit. Erga Camillum in republica maximo odio afficiebatur populus. Qui potens ex uictoria rediens annitebatur contra legem alterum ex cōsulibus inuito senatu popularem eligere. Senatus uero Camllum deponere magistratum non sinebat: tanquam illo dictatore ampliori, maiori auctoritate pro principatu op/timatum pugnaturus esset. Postquam sedente Camillo ac in foro iura dicente. Lictos tribunorum populi nomine iussit Camillum sequi. & tanquam illum ducturus manum corpori abduxit: & maximus clamor ac tumultus forum oc/cupauit: propulsantibus lictorem ex suggesto iis qui erant circa Camillū mul/titudine autem retro ut traheretur dicente: dubius pręsentibus rebus Camillus magistratum non deposuit: sed asumptis secum iis qui in concilio erant Senatū petit: & priusquam dicere aggressus esset, ad capitolium conuersus deos testatur ut ea dictaturus sit quę tandem bene uertāt, reipublicę, & si seditio ciuilis tollatur

templum concordie ędificaturum se pollicetur. Cum multe in Senatu varieꝗ contentiones essent | quod in uarias sententias mortalium mentes trahebātur: tandem in hanc sententiam itum est: ut alter ex consulibus popularis crearetur. Dictator cum ad populum hoc nuntiaret: statim ut equum erat: populus cum Senatu reconciliatus est: & Camillum plausu ac clamore domum usꝗ remittūt. Postridie autem congregati decreta tulere ut concordie quemadmodum Camillus uouerat in foro & in contione ingens pro rebus bene gestis templum moliretur. Incelebritatis quas latinas uocabant addita una die per quatriduum solemnitates instituerunt. Et deinde statim romanos coronas ferre ac rei diuinę intendere uoluerunt. Comitiis a Camillo iussis. Marcus Emilius ex patriciis: Lucius Sextus primus ex popularibus consules designati. Res geste a Camillo huiusmodi exitum habuere. Superiori anno cum Roma graui peste laboraret ex multitudine innunera uis cecidit. Ex principibus uero plurimi inter quos Camillus omnium annis grauissimus maturo funere obiit: & plus desiderii ac luctus q̄ cęteri oēs qui ea tēpestate pestilentia ceciderant romanis reliquit

PERICLES AHTENIENSIS SAPIENTISSI/
me pater : ut a ueteribus auctoribus memorię proditũ
accepimus : Xãthippi filius fuit : & Elaxomenii Anax/
agore diſcipulus quem ferunt : cum ingenio | doctrina |
eloquẽtia maxime pręſtitiſſet : quadragĩta annos Athe/
nis pręfuiſſe Vrbanis eodem tempore & bellicis rebus.
Huius pręclara facta a Plutarcho ſcripta : cum per ociũ
legerem : quod iã antea ſtatuiſſem pro meo officio : tuo
nomine aliquid in latinum uertere : tu ſtatim occurriſti
ad quẽ eius uita potiſſimũ mitteretur . Tanta enim inter te : atqꝫ illum : ni fallor :
conſilio prudentia rebus geſtis ſimilitudo eſt : ut ſi quis utrũqꝫ ueſtrum diligẽtius
contemplatus ſit : aut Periclem te in agendo imitatum eſſe : aut ab eodem Anax/
agore fonte a quo ille hauſit : tua quoqꝫ hęc manaſſe arbitretur . Nãqꝫ is uir cũ ita
bonis artibus inſtructus & ornatus ad remp . gerendam ſe contuliſſet : ut Athe/
nienſium animos auctoritate ſua quocunqꝫ uellet : impelleret ; ita inſtitutis & le/
gibus temperauit : ut ſublatis cęteris factionibus : communi conſenſu ciuium
princeps quoad uixit : quietam & paccatam regeret ciuitatẽ : ita eam terreſtribus
maritimiſqꝫ pręliis auxit : ut non uniuerſe modo gręcie formidoloſa : uerũ etiã
Barbaris nationibus permulta poſt ſecula Athenięſiũ diſciplinã rei militaris &
gloria manſit. A cuius quidẽ moribus tu nihil aberraſti Et enĩ is rebus oĩbus
quę ad grauiſſimũ uirũ & ſummũ ſacerdotẽ ſpectãt religione & ſapiẽtia in ſuper/
ſtitionibus tollẽdis ĩ diuinis cultibus cerimoniiſqꝫ fanorũ : ſacrorũqꝫ diſponẽdis
& in regẽdis moderãdiſqꝫ ciuitatibus in ſedãdis populorũ temere cõcitatis mõ/
tibus : in iure dicẽdo : puniẽdis improbis : aliiſqꝫ ciuilibus & pręceptis & inſti/
tutis cũ tradẽdis : tũ retinẽdis nullus Romanę eccleſie Princeps prudẽtia | iuſticia
equitate te ſuperat . In bellicis uero rebus eum te pręſtitiſti : ut in laboribus per/
ferendis adeundis periculis fortitudine & pacientia in gerendo prouidendoqꝫ
induſtria & conſilii celeritate : cum maximis belli ducibus : non his dico noſtris :
ſed ueteribus illis conferendus eſſe uidearis . Per te enim Romanę eccleſie belli/
coſiſſimi & infeſtiſſimi hoſtes oppreſſi deletiqꝫ ſunt . Per te plurime ciuitates in
fide pontificis amicitiaqꝫ retente & conſeruate : per te eundem oppreſſa & iam
pęne erepta dignitas ſua & ãplitudo reſtituta eſt . Tu deniqꝫ tuo labore uigiliiſqꝫ
pacem aliis & ocium peperiſti . Vt te foris rem gerente ac periclitante : illi domi
uacui cura & ſolicitudine cõquieſcãt : ex quo ſi recte facere uelint : defenſorẽ te &
patronum & ut ita dicam Cęſarem ſuum appellare debebunt . Quare non iniu/
ria tuum nomen clariſſimum tota iam italia celebratur . Itaqꝫ ut reliqua quę ad
me nõ attinent aliis dicenda relinquã : quod mei eſt officii ac muneris : gratulor
patrię : gratulor mihi : gratulor ciuibus meis : quod diuina quadã ſorte & fęlici/
tate noſtrę ciuitatis tantum boni : tam pręcipuum : tam expectatũ ab immor/
tali deo traditũ nobis ſit ; atqꝫ cõceſſum : ut quo pro pugnatore Romana eccleſia

defensa & conseruata est: eundem nos & periculosissimo tempore ciuitatis adiu-
torem contra perditissimos & turbulentissimos ciues habuerimus : & nunc sa-
crorum, magistrum & religionis principem simus habituri : Quorūdam uero
ingratorum hominum procacitatem & petulantiam uehementer detestari soleo :
quos audiui sępe ridens & stomachans cum obtrectandi tibi gratia magis : q̄
officio negarent religioso homini militare munus : ne summo quidem discrimi-
ne ullo modo obeundum esse . Qui si religiosi ipsi forent : ut non esse : sed uideri
uolunt : eorum ego reprehēsionem equo animo ferendam ducerem . Verū ii sunt
qui cū se totos inercię desidię luxurięq; dediderūt : nihil aliud agūt nihil studēt :
nisi ut sordida ueste : incessu tardo : demisso ore : capillo horrido, squalida ac de-
formata facie reprehendēdis seuere aliorū erratis domesticas sordes & uitę tur-
pitudinē tegāt . In his nō fides non equitas non sanctitas nō religio non sanc-
tum aliquid aut sincerum inueniri potest: sed contra magna perfidia nequissima
cupiditas : summum scelus . Itaq; nocturnis stupris : flagiciis adulteriis, crapu-
lis uino somnoq; lāguidi : ueluti talpę ex subterraneis cubilibus: sic illi ex diu-
turnis lustrorum tenebris emersi non modo laborem & industriam alicuius sus-
picere : sed ne lucem quidē intueri possunt . Sed hos cū sua malignitate omitta-
mus nec enim digni sunt de quibus sermo fiat : Ego uero tuum istum animū cū
apertum & simplicem tum celsum atq; magnificū & admiror : & laudo magisq;
summi pōtificis grauissimo & probatissimo de te iudicio concedendū puto . His
freti sapiētissime pater Periclis uitam tuę maxime cōgruētem interpretati sumus
tuo nomine : eamq; afferimus tibi : & ad te non iam ad externum & alienū : sed
ut ad tutorem fidelissimum & parentem optimum nostrę ciuitatis confugimus :
te oramus abs te opem petimus . Respice igitur nos clementissime pater : suscipe
causam nostram : orna ciues tuos : teipsum ornabis : noli committere : ut te ob-
secremus frustra . Te enī spectamus te intuemur in te omnes spes nostrę & co-
gitaciones collocate sunt . Si tu parens deseris filios : ubi alium imploremus .
Si tu despicis : quis subleuabit alius ! Noli tuis ciuibus : quod etiā alienissimis
prestare solitus es : tuum officium denegare . Cura ut si te in bello formidaiūt
hostes : nunc in pace ciues tui atq; amici diligant . Patere ut ii nunc singuli hu-
manitatis & beneficentię tuę periculum faciant : qui olim uniuersi in reprimēdis
sediciosis auctoritatis prudētięq; fecerunt . Vales enī cōsilio : uales gracia, aucto-
ritate uales : modo uoluntas adsit : omnia conficere potes . Deniq; illud Periclis
huius quod lecturus es semper tibi in ore atq; adeo in mente uersetur : qui cum
grauiter ęgrotaret : iamq; esset ad moriendum uicinus collaudātibus uicinis res
suas bellicas : admirari se dixit, cur eum tātopere laudassent ea : quorum particeps
fortuna esset, & aliis quoq; ducibus cōtigissent, quę ī pace clemēter māsueteq; ges-
sisset, silētio preterirēt . Quare hunc talē uirū ut reliquis in rebus : ita & hac po-
tissimū immitari uelis, ne qua tibi ex eius uirtutibus defuisse uideatur . Sed iam
Plutarchū ipsum eius mores narrātem audiamus . Quem oro ut libēter legas :
& quod pluribus uerbis fortasse contēdo q̄ necesse est : me diligas : & apud sum-
mum pontificem tua conmendatione q̄ graciosum facias . Vale .

CAESAREM CVM PEREGRINOS QVOS/
dam Romę locupletes homines : canũ & ſimiarũ catulos
circumferentes gremio eiſq; deditos intueretur : interro/
gaſſe ferunt : nũquid apud illos mulieres liberos parerẽt.
Sapiẽs profecto & digna principe admonitio : qua arguit
eos qui pręter naturam : eam indulgentiam & caritatem
quę maxime debetur hominibus : in feras impenderent.
Num igitur quia canum & ſimiarũ catuli docilitatis ali/
quid & attentionis in ſe ad res inſpiciẽdas habere uidẽtur|
idcirco animus noſter adducitur ratione ad eos reprehendendos : qui hoc ad
aures|nec auribus cuiuſq̃ nec ſpectacione dignas cõtemptis honeſtis & utilibus
ſtudiis abutantur . Nam ſenſui quidem qui perturbatione ad omne quod ſe of/
ferat atq; occurrat : mouetur : fortaſſe neceſſarium eſt id quod obiectum eſt : ſiue
utile|ſiue inutile ſit : contemplari . Mente autem & ratione cuiq; natura eſt da/
tum ſi uelit uti : & ſe ipſum uertere : ſemper & ad id quod uideatur optimum fa/
cilime immutare. Quocirca decet contemplationes circa optima occupatas tene/
re : ne contemplentur ſolum uerum etiam nutriantur . Vt enim oculis is color
eſt congruens : cuius ſpecies ipſa & uenuſtas aſpectum paſcit : ſic oportet ad ea
ſpectacula intendere animum : quę ſuo & proprio bono uoluptatem & delecta/
tionem prębeant . Hęc ſunt in is operibus : quę a uirtute ipſa proficiſcũtur . Quę
aſpectu ipſo emulationem quandam & ſtimulos ad imitandum iniiciunt . At
cęteris in rebus & ſi nulla admiratio conſequatur factũ : tamen ad opus ipſum
properamus plerũq; : & iam contrarium eueniri ſolet. Opere enim ipſo delectari
eius auctorem contemnimus : ac deſpicimus . Quemadmodum in ſuauiſſimis
unguentis ac purpuris . His enim oblectamur : tinctores uero & unguentarios
illiberales & ſordidos eſſe ducimus . ex quo ſapiens illud Anthiſtenis : qui cum
audiſſet Iſmeniam optimum eſſe tibicenem . At homo nequam eſt inquit . Nõ
enim ſi probus foret : tibicen eſſet . Et Philippus cum accepiſſet filium ſuauiter
quodam in loco ceciniſſe : urbane eſt obiurgatus . Nonne te pudet inquiẽs quod
ita pulchre canere ſcias . Satis eſt enim regi canentibus aliis audiendi ociũ ſu/
pereſſe : ac permultum quidem uidetur impartiri muſis : ſi cęteris iis de rebus
concertantibus ipſe ſpectatorem tantum ſe prębeat . Ipſum autem per ſe opus
explere humilium atq; abiectarum rerum . Ex labore illis impenſo deſidiam ſuã
ad pręclara opera & inertiam facile arguit . Nec ullus unq̃ ingenuus adoleſcens|
cum Piſę Iouem eſſet intuitus : Phidias fieri cõcupiuit . aut Iunonem Argis Po/
licletus : nec Anacreon|aut Philemon|aut Archilocus & ſi uehementer eorum
opera ſit admiratus . Non enim neceſſarium eſt & ſi admodum oblectet opus :
quod iocundũ ſit : idcirco ſtatim artificẽ eius probari. Vnde ea nihil ſpectãtibus
utilitatis afferunt : quibus nihil excitantur ad imitandum : nec adducuntur qui/
dem : ut eorum ſua familia eſſe concupiſcant. Verum uirtus eiuſmodi eſt : ut ipſis

statim rebus gestis ita afficiat homines : Vt non modo admirentur opera uerū in auctores quoq; summo studio at desiderio incendantur . Nam in bonis quidem externis possidere tantum ac perfrui : ac in uirtutibus res ipsas gestas expetimus . Ad hec illa quidem nobis ab aliis : hęc autem aliis a nobis suppeditari uolumus : honestas enim ad se allicit : atq; ad agendū statim impellit : nec imitatione ipsa spectatorem probū : sed ipso opere conspecto : efficit : ut anteponēda cęteris iudicetur . Quapropter nobis quoq; faciēdum esse uisum est : ut uitas clororum hominum ut cępimus mandaremus litteris : & hoc decimo libro Periclis ac Fabii maximi : qui cum Hanibale bellum gessit uitam complexi sumus : qui cum cęteris uirtutibus inter se similes : tū mansuetudine/iustitia/pacientiaq; in tolerandis populi motibus : & in collegarum insolencia perferenda/utilissimi patrię extiterunt . Quod si re ipsa exquirere uolumus ueritatem : ex ipsis quę de hiis traduntur facile est iudicare . Pericles enim tribu quidē a Carmātides Curia uero Cholargeus . Familia autem & genere tum paterno tum materno clarus . Nam Xantippus qui in italia regis prefectos deuicerat : Agaristam ex Clistenis genere in matrimonio habuit : quę Pisistrati filios expulit : a generoso animo tyrannidem sustulit : leges etiam tulit : optimeq; rempublicam temperauit & ad concordiam & conseruationem . Ipsa autem statim per quietem sibi uisa est leonē partu edere : & post paucis diebus Periclem peperit : specie quidem corporis haud indecora : capite uero ob longo nec cęteris partibus respondenti . Ex quo omnes fere eius statuę uelantur casside : quod uidelicet nollent sculptores ea re hominem deformiorem uideri ; & Attici poete eum Schinocephalum cōtumelię gratia appellare soliti sunt . Ex comicis Cratinus illi est infensior : discordia enim inquit & longeuum tempus admixta inuicem magnum procreant tytannum : quem Cephalegeretam dei nuncupant . Ac rursus in reprehensione . Venis hospitalis ac bone Iupiter : Cumq; interdum difficultate rerum dubius esset sedere ipsum ait in ciuitate grauato capite temulentum : nonnunq̄ ex capite : unde clinio tumultum magnum excitare . Eupulis autem in populis cum audiret de singulis principibus : qui ab inferis redirent ut Pericles nominatus est ultimus : quod capud ab inferis eduxisti . Ipsius autem in musicis pręceptorem Damonē plurimi fuisse consentiunt : cuius nomen aiunt correpta prima syllaba perferri oportere . Aristoteles aūt affirmat apud Pitoclem musicę operam dedisse . At Damon uidetur cum maximus sophista esset : quo multitudinem lateret uim artis musicę nomine tegere statuisse . Versabatur autem cum Pericle assidue/ut cum Atleta Alipta ciuilium rerum ac magister . Haud tamen Damonem lira potuit ocultare : sed ut homo factiosus & damnandi cupidus ciuitate eiectus comicis materiā prębuit. Plato igitur quēdā illū ita rogātē īducit. Primū igitur dic mihi expetēti atq; optāti : Tu enī ut aiūt : pessime Periclē educasti çenonis etiā Eleatis phisici : ut Parmenides auditor fuit : qui artē quādā dicēdi quę ex cōtraditione in ambiguitatē cōcluderet edocebat : ut Timō Pliasius inquit . Per hęc magnā uim in utranq; partē disputandi assequutus est : non captiosam illam & seudulam çenonis omnia reprehendentis . Plurimū uero Claxo Menio Anaxagora pręceptore usus est : qui illi magnificenciam animi atq; elationem grauiorem ad popularem potentiam capessendam iniecit eius quę ingenium maxime excitauit atq; incendit . Hunc eius ętatis homine mentem appellabant : siue quod

eius prudentiam in contemplanda cognoscendaq; rerum natura excellentem &
singularem admirentur : siue quod rerum principia non in fortuna ac necessitate
sed in mente pura atq; secreta ab omni commixtione locasset : quę commixtis cęte-
teris & concretis equales particulas distribueret. Hunc uirum cum in summa ad-
miratione Pericles habuisset : in eo genere doctrine quod sublime & excelsum
uocant maxime instructus illam animi celsitudinem non modo in uita atq; ora-
tione : seruauit ab omni turbulenta & maliciosa scurrilitate seiunctam : sed ore
quoq; & uultu ipso tristior ac seuerior fuit : nulla iocunditate aut uarietate : & qui
habitu etiam corporis ab omni animi perturbatione inuictus uideretur : sono
autem uocis & confirmatione maxime placidus atq; sedatus : ac cęteris quę sunt
huiusmodi mirifice perterruit omnes . Igitur ab imperito quodam & intẽperato
homine per diem totum conuiciis ac maledictis lacessitus ad porticum silentio
pertulit ; nocte uero modeste & temperate domum discessit : cumq; eũ maledicus
ille sequeretur : & quotidie magis maledicendo feruesceret : ut autem ad ipsam
ianuam uentum est : & iam tenebrę essent : quendam ex seruis accepto lumine
deducere hominem & domum sistere iussit . Verũ Ion poeta dicit morem Peri-
clis in congressu & consuetudine superbum inflantemq; fuisse : eiq; elationi cõ-
tentionem & despectionem aliorum admixtam fuisse : Laudat autem Cimo-
nis ad omnem motum facilitatem : sed Ion uirtutem Tragica quadam discipli-
na : & hanc Satyricam rationem omnino omittamus : eos autem qui Periclis
grauitatem & seueritatem elate opinionis & inflacionis nomine criminantur :
hortatur ꝣeno ut eiusmodi sibi aliquam inflationem pergant parare : ut ipsa si-
mulatione honestorum sibi emulationem quandam latenter suggerant . Neq;
hos solum ex Anaxagore consuetudine Pericles fructus percepit : uerum etiam
superstitione se liberasse uidetur : quę ad res sublimes metum inicit : ignoran-
tibus causas : & circa diuina ob imperitiam pauidis atq; attonitis : quã phisica
ratio amouens : securam & spes optimas afferentem · religionem inducit . Dici-
tur Pericli semel arietis caput cum uno cornu ex agro esse delatum : atq; Lãpo-
nem uatem cum cornu esset intuitus robustum & solidum in media fronte sitũ
dixisse : Cum due essẽt factiones in ciuitate : Tucydidis unam : ac Periclis alteram
ad eam peruenturum esse imperium apud quam eiusmodi portentum nasceretur
Tum Anaxagoram aperto capite arietis offendisse cerebrum testam non com-
pleuisse : sed esse acutum in formam oui & ex omni parte coire ad eum locum :
ubi cornu radix esset affixa : qua re Anaxagoram primum admirationem prę-
sentibus attulisse : sed paulo post Lamponem : cum sublato Tucydide omnes po-
puli opes ad Periclem delate essent . Prohibuit autem nihil phisicum ac uatem
ueritatem attingere : cum hic causam rei : ille exitum optime pręcepisset : huius
enim facultatis erat : ex quibusdam id causis ortum esse : & quo pacto ortum
esset contemplari . Huius uero cuius gratia & quod significaret prędicere . Qui
autem cause inuentionem abolitionem signi aiunt esse : non animaduertunt se
una cum diuinis coniiciendi quoq; artem rescindere : fragores discorum faculaꝝ
lucem : obumbrationes Gnomonis : quorum unumquodq; ex principio quo-
dam & causa cuiusdam rei signum est factũ : sed hęc quę ad huius operis scriptio
nem non pertinet : in aliud tempus differantur . Pericles igitur cum iuuenis fo-
ret ; uehementer eum uerebatur populus . Et enim uidebatur Pisistrato tyranno

forma quidem perſimilis eſſe : uocis quoqꝫ ipſius ſuauitatem & uolubilitatem
celeritatemqꝫ linguę ſenes ad modum propter ſimilitudinem extimeſcebant : cũ
uero diuiciis & genere & opibus amicorum pręſtaret plurimum | ueritus teſtę
exilium nulla ex parte rempublicam attigit . In imperiis militaribus uir fortis
& experiens . Itaqꝫ poſt Ariſtidis obitum & Themiſtoclis fugam : cum Cimo-
nem quotidie fere procul a gręcia peregrina militia detineret : ſic iam ſe ipſum
Pericles populo dedit : pręter eius naturam quę minime popularis erat : diuitũ
loco uulgi & pauperum partes ſecutus : metuens ſcilicet inuidiam & ſuſpitionẽ
appetende tyrannidis : & quod uideret Cimonem maxime optimatibus ſtudere :
& ſumma diligentia obſeruari a nobilitate : ſe ad populum contulit : ut ſuarũ re-
rum ſtatum roboraret & ſibi contra illum opes & potentiam compararet : ac
ſtatim in iis quę ad uitam & uictum pertinet aliũ ſibi ſtatuit ordinem . Vna enĩ
uia tantum in urbe qua ad forum & iudicium itur : utebatur : Cenarumqꝫ ap-
paratus : & cęterã huiuſmodi omnem beneficentiam contempſit : ac reiecit : ut tã
longo tempore quo in republica uerſatus eſt | nũq̃ apud amicum cęnarit | pręterq̃
Euritolemo nuptias celebrante : uſqꝫ ad libationes cũ affuiſſet : ſtatim diſceſſit
Conuiuia enim ad omnem animi elationem deprimendam ualent . Nec facile
in conſuetudine expectacionem grauitatis & ſeueritatis conſeruare . In uera aũt
uirtute quę maxime apparẽt : queqꝫ in promptu ſunt oĩbus : pulcherrima uidẽtur
eſſe : & in bonis & probis uiris nihil eſt quod tam moueat exteris admirationẽ
q̃ congredientibus quotidiana uitę conſuetudo . Hic autem populi frequentiam
& ſacietatem quam interuallis explebat : fugiens : non omni de re dicebat : neqꝫ
accedebat in contionem : uerum ſe ipſum : ut Salaminiam Triremem Critolaus
ait : ad res maximas & oportuniſſima tempora reſeruabat cętera per amicos
& oratores alios gerebat : quorum Ephialtem unum fuiſſe ferunt : qui Ario-
pagitarum potentiam ſubſtulit & magnam | ut inquit Plato : & inmoderatam
ciuibus libertatem parauit . Ex qua populum ueluti equum immitem & indo-
mitũ commedi aiunt . Pręterea imperia recuſare | mordere uolẽtes inſilire . Ad
ipſum uitę cultum & apparatum magnitudinemqꝫ animi idoneam rationem
ueluti exędificatum ſibi quoddam organum Anaxagoram frequenter adhibuit
ac ſi ad fucum oratorium philoſophicam diſciplinam adiunxiſſet : hanc enim
mentis altitudinem omni ex parte perfectam & abſolutam : ut diuinus ille in-
quit Plato ad ipſam ingenii naturęqꝫ bonitatẽ comparauit ſibi ex philoſophia :
quam commoditatem cum ad ipſam dicendi artem adiunxiſſet : permultum cę-
teris oratoribus preſtitit : idcirco & cognomen ſibi Olimpium additum ferunt .
At qui pleriqꝫ ex monumentis lociſqꝫ publicis : quibus urbem exornauit : Alii
ex ui & acrimonia qua ſe preſtitit in adminiſtranda republica imperiiſqꝫ mi-
litaribus Olympium ipſum nuncupatum eſſe opinantur : Nec immerito quidẽ
uidetur ex multis eius uiri maximiſqꝫ ornamẽtis hanc illi gloriam acceſſiſſe : hoc
aũt ſibi cognomẽtum ex eloquẽtia impoſitũ declarant poętaꝝ ętatis cõmedię :
quorum ſunt ille tum ſerio : tum ioco in eum uirum coniecte uoces : quibus
illum cũ contionaretur corruſcationes effundere | ciere tonitrua horrendũ in lingua
fulmen gerere dixerũt . Eſt etiã illud Tucydidis Mileſii in Periclis uim dicẽdi ſalſe
urbaneqꝫ dictũ : erat enim Tucydides nobilis uir : qui diu in rep . Pericli eſt ad-
uerſatus . Archidamo enim Lacedemoniorum rege rogante : uter alteri paleſtra

Pericles ne an ipse prestaret. Vbi ego inquit hominem pugnando deieci: ipse se
non cecidisse defendens uicit: intuentesq e sentētia deiicit. Verūtamē ad dicen-
dū timide accedebat: utcū suggestum esset ascēsurus diis uota faceret: ne quod
uerbum se imprudente aut inuito efflueret: quod ad rem ipsam minus per-
tinere uideretur. Itaq nihil ab eo: preter decreta quedā: mandatum litteris extat:
Memorantur aūt in hoc ipso genere perpauca omnino: ut est illud quo Eginā
ueluti Pirei Lippedinem delendam censuit: quo que se inquit prospicere bellum
a Peloponneso impendere ciuitati. Et cum Sophoclē collegam haberet in pre-
tura: ac simul aliquando nauigassent: collaudassetq Sophocles formosū puerū:
Non solum inquit o Sophocles pretorem decet manus, uerumetiam oculos cō-
tinentes habere. Narrat & iam Stesimbrotus eum, cum laudaret eos, qui in
samo interierant dixisse eos ueluti deos immortalitatē esse consecutus. non enim
eos oculis: sed quibus affecti sūt honoribus intuemur. Hisq bonis que affecuti
sunt immortales esse coniicimus. Hec igitur manere eos qui mortem pro patria
oppetierint. Tucidides optimatum quandam Periclis rempublicam summatim
perscribit: que uerbo quidem respublica foret: re autem regnum: quod uir unus
in ea principatum obtineret. Sunt alii quoq permulti, qui dicant ab eo primum
in mores ciuitatis inductū: ut ad captas urbes mitterentur Coloni spectatores
quoq emittendi: & era diuidendi auctorem fuisse: quod intueretur populum
ob eam que tum uigebat administrāde reipublice rationem: male assuetum: in-
tentumq largitionibus: atq inmoderatum esse: qui ante modestus & ministeriis
deditus fuisset. Licet autem ex ipsius rebus gestis causam huius mutationis in-
tueri. Ab initio enim ut diximus ob Cimonis gloriam blandiciis populum ca-
pere: atq pellicere nitebatur: uerum copiis diuiciisq inferior: quibus ille pau-
peres delinierat: tum ceonam quotidie Atheniensium indigenti cuiq preberet:
senioribus etiam uestes: macerias quoq agrorum sustulisset: ut ad colligendos
fructus uolētibus pateret aditus. His populari gratia superatus ab eo: ad publi-
corum diuisionem conuertitur: Oetheo demonide suadente: ut Aristoteles tra-
didit: ac celeriter cum ad spectationes & iuditia facta largitione: aliisq premiis
& chororum apparatibus multitudinē affecisset: eius ope contra Ariopagi Sena-
tum utebatur: cuius ipse expers erat: quod neq pretor neq Thesmotheta sorte
lectus esset: neq belli dux. Hi enim magistratus uetere instituto sortito capi sole-
bant: & per eos comprobati in Ariopagum ascendebant. Quare magis Peri-
cles cum plurimum iam ualeret in populo concitata seditione eum Senatum de-
lere gestiebat. Itaq multa ei iuditia per ephialtem ablata sunt: & Cimon ut La-
conium studiosus, populoq infensus in exiliū pulsus: qui pulcherrimas uicto-
rias ex Barbaris reportasset: pecuniisq multis & spoliis hostium urbem locu-
pletasset: ut in eius uita scripsimus: adeo munitus erat Pericles opibus & gratia
populari in eiusmodi exilio: quod Ostracismum illi uocabaut: Decennii erat
exulibus tempus difinitum: per id temporis cum Lacedemonii infesto exerci-
tu in Tanagraicum agrum inuasissent: occurrētibus statim obuiā Atheniēsibus
Cimon ab exilio rediens in acie arma constituit: ac opera quidem cupiens Laco-
nicam calumniam purgare si una cum ciuibus se periculis obiectasset. At Peri-
clis amici facto impetu eum ut exulem expulerunt. Idcirco uidetur Pericles de-
certasse fortissime in eo prelio: splendoreq & gloria exuperasse omnes: quod ne

corpori suo quidem pepercisset. Interierunt omnes in acie Cimonis amici: quos
inuidiam Pericles Laconicę amicitię adduxerat: ac penitentia facti Athenięses
& Cimonis desiderium cępit: reqꝫ in finibus Atticę male gesta & grauiore belli
expectatione uehementer soliciti erant. Quę cum sensisset Pericles impigre se ad
leniendos multitudinis animos contulit: ipseqꝫ sub decreto hominem reuocauit
At ille abiens cum ciuitatibus pacem composuit. Erat enim cum eo Lacedemo/
niis necessitudo & amicitia: quemadmodum cum Pericli ac cęteris hominibus
popularibus maxime inimicitie: nonnulli tamen aiunt non prius reditũ Cimo/
ni a Pericle esse decretum: ꝗ secreta foedera per Elpinicem Cimonis sororem cõ/
stituta essent: ut Cimon cum ducentis nauibus permisso sibi extra urbem mili/
tari imperio ad regis agrum occupandum nauigaret: ciuiliũ rerum administra/
tionem Pericles haberet. Visus est autem iam ante Elpinicis opera Pericles per/
multum de asperitate remisisse: cum ipse in causa capitali defendit: cum aliis tũ
Pericle impulsu populi accusante. Itaqꝫ cum eum Elpinices supplex adiret: sur/
ridens o Elpinices inquit: uetula es magisꝗ res tantas transigere queas: uerũ/
tamem ad eius orationẽ se colligens: repudiata accusatione ex omnibus accu/
satoribus minime Cimoni infestus discessit. Quonã igitur pacto Domeneo cre/
dendum putamus: cum Periclem accuset: dicatqꝫ ab eo Epialtem hominem po/
pularem amicum suum & gerende reipublice socium ac participem consiliorum
ob suspitionem atqꝫ inuidiam illius glorię dolo esse sublatum. Hęc enim ńescio
unde quasi collectam homini bilem iniecerit: omnino quidem haud repręhẽdẽ/
do: uerumtamen parum consentaneum uidetur hominẽ magno generosoqꝫ ani/
mo prędítum tam tetrum & tam crudele in se facinus suscepisse. Epialtem igi/
tur cum Meticulosus nobilitati foret/ & in exigendis rationibus: persequẽdisqꝫ
populi aduersariis implacabilis: inimici Aristodico Tanagrico percussore:
clam per insidias adhibito oppresserunt/ ut Aristoteles affirmat. Cimon in
Cypro imperator diem obiit: optimates uero cum intuerentur Periclem cęteris
ciuibus omnibus maxime opibus antecellere: uellentqꝫ illi uirum quendã pre/
potentem aduerse factionis opponere: qui eius licentiam reprimeret/ ne solus
omnino rerum libere potiretur: Thucydidem ex tribu Alopeceia Cimonis affinẽ
constituerunt Pericli aduersaturum: qui cum bellica quidem gloria inferior esset:
ꝗ Cimon: forensibus uero ciuilibusqꝫ negociis longe superior: frequentiusqꝫ ur/
bem coleret: necnon cum Pericle ad pulpitum in certamen descenderet: celeriter
contrariam factionem ad resistendum ualidam in republica suscitauit. Non enĩ
nobiles & locupletes homines dissipari/ nec populo admisceri: ut ante a multitu/
dine dignitate sua spoliatos: sed secernens omnium potentiam iam ualidam &
corroboratam in unum corpus coegit. Sub oculta enim quedam simultas ab
initio fuit: quę ueluti ferro instructa significatione quadam emergentem discor/
diam plebis ac nobilitatis portenderet: quorum dissensione & contentione ortum
est: ut altera ex factionibus plebs: altera pauci dicerentur. Quare tum Pericles
cum populo habenas relaxasset: ad popularem gratiam & nutum rempublicã
gerebat: quotidie celebre aliquod spectaculum in urbe instruere/ prębere epulum/
celebritatem inducere: nec imperitis uoluptatibus ciuitatẽ delinire. Sexagĩta aũt
Triremes quotannis emittere: in quibus multi ex ciuibus nauigabant: stipen/
diumqꝫ singulis octo minę erat: qui ea pro meditatione & excitatione nauticam

& maritimam disciplinam perciperent. Ad hęc mille homines in Cheronesum
misit eius loci agrum sibi diuisuros: in Naxum uero quingentos: in Andrum
dimidiam horum partem: in Thraciam quinq; milia Colonorum dimisit: Be-
saltorum urbem una cum ciuibus habituros aliam quoq; in Italiam Coloniam
Sybarim quos Thurios appellarunt. Atq; hęc eo consilio fecit: ut desidioso
uulgo & ob ocium rerum nouarum studio erecto ciuitatem leuaret: prospiceretq;
plebis difficultatibus: ac socios Colonis additis metu pręsidioq; ab innouãdis
rebus prohiberet. Quod autem ciuitati magnopere uoluptati: cęteris autem ho-
minibus terrori: & uniuerse gręcie eorum potentię & antiquarum copiarũ cer-
tissimo testimonio fuit: id est sacrorum donorum apparatus. Hoc maxime ex
Periclis actis quę in republica gessit: eius inimici atq; obtrectatores reprehẽdere/
criminariq; & in contionibus iactare soliti sunt: populum dignitatem suam ma-
le & flagitiose tueri: quod communes gręcorum opes in rem suã uerteret: cuius
rei hanc honestissimam & probatissimam causam habuit ad refellendam calũni-
am: Barbarorum uidelicet metu sustulisse inde atq; in tuto collocasse. Hãc ean-
dem uulgauit Pericles. Ac uidetur gręciam maximam contumeliam & super-
bissimam tyrannidem pertulisse: cum ea spectante ex suis necessariis ad bellum
impensis: illustraremus auro urbem: & superfluis ornamentis gloriam quere-
remus: ueluti iactabunda & morosa mulier lapides preciosos signa & tabulas
admirati: & mille talentis exędificatas naues. Edocuit igitur Pericles popolum
non deberi sociis rationem cum primi ipsi bellum iniissent Barbarosq; pręlio
deuicisset: ipsis non equum non nauem non peditem sed pecunias solum soluẽ-
tibus: quę non in eorum qui dant: sed qui accipiunt potestate sunt: si quidem
soluissent pro eo quod acceperant: oportet autem ciuitatem rebus omnibus ne-
cessariis optime ad bellum instructam: ex iis sibi parare diuitias: quibus parã-
dis gloria immortalis consequatur. Parti autem copię suppetant omini artifi-
cio uariisq; ministeriis constitutis: quę cũ artẽ omnem excitent: omnemq; mo-
ueant manum: mercedem uniuerse referunt ciuitati: quippe quę ex iis non or-
netur solum: uerum etiam alatur & sustentetur: iis enim rebus illis qui ętate &
uiribus pręualebant: ex militia opes parabantur. Indigestum autem uulgum/
& ignobilem / cum nec expertem questus esse uellet: nec per ocium desidiamq;
lucrari: ad magnas rerum parandarum accessiones artificiosasq;: & multi tem-
poris multeq; opere indigentes institutiones plębem traduxit: ut ne quid minus
ii qui domi forent: q̃ qui nauigarent: aut in pręsidio essent: aut militarent. Ex
publicis bonis rationem aliqua iuuarentur: eorumq; particeps fierent. Vbi enĩ
materies esset lapis / ęs / ebur / aurum / ebanum / cupressus: ibi hanc tractantes & ex-
ercentes artes architecti / fictores / fabri / lapidarii / tinctores: qui aurũ & ebur mol-
lirent: pictores quoq; & qui acu intexerent / tornarii / exportatoresq; horum &
baiuli / mercatores / nauteq; & gubernatores quę ad rem maritimam spectant.
Quod autem ad terrestrem rationem attinet: qui currus facerent / qui ad iugum
alerent equos Aurigę: & qui funes pararent / lapidarii cerdones / statuarii / &
metallorum fabri. Singula autem ars ueluti imperator priuatum exercitum ex
iis qui ęre alieno seruicia debebant & ideotis compositum habuit uulgus: quorũ
corpore administerũ: ueluti instrumẽto uteretur. Itaq; usus & artificia diuiserũt:
disseminaruntq; in omnem ętatem: atq; ordinem quęstus & lucri facultatem.

Surgentibus autem & ſe paulatim altius attolentibus operibus / magnitudine
quidem ipſa eximiis : forma uero & gratia ſingularibus : nec imitatione ab ullo
exequandis : artificibus quoq; artes ipſas ingenio ſuo & artificio illuſtrare cer-
tantibus : maxime admirabilis erat in iis conficiendi celeritas . Nam quorum
ſingula uix uidebātur multis ſucceſſionibus atq; ętatibus cōfici poſſe : ea uniuerſa
una innouatione reipublicę ad finem perducebantur . At quę per id temporis
ferunt Agatharco ſe efferente celeritate & facilitate pingendi animalia : audiētem
ceuxim dixiſſe : ego uero in longo tempore . Nam in opere faciundo prompti-
tudo ac celeritas haud poteſt ſtabilē grauitatem : & exquiſitam pulchritudinem
rebus adiungere . At labori tempus impenſum : robur ad conſeruationem &
perpetuitatem operis affert . Vnde Periclis opera magis admiranda uidentur :
breui confecta quę tamdiu eſſent permanſura . Nam ſpecie quidem & pulchri-
tudine ſingula iam tum ab initio uetuſta erant : flore autem ac uigore uſum ad
hanc ętatem rerentia ac noua . Sic in illis quotidie quedam nouitas effloreſcit :
quę aſpectum ipſum intactum uetuſtate atq; inuiolatum conſeruet . Non aliter
ac ſi opera ipſa perpetuo quodam ſpiritu atq; animo illis inſito alātur & uigeāt .
Iis autem omnibus diſponendis moderator Phidias & ſpectator interfuit : & ſi
pręclaros artifices opera haud deſiderarent . Nam quod Hecatompedon parte
noua uocant Callicrates & Ictinus ędificare cęperunt . Et Eleuſi initiandi loco
quod celeſtrion dicebant : Coroebus fundamenta iecit : calumnaſq; inferiores
idem erexit : & epiſtiliis iuga impoſuit : quo mortuo Metagenes Xipetius Pro-
cintum & ſuperiores columnas addidit : adito faſtigium impoſuit Xenocles
colargens : at longum murum de quo Socrates audiſſe ſe refert : cum Pericles
ſententiam dixit : Callicrates faciendum conduxit . Inuehitur autem in opus cra-
tinus ut tarde cunctanterq; abſolutum . Diu enim ante ait ipſum Pericles uer-
bis ędificare aggreſſus eſt . Opera autem non attigit . At Odion quod uocant
illi interiori ſitu multis ſedibus & columniis ornatum eſt Tecto uero pronū &
decliue : ex imo tantum faſtigio inſtructum . Simulacrū autem id & monumētū
regii tabernaculi fuiſſe tradunt / eumq; duce & auctore Pericle conditum eſſe : id-
circo in Tracibus Cratinus in Periclem iocatur : Schinocephalus hic inquiens
Iupiter accedit Pericles : Odion in capitulo gerens poſtea q̄ Oſtracon prębuit .
Ambitione quoq; impulſus muſicę certamen in Panatheneis celebrari decreuit .
Idem etiam pręfectus exhibendis pręmiis ſtatuit quemadmodum & quatenus
Tibias inflari deceret : aut cantu & cithara uti . Spectabantur uero & tunc &
aliis tēporibus in odio muſica certamina . At arcis ueſtibula quinquēnio ędi-
ficata ſunt Mneſicle architecto . Fortuna autem admirabilis quę circa eam fa-
bricam euenit : indicauit nunq̄ ab futuram deam : ſed adiumento operi ſemper
futuram . Namq; unus ex fabris : qui laborioſiſſimus & promptiſſimus erat :
cum decidiſſet ex alto : langueretq; uehementer : deſperata a medicis ſalute : hac
re mirifice dolore confecto Pericli / dea per quietem ſe offerēs curationem oſtēdit :
qua ille uſus hominem ſtatim ad ualitudinem reſtituit . Huius gracia ſalubris
palladis in arce prope aram ſignum conſtituit : ſicuti antea fuerat : ut fertur .
Phidias uero aureum deę ſigillum finxit eiuſq; : ut fictoris in columna nomen
erat inciſum . Omnia enim fere eius conſilio gerebantur : atq; iis omnibus ut
diximus fabris ob Pereclis amicitiā pręfuit . Atq; hoc alteri inuidiam cōflauit

in alterū maledicta excitauit : quod libere Pericli mulieres ad opera darentur
postulante Phidia . Et comici hinc argumentum sumentes grauiter in eius pe-
tulantiam inuecti sunt . Iniecta calumnia in Menippi uxorem : hominis Peri-
clis amici : secundumq; post eum imperatorem locum obtinentis : & in Pirilāpi
auium nutritiones cui cum Pericli amicus foret crimini est datum pauones mu-
lieribus submisisse : quibus cum Pericles coiret . Verum quis miretur Satyri-
cos homines : & uitę hominum obtrectantes : uelut pernicioso quodam demone
inuidia inpulsos in meliores ubiq; maledicta coniicere : cum Stesimbrotus de-
testandum facinus ac fabulosum in filii coniugem contra Periclem conferre nō
dubitarit . Sic perdifficile ualideq; laboriosum uidetur ueritatem ipsam historia
consequi : quando quidem & posteris ex antiquitatis memoria rerum cognitio
repetenda est : & ii quibus contigit pręsenubus res ipsas gestas intueri | partim
odio & inuidia partim gratia & assentatione ueritatem corrumpunt | ac peruertūt
Cum autem clamitaret Thucidides : diceretq; Periclem pecunias ac prouentus
profundere : populum rogauit in contione | nunquid uideretur multa expen-
disse : respondenete uero plurima . Sint igitur inquit hęc non uobis expensa
uerum mihi : & in ipsis donis meum tantum nomen inscriba . Hęc dicente Pe-
ricle : siue admirati eius animi magnitudintm | siue de operum gloria certarent
reclamarunt : iubentes publice sumptum faceret : nec ulli impense parceret . Ad
postremum cum de decennali exilio cum Tucidide in discrimen certamenq; ue-
nisset : illum eiecit : & contrariam factionem euertit . Postq̃ igitur sublata penitus
seditione pacata & in unum redacta ciuitate : in seipsum omnino Athenas sus-
cepie : compositasq; & ualidas Atheniensium res : tributa exercitus Triremes
insulas remq; omnem maritimam multas item | tum ex grecis | tum ex Barbaris
collectas uires : & imperium ex subditis nationibus amicitiis quoq; regum : &
& societatibus principum septus undiq; ac munitus esset : non eundem se nec ut
ante mitem & mansuetum populo prębuit : nec uero facile concedere & frena re-
laxare cupiditatibus | & quasi flatibus multitudinis : sed ex dissoluta illa & gra-
tiosa populariq; ratione : quemadmodum ex florida & molli armonia : optimū
atq; regium gubernande ciuitatis morem in rempublicā reuocauit : eoq; est ho-
neste ac laudabiliter usus : maxime quidem docendo & suadendo agebat popu-
lum : interdum eo cohacto & inuito utilitati publicę consulebat : medicorum
consuetudinem imitatus : qui in uariis ac diuturnis morbis | interdum uolupta-
tes quasdam cautas : interdum secationes & medicamenta ad salutem adhibent.
Cū enī uaria illli : ut in cōsentaneū est | homini innumeroso adeo populo tātā mo-
lem imperii obtinenti conflarentnr incomoda : ita solus omnium institutus erat |
ut ea diligentia sua sopiret & tollere posset : maxime uero spe ac mętu ut guber-
naculis quibusdam datum populum sibiq; pręsidentem reprimens : languentē
uero ac labentem excitans : ostendit uerissimum esse illud Platonis : oratoriam
uim animis hominum imperare : eosq; ad quoscunq; uelit motus impellere : &
eius opus permaximum in formarum & perturbationum cognitione consistere
quę sunt ueluti quidam accentus & uoces animi diligentis : eius pulsu indigētes
Causa est non nuda orationis uis : sed ut Tucides inquit . Vitę dignitas atq;
existimatio innocentię abstinentięq; pręclara : quibus ille ciuitatem magnam di-
uiciis & potentia amplisficauit : & ad summū pęne perduxit : qui cum uiribus

multis regibus ac tyrannis excelleret : quod liberorum gratia quidem faciunt
a patre relictum sibi patrimonium : ne una quidem dragma cumulauit . At qui
eius potentiam perspicue declarat Tucydides criminose comici indicant : cum
Pisistratides iuuenes eius amicos nuncupent . Ipsum autem iurasse se tyrannide
non usurum : quod ei excellentia quedam & magnitudo supra popularem statũ
nesse appareret . Teleclides ait Athenienses illi ciuitatũ tributa permisisse ipsasq;
ciuitates . Has quidem ligare : illas soluere : lapidea moenia tum ędificare : tum
rursus eadem deiicere : foedera / opes / potentiam / diuicias quoq; fęlicitatemq; :
atq; hęc non ex tempore / aut ad gratiã florente republica : sed quadraginta an/
nos Epialtis Leocratis Myronidis Cimonis Tolmide Tucydidisq; factionibus
Athenis prefuit . Post cladem & fugam Tucydidis non minus quinq; annis
rem distulit : & qui unus in annuis imperiis erat : magistratum & dignitatem
assecutus : seruauit se pecuniis inuictum : & si non a questu pecuniario abfuit :
sed paternas & iustas diuicias ne eas per desidiam & inertiam amitteret : neq;
circa alia occupatus negocii ex illis nimium caperet : ad eam rei domesticę rati/
onem disposuit : quam facilimam diligentissimamq; putauit : annuos enim
fructus simul omnes uendebat : deinde singula necessaria ad uictum quotidi/
anum emebat : ex foro : ex quo neq; iocundus adultis liberis erat : neq; sumptu/
osus in coniugem . Quare improbant illi uehementer hunc quotidianum dili/
gentissime : collectum sumptum : cum nihil in adeo magna domo & locuplete
redundaret : sed omnis sumptus omnisq; prouentus ad mensuram & numerũ
uocarentur . Is uero hanc omnem diligentiam in se susceperat . Vnus erat ser/
uus frugi : & nuntius / quasi nullus alius foret idoneus : nisi a Pericle ad curam
rei domesticę constitutus . Quę omnia ab Anaxagore sapientia abhorrebant :
si quidem ipse rem domesticam non curauit : & agrum incultum pecori pascẽdũ
dimisit magnifentia animi & diuino quodam furore correptus . Non eadem est
enim proposita uitę ratio contemplatiuo : ciuiliq; philosopho . Verum hic qui/
dem sine instrumento aliquo & materia externa mentem ad res pulcherrimas in/
uestigandas perspiciendasq; intendit . Illi uero cum ad usus humane societatis
uirtutem suam accomodet : non solum explende suę necessitatis : sed aliorũ gra/
tia honestarum copiarum ratio est habenda : quod Pericles fecit : qui pauperes
multos suis copiis substẽtabat. Ac etiam ferunt Pericle negociis intento Anaxa/
gorã destitutũ omni cura decrepita iam ętate sponte mortem fame sibi cõsciscere
eo nuntio permotum Periclem ad eum supplicem cucurrisse : omnesq; pręces
lacrimis adiunxisse : non illius sed sua potius gratia : siquidem talem in repub/
lica socium consiliorum amitteret : expirantem uero Anaxagorã o Pericles dix/
isse : & qui lucerna indigent : infundunt oleum . Sed cum Lacedemonii crescẽ/
tes Atheniensium res ęgre ferre inciperẽt : Pericles populi animos excitare : &
ad res magnas erigere : decernere etiam ut omnes gręci ubicunq; Europę atq;
Asię habitantes hortarentur Athenas uolentes colloquium mittere / pro grę/
cię templis incensis a Barbaris : pro quę sacrificiis : quę diis immortalibus uo/
uerãt : quo tempore cũ Barbaris pugnatum est : ad hęc ut firmata pace commu/
ni consensu tutum omnibus pateret ad nauigandum mare : horum gratia uigiti
uiri qui quinquagesimum annum excesserant : missi sunt / quorum quinq; Iones
Dorienses q; : qui Asiam incolebant : & qui insulas habebant : Lesbum usq; ac

Rhodum accersitum iere Quinque obierunt Thraciã & Hellespontũ usque Bigãtiũ: Quinque post illos Boetiam Phocidẽ ac Peloponesium: inde per Locros ad proximam continentem in Acarnaniam: & Ambratiam missi sunt: reliqui per Euboiam ad iteos & sinũ Maleę & Phidias Achiuos Tessalos perrexerunt: suadẽtes Athenas proficisci: & consiliis interesse ad pacandum innouandumque gręciã, Nihil est autem factum, neque ciuitates coire: Lacedemoniis aduersantibus ut fertur, primumque in Peloponeso deprehendi cepti conatus. Hęc addidi ut prudẽtiam eius animique magnitudinem ostenderem. In imperiis uero militaribus, administrãdisque bellis maxime eius gloria illustris fuit: quod dubie nimiũ pugnę periculum non sponte susciperet: neque eos duces qui adeundis periculis clari essent, celebratique ab omnibus adamauit: neque sibi ad imitandum propiunt: cũ ciuibus quotidie diceret: quantum in se esset: immortales eos futuros. Itaque cũ intueretur Tomidem Tolmei filium superiori fęlicitate eximiisque honoribus sibi ex bellicis rebus habitis: nulla oblata oportunitate temporis, in Boetiam parãtem inuadere, suadentemque iuuentuti sponte militie munus obire. Iãque ad quinque milia in sententiam suam traduxerat: absque aliis copiis cum mittebatur in cõtione ab incepto suadendo: uulgatum illud addens, si minus Pericli parendum putaret, haud temere faceret sapientissimum datorem cõsiliorum tempus expectãs. Tunc igitur illi hęc dicenti parum est applausum: sed paucis post diebus allatum est in urbem nuntium Tolmidem prelio circa Coroniam superatum concidisse: multosque fortes ciues in ea clade desideratos esse: quę res Pericli magnã cum beniuolentia gloriam attulit: ut prudenti uiro & saluti ciuium consulenti. Ex eius imperiis illud laudatur imprimis: quo grecos homines Cheronesum incolentes seruauit. Non enim solum mille Atheniẽsium Colonis eo deductis ciuitatum animos confirmauit: uerum etiam collem inter duo maria muniens uallis atque ageribus insultus Tracum Cheroneso imminentium excępit: graue autem & assiduum bellum exclusit: quo regio perpetuo tenebatur ob Barbarorum uicinitatem latrociniis infesta. In eo uero plurimum apud exteras gentes cum admiratione celebratus est: quod Peloponnessum circũ nauigasset ex Megalice fontibus centum aduectus Triremibus. Non enim solum maritimas urbes ut Tolmides ante populatus est: sed & iam longius prouectus a mari cum pedestribus copiis: quas in nauibus habuit: alios quidem in męnia repulit mętu periculi & terrore perculsos: at in Nemea Sycioniis excipientibus pręliũque strenue cõserentibus fusis: trophęum statuit: ex Achaia uero militibus ad supplendas Triremes acceptis: in oppositam e regione continentem nauigauit: Acheloumque transuectus: Acarnaniam ex cursionibus infestam habuit, Oeneadasque in męnia compulit: cumque agrum magis cladibus uastasset: populatusque foret demum soluit cum magnum terrorem iniecisset hostibus: uir in bello fortis & strenus ciuibus uisus est: nulla enim incidit eo duce: ne ciuibus: fortuna quidem belli offensio. Deinde magna classe optimeque ornata & instructa, gręcas quidem ciuitates: quarum ope & subsidio iuuabãtur: benigne humaneque tractauit. Vicinis autem Barbaris nationibus: regibus ac tyrannis ostendit potẽtię molem licentiamque & audaciam quacunque libitum foret nauigantium: mareque totum sub suam ditionem: imperiumque subegisse. Sinopensibus tredecim cum Lamacho reliquit naues ac milites cõtra Timeles uim tyranni, quibus perẽptis

belli calamitate una cum ſociis & amicis decreuit ut ſexcenti Athenienſes uolētes
Sinopem pręſidio nauigarēt: unaqꝫ cum Sinopenſibus urbem incolerent: potiti
domo & agro quod ante tyranni habuerant. Cęterū pręterea nihil conceſſit neqꝫ
indulſit libidini & cupiditati ciuium : cum fortuna & uiribus adeo elati animis
forent : decreuit etiam de recipiendo Egypto uexandiſqꝫ regis maritimis ciuita-
tibus . Multos & iam mala illa & infauſta Sicilię inuadende cupiditas habuit
qua Alcibiades & eius equales oratores in poſterum exarſerunt. Erat quoqꝫ nō
nullis Etruria & Carthago inſtar ſomnii : quas ſpe & opinione occuparant:
magnitudine & nomine imperatoris : proſpereqꝫ & ad uoluntatem ſuam fluēti-
bus rebus . Verum Pericles continuit eiuſmodi excurſorem : & effrenatam reꝝ
cupiditatem fregit : cohibuitqꝫ maximamqꝫ copiarum partem in rerum partaꝝ
cuſtodiam & firmamentum contulit : magnum opus ac difficile ſtatuens eſſe
Lacedemonios arcere : quibus uehementiſſime infenſus erat : idqꝫ cum aliis q̃
pluribus declarauit : cum iis potiſſimum quę in ſacro bello contigerunt. Cum
enim duxiſſent Lacedemonii expeditiones in Delphos : Phocenſibus templum
obtinentibus : Delphis tradiderunt : ſtatim illis abeuntibus trāſmiſſis eo copiis
introduxit Phocenſes : cunqꝫ Lacedemonii oraculum quod a Delphis acceper-
ant in fronte ęrei lupi incidiſſet acceptum & ipſe oraculum in eiuſdem lupi dex-
tro latere incidi iuſſit . Quod uero res Athenienſium tota in gręcia optime ad
eo adminiſtrate ſint : ipſa facta teſtimonio ſunt : Primum enim Euboēſibus de-
ficientibus : in eos cum exercitu inuaſit : nec ita multo poſt allato nuntio Me-
galenſes ciuitate exactos copias hoſtium in finibus eſſe Atticę duce Pliſtonacte
Lacedemoniorum rege : Pericles exercitum ad Atticum bellum ſumma celerita-
te reduxit : ſed pręlio abſtinuit prouocantibus multis ac ualidis hoſtibus . Cum
autem animaduertiſſet Pliſtonactem iuuenem admodum Eleandride conſilio
regi : quem ſibi ob ętatem Ephori imperii ſocium & cuſtodem adiunxerant :
hunc corrumpere pecuniis agreſſus celeriter donis datis muneribuſqꝫ perfecit :
ut ex Attica hoſtes abduceret . Vbi uero exercitus abiit : & per ciuitates diſſolu-
tus eſt : grauiter commoti Lacedemonii : pecuniis regem multarunt : quas cum
ob magnitudinem ſoluendo non eſſet : ex Lacedemone ſeceſſit : Cleandrides aūt
fugiens rei capitalis damnatus eſt Hic pater Glippi fuit qui in Sicila Athe-
nienſes bello ſuperauit : uiſuſqꝫ eſt illi gentile in quendam morbum ipſam cupi-
nem queſtus iniecisse : qua in ſpe in quoqꝫ turpiter ſcelere deprehenſus : ſpar-
taqꝫ pulſus penas exilio luit : ſed hęc in Liſandri uita latius diximus : Pericles
in deponendo impetio cum decem talentorum ab belli oportunitatem impēſam
decreuiſſet : populus ritę eqꝫ republica factum comprobauit : nec ſolicitus nimis
in re obſcura perquirenda fuit. Quidē prodiderunt in quibus eſt Theophraſtus
philoſophus : a Pericle decem talenta quot annis ſpattam mitti ſolita eſſe : qui-
bus cum princeps ciuitatis ſubornaret : ſopitum bellum tenebat : non pacem
quidem mercatus : ſed tempus : in quo per quietem compoſitis paratiſqꝫ rebus
robuſtius ad bellum incumberet . Quare ſtatim ad eos qui defecerant conuerſus
aduectuſqꝫ in Euboiam quinquaginta nauibus & quinqꝫ milibus militum ci-
uitates in ditionem redegit : ex Calcidenſibus eos quos Hyppobotas uocant di-
uiciis & gloria florentes exegit . Heſtienſes uero omnes cū ex regione expuliſſet
Athenienſium ſolum Coloniam eo deduxit . Is autem ſeueriſſime uſus eſt quod

cum nauem Atticam cepissent|eius homines obtruncarunt. Post hac factis cum
Lacedemoniis triginta annorum induciis: nauigatio in Samum decernitur: in
crimen uocatis samiis: quod ius si a bello contra Milesios discedere non paru/
issent. Sed cum dicatur Aspasię gratia permotus Samios oppugnasse. Hic iã
tempus admonet ut de illa aliquid perquiramus: quę ars in ea aut quę uis tã/
ta fuerit|ut princeps ciuitatis caperet: & a philosophis tantopere laudaretur.
Nam fuisse illam Milesiam genere Axiochi filiam consensu omnium satis pa/
tet. Dicetur autem Thagelie cuiusdam emulatione quã unam ex ueteribus Ia/
dibus fuisse ferunt: per insidias ac blandicias in maximorum uirorum amicitiã
insinuasse. Et enim Targelia eximia forma & pulchritudine fuit: ad hęc uale/
bat plurimum ui suauitateqꝫ dicendi: Plurimis autem gręcorum se exposuit:
omnes uero qui cum ea coierunt: cũ rege familiaritate coniunxit|eorumqꝫ fre/
ta opibus semina quedam suffusit ciuitatibus mędice contagionis. Ac Aspa/
siam sunt qui dicant ob eius sapientiam ciuilemqꝫ disciplinam summo studio a
Pericle obseruatam fuisse. Nam & Socrates cum discipulis nonnunq̃ illam ad/
hibat: mulieres quoqꝫ ii qui familiares erant ei in disciplinam tradebãt: & si
parum pudicę uitam instituisset: siquidem apud eum puellę quedam alerenter
quę uulgato corpore questum facerent: ait autem Eschines Lisiclem ouium
uenditorem ex obscuro & humili natura homine primum Atheniensium Aspa/
się consuetudinem euasisse: post Periclis obitum & in Menexeno Platonis|& si
prima iocose scripta sunt: tantum tamen historię inest: existimatam esse muli/
erculam ob uim oratoriam cum multis Atheniensium congredi solitam. Ap/
paret igitur hanc Periclis cum Aspasia necessitudinem amatoriam magis fuisse.
Erat enim ei coniunx generis cõiunctione propinqua: q̃ Hipponicus ante ux/
orem habuerat: ex quo Calliam genuerat illum diuitem: ex Pericle uero Xan/
tippum & Paralum: deinde cum ingrata utriqꝫ foret consuetudo uitę|eam haud
inuite alteri in matrimonium dedit: ipse deinde accepit Aspasiam|quam unice
adamauit. Nam & cum exiret domo: & cum ingrederetur ut aiunt eam am/
plexus osculabatur|& Omphala puella & Deianira ac rursus Iuno dicebatur a
comicis. Cratinus autem contra Pellicem ipsam uocauit his uersibus. Iunonẽqꝫ
sibi Aspasiam parit|& petulantum Pelicem impudentem. Videtur & Rothum ex
hac sumpsisse: de quo inducit Eupolis in popularibus eum rogantem. Nothus
autem mihi uiuit: & Piromidem respondentem|ac iam pridem fuit uir ni iam
meretricibus malum horrer. Atqꝫ ita Aspasiam nomine & gloria claruisse ferũt|
ut Cyrus qui de imperio Persarum cum rege bello decertabat: carissimam sibi
ex Pellicibus Aspasiam nuncupauit: cum ei antea miltę gnomentum fuisset|Erat
autem Phocensis genere|Hermotini filia|quę Cyro in pręlio interempto ducta
ad regem captiua apud eum plurimum ualuit. Hęc quidem quę iam e memo/
ria abierat scriptorum inopia reiecisse ac tacita pręteriisse fortasse contra huma/
nitatem fuisset. Quę autem in bello contra Samios gesta sunt decreto Periclis
ob Milesios rogatu Aspasię facta dicuntur. Ciuitates enim de pena bellum ge/
rebant uictores Samii iubentibus Atheniensibus a bello discedere|& sibi iudi/
tium permittere: non paruerunt. Ego igitur Pericles nauigans: paucorũ pri/
cipatu cui apud Samios summa rerum permissa erat|sustulit: ex primoribus
acceptis obsidibus pueris quinquagita totidemqꝫ puellis|eos in Lemmim misit

Atqui ferunt singulum obsidem pro se talentum dedisse : multaq; alia eos qui
ad populum rempublicam deferri nolebant . Pissuthnes etiam uir Persa : beni-
uolentia Samiorum decemmlibus aureorum ad illum missis ueniam ciuitati
orabat : nihil tamē Pericles accepit : sed ut decreuerat de Sammiis transegit : cō-
stitutaq; populari administratione discessit Athenas . Verū illi statim defecerūt
obsidibusq; per Pissuthnem sibi furtim restitutis parabātur ad bellum . Ex quo
Pericles in eos nec quietem agentes : nec metu perterritos : sed erectis animis
maritima pugna dimicare paratos : commissa igitur acri pugna circa insulam /
quam Tragias uocant : uictor Pericles hoste fuso / quatuor & quadraginta na-
uibus / septuaginta hostium naues debellauit : quarum uiginti pretorie erant : in
psaq; fuga & persecutione portu ipso potitus / obsedit Samios : non tamen illis
adeo deciderant animi / quin auderent interdum urbem exire : & pro menibus
hostem excipere . Sed cū maior Classis Athenis accessisset : ex omni aditu clau-
sis Samiis : Pericles acceptis sexaginta triremibus ad Oceanum nauigare con-
tendit : ut quidam ferunt Phoenicibus nauibus se obiecturus : que in Samum
subsidio ferebantur cum quibus instituerat q̃ longissime prelium conserere . Vt
Stesimbrotus autem affirmat : in Cyprum missus / quod parum consentaneum
uidetur esse : sed quocunq; id consilio fecerit : parum res sibi ex sententia cecidit .
Nauigante enim ipso : Melissus Hithagenis filius & philosophus Sami que
imperator : despecta Atheniensum nauium paucitate : ducumq; imperitia : sua-
sit ciuibus Athenienses insidiis opprimi posse : Itaq; conseruato prelio : apud
Samios uictoria fuit : qui multis ex Atheniensibus captis : permultisq; corrup-
tis nauibus : mari potiti sunt : resq; ad bellum necessarias quibus ante carebāt
importarunt . Ab ipso etiam Melisso Periclem tradit Aristoteles nauali prelio
primum esse superatum : Samii persecuti contumelias Atheniensium captiuis
noctuam in frontibus iunxerunt : nam eorum captiuis Athenienses Samenam :
Est aūt Samena nauis quedam rotunda & concaua & in uentris similitudinem
formata : ut mare percurrere ac celeriter conuerti possit . Hoc uero illi quod in
Samo reperta est primum nomen est inditum : ibiq; a Policrate tyranno exedi-
ficata est . Ad hec stigmata aiunt illud Aristophanis pertinere populus est Sa-
miorum quam litteratus . Pericles igitur cum primum sibi de accepta in exercitu
clade allatum est : propere auxilium tulit : superatoq; Melisso acriter instanti &
in fugam coacto : hostes continuo aggere circumdedit quod statuisset impensa
ac tempore magna quam uulneribus superato hoste urbem uictoria obtinere .
Vbi uero animaduertit Athenienses pertessos more ad prelium maxime spectare
nec eos ad se facile contineri posse : diuiso in octo partes omni exercitu : rem tra-
duxit ad sortem : cuiq; alba faba obuenisset : epulari atq; in ocio esse permisit ce-
teris pugnātibus . Idcirco dicitur posteros : dū uoluptatibus operā darēt album
illum diem ab alba faba nuncupare solitos . At Euphorus ait Periclē Machi-
nis usum esse nouitatem admiratum presente Artemone fabro : qui cum loripes
foret ob idq; ad opera uigentia leticia delatus : inde per Iphoretum cognomētū
traxisse . Hec igitur ex Anacreontis poematis arguit Heraclides ponticus : in
quibus Periphoretus Artemon uocatur : permultis anteq̃ ea Samio bello gesta
sunt seculis . Addit etiam Antemonem ipsum hominem delicatum ac mollem
in uita fuisse : metuq; fractum atq; stupidum : plurimum temporis domi uixisse

duobus ſeruis ęreum ſcutum ſupra eius caput ſublatum tenentibus : ne quid
in eũ deſuper caderet . Quod ſi quo caſu cogeretur egredi lectica tecto ad oper-
tam circumlatum ferri ſolitum : ob hoc Periphoretum nuncupatum eſſe . Nono
autem menſe Samii belli Pericles potitus urbe męnia deiecit ablatiſqꝫ nauibus
multis pecuniis multauit Samios : quorum partim : continuo diſſoluerunt : par-
tim inita pactione tempore conſtituto adſoluendum dederunt obſides . Quę
duris Samius accuſans Tragicis pene uocibus in Athenienſium & Periclis
crudelitatem inuehitur : de qua nulla neqꝫ a Tucidide neqꝫ ab Ephoro aut
Ariſtotele mentio uſq̄ facta litteris extat . Verum in eo potiſſimum titans & men-
dax fuiſſe uidetur : ab eis ait Trierarcos & milites Samiorum in forum Mileſiorum
adductos : ibi decem dies allegatos tabulis eſſe detentos : cumqꝫ iam parum ad-
modum uitę ſupereſſet : iuſſu Periclis eſſe interemptos lignis quibuſdam con-
fractis quibuſdam capitibus : deinde quorundam corpora abiecta ex equiis :
extremoqꝫ honore ſepulture caruiſſe . Duris igitur cum neqꝫ ubi nulla priuata
calamitas agitur, etiam ueris in rebus ſatis fidei habere ſit ſolitus : magis uidetur
hoc loco cladis patrię contendiſſe : ut hanc Athenienſibus crudelitatis notam
inureret . Subacta uero Samo Pericles ut primum Athenas rediit : iis qui in
bello ceciderant : honorificentiſſime : funus faciendum curauit : cumqꝫ ad mo-
numenta eos funebri oratione laudaſſet : ſummam de ſe admirationem prębuit :
deſcendentemqꝫ e pulpito alie quidem mulieres benigne excipientes Coronis ac
uittis quemadmodum uictorem Atlectam exornabant . At Elpinicę accedens
propius . Admiranda ſunt iſta inquit Pericles : & Coronis decoranda : qui nos
multis & fortibus ciuibus ſpoliaſti : cum nec Phęnicibus nec medis intuliſſes
bellum : ut meus frater Cimon : ſed urbem ſociam & neceſſitudine nobis pro-
pinquam ſub imperium redacturus eſſes . Hęc dicente Elpinice ſurridens Peri-
cles : dicitur ad eam ſedato animo illud Archilochi dixiſſe . Haud unguentis
uetula cum ſis oblita es . Tradit Ion mirifice elatum fuiſſe Periclem debellatis
Samiis : quod Agamemnon decem annis Barbaram urbem : ipſe decem mē-
ſibus Ionum primos ac potētiſſimos deuiciſſet : neqꝫ hoc ſibi iniuria aſſumebat :
adeo dubia belli fortuna magnumqꝫ periculum fuit : ſi quidem tradit Tucydi-
des parum abfuiſſe quin Samiorum ciuitas : Athenienſibus imperium maris
eriperet . Poſt hęc fluctuante iam Peloponneſiaco bello ſuaſit populo : Corcy-
reis auxilium ferre : cum ipſi a Corinthiis premerentur : & inſulam naualibus
maritimiſqꝫ rebus ualidam ſociam ſibi adiungere : pręſertim cum iam a Pelo-
ponneſſo impendere bellum & prope inſtare uideretur : decretoqꝫ a populo auxi-
lio decem tantum naues miſit : Lacedemonio Cimonis filio duce illis propoſi-
to : quaſi contumelię gratia multa enim beniuolentia & amicitia Cimonis fa-
milię cum Lacedemoniis erat . Vt igitur nullo magno aut pręclaro facinore a
Lacedemonio in imperio geſto ex Lacedemoniorum amicitia eum inuidiam
magis & offenſionem adduceret : paucis eum eum nauibus pręfecit : inuitumqꝫ
& coactum extruſit & ab urbe quotidie Cimonios procul filios habendos cura-
uit ut qui ne ipſis quidem nominibus indigene : ſed alieni atqꝫ aduentitii uide-
rentur : quod alteri Lacedemonio : alteri Teſſalo nomen fuit . Videntur enim
omnes matre Arcadica geniti eſſe . Cum igitur Pericles ob decem ei datas Tri-
remes male audiret : quod & parum ſubſidii expetentibus atqꝫ indigentibus

misisset: occasionem uero magnam obtrectatoribus ad obiurgandum dedisset:
alias rursus plures in Corcyram deferendas decreuit: quę confecto iam prelio
Corcyram appulse sunt: hanc rem ęgre ferentibus Corinthiis Atheniensesq; in
Lacedemone accusantibus accesserunt: Megarenses grauiter querentes preter
ius gentium: preterq; grecorum foedus omni commeatu se ac portibus Athe/
niensium prohiberi. Eginete autem quod sibi male tractari uidebantur: atq;
indigna pati: incitabant clam Lacedemonios: quod arguere palam Atheniē/
ses non auderent. Eodem tempore Potidea ciuitas: quę sub iure Atheniensium
erat Corinthiorum Colonia|ob defectionem obsessa ab Atheniensibus matura/
uit bellum. Verumtamen Lacedemoniis mittentibus Athenas legatos|regeq;
Archidamo permulta ex criminibus refellente: lenienteq; animos sociorum:
haud est uisum quidem aliis de causis bellum Atheniensibus esse inferendum
si abducerentur: ut decretum contra Megarenses rescinderent: & cum eis in
gratiam redierent. Igitur cum Pericles huic rei maxime aduersaretur cōcitataq;
multitudine pertinax contra Megarenses in sententia perstitisset|omnem belli in/
uidiam in se uertit. Ferunt legatos ex Lacedemoniis profectos Athenas. His
de rebus in Senatu dixisse: & cum Pericles legem quandam protulisset quę tol/
li tabulam prohiberet: in qua decretum erat inscriptum: Polyarcem quendam
ex legatis dixisse: tu uero Pericles ne tollas sed conuertas tabulam. Non enim
hoc fieri prohibetur lege: quę oratio cum equa & probabilis uideretur: nihilo
magis Periclem permouit suberat igitur quedam ut uidetur priuata in Mega/
renses simultas. Communi autem causa palam crimini dabant|sacrum eos lucū
cecidisse. Decernit igitur legatum ad Megarenses eūdemq; ad Lacedemonios:
qui apud eos Megarenses accuset. Hoc Pericles decretum mite humanumq;
uisum est: & equitatis plurimum pre se ferre. Sed cum Atemocritus missus
legatus culpa Megarensiū: ut ferebatur: interiisset: decernit Carinus hostiles
esse inimicitias: nec ante denuntiatas & indictas: quicunq; autem posthac
Megarēsis: in Attica esset deprehēsus capite plecteretur: militesq; cum iureiu/
rando adigerentur patrio more adicerent iuramento se bis quotannis in Me/
garensium agros inuasuros. Ad hęc Antemocritus cū humi mandaretur iuxta
Triasias portas: quę nunc Diplon uocantur. Megarenses inficias ibant|cau/
samq; ante Mocriti necis in Aspasiam Periclemq; transferrebant: nitebantur
uero peruulgatis quibusdam Acharnei uersibus: qui tum omnibus erant in ore
& in quibus id quodāmodo significari uidebatur. Ab initio igitur quo pacto
res se habuerit non facile est cognoscere. Quod autem decretum sublatum non
sit: Pericle auctore una omnes factum esse testantur. Preterq̄ aliqui dicunt eum
magnitudine animi & iudicio & consilio optima quadam ratione in sententia
permansisse: quod uisum Lacedemoniorum experimentum in constantię: con/
cessionem uero confessione imbecillitatis esse duceret. Alii uero magis superbia
quadam & contumatia ostentande potentię gratia Lacedemonios despexisse.
Verum turpissima causa omnium & quę plurimos habeat testes: huiusmodi
fuisse dicitur. Phidias fictor: si Mulaceum: ut diximus: faciēdum cōduxerat:
amicus Pericli & summa apud illum gratia & auctoritate: ob eum inuidia fla/
grans nonnullas in se inimicitias concitauit: quidam multitudinis animos in
eo tentare aggressi: quale de Pericle factura esset iudicium: Memonem quendam

ex Phidie operariis subornatum supplicem in foꝝ adducunt petentē impunitatē
iudicii & accusationis in Phidiam : suscipiente autem populo hominem : con-
stitutaqꝫ in concione accusatione : furti quidem facta mentio non est. Aurum
enim ita statim ab initio ad simulacrum accomodarat Phidias Periclis sentē-
tia : ut facile cum uellet demoliri atqꝫ expendere posset : quod & Pericles tum fi-
eri iussit : cuius gloria operis Phidiam onerauit inuidia : atqꝫ ob id potissimũ :
quod cum in scuto deę Amaçonum pugnam effingeret : sui quoddam simula-
crum expressit ; calui senis saxum ambabus manibus attollentis : Periclis quoqꝫ
formam pulcherrimam imitatus est : cum Amaçone conferentis manus : ha-
bitus autem & figura : eiusmodi ut hastā ante oculos Periclis pretenderet : idqꝫ
ex industria & summo artificio factum : quasi similitudinem ocultare uellet : quę
undiqꝫ apparebat. Phidias igitur coniectus in carcerem morbo uitam finiuit :
ut uero alii opinantur ueneno : inuide Pericli concitande gratia ab inimicis pa-
rato. Iudex uero Gliconis decreto immunitate a populo donatus est : mādataqꝫ
prętori cura est : ne quid homo detrimenti caperet. Per id temporis Aspasia
Lenocinii accusata est : ab Ermippo Comico. Obiciebatur enim illi ꝙ muli-
eres liberas cum Pericle coeuntes lecto exciperet. Et Diopites decretum fecit : ut
omnium qui de diis non recte sentirent : aut de rebus celestibus nouos sermo-
nes inducerent : nomen deferretur. Volens hanc propter Anaxagoram in Pe-
riclem suspitionem conferre. Iubente autem populo delationesqꝫ admittente : sic
decretum fit ratum Dracontido decernente : ut rationes pecuniarum a Pericle ad
prętores referrentur. Iudices autem ab ara ferentes suffragium in ciuitate iudi-
carent. Agnon uero hoc ex decreto sustulit : sed a mille & quadringentis iudi-
cibus iudicium fieri decreuit : cum quis furti : aut ambitus : aut iniuriaꝝ litem
existimari uellet : De Aspasia igitur cum multa deplorasset pręter religionem iu-
dicii lacrimisqꝫ suis & obsecratione : iudices ad misericordiam cõmouisset : im-
petrauit. Sed cum de Anaxagora esset solicitus eum integrare urbe emisit. Vbi
uero Olphidiam in inuidiam & offensionem populi incidit : iuditium reformi-
dans impendens bellum & ardens magis incendit : in spem adductus posse
hoc pacto crimina edocere : & inuidiam lenitum iri : cum in maximis labori-
bus periculisqꝫ ciuitatis ei se uniuersa ob illius auctoritatem atqꝫ opes commissu-
ra esset. Cause igitur quibus Pericles non permisit populum Lacedemoniis ob-
temperrare : he fuisse dicuntur : ueritas autem incerta & obscura est. At Lace-
demonii cum intelligerent eo sublato : equiores se Athenienses ad omnia esse
habituros : iusserunt eos urbem expiare : quod piaculo iam pridem : ut Tucydi-
des inquit Pericles genus esset obnoxium. Verum ea pertentatio longe cõtrariũ
ꝗ illi opinati fuerant exitum habuit. Non enim modo suspitionem Pericles &
calumniam fugit : uerumetiam maiorem auctoritatem & honorem a ciuibus cõ-
secutus est : quippe quem hostibus odio maxime atqꝫ formidini esse opinaren-
tur. Quare anteꝗ Archidamum cum Peloponnesiis in Atticā inuasisset : signi-
ficauit Atheniensibus : ut si Arhidamus uastatis cęteris : uetustu iure hospicii
ius belli suis agris abstineret : siue ut in urbe occasionem calumnie inimicis &
iaduersariis daret : se agrum omnem atqꝫ uillas ciuitati dare ac donare. Igitur
Lacedemonii Archidamo duce in Atticā cum sociis magno exercitu impetum
faciunt. Deuastatoqꝫ agro in Acharnitias profecti : ibi castra posuerunt : sperātes

fore ut Athenienſes ea calamitate permoti/haud iniuriã ferret/ſed cõtinuo in pug-
nã diſcederẽt. Sed Pericli magnũ ac periculoſũ uiſũ eſt: cũ ſexagita Pelopõneſiũ
milibus: tot enĩ fuerãt qui primũ inuaſerãt/pro libertate ciuitatis manus cõſerere
erectos aũt pugnãdi cupiditate: labẽq; illã & ignominiã ĩdigne ferẽtes: leniuit
oratione/cũ diceret caeſos arbores celeriter renaſcere: ĩterẽptos aũt homines recu-
perare: difficilimũ eſſe: populũ tamẽ haud uocauit in cõtionẽ: ueritus ne quid
prętet ſẽtẽtiã facere cogeretur. Sed quẽadmodũ nouus gubernator/ſpirãte uẽto
ĩpelago/oĩbus rite diſpoſitis rebus ĩtẽdẽs arma artifitio ſuo utitur/deſpectus lacri-
mis precibuſq; timẽtiũ nautaꝝ/& nauſeã nõ ferẽtiũ: Sic ille clauſa urbe pręſidiiſq;
firmata ſuo iuditio arbitrioq; rẽ gerebat/clamores & offẽſionẽ hominũ paruifaciẽs
& ſi multi ex aĩcis precibus/ex ĩimicis minis & ĩcrepatiõe frequẽtes ĩſtarẽt; pleriq;
obſcenii cãtibus atq; cauillis ĩueherẽtur ĩ illius preturã ut ignauã effeminatãq; &
quę res Athenienſiũ hoſtibus proderet. Excitabatur etiã Cleõ fretus ira ciuiũ in Pe-
riclẽ cõcitata ad demulcẽdã ſe mulitudine cõferẽs. Hermippo quoq; Anapeſticos
quoſdã uerſus in eũ efferẽte: nihil houm Periclẽ ĩmutare potuit: ſed miti aĩo ac
ſilẽtio ignominiã ĩuidiãq; ſubiẽs perferebat cũ C. nauiũ clã in Pelopõneſũ mitte-
ret: haud tamẽ ipſe una rẽ maritimã: ſed in urbe aſſidue manẽs ciuitatẽ in mãibus
habuit: quoad Peloponẽſes motis ex Attica caſtris abierũt. Et cũ proſpicere mul-
titudini ſtatuiſſet: agroꝝ eã ut in bello fieri ſolet diuiſionibus repetiuit: agriq; ſor-
tiones edixit. Eiectis enĩ Eginetis oĩbus/diuiſit coꝝ agrũ Athenienſiũ iis qbus ſors
euenit. Quedã etiam ex hoſtium detrimentis cõſolatio afflictis rebus afferebatur.
Nam claſſis Peloponneſum circuens: magnam agri partem uaſtarat: uillaſq; &
paruas quaſdam urbes diripuerat: & ipſe Pericles pedeſtribus copiis facto im-
petu in agrum Megarenſium omni ex parte populatus eſt. Sic multis utrinq;
terra mariq; illatis multiſq; acceptis cladibus nunq̃ tam lõge Pelopõnenſes trax-
iſſent bellum: ſed celeriter fatigati eſſent. Vt ab initio Pericles prędixerat: niſi
diuina aliqua ius humanis conſiliis obſtitiſſet. Nã contagioſa lues quę inuaſit
urbem ſublato iuuentutis flore: Athenenſiũ uires uehementer attriuit. Quibus
rebus uexatis peſte corporibus: animis omnes in Periclem exaſperati incenſiq;
erãt. Ac ueluti aduerſus medicũ aut partẽ/mẽtis errrore ex morbo cõtracto in-
ſurgebãt/ſcilicet ſuaſi ab hoſtibus peſtẽ ex cõfluxione in urbẽ agreſtis uulgi eſſe cõ-
flatã: multis ſimul ueris tẽpore cõfuſe in paruis domibus/feruẽtibuſq; habitaculis
ſub tecto & ocioſe uiuere coactis: q ante puro aeri: & aperto aſueti erãt: huiuſq; rei
auctorem fuiſſe q ſuſcepto bello multitudinẽ ex agro in urbẽ cõpuliſſet: nec ullo
opere tãtũ numerũ hominũ exerceret: ſed inſtar pecudũ ab inuicẽ corrũpi ſineret/
nec cõmutare ſe unq̃: aut reſpirare pateretur. His igitur ſanãdis/hoſtibuſq; repri-
mẽdis cũ adiecſſet animũ: C. & L. naues cõpleuit: multiſq; & fortibus ciuibus
in eas ĩpoſitis nauigare iã properabat. Ee res cum optima ſpe cõfirmaret ciuiũ
animos/nõ mediocrẽ hoſtibus formidinẽ tãta potẽtię mole alatura erat. Iãq; pa-
ratis inſtructiſq; nauibus/ſuã triremẽ Pericles cõſcẽderet: ecce ſolis defectio ĩcidit
inductiſq; tenebris attoniti oẽs ueluti magno quodã tecto prodigio aĩs cõcide-
rũt. Cũ igitur gubernatorẽ perterritũ atq; aĩmi dubiũ ĩtueretur Pericles/ſublatã
ad eius faciẽ oppoſuit clamidẽ/uelatiſq; luminibus/rogauit nũc qd hoc horrẽdũ
aut horride alicuius rei ſignũ putaret. Abnuẽte illo/qd igitur ĩtereſt ĩqt aut quid
diſta: hoc ab illo/niſi quod maius quiddã ẽ Clamide/id quod nũc tenebras agit.

Verum hęc in philosophorum scholis disputantur : Itaq; auectus classe Pericles : aliud nihil uidetur gessisse tanto apparatu dignum : sed cum sacram Epidaurum obsedisset : ac iam breui deditionē factura uideretur : de spe magna peste inualescente deiectus est : quę repente exorta non ipsos modo Athenienses : uerū etiam si qui modo aliquo ad exercitū propius accessissent, contagione necabātur. Ex hoc infēsos sibi Athenienses lenire, speq; addita animis excitare atq; erigere nitebatur. Haud tamen sustulit iram, neq; ab incepto furore reuocauit : priusq̄ sumptis in manū suffragiis : abdicandi eum imperio & pecuniis multandi permissa potestas est : quā multa quinq; & decem talenta qui minimam scribunt. quinquaginta qui maximā : fuisse tradunt. Ei causę scriptus est accusator : ut Hidomeneus testatur : Cleon : ut autem Theofrastus : Simmias. Ponticus autē Heraclides Lacratidam fuisse asseuerat : publica igitur inuidia ipsa ira ueluti Aculeo in illū una cum plaga dimissa a multitudine celeriter desitura uidebatur. Verum pręmebatur domesticis incommodis, quod enim necessariis : diuturna dissensione laborātibus : ex iis non paucos peste amisisset. Nam maximus natu filius eius Xātippus, & ipse natura improbus : & uxorem iuuenē & profusam nactus Isandri Epilici filii filiam : patris diligentiā & parsimoniam ęgre ferebat quod sibi parce nimis & exiliter sumptus suppeditaret. Mittēs igitur ad quēdā ex paternis amicis : Periclis nomine argentum accepit. Quo in posterū repetēte, Pericles litem reiecit ad filium. Quare adulescens Xantippus difficultate maxima circumuentus : in patrem maledicta coniicere : & primum domestica eius studia ad irrisionem efferre : sermonesq; quos cum sophistis conferebat. Vt cum Epithimius Thessalus equum in acie iaculo interemisset : cum Pithagora diem totum consumeret in perquirendo, utrum iaculum, aut qui iaceret aut ii qui pręmia ponunt, rectius mortis causa iudicandi sint. Ad hęc & uxoris calumniam a Xantippo Stesimbrotus ait in multitudinem diuulgatam esse, atq; omnino insanabilem usq; ad extremum uitę hanc adulescenti cum patre simultatē mansisse. In ea enim peste cum incidisset in morbum Xantippus interiit. Defuncta est etiam Periclis soror : ex affinibus quoq; complurimi : & ii quidem quorum opera in rep. plurimum iuuabatur. Nunq̄ tamen fatigatus est : sed illā animi magnitudinem inuictam semper a calamitatibus infractamq; conseruauit. nec eum flere aut funus ducere, aut ad sepulturam alicuius necesse accedere quisquā aspexit unq̄ : priusq̄ Paralo esset orbatus : qui ei ex legittimis filiis reliquus esset. In hoc autem inflexus animo parumper tolerare tamen suo more nitebatur : & solitam grauitatem & constantiam retinere. Coronatus etiam cum mortuo filio interesset : aspectu ipso doloris magnitudine superatus est. Nam & flebilem edidit uocem & uim lacrimarū emisit, cum nihil tale unq̄ in reliqua uita fecisset. At ciuitas multos ad bellum duces experta : multosq; oratores : cum nullus nec grauitate nec auctoritate idoneus esset uisus : cuius fidei tantum imperium committendum foret : Periclemq; ipsum summo desiderio ad tribunal pretorium reuocaret : męstus atq; exanimatus domi iacens : Alcibiade aliisq; amicis suadētibus eo se contulit. Sedatis plebis concitatis in se temere motibus : conuersus iterum ad rem. p. capessendam : pretorq; designatus : auctor legis de nothis arrogandę fuit : quam ipse antea tulerat : nec omnino successoris inopia familię nomen & genus deficeret. Quę uero ad legem spectant : ita se habuerūt Pericles

cum in re pu. maxime floreret multis ante temporibus filiosq legittimos haberet: ut diximus. Legem tulit: solos Athenienses haberi qui ex duobus Atheniensibus nati essent. Postea uero quã Rex Egiptiorum quadraginta milia medimnorum frumenti dono Atheniensibus misit: oportuit per eum ciuibus diuidi: permulta sunt igitur nothis ex ea lege exortę accusationes: quę tunc quidem latuerunt: contemptiq sunt. Sed multi horum delatores in posterum extiterunt. Qui igitur damnati iudicio reddere coacti sunt: haud multo pauciores quinq milibus fuerunt. Reliqui qui Athenienses iudicati in rep. manserunt: quatuordecim milia & quadraginta inuenti sunt. Quare perindignũ uidebatur: legem quę in tot homines ualuisset: nunc ab eo ipso rescindi qui tulerat: sed pręsens fortuna domus Periclis afflicta: qui ueluti contumatię elationisq suę pęnas luisset: flexit Atheniensium animos existimantium ipsum numinis iram perpessum: humana ope subleuandũ esse. Itaq cõcesserunt sibi ut filius nothus in genus ascriberetur: eiusdemq illi nomen esset. Atqui hunc quidẽ posteriori tempore in arginis cum nauali pręlio deuicisset Peloponnenses; populus una cũ cęteris ducibus interemit. Ac uidetur tunc quidem pestis non ui repentina illa ac uehementi Periclem cepisse: qua cęteros: sed quę remisso quodam & tenui morbo per uarias mutationes prouecta longius sensim paulatimq conficeret corpus & elationem animi superaret: Itaq Theophrastus in suis libris: quos de morali philosophia edidit: dubitans: nũquid circa animos uertantur mores & actu corporis doloribus a uirtute desciscant tradit Periclem cum langueret ex morbo amico cuidam: qui eum uisendi gratia adierat: incantationes quasdam pendentes collo a mulierculis alligatas ostendisse: ut apparet hominem pessime animo affectum fuisse: cum eiusmodi insanias perferebat: cumq iam esset ad moriendum uicinus circumstantes principes ciuitatis atq ex amicis ii qui supererant in mentionem illius uirtutis uenerunt: quanta extitisset metiebãtur res gestas: tropheorum numerum recensebant. Nouies enim uictor pro patria tropheum statuerat. Atq hęc quasi illo nihil audiente: sed priuato omni sensu inter se loquebantur. At ille sui adhuc compos omnibus adhibuerat mentem: & in medium locutus inquit se admirari: si hęc in eo maxime laude digna & memoria ducerent: quorum fortuna sibi partem uel maximam uendicaret: & quę multis iam ducibus contigissent: quod autem maximum & pulcerrimum esset omnium silentio preterirent. Nemo enim inquit Atheniẽsis propter me nigram induit uestem. Vir igitur admiratione dignus non solum mansuetudine & clementia: qua se turbulentissimis temporibus: magnisq offensionibus prestitit: uerum etiam ob eam animi sententiam qua erat: si quidem ex suis rebus pulcherrimam putabat esse in tantis opibus imperii: nihil neq inuidię unq̃ neq iracundię concessisse: neq in aliquem precipit inimicum crudelem se pręstitisse. Ac mihi quidem uidetur cognomentum illud pręclarum ab adulescentia sibi inditum: hanc unam rem potissimum: mite eius ingenium ac uitam in licentia castissime integerrimeq uersatam uerum atq uacuum ab inuidia reddidisse. Quemadmodum deorum genus quod bonorum causa sit malorumq innoxium; dignum ducimus rerum omnium potestatem atq imperium obtinere non ut poetę nos imperitis opinionibus perturbantes suis poematis capiunt: cum locum quem a diis habitari dicunt tutam & tranquillã

sedem appellent : ad quam neq; uenti neq; tenebrę aspirare queant : sed iocunda
serenitate & pura luce per omne tempus perpetuo illustretur : quod eiusmodi
uitę status & immortales beatos : maxime decore uideatur . In ipsos autē deos
autumant desidia|odia|inimicitias|iram|aliasq; perturbationes frequenter cadere
quę ne in hominibus quidem ut qui modo aliquid sapiāt possunt conuenire . Sed
hęc fortassis uideri possunt alterius disputationis esse . Igitur Periclem aduersa
tempora ciuitatis cognitum atq; optatum Athenienisibus tradiderunt . Nam
homines offensi potentia eius : ut sibi obscura atq; incognita|eo statim sublato e
medio : cum in aliis oratoribus ac ducibus fecissent periculum : confessi sunt in
elatione animi modestiam : in mansuetudine uero grauitatem natura esse non
posse . At illas in inuidiosas eius opes : dominumq; & tyrannum ab initio
nuncupatas : salutare pręsidium ciuitati fuisse apparuit : tanta post contagio :
totq; scelera in remp . inuaserunt : quę ille cohibendo deprimendoq; incurabilia
fieri licentia prohibebat .

TRADITUM EST A GRAVIBUS SAPIEN/
tibusq; uiris in conferendis muneribus non modo dātis
accipientisq; dignitatem : uerum etiam rei qualitatem
esse seruandam|atq; metiendam|nam si aut gladium mu/
lieri|aut speculum uiro elargiretur|aut ensem philosopho
uel multi indocto librum penitus inepti : atq; stulti ui/
deremur . Essent enim huiusmodi munera ab ingeniis
studiisq; hominum peregrina atq; aliena : & nulla animi
iocunditate|nullo emolumento accipientes afficerentur
Quare ineptissimum pene dicerem Appollinem natem delphicum : qui aureum
tripodem Socrati dandum iudicauit . Cum Socrates aurum & argentum ut
ferunt non amaret . Hinc est quod prudentissimus ille Vlixes cum ingenium
atq; studia Achillis percepisset : & uellet illum sub pannis muliebribus celatum
dignoscere : arcus & gladios licchomedis natis inter quos Achilles ignotus ad/
erat| pręposuit . Ego itaq; cum nouissem iam dudum uehementer te & religionē
& sapientiam : sine qua męstam lugubremq; uitam degimus|colere atq; studio
& suauitate legendi captum esse animo institui uitam Fabii maximi uiri claris/
simi & imprimis prudentissimi quam nuper latinam feci . d . tuę legendam tra/
dere : & nomini tuo clarissimo dedicare . Nam non parum fructus & utilitatis
exempla clarissimorum uirorum : q̃uis gentilium nobis afferre possunt . Hinc
est quod multi sapientissim uiri hystoriam uitę magistram appellauere : nam
longe difficile mihi uidetur hac tam breui ętate nostra : imperatorem rem bellicā
Senatorem remp . bene & prudenter administrare posse . Si clarissimorum ui/
rorum res gestas non perlegerit . Muitum plane ipsa pręcepta quę a doctissimis
uiris traduntur : permultum etiam multarum rerum usus nobis prodesse poterit|
si cum exemplis pręstantissimorum hominum coniunctus fuerit . Quis enim

est qui iustitię amore non ardescat? si Aristidem Atheniensem legat? Quis est qui animi libidinem non extingueret: atq castitatem coleret: si Alexandrum Darii filias mira & singulari pulchritudine ornatas accuratissime intactas ser/uauisse audierit? Quis legendo Fabritii fortitudinem non admiraretur & co/leret: qui neq auro neq terrore ingentis bestię a feroci Pirro sua animi magni/tudine dimoueri potuit. Nescio profecto quid sit quod magis aĩmos nostros ad colendas uirtutes trahere possit|q ipsa rerum gestarum cognitio. Quis est qui se omnino litterarum studiis non deuoueret? Si aut Platonem in Egiptum pro/ficiscentem studiorum gratia legeret: aut Appolonium Arabiam Syriam Persas Medos disciplinę causa potentem audiret: sed unde est q apud gręcos gesta & laudes clarissimorum uirorum conuiuiis canebantur: nisi ut ad uirtu/tes comparandas adolescentes prouocarent: hinc est q Demetrius Phalereus Ptolomeum Regem admonuit|ut libros in quibus boni regis officia scripta essent|nunq̃ e manibus dimitteret. Itaq Fabium maximum uirum clarissimũ legas obsecro. Tanti enim hunc facio prudentia aut fortitudine animi: ut uniuersos pęne Romanos antecelluerit. Quis dubitat nisi Fabium in summo illo labore ac periculo rem romanam seruauisse? Quem non ut prudentẽ tãtũ sed prope uatem omnium quę tunc euenerunt: romani admirabantur: Quod si Terrentius Varro uir temerarius consilio Fabii usus fuisset: nunq̃ Anibal tantam populo Romano calamitatem inflixisset: nunq̃ cannarum uicus: tot cadauera|tot funera uidisset: nunq̃ p. ro. stragem suorũ ciuium tanto questu luctuq deplorasset. Sed quid tanta cura Fabium laudare nitimur: sui ipsius res gestę: qualis in re. p. qualis in re militari fuerit a capite ut aiunt usq ad calcem diligentissime indicabant.

PERICLEM VIRUM INTER MEMORIA dignos connumeratum|ut accepimus Fabio compa/randum duximus. Ferunt una nimpharum hunc ge/nitum esse. Quidam uero Herculem apud fluuium Tiberim cum muliere indigna congressum habuisse asserunt: & Fabium uirum optimum|a quo familia Fabiorũ Romę initiũ habuit genuisse. Quidam autem priscos huius generis uiros ab agrorũ fossione fodios olim appellatos memorię tradiderũt. Sic enim hucusq fossę nuncupantur: & fodere dicitur. Deinde mutatis binis litteris Fabii cognominati sunt. Cum multi magniq uiri ex hac familia a maximo Rylao descendissent: et propter hoc maximum Romanis cognomi/nantibus Quartus erat Fabius maximus: de quo hęc scripturi sumus: Erat ei corporeum pronomen Verucossus q paruam carnis elationem innatam in superiori Labii extremitate habebat. Sed Onicula quod agnomen sibi erat: paruam pecudem significat. Nam cum puer esset a magnitudine & grauitate

morum : hoc nomen sibi uendicauit . Verum ex eo ꝙ quietē|atq; taciturnitatē
adamabat|& multo cū pudore pueriles uoluptates attigebat|& serius ac diffici-
lius disciplinas percipiebat . sese q; familiaribus facilem obsequentemq; prębe-
bat : intorporis atq; insipientię suspitionem minus domestici illius homines
ducebantur . Pauci erant qui animi sui innatam latentemq; constantiam : &
ęgregiā magnanimitatē cognoscerent . Verum extemplo indies rebus excitatus
id quod facilitatem iudicabant animi immobilitatem : timorem uero cōsilium
ingnauiam autem omnibus in rebus : & quod nihil ęgregie pręter cętera stu-
debat|constantiam|atq; grauitatem esse multis significauit . Nam cum anim-
aduertisset rei . p . magnitudinem|bellorumq; multitudinem : corpus ad rem
militarem tanq̄ sibi hoc innatū esset : exercuit : & eloquentię ad populū persua-
dendum quod maximum est uitę ornamentū atq; decus|se contulit . Non enī
promptus ad dicendum : neq; omnino ineptus natus erat : sed rude ingenium
atq; non satis mediocre acumen mentis natura eum induerat . Orationes suas
Tucytidi per quam similes fuisse asserunt . Nam eam habemus orationem lau-
datiuam quam post consulatum in funere filii ad populum habuit . Trium-
phos quinq; egit : sed primo deuictis Libicis triumphauit . Nam Libici ab
eo in acie superati multos ex suis amittentes ad alpes sese receperuntt : & miseri
ac rebus suis spoliati ab Italię finibus se cepere . Postq̄ Hanibal in Italiam ir-
rutus & primū apud Bebiā fluuiū dimicās uictor euasit|per Tyrrēnūq; agrum
prędando iter fecit : terrorem ingentem atq; trepidationem Romanis iniecit
prodigia partim Romę consueta ex fulminibus partim omnino extranea atq;
horrenda cecidere . Nam ex scutis sanguinē emanasse & metentes apud Antiū
cruentas spicas cecidisse : & lapidibus igneis atq; ardentibus aere pluisse rela-
tum est . Cęlum supra phalerios scindi uisum : & multas hinc sortes excidisse .
In quarū una|hęc erat scriptura . Mars sua tela quatit : Gaius uero flaminius
consul uir magno animo & glorię cupidus : magnis successibus antea audac-
ter consecutus : elatus nihil ad hęc trepidare . Qui cum a senatu reuocaretur :
pręter collegę sententiam ui facto impetu Gallos uicerat . Fabium autem pro-
digia q̄q̄ multa instarent : quod nulla inerat ratio minus flexerunt : & cum
paucitatem hostium ac rerum penuriam audiuisset : Romanos forti animo esse
adhortabatur : persuadebatq; ex eo ꝙ Hanibal exercitatum militem ad pluri-
ma bella haberet : minime cum illo manus conserendas esse : Verum socüs
pręsidia mittenda : & sic uires Hanibalis stantibus ciuitatibus infide populi
Romani per seipsas tanq̄ splendens flāma quę lenibus modicisq; fomentis
alitur infirmandis fore . Sed Flaminium in sententiam suam trahere Fabius
non potuit : dicentem non permissurum hostes Romę appropinquare : neq;
quemadmodum olim Camillus in Vrbe pro patria dimicaturū . Itaq; iussit
tribunos militum copias educere . Ipse cum in equo insederet : equo fremente
nulla manifeste cognita causa : mirabile dictu : inter currendū corruit in caput
Nec tamen sententia sua Flaminius destitit : sed ut prius consilium ceperat :
Hanibali obuiam exercitum ducere : apud lacum transimennum in etruria co-
pias struxit : Cum milites pręlia consererent terremotus factus est : & Vrbes
submersę : & cursus flumium sedes dimiserant suas|montium pręcipitia scissa
sunt . Quę prodigia & si tantopere seuirent : nemo tamen pugnantium illa per

tumultum acceperat. Ipse quidem Flaminius postq̄ multa facinora gessisset: & Roma & forti uiro digna: cum multis ex optimatibus oppetiit. Aliorum uero qui fugę terga dederant ingens est edita cedes. Quindecim milia homi-num eo die cęsa: totidem capta Flaminii cadauer quod propter uirtutē illius tumulo mandare atq; honestare cupiebat Hānibal inter mortuorum funera haud inuentum est: & ubi occultum iaceret omnino Hānibalem latuit. Ca-lamitas apud Trebiam suscepta: neq; per litteras imperatoris neq; per nuntiū Romę recte cognita fuit. Sed dubia|incertaq; opinio mentita est. Hanc aūt ut primum Pomponius prętor audiuit: conuocato populo: neq; ambages neq; captiones memorans. Inquit o uiri romani magno in pręlio uicti sumus exercitus perditus: castra direpta Flaminius consul in acie cecidit. Consulite igitur de uestra salute: hęc oratio apud tantum populum|quemadmodū mari-uis immanis uentorum incumbens ita ut torpore quodam mentes omnium occupauit: ita Vrbem perturbauit ut in tanto terrore consilia hominum ratio-nesq; non sufficienter. Sed ab omnibus tamen tandem in unam sententiam itum est: dictatorem designari opportere: qui fortitudine animi & sapientia cunctis pręstaret: hunc uero esse Fabium maximum uirum huic magistratui parem animi magnitudinem & morum grauitatem cum ętate habentem. Qui animū ad cōsilia|corpus uero ad robur in adolescentia instituit|& audaciā cum prudentia temperauit. Postq̄ in unum sententię omnium congruerunt: Fabius dictator designatus magistrum equitum Lucium minutium dicens primum a Senatu petiit: ut equo uti sibi dictatori liceret. Non enim antea equitare dictatori fas erat. Sed per quandam ueterem legem prohibitū fuerat siue q̄ maiores uires inesse ac pedes manumq; cōserere arbitrarētur & propter hoc imperatorem in Phalange permanere opportere: nec locum deserere|siue quoniam ad alia omnia tyrannica magnaq; sit principatus potentia: in hoc appareret dictatorem uolente populo indigere. Verum Fabius cum uellet im-primis principatus magnitudinem ac molem ostendere: ut magis obsequētes sibi ciues redderet: in unum collectus quatuor & uiginti lictoribus progressus est. Altero ex consulibus occurrenti per pręmissum ministrum iussit ut appa-ritoribus dimissis insignibusq; magistratus depositis sibi priuate obuiam in-cederet. Post hęc cum pulchre orsus esset: populumq; edocuisset|quemadmo-dum ignauia negligentiaq; aduersus numina|& non improbitate pugnantiū male dimicatum esse: exhortatus est suos haud hostes formidandos esse uerū diis honoris: propiciationisq; gratia hostias esse mactandas: non superstitione sed pietate Romanorum uirtutem ad audaciam reuocans: & deorum confi-dentia terrorem ex mentibus consolando propulsans. Tunc inspectis multis ex libris sibyllinis ubi rerum Romanarum secreta recondita erant: ferunt quędam ibi oracula inuenta esse: quę ad fortunas & ad res illas gestas confe-rebant: & id quod ibi cognitum erat: non licebat ad alterum loqui. Progres-sus dictator ad plebem uouit diis omnia eius anni caprarum|suum|ouium| atq; boum feta quę Italię montes planitięq; ac flumina & prata ea in regione educarent: se mactaturum fore: & trecenta xxx. tria sextertia: totidemq; de-narios pro museicis spectaculis faciendis in ipsa impensa se collaturum tertiāq; partem additurum hoc caput est: octo miryade drachmarum & drachmę

tria milia quingentę octoginta tres. & oboli duo : diligenter ad diuiſum huius
multitudinis oratione reddere perdifficile eſt. His qui ternarii numeri uirtu-
tem laudare uoluerit : quod natura perfectus eſt : & primus perfectorum :
principiumqꝫ multitudinis in ipſo eſt : & primas differentias ordineſqꝫ totius
numeri miſcens atqꝫ apte diſponens in ipſum reſummit. Cum igitur Fabius
ſententiam multitudinis circa rem diuinam compoſuiſſe iocundam ad futura
illam reddidit. Ipſe cum ſpem omnem uictorię in ſe repoſuiſſet tanq̃ deus
uirtute ac ſapientia rebus aſpiraret contra Hãnibalem iter intendit. Non eo
animo ut dimicare uellet : ſed ut tempore illius uires attritas redderet : & rerũ
copiam ad inopiam : & exercitus magnitudinem ad tenuitatem reduceret.
Vnde hoſtes proſequens per loca edita exercitum ductabat : & poſitis caſtris
tacitus conſedebat : dum uero illa mouebat : per loca montium cum exercitu
iter faciebat & tantum ſeſe Hannibali oſtendebat q̃tum ex loci intercapedine
ad pugnandum inuitus cogi non poſſet. Itaqꝫ hoſtibus tanq̃ pugnaturus eſſet
ea cunctatione terrorem incutiebat. Sic itaqꝫ tempora producentem Fabium
omnes aſpernebantur : & ſordida de eo in caſtris fama uagante hoſtes eum
magnopere formidantem : nulliuſqꝫ pretii eſſe arbitrabantur. Hannibal uero
multa audacia uirum eſſe Fabium cenſebat. Nam ſolus ille Fabii grauitatem :
atqꝫ ſententiam bellandi cognoſcebat : animaduertebatqꝫ multa arte : multa ui
illum ad conſerenda prelia alliciendum : res Cartaginenſium ad perniciem fu-
tura eſſet : cum iis rebus quas ad bellum portauerant, non dimicando uti non
poſſent, & homines ac res quibus egerent minuerentur : atqꝫ fruſtra conſume-
rentur. Itaqꝫ Hannibal omnia temptans, uerſanſqꝫ animũ huc atqꝫ illuc tanq̃
fortis athleta ad omne genus doli ac fraudis impellendi gratia Fabii ad con-
ſerendas manus : ut eum ad illud dimicationis traheret : quod preter ſecurita-
tem rationemqꝫ conſiliorum eius eſſet : uariis modis illum laceſſebat. At Fa-
bium prudentẽ forteqꝫ uirum nullo modo dolis fallere potuit. Sed Minutius
magiſter equitum homo ferox & importunus atqꝫ temerarius & lingua ĩmo-
dicus : qui ſtudium atqꝫ auram exercitus quem inſano impetu : & inani ſpe
impleuerat de Fabio turbulentos rumores efferebat. Qui in Fabiũ per con-
tationem maledicta torquebant : Hannibalis pedagogum appellabãt. Mi-
nutium uero magnum uirum & Romę dignum imperatorem predicabant :
Minutius magnus in elationem animi atqꝫ petulantiam ductus : illum per
montes copias ducentem tanq̃ pulchra & ęterna ſibi ſpectacula feciſſet : reſpi-
cere hoſtes Italiam ferro, igniqꝫ uaſtantes : ludibrio habebat. Qui amicos
Fabii interrogans inquit ſi in cęlum migraret Fabius : num exercitum tanq̃
habitandę terrę ſpe deiectus duceret : & nebula atqꝫ calligine tectus hoſtes
fugeret. Cum hęc ad Fabium per amicos relata eſſent : & perſuaderetur ut
potius pericula adiret q̃ infamiam tolleraret : reſpondit, formidoloſior quidem
nunc uiderer : ſi dum ſcomata conuitiaqꝫ timerem : a meorum ratione conſili-
orum diſcederem : ſi hic timor quoad patria turpitudine careat. Verum terror
qui ad gloriam hominum & calumnias falſoſqꝫ rumores attinet minime quidẽ
dignus eſt homine : huiuſmodi magiſtratum gerente : ſed eo qui ſeruit illis :
qui ipſum male imperare ac dominari ſentiunt. Poſt hęc Hannibal in errorẽ
incidit. Nam cum uellet longius a Fabio exercitum ſeducere : & in planicie

pabulo exhuberantem uenire : iussit repente post cęnam a ducibus in Casmatē agrum duci. Illi ab Latinorum nominibus propter Barbaricum ydioma abhorrentes ad Campanię fines ad Vrbem Casilinum exercitum Hannibalis ducunt : hanc Vrbem Alocronus fluuius : quem Vulturnum Romani uocāt per medium fluens diripit : hęc regio montibus circumsepta est : & ad mare uallis exitum aperit : hic circumfusus fluuius ex stagnis oriens profūdissimas harenas habens & ad mare rapido impetu profluit : huc cum Hannibal contendisset : Fabius cognitis uiarum gressibus ad fauces quatuor milia militum collocauit. Alio exercitu super alios colles pulchre disposito ipse cum leui/expeditaq; armatura in ultimos hostium irruens inusum exercitum disturbat : & ad octingentos trucidat. Qua ex re Hannibal cū uellet ex hac ualle copias eripere : cognito loci errore ac periculo duces in crucem substulit. Sed per hostes loco munitissimos ferto uiam facere diffidebat : nam cum trepida oīa undiq; ad superandos saltus existerent : & omnino erumpendum esset statuit artificiosa calliditate hostes circumuenire. Sed hoc huiusmodi fuit : cum duo milia boum ex agresti pręda colligenda iussisset/imperauit ut omnium ambobus cornibus faces ardentes ex aridis minutisq; uirgis colligarentur : deinde ortis tenebris : editoq; signo boues loca arta ad custodias hostium : & ad cacumina montiū ab illis quibus res demandata esset concitarentur. Ipse quod reliquum erat exercitus per silentium ducebat : boues uero acti quousq; ignis paulatim materiam exarsit : nullo impetu ferebantur. Quo factum est : ut in admirationem pastores ex montibus prospicientes ea flamma quę summis in cornibus fulgebat/traheret : tanq̄ exercitus sub uno multarum lampadum ordine progrederetur. Postq̄ uero exustis cornibus ignis carnem tetigerat : & in ustione uexati capita quassabant ad inuicemq; sese igne repleuerant : sine ordine gradiebantur. Verum anxii atq; exterriti cursu per montes dissipati ferebantur : & frontes summasq; caudas incensas habentes multum siluę : qua fuga inerat incendiis miscebant. Quare Romanis qui ad saltus insidendos montium dispositi erant horrenda spectacula pręhuerunt. Nam faces illis prospicere uidebantur q̄a discurrentibus passim hominibus comportarentur. Itaq; Romani multo terrore affecti : ne ab hostibus hinc atq; hinc circumuenirentur : ad maiora castra uenientes tumultuando pręsidia decessere. Interea summis montium iugis a leui Hannibalis armatura occupatis : reliquum exercitū multamq; prędam agens/intrepide montes conscendit. At Fabius ipsis in tenebris dolos persensit. Nam quędā ex bobus palentes in conspectū eius prodiere. Quare timens ipsa in nocte insidias : exercitū in acies redactū silentem tenuit. Postq̄ lux orta est : Fabius in ultimos hostium irruit : & per aspera iniquaq; loca magno cum tumultu pręlia miscuit : donec ab Hānibale missi Hispani homines leuissimo corpore celeribusq; plantis : & ad montes superandos actissimi clamore in grauem armaturam Romanorum irruunt : & magna edita cęde Fabium ad castra concedere cogunt. Tunc accidit ut turpes de Fabio rumores fabularentur : & per contemptionem haberetur. Nam cum non multum audacię uteretur in re militari tanq̄ consilio & prudentia Hannibalem expugnaturus esset : iis duabus rebus superatus/& astutia bellica uictus apparuit. Cum enim Hannibal uellet Romanorū iram magis contra

Fabium irritare: Postq̃ in agrum illius uentum est: omnia alia diripi ac in-
cendio corrumpi iussit. Quę autem Fabii erant tantummodo seruāda curauit
& custodias apposuit quę uim atq; ferrũ ignemq; a rebus Fabii propulsarent
his Romani relatis multum a tribunis populi de Fabio in contione ad plebē
inclamatum est Metellus suadēdo atq; irritando non propter inimicitias erga
Fabium: sed Minutii magistri equitum familiaritate ad honorem atq; gloriā
Minutii calumnias Fabii transferebat. Non parum etiam Senatus ira in eum
afficiebatur: accusans pacti conditionem quam de captiuis cum Hannibale
habuerat. Nam conuenerat inter Romanum: plenumq; ducem, ex captiuis
uirum pro uiro commutare: & qui plures reciperet q̃ redderet: pro quolibet
drachmas quinquaginta & ducentas solueret. Postq̃ igitur compertum est
dictatorem quadraginta: & ducentos plures captiuos recepisse q̃ dedisse:
Senatus pactam mercedem pro redemptione persoluere noluit: sed Fabium
accusauit quod inutiliter & inconsulto Senatu homines qui hostium pręda
ex ignauia facti essent redimeret ciuium iram equo animo tulit. Sed cum sibi
pecuniarum inopia esset: & fidem erga Hannibalem uiolandam non censeret
& ciues captiuos haud deserendos putaret: filium Romam legauit, pręcepitq;
ut uenditis agris argentum e uestigio in castra ad eum expectaret: uenditis
ab adolescente uillis acceleratoq; ad patrem reditu: ad Hannibalem redemp-
tionis promissam mercedem legauit: captiuosq; recepit. Postea multis pecu-
niam restituere uolentibus illam penitus renuit atq; dimisit. Post hęc romam
sacrorum causa accitus dictator Minutio exercitum tradidit: & non modo
imperauit: uerum etaim multis admonitionibus atq; precibus egit: ut cum
hostibus prelium miscere non auderet: hac oratione nequaq̃ persuasus inimi-
cus repente animum ad pugnandum applicuit. Cum Hannibalē magna cũ
parte exercitus frumentatum esse profectum aniaduertisset ad reliquos irruēs
usq; ad uallum ingenti edita strage: omnibus terrorem obsidionis iniecit: &
ab Hannibale recollecto exercitu tutus in castra sese recepit: seipsumq; īmensa
iactatione atq; audacia extollebat. Confestim fama ipso facinore maior Ro-
mam aduentauit. Fabius hac re accepta inquit magis secunda Minutii se
pertimescere. Populus uero hoc successu elatus animo in forum letus concur-
rebat. Metellus tribunus plebis orationem ad populum habens Minutium
laudibus extollebat. Fabium uero non ignauię sed proditionis accusabat.
Necnon ex aliis primos ac potentiores quod bellum ad populi interitum
protraherent: increpabat, inquiens urbem statim in Monarchiam liberam atq;
impunem futuram: Hannibalemq; propter rerum immorationem uires
aucturum: qui tanq̃ Italię dictionem haberet: rursus indies ex libia alterum
exercitum suscepturum. Fabius progrediens nulla in re dicta tribuni plebis
diluere curauit. Sed inquit q̃ primum sacra esse celebranda: ut exercitum re-
peteret & inimicitias pro neglecto imperio q; in iussu suo pugnauerit: pęnas
lueret. Ingens in populo his uerbis tumultus ortus est tanq̃ ipse Minutius in
discrimen mortis futurus esset. Nam licebat dictatori hominem in uinculis
coniicere: & condemnatum necare. Pręterea arbitrabantur animum Fabii
ex multa mansuetudine dimotum: durum atq; inexecrabilem futurũ. Quare
alii timore affecti silentium agebant: Metellus uero auctoritate tribunatus:

nam solus hic magistratus designato dictatore auctoritatem suã aliis amitten-
tibus retinebat: multis precibus populum cohortabatur/ne Minutium dese-
reret: neq; ea pati sineret: que Mallius torquatus filium subire coegit/quem
re bene gesta coronatum securi percuti iussit. Se Fabii tyrannidem abolere cu-
raturum: & pericula Minutii propulsurum aiebat. Romani hac oratione
persuasi de abrogando Fabii imperio nihil audere: & si de Fabio feda fama
in uulgus dissipata fuisset. Sed Minutium dictatori imperium agendum bel-
loq; administrandum pari auctoritate equante: quod antea Rome nemini
unq̃ acciderat. Deinde post cannensem calamitatem hoc iterum actum. Nam
tunc cum in castris dictator preesset Marcus Iunius: & cum in Vrbe opus
esset ordinem senatorium repleri: quod multi in bello Senatores ceciderant:
alterum dictatorem creauerunt Fabium Bulconem: hic postq̃ ad bellum exi-
uit: numerum hominum recensuit atq; Senatores inde mortuoꝝ loco suffecit/
eademq; die lictores amittens sese inter turbam admiscuit: & ad negocia per-
agenda cum suis dispensatoribus tanq̃ priuatus in forum se cõtulit. Minutio
ad parem imperii portionem designato opinio erat Fabium tumultu acturum
esse: ac uehementer miserum fieri: quod meum haud recte iudicatum fuisset.
Sed non suam calamitatem esse censens illorum insitiam sapientis Diogenis
animum se induit: qui quoddam ad eum dicente hi te risu prosequuntur.
Inquit at ego minime rediculus sum: cum arbitrer solos illos ridiculos esse
qui alios rideant & qui huiusmodi rebus moueantur. Sic Fabius equo aĩmo
semper tulit ea que contra eum agebantur: mentem sibi philosophorum fin-
gens: qui sentiunt nulla iniuria uirum probum atq; studiosum affici posse.
Sed eum propter rem p. temeritas populi qui formidabat de salute Minutii
in samentis libidine conserende pugne: cruciabat. Fabius pertimescens ne
Minutius oĩno demens gloria: atq; elatione quid mali ageret: clam omnibus
ex Vrbe ad castra discessit. Qui postq̃ in castris se se recepit: Minutio uolenti
mutuis uicibus equatum imperium agere/haud cessit. Sed illud optimũ ratus
exercitum cum eo diuisit: ut solus ille non summam imperii sed partem reti-
neret. Ipse primam & quartam regionem suo sub imperio aduocauit: Mi-
nutio autem pariter diuisis sociorum presidiis/secundam ac tertiam impartiuit.
Cum Minutius propter equatum sibi summum imperium spiritus extolleret
& quodammodo Fabii dignitatem per se delusam putaret: Fabius Minutiũ
monuit: si recte saperet arbitraretur non aduersus Fabium sed contra Han-
nibalem sibi bellum constare. Si uero cum collega dimicaret/sibi persuaderet
quanq̃ Fabium uinceret atq; male afficeret: non tamen ciuibus uicisse: & glo-
riam consecutus fuisse uideretur: cum salutem ipsorum contempsisset. Ille
uero hec ironiam esse seuilem putauit. Qui sortitum exercitum accipiens pri-
uatam diuisamq; militiam agebat. Hannibal haud ignarus harum rerum
insidias tendebat. Erat tumulus quidam medius inter castra Romanorum
atq; Penorum ad occupandum facilis: & occupatus castris presidium erat:
& ad omnia congruus: hinc subiecta planicies propter nuditatem longe pro-
spici poterat: habebat uero quasdam fossas aliasq; concauitates. Quapropter
hac facilitate occupandi Hannibal tumulum occupare neglexerat. Sed ut di-
micandi opportunitas in eo esset in medio illum reliquit. Postq̃ cognouit

Minutum a Fabio seiunctum noctu per latebras tumuli quosdam ex militi-
bus disposuit colles occupaturos : ut illuxit dies aliquot palam mittit qui
Minutum circa hunc locum ad pugnam prouocarent : quę res pro sententia
Hannibalis euenit . Primum Minutius leuem armaturam : deinde equites
procedere iussit : postremo animaduertens hostibus qui erant in tumulo sub-
sidia ab Hannibale mitti : structis omnibus legionibus procedit & fortiter
atq; equo marte cōtra hostes in tumulo pugnauit : donec Hannibal postq̄ ratio
agende rei & tempus conueniebant q; latera nuda insidentibus ille pręebat:
signum aggrediendi insidiatoribus edidit : dato itaq; signo una insurgunt in-
sidię & clamore incursantes postremosq; trucidantes ingenti turbatione ac
terrore Romanos opprimunt . Minutius cum lustraret oculis omnes duces
locum in acie reliquisse & desperata salute in fugam sese uertisse : omnis animi
sui ferocia concidit . Numide iam pugna superiores per planiciē undiq; dis-
currentes dissipatos Romanos trucidant . Cum tanta calamitate Romani la-
borarent : periculum minime Fabium latuit . Sed cū uideretur futuris rebus
auxilia esse pręstanda : legiones in aciem struxit : curauitq; quo in loco belli
fortuna esset cognoscere : sed non per exploratorem : uerum ipse pro uallo oīa
speculabatur . Vt animaduertit dissipatas Romanorum copias : & undiq;
ab hoste circumuentas ingenti clamore suspirans coxamq; pulsans ad suos
inquit o Hercules celeri q̄ ego expectabam : tardius uero q̄ Minutius accele-
rauerit seipsum perdidit : cum iuxisset signa statim efferri : & milites sequi ex-
clamauit : nunc o milites quicunq; Marcum Minutium memoria tenet/cur
sum properet . Est enim cum splendore tum patrię amore uir pręstantissimus
Si autem sua celeritate in aggrediendis hostibus erratū est : aliud succensendi
tempus habendum . Itaq; primum discurrentes Numidas per campum fero-
citer fundit fugatq; deinde contra eos qui a tergo Romanos insectabantur
irruens obuios trucidat . Reliqui priusq̄ caperentur : ac se effunderēt inclinata
acie diffugiunt : Hanibal cum perspiceret suorum fugam uideretq; Fabium
strenue ęgregieq; inter Penos pugnantem : supra ad Minutium in tumulo
pugnam cohibuit : & receptui dato signo Cartaginenses in castra reduxit .
Necnon a Romanis libenter tentoria sua repetuntur . Ferunt Hannibalem e
pugna descendentem loquentemq; de Fabio ad suos iocando dixisse . Nonne
ego uobis pędixeram sepius hanc nubem quę his in montibus sedebat tem-
pestatem & procellam nobis oblaturam ? Confecto prelio Fabius omnia hos-
tium cadauera spoliauit : atq; discessit/& aduersus collegam nihil superbe : nihil
moleste pędicauit . Minutius conuocatis militibus suis huiusmodi orationē
habuit . Viri conmilitones nihil errare magnis in rebus maius quoddam est
q̄ sit pro natura humana . Sed boni sapientisq; uiri est : si ipse errauerit in re-
liquum tempus doctorem se sibi asciscere . Ego itaq; parum fortunā accusans
fateor circa res magnas laudem uersari . Quę enim per tāntū eui non percepi
exigua pars diei me monuit . Nam cum minus idoneus sim aliis imperare :
opus mihi est alteri parere : nec illos uelle uincere a quibus pulchrum esset
superari . Vos cęterosq; sub imperio dictatoris militia agere decet . De officio
autem quod erga nos Fabius contulit : ipse dux ad agendas gratias futurus
sum : primumq; meipsum pębiturus ad eius iussa atq; imperium subeundū

hoc cum dixisset motis signis : sequentibus omnibus ad castra Fabii exerci/
tum ductauit . Ingressus uallum cunctis admirantibus : atqꝫ ambigenribus
ad tabernaculum prętorium contendit & pro temptorio positis signis Fabi
um egredientem eius parentem magna uoce compellat . Milites quoqꝫ mil/
tum patronum dicebant . Nam hęc erat ea appellatio qua seruati homines
erga eos quibus salutem comparassent utebantur . Facto silentio|in hęc uerba
Minutius sermonem instituit : Binam o dictator uictoriam eodem die ingēti
cum gloria comparasti fortitudine quidem hostes|prudentia ac probitate col/
legam uicisti . Quaꝝ altera nos seruasti : altera superatos docuisti turpi pugna
ab illo : a te autem & uirtute & salute uictos . Quare cum digniorem appel/
lationem non habeam optimum patrem te appello . Quoniam maiora in me
merita sunt tua : q̃ ea quę a patre acceperim : ab illo enim uitam dumtaxat : a
te uero salutem una cum his accepi|his dictis Fabium amplectitur|hoc idem
milites facientes adinuicem obsculabantur . Itaqꝫ gaudium atqꝫ suauissime la/
crime castra occupauerant : Deinde Fabio magistratum deponente|consules
rursus designantur . Ex his primi spetiem belli quam ille instituerat seruaue/
runt : nam sociis pręsidia ferentes : defectionesqꝫ prohibentes cum Hannibale
manus in acie non conserebant . Terrentius uarro consul designatus : obscuro
genere ortus : uita autem sedictione populari atqꝫ petulantia insignis uideba/
tur : confestim rerum imperitia atqꝫ temeritate pro reꝝ summa talos iacturus
in contione enim proclamauit : bellum eo usqꝫ duraturum|quousqꝫ ex Fabiana
familia imperatores crearentur : ipsum uero eodem die : & hostes uisuꝝ esse
& illos expugnaturum : his dictis maiorem exercitum q̃ per cętera superiora
tempora lustrauit atqꝫ conscripsit . Nam octo & octuaginta hominum milia
ad bellum parauit : hęc res magnum terrorem Fabio omnibusqꝫ prudentibus
prębuit : nam si talis exercitus perderetur : nunq̃ sperabant rem p . spirare
posse . Qua propter collegam Terrentii Paulum Emilium : uirum bello ęgre/
gium peritumqꝫ sed populo non probatum : qui terror multitudini erat prop/
ter damnationem quandam contra eum publice factam|Fabius admonuit :
ut illius insaniam increparet : nec minus certaminis cum collega quam cōtra
Hannibalem sibi futurum existimaret . Nam in aciem descendere uelle : est
eius qui suam uirtutem non intelligit : & eius qui suam imbecillitatem cog/
noscit . Mihi inquit o Paule maior fides prestanda est de rebus Hannibalis
q̃ Terrentio . Quod si hoc anno in nullum cum eo certamen descendimus
ipse in Italia permanens : aut uires sua absummet auc fugam arripiet . Qui
& si nunc superior in bello uideatur : nemo tamen sibi concesserit : exercitus
autem quem ex Affrica portauit : uix tertia pars supersit : Ad hęc ferunt Pau/
lum dixisse : Ego quidem o Fabii si mearum rerum rationem consulo|sanius
mihi est hostium telis : q̃ iterum decretis ciuium accumbere . Verum si huius/
modi loco rem p . sitam habemus dabo operam pro uiribus : ut potius pro
cupiditate animi tui : q̃ pro uoluntate cęterorum omnium qui de sententia
tua descisunt : officium probi imperatoris perficiam : Hoc animo Paulus ad
bellum egressus est . Terrentius uices imperii per dies cum illo sortitus : cum
Hannibal apud Aufidium fluuium : castra haberet prope cannas : orto die
extemplo belli signum extulit. Nam erat rubea quędam uestis supra consulis

temptorium protensa. Quare Cartaginenses prospecta imperatoris audacia & copiarum multitudine cum ipsi haud ad medium numerum attingerent: principio ingenti trepidatione perculsi sunt Hannibal iubens exercitum arma capere: ipse eques cum paucis ex quodam humili tumulo hostes: qui iam legiones in aciem struxerant speculatur, cum quidam ex iis qui circa ipsum erāt uir haud inglorius: cui nomen erat Giscon diceret: admirabilem sibi uideri hostium multitudinem: contrahens faciem Hannibal: inquit alterum uidisse te puto hoc admirabilius quod e memoria tua excessit: Interrogante Giscone quid illud esset! Respondit Hannibal: quod inter hos tot homines: nemo sit qui Giscon appelletur: hęc scommata pręter opinionem accidentia omnes in risum milites coniecerunt. Qui e colle degredientes occurrentibus hos iocos recensebant. Itaq; multi in magnum risum iniecti sunt. Et qui circa Hannibalem erant nullo modo sese risu arcere poterant. Quare Cartaginēses cum perspicerent imperatorem eorum in periculo iocari: & rem paruifacere audaciores facti sunt. In bello conserendo Hannibal astutia militari usus primo locum ad pugnā aptiorem nactus: ita aciem struxit ut a tergo uentus sibi spiraret. Nam in morem ardentis fluminis flabat, rapidumq; puluerem ex patentibus torridisq; campis eleuabat: & super Cartaginensium phalāges ad ora Romanorum impellebat. Romani faciem percussi sese auertebant: deinde acies optimo consilio locauit. Nam milites fortiores bellicosioresq; in extremitatibus disponens: ipse cum debilioribus medium: ubi multi ex fortibus uiris pręerant tenuit: hoc agmine usus est q; multum ex alia phalangę pertinebat. Iusserat enī principibus: ut quādo Romani in hos impetū facerēt & ad medium intra phalangem uenissent: celeri conuersione irruerēt & retro Romanos sepirent atq; concluderent: hoc in agrum stragem edidisse uidetur Ham postq̄ Romanorum irruentium imperum medium ipsum suscepit, phalanx Hannibalis permutata aciei forma illam in cornua protendit, & ordinis duces uiri fortes Romanos partim scutatos, partim astatos inclinantes extēplo in Indas partes irruunt: & omnes quos in medio conclusos habuere trucidarunt. Fertur etiam equites Romanos in maximum errorem incidisse. Nam cum equus Pauli consulis sauciatus paulum in terram excussisset: eorū qui erant circa ipsum: nunc unus nunc alter ad terram descendebat, & relicto equo pedestri certamine Paulum protegebant: hoc cęteri equites cum intuerentur, tanq̄ dato signo omnes ad pedes ad conserendas cum hostibus manus desilierunt. Quod Hānibalem perspicientē dixisse ferūt, Malo hoc q̄ si uinctos mihi se traderent. Sed hęc ab iis qui curiosiores historias scripsere narrantur Ex consulibus Varro cum paucis equo deuectus: Venusiam Vrbem defugit Paulus autem in strage: atq; fuga illa multis uulneribus animum corpusq; confossus: tanta calamitate anxius in quodam saxo operiens hostem qui eum iugularet insederat. Sed habebat adeo sanguine oppletum caput: atq; ora ut a paucis cognosceretur, & amici ministriq; eius eum incognitum pręterierant. Solus uero Cornelius Lentulus adolescens nobilissimus cum eum uidisset: consulemq; esse cognouisset, ab equo ad pedes desiliit. Cui cum se adhereret: hortabatur illum: ut se ciuibus suis seruare uellet: & equum ascenderet: tunc pręsertim cum bono imperatore Romanis opus esset. Paulus haud pręcibus

Lentuli ſuaſus iterum illum lacrimantem equum aſcendere cogebat . Deinde
aſſurgens dexteram adoleſcentis amplexus nuntia inquit o Lentule Fabio
maximo : tuq; mihi ipſe teſtis ſis Paulum Emilium pręceptorum eius uſq; ad
mortem memorem extitiſſe : nec ullis in rebus ſibi promiſſis fidem uiolaſſe :
ſed prius a Varrone : Deinde ab Hannibale deuictum fuiſſe : hęc cum dixiſſet/
Lentulum dimiſiſſet : hoſtes dilapſum in eos paulum occidere . Ferunt in eo
prelio ex Romanis quinquaginta hominum milia cecidiſſe : uiuos autem
captos quatuor milia . Capti uero in ambobus caſtris poſt conflictum non
pauciores decem milibus fuere . Amicis hortantibus Hannibalem in tali
ſecunda fortuna : ut fugientes hoſtes proſequeretur : & Vrbem peteret : quoniã
quinto die a uictoria in Capitolio cęnaturus eſſet : admiranda profecto res eſt
qua oratione ab hac ſententia ſe auerterit . Verum fortunę uel dei cuiuſdam
opera : ac impedimento mora : & timor in hac re accidiſſe uidentur . Quare
barcham Cartaginenſem iratum aduerſus eum dixiſſe ferunt : uincere ſcis
Hannibal : uictoria uti neſcis . Sed hęc uictoria tantam rerum permutationẽ
prębuit : ut cum neq; Vrbem neq; portum neq; forum ante uictoriam Hanni-
bal occupaſſet/ & uix cũ labore prędãdo exercitũ rebus neceſſariis aleret/ & bellũ
nulla ratione gereret/ ſed tanq̃ prędo magno cũ exercitu erraret atq; diſcurreret
tunc parum affuit : quin omnem Italiam in ſuam dictionem redigeret . Nam
plurimi magniq; populi poſt cannenſem calamitatẽ ſponte ad eum defecerunt
& Capua cuius nomen poſt Romam inter Vrbes maximum erat/ in ius dic-
tionemq; ſuam redegit . At non ſolum dicebat amicos ut Euripidis inquit nõ
paruum malum : ſed etiam prudentes imperatores experiri . Nam id quod
ante bellum in Fabio timiditatem dicebant atq; ignauiam : poſt dimicationẽ
ſtatim non humanum conſilium ſed diuinum quid ex mente illius profectum/
quod futura pręſagiſſet : quę uix credibilia ad ferendum erant : eſſe apparuit .
Vnde Romani cum ſubito reliquum ſpei in illo conieciſſent : & omnia Fabio
tanq̃ ſacro numini crederent : primam ac maximam illius cognoſcendi pru-
dentiam occaſionem habuere . Quemadmodum in Gallica calamitate cõtigit
Nam ille qui illis temporibus nihil poſſe uidebatur : timidus deſpectuſq; ap-
parens nunc omnibus cęteris in maximo luctu maximoq; animi merore oc-
cupatis : ſalus per Vrbem miti inceſſu grauiq; aſpectu gradiebatur/ & humana
appellatione plantus : conuentuſq; fęminarum quę in publicis uiis publici luc-
tus gratia conuenerant : cohercebat : & Senatus ut congregaretur/ magiſtratus
ut confiderent hortabatur in eum ut fortem & probum exiſtentem omnis
principatus oculos referebat . ad portas qui egredientem turbam prohiberẽt
cuſtodias diſpoſuit : & complorantibus locum tempuſq; aſſignauit . Iubens
licere cuiq; ualenti intra ſuum limen per triginta dies ſuos luctus agere/ exinde
omni luctu Vrbem ſoluit atq; purgauit . Cum per eos dies feſta Cereris inſta-
rent . Sanius eſt omnino ſacrificia pompamq; dimittere : q̃ magnitudo cala-
mitatis paucitate ac merore conuenientium accuſaretur . Nam ſacrificium illud
gratum erat/ ſi a letis hominibus celebraretur . Omnia quę aures deorum pla-
candorum uel prodigiorum propulſandorum gratia perſuaſerat/ confecta ſunt
in delphum enim Appollinis conſulendi cauſa pictorem augurem Fabii cog-
natum legauerunt : ex duabus ueſtalibus uirginibus in ſtupro depręhenſis

altera sub terra pro consuetudine uiua obruta est : altera sibimetipsa mortem consciuerat. Sed longe prudentem & mansuetam Vrbem existimamus ꝙ consuli Varroni ex fuga redeunti ꝙ turpius atq; infęlicius q̃ unq̃ alter rediret hu-
mili mestoq; : ad portas Senatus populusq; salutatum obuiam incessit. Opti-
mates primoresq; ex senioribus inter quos erat Fabius facto silentio Var-
ronem laudauerunt : ꝙ de salute rei publice post tantam calamitatem non de-
sperauisse : uerum pręsenti animo usus de salute ciuium curam suscepisset. Postq̃ Romam acceperunt post pugnam Hannibalem ad reliquam ytaliam diuertere : resumptis animis exercitum atq; imperatores contra Hannibalem misere. Marcellus enĩ ut de eo legimus strenuitate atq; aĩmi elatione clarus erat & ad conferendas manus promptissimus : ac tali informatus natura : quales pręsertim uocat Homerus in impetu : congressuq; bellicosos atq; superbos hic contra Hannibalem primus audenti animo pręlium conseruit : Fabius uero qui erat eodem animi consilio : quo antea q̃q̃ nemo cum Hannibale in aciem descenderet : atq; eum prouocaret sperabat illum per se indies suas uires attri-
turum ac quemadmodum athleta qui labores corporis laboribus aggerat suũ robur amissurum. Vnde Possidonius refert hunc a Romanis clipeum : Mar-
cellũ uero gladium uocitatum. Sed commixto Fabii consilio : & cuntatione cum audacia atq; promptitudine Marcelli salutem Romani inuenere. Mar-
cellus cum Hannibali sępe ut torrens occurreret illius uires frangebat ac dissi-
pabat. Cum etiam haud furenti morte in illum irrueret : fugere cogebat : & tandem in tantam rerum indigentiam impulerat : ut bello fessum reddiderit : Fabium uero non pugnantem Hannibal timuerat : nam plurimum temporis cum iis quandoq; prętoribus quandoq; proconsulibus bellum habuit ipsoꝝ enim uterq; quinquies consulatus functus est. Sed Marcellum in quĩto eius magistratu insidiis interceptum hostes interfecere. Fabium autem cum Han-
nibal omni fraudis genere & conatu prosecutus esset : frustra omnia egit : nisi ꝙ semel paululum affuit : quin eum punica arte intercepisset. Nam simulatas epistolas nomine principum Metapõti ad Fabium misit : ꝙ si ipse adesset ur-
bem sibi fore illos daturos : & eos qui hanc rem acturi essent expectare illum ut aduentaret & proprius cum exercitu appareret : his litteris cõmotus Fabius assumpta copiarum parte noctu iter ingreditur : deinde cum minus secũ-
dum auium habuisset augurium pedem retulit : & paulo post litteras ab Han-
nibale ad eum dolo scriptas animaduertit : cognouitq; illum sub Vrbẽ insidiis consedisse. Verum ab hac fraude Fabium fuisse seruatum deorum beniuolẽtia factum esse quidam arbitrabantur. Rebelliones uero Vrbium defectionesq; sociorum prohibendas placandasq; esse mansuetudine ac miti oratione Fa-
bius censuit : neq; omnem suspitionem accusare : atq; omnino omnibus sus-
pectis molestum esse. Cum animaduertisset militem quendam Marsum & fortitudine & genere inter socios primarium defectionis accusari : a quibusdã qui erant in castris : nullam in illum egit animaduersionem : sed cum sineret se pręter dignitatem neglectum iri nunc inquit duces ad gratiam iniendam potius accusantur : q̃ pro eorum uirtute honores impartiantur deinde illum accusauit ꝙ nulla in re officium eius exposcebat : hęc cum dixisset acerrimo equo aliisq; muneribus illum ornauit. Quare exinde uirum sibi fidelissimum

ſtudioſiſſimumqꝫ effecit. Abſurdum enim ducebat: ſi equi & canes uenatici propter hominum curam atqꝫ familiaritatem: uictumqꝫ potius q̃ uerberibus aut catenis difficultatem & acerbitatem; feritatemqꝫ deponerent: imperantes uero hominibus non gratia & manſuetudine rebelles animos hominum ſibi conciliarent. Aſperiora profecto: uiolentioraqꝫ ſunt ea quę agricolę agunt de caprifico ac piraſtro oleaſtroqꝫ. Nam has arbores in oleas ficuſqꝫ: ac piros domeſticas fouendo ac blandienda conuertunt. Alterum militē genere Leucanum cohortum principes accuſauerunt: ꝙ ex caſtris ſe ſubripiens ſępius ex ordine diſceſſerat: hos Fabius interrogauit qualem hunc hominem eſſe animaduertiſſent: approbantibus omnibus ꝙ haud facile talis miles alter eſſet. Narrantibus etiam eius quaſdam res geſtas: claraſqꝫ uirtutes: cum Fabius cauſam ſcrutaretur: cum de ordine diſcederet: comperit hominem ancillę amore captum eſſe: illamqꝫ magno cum periculo longis itineribus ex caſtris petiſſe. Itaqꝫ dimiſſis quibuſdam qui mulierculam comprębenderent: eam in tēptorio abditam recondidit & Leucanum ad ſe accitum benigne appellat. Nō te fugit inquit quod pręter leges ac mores Romanos multotiēs e caſtris noctu diſceſſeris. Sed antea bonum fuiſſe uirum haud oblitus es: errores igitur tui cum rebus abs te bene geſtis recompenſentur: ſed in futurum aliis in rebus te obſeruabo. Itaqꝫ eductę ex tēptorio mulierculę dexteram admirantis iuuenis dexterę coniunxit. Inquitqꝫ hęc nobiſcum in caſtris apud te propius manebit Tu autem ita efficies: ut appareat hanc adeſſe niſi propter aliam quandā improbitatem hinc diſcedas. Sed huius amore e caſtris te diſcedere ferebatur: hęc de iis apud hiſtoriam ſcribentes ſcripta comperio. Vrbem Tarentinā quę proditione capta fuerat: hoc modo recuperauit. Quidam adoleſcens Tarentinus: qui Tarenti ſororem ſui amantiſſimam fideliſſimamqꝫ habebat ſub Fabio militabat: hanc uir quidam Brutius quem Hannibal pręſidio Vrbis pręfecerat adamabat: hoc in maximam ſpem rei conficiendę Tarentinum hominem coniecit. Conſenſu Fabii ſimulata ad ſororem fuga ad Vrbem diſceſſit. Primis diebus cum illa hanc rem latere fratrem putaret: uir Brutius ſeſe ab illius congreſſu quieuerat. Deinde adoleſcens ſororem alloquitur: profecto magnus rumor eſt inquit: tecum quendam ex potentibus magniſqꝫ uiris cōgreſſum habere quis nam hic eſt? Si gloria & uirtute ut ferūt inſignis eſt bellū omnia miſcens generis claritatem oſtendit. Sed nihil turpe quod neceſſitas ſuaſerit: uerum fęlicitas quędam eſt: eo tempore quod iuſtam habeat infirmitatem moderate deſiderata re potiri: deinde mulier uirum Brutium accerſiuit: fratremqꝫ eius illi cognitum reddidit: ille cum ſtatim animum ſuum apperuiſſet & maiori beniuolētia ac māſuetudine q̃ antea Barbaro ſororé prębuiſſet: illum ſibi magna fide in ſententiam ſuam traxit. Quare cum Barbarus ſumma quiete amore ſuo potiretur: allectus ſpe magnorum munerum quę nomine Fabii pollicebantur: mentem militandi ſub Hannibale comnutauit: hęc de his rebus a plurimis ſcriptoribus traduntur. Quidam uero mulierem eius amore Brutius ille deperibat: non Tarentinam ſed Brutiam fuiſſe tradunt. Quę cum Fabium alloqueretur: ut cognouit & notum & conciuem eſſe Brutiorum principem tunc Fabium certiorem huius rei feciſſe quidam tradūt & cum in colloquium ſub muris ueniſſet: hominem perſuaſiſſe: remqꝫ uerbis

transegisse : his peractis uolutans animo Fabius : qua arte Hannibalem castris
longius abire impelleret : militibusq; qui in regio oppido erant iussit, ut per
litteras in Brutium agrum incursionem facerent : & per agrum Caulonium
pro uiribus irruentes cum octo milibus militum agros hostiles inuaderent :
transfugas uero multos secum ducerent : & ex Sicilia a Marcello male hono-
ratos & ignauosq; homines : quibus parum doloris ac detrimẽti Vrbs capere
posset si necarentur, summeret. Sperabat enim iis tanq̃ esca obiectis Hãnibali
ipsum a Tarento habiturum : quod ita contigit. Celeriter enim Hãnibal illuc
cum exercitu aduolauit. Sexto die Fabio Tarentinos obsidente : adolescens ad
Brutium alloquutus cum sorore noctu ad eum uenit. Et locum cuius custodię
Brutius pręerat ante Fabius prorumpere uolebat : multa cum diligentia spe-
culatus Fabius tamen non securus a proditione : illuc cum paucis ueniens si-
lentium egit. Reliquum quod erat exercitus ad muros terra mariq; magno
clamore atq; tumultu irruit : donec plurimis Tarentinorum illuc defendendę
Vrbis gratia concurrentibus : Brutius Fabio signum dedit : appositis scalis
superatisq; muris Vrbs capta est : hic uidetur Fabium haud liberaliter rem
gessisse. Nam ut obscurum esset : per proditionem Vrbem cepisse : iussitq;
primum Brutios interfici : hac re gloriam suam minus splendidam effeci : &
in perfidię & crudelitatis nomen incidit. Multi ex Tarentinis etiam abiere.
Triginta milia hominum bona a militibus direpta : delata autem in erarium
talenta tria milia omnibus aliis rebus direptis : cum scriba Fabium interro-
gasset quid de aliis iuberet : sic picturas statuasq; appellans inquit : deos Ta-
rentinis iratos dimittamus. Verum tamen ingentem statuam Herculis Ro-
mam delatam in Capitolio constituit, iuxtaq; ymaginem eius equestrem ex ęre
locauit, qua in re Marcello admirabilior apparebat. Sed ut scriptum est in re-
bus ab eo gestis, multomagis illa ostendebant illum mansuetudinis & huma-
nitatis admiratione dignissimũ, Hãnibalem ferũt quĩquaginta stadiis procul a
Tarento castra posuisse : & aperte quidem dixisse Romani alterum Hãnibalẽ
habent : Vrbem Tarentinam ea arte qua cępimus admisimus : priuatim etiã
ad amicos in hęc uerba sermonem habuit. Iam antea Romanorum fortunam
aduersam grauem etiam prospexi. Nunc tales in Italia imperatores habent ut
impossibile esset nos bello superiores euadere. Fabius clariorem primo hunc
secundum triumphum sibi comparauit : qui tanq̃ fortis athleta cum Hãnibale
bellauit : & res ab illo gerendas ut nodos ansasq; nondum ad perfectionem
sui deductas resoluit : nam Hannibal partim propter delitias atq; diuitias
suas uires dinumerat : partim uero obtusus ac fractus insuetus certaminibus
fuit cum Hannibal Tarentum occupauit. Marcus Lucius pręsidii pręfectus
arcem tutatus illam seruauit : quousq; Vrbs a Fabio recuperata est : hunc glo-
ria Fabii merore afficiebat : hinc fuit q; quandoq; apud Senatum inuidia &
ambitione allectus inquit non Fabium sed ipsum recuperati Tarenti causam
extitisse : Fabius ridens : uera pręedicas inquit. Nam nisi tu Vrbem amisisses
ego illam non recuperassem. Romani aliis etiam in rebus Fabium multo
splendiorem effecerunt : & filio eius Fabio consulatum demandauerunt : qui
cum magistratum iniisset : & quędam ad bellum disponeret : pater siue propter
senectutem & imbecillitatem : siue ut filium experiretur : equo insidens per

occurrentes & circumstantes proficiscitur : adolescens procul hoc intuens rem
minime tulit|sed ad eũ lictorē misit qui iuberet equo desilire : & patrem pedes
incedere : siqua in re sibi magistratu opus esset : hęc iussa alii moleste ferentes
Fabium tanq̃ indigna glorię suę patientem tacite intuebantur : Fabius repente
ex equo desiliens|& celerius q̃ pedetentim filium mansuete petens & salutans
amplexansqꝫ bene inquit o fili sapis agisqꝫ : cum imperii dignitatem ac mag-
nitudinem amplificandã curas : sic nos maioresqꝫ nostri ro. imperiũ auximus
& liberos nepotesqꝫ nostros sic alimus|ut semper patrię amplitudinem latiorē
efficiant. Ferunt quidem Fabii proauum|qui gloria & potentia Romę floruit|
quinquies consulem fuisse| & clarissimos triumphos ex maximis certaminibus
egisse : & filio cõsulatum gerente legatum ad bellum uenisse : in triumpho au-
tem alter quadriga inuectus est : alter in equo. s. Fabius exultans cum aliis
cõsequebatur : quoniam filii dominus ciuium uero maximus erat. Sed illum
aliis in rebus admirabantur. Nam cum filius eius diem suum obiisset. pro
dignitate sapientis uiri : & optimi patris calamitatem modestissime tulit. Ora-
tionem laudatiuam quam in funere clarissimorum uirorum haberi usurpatum
erat : ipse in foro pro filio habuit : & scriptam protulit. Postq̃ Cornelius Sci-
pio in yberiam missus Cartaginenses plurimis pręliis fugauit & multas gētes
multasqꝫ Vrbes|splend:dissima spolia referens in ius ac in dictionem populi
Romani redegit : omnis superiores imperatores beniuolentia ac gloria in re-
ditu superauit. Cum consulatum gereret : animaduerteretqꝫ magnas ab eo res
gestas a populo spectari contra Hannibalem exercitum ductare|priscum ualde
antiquumqꝫ arbitrabatur. Quare cum statim agrum Cartaginensem libicũqꝫ
armis & milite compleuisset ad depopulandos agros : & bellum ex Italia in
hostilem regionem reiicere animum applicuit : & in hanc sententiam toto ani-
mo populum prouocauit. Tunc Fabius in maximum terrorem iniiciens ci-
uitatem ꝙ imperito adolescenti maximum atqꝫ ultimum rei p. periculum de-
mandaretur : cum neqꝫ uerbis neqꝫ factis pepercisset : ciues in uoluntatem suã
conuertit : & Senatum quidem persuasit|populus autem opinabatur Fabium
inuidia secundarum rerum Scipionis ductum illi refragari : timereqꝫ si Scipio
quid ęgregium gereret |uel bellum Italia eiceret|uel omnino hostem expugna-
ret ne ipse ignauię ac mollicię : ꝙ tamdiu rem bellicam administrasset|accusa-
r:tur : Fabius in principio magnopere sollicitus ut permultum rei p. saluti
prospiceret contra Scipionem sentire|uidebatur. Sed magis apparebat quod-
ammodo bellum longius protrahere|& propter ambitionem ac glorię certamē
ne laudes Scipionis excrescerent obstare. Qui Crassum collegam Scipionis
adhortabatur ne Scipioni cederet :·sed si uideretur ipse in Libiam cum exercitu
traiiceret Qui cum non permisisset Scipioni belli causa pecunias erogare| Sci-
pio coactus ad inueniendas pecunias ipsemet sibi ex ciuitatibus Tyrrenis
priuatim per familias mutuando congregauit. Crassus partim ex eo ꝙ toga
pręstantior q̃ armis erat : partim ex eo ꝙ Pontificis maximi magistrtum ge-
rebat domi se continuit. Iterum aliam rationem impediendi Scipionē iniens
Fabius|iuuenes qui cum illo profecturi ad bellum erant ne proficiscerentur
effecit. In Senatu & in contionibus exclamans ꝙ non solum ipse Scipio Hã-
nibalem fugeret. Verum etiam reliquum exercitũ sũmens|ex Italia enauigaret

& iuuenibus ingenti spe persuaderet : ut parentes & uxores atque Vrbem cuius portas hostis in superando uincendo obsideret desererent : hęc cum diceret ingentem Romanis errorem iniecit. Romani sanxerunt Scipioni licere tantummodo copiis quę erant in Sicilia uti : & trecentos milites ex iis qui essent in Hispania fidelissimos sibi optare : his in rebus Fabius rem p. pro uoluntate sua administrauit. Postquam Scipio exercitum in Libiam portauit : & statim Romam fama de rebus ab eo bene splendideque ac magnifice gestis aduolauit & de multis spoliis in testimonium rumoris & de capto Numadum rege, & de duobus exercitibus sub uno tempore igne combustis cum ingenti hominum atque equorum armorumque clade sermo efferebatur. Carthaginenses autem orantes Hannibalem per legatos accersebant : ut dimissis Italię rebus infectis domum copias auxiliaque reportaret : & Romę Scipio in ore omnium esset : Fabius nullam habens aliam occasionem : animo consilia agitabat alium imperatorem qui Scipioni succederet designare : admonebat enim periculosum esse huiusmodi res unius hominis fortunę committi : difficile nanque eundem imperatorem semper bona uti fortuna posse aiebat. Sic multis tanquam homo difficilis siue inuidia motus : siue quod omnino iam senectute confectus nihil auderet atque speraret refragabatur & plus quam deceret Hannibalem extimescebat. Nam cum ipse Hannibal nauigando Italiam destruxisset, non permisit eam letitiam quietam & influctuosam haberi. Sed eam rem in summum discrimen esse diceret : Vrbem ingenti molestia repleuit : grauius enim ante Carthaginem in Libiam contra ipsos Hannibalem irruiturum & exercitum iam calido sanguine imperatorum dictatorumque, ac consulum Madentem Scipioni occursurum. Quare his sermonibus ciuitatem iterum perturbans dum in Lybia bellum esset arbitrandum propius Romę terrorem inesse aiebat. Sed paulo post cum Scipio Hannibalem dimicando superasset & ingentes illi spiritus depręssisset, calcassetque diruta Carthagine in maiorem letitiam, maioremque spem ciues suos coniecit, & profectu imperium multa tempestate concussum iterum firmauit. Fabius uero maximus ante finem belli diem suum obiit : neque deuictum Hannibalem accepit, neque magnam stabilemque secunda fortuna patriam aspexit. Sed per ea tempora quibus Hannibal ex Italia in Lybiam traiecit morbo uexatus interiit. Epaminundam quidem Tebani propter paupertatem eius publica impensa tumulo condiderant. Nam eo moriente nihil domi compertum est pręter ueru ferreum. Fabium uero Romani haud publice sepulchro mandauerunt, priuatim autem quilibet paululum nummorum contulit : non propter indigentiam sed tanquam moriente populi parente : ut honore gloriaque pro dignitate uitę suę in obitu efficerent.

CATO SENIOR QVIBVSDAM STRENVVM hominem audacemqꝫ laudantibus inquit: in rebus bel-
licis differre. plurimi uirtutē dignā existimare: & nō-
multi faciendam uitam putare quidem. Cum apud
Antigonem itamus qui corporis aduersa ualitudine la-
borabat militaret, interrogatus a rege, que causa palloris
esset: respondit quandam esse egritudinem incognitam.
Postquam rex liberalitate quadam motus, ac magnificē-
tia, iussit medicis ut siqua essent remedia ad sūmas eum
curarent. & bone ualitudini restitutus est: nō amplius impetu ac ardore ani-
mi in certamine pericula aggrediebatur. Quare Antigon hanc mutationem ac-
cusare atqꝫ admirari. Sed uir ille cum minime causam celaret. o rex inquit tu
me minus audacem effecisti: ꝙ iis malis liberum reddidisti: quibus a me uita
contemptui habebatur. Preterea apparet uirum quendam deliciarum calumnia-
torem dixisse, spartanos non multa facere oportere in bello, cum tot laboribus ta-
liqꝫ dieta liberarentur: sed diuiciarum cōtemptores: quia delicias ac mollicies ob
honesti studium atqꝫ cupiditatem despiciunt, in re uidentur uitam despicere. &
mortem minime timere. Lacedemones uero ut Epygrāma ostendit & uiuendum
libenter & moriendum sed utrunqꝫ cum uirtute censebant. Hii enim dicunt mo-
riturus sum: neqꝫ uiuere neqꝫ mori pulchrum arbitrātes: sed hoc utrūqꝫ prospici-
endum putantes. Non enim quis accusandus ꝙ mortem fugerit: si uitam haud
turpiter concupiuerit, neqꝫ laudandus ꝙ illam pertulerit si uitam contempserit.
Vnde homerus fortes uiros atqꝫ bellicosos, pulchre armatos producit ad pugnam.
gręcorum autem legum latores hominem scutum proicientem pena afficiunt: qui
uero aut gladium aut hastam minime. docentes potius nauandam esse operam
nequid mali paciatur: ꝗ hostes repellere. & hoc presertim & ciuitatis & exercitus
ducis officium est. Si enim ut Epycrates diuidit manibus pedites similes sunt.
pedibus uero equites. ipsa phalanx pectori & thoraci capiti autem imperator
non se solum tueri dux uidebitur, sed uniuersum exercitum. Sic etiam econtra.
Vnde Callicratidas, & si ceteris in rebus magnus, nō bene tamē aduersus uatē ser-
monem instituit. cum ipse multis precibus oraretur: ut se ea morte caueret, tāquā
hostiis preostendentibus inquit non in unius morte sparte salutem esse positam.
nam cum pugnaret Callicratidas unus erat. necnon cum nauigaret militaretqꝫ:
Cum uero esset imperator uices omnes in se habebat comprehensas. quare non
unus erat cum exercitus curā imperiūqꝫ haberet. Verum melius Antigon senex.
qui cum circa Andrum nauale ageret bellum. dicente quodam multo plures
hostium naues esse. me autem inquit aduersus quot oppones? ut decet magni-
ficans ipsum principatum, prudenter & cum uirtute ordinatum. Cuius primum
munus est seruare cętera omnia seruantem. Itaqꝫ pulchre Thimoteus. qui cum
quinqꝫ ostenderet Atheniensibus cicatrices: quasdam pro patria in corpore ac-
ceptas, clipeumqꝫ hasta transfixum. Ego inquit perumltum erubesco qui mihi
samum obsidenti pro se sagitta cecidit. que uero erga me non tanquā ducem tanti

exercitus|sed ut adolescentem egit. Vbi enim imperatoris periculum magnũ fert momentum hic pro uiribus & manu & corpore utendum. dicendũq; ualedicen/tibus sic decet bonum imperatorem esse|& presertim in senectute. Si autem non senex sit senem mori. Vbi uero res parum processerit|& re male gesta omĩa pereũt nullus rationem rei geste in periculo imperatoris requirit. Mihi uitam Pelopide & Marcelli qui & magni fuerunt uiri|& strenue in bello obiere: scribẽti: hęc pre/loqui decuit. Nam cum in consecrandis manibus fortissimi essent|& clarissimis imperiis patriam honestassent. & cum terribilibus hostibus dimicauere. Nam hic Anibalem uirum insuperabilẽ ut dicitur primus infugam uertens|& hic La/cedemonios duces terra mariq; in acie uincens uiros principesq; uehementer secũ/dum tempora expetebãt. Quapropter nos eorũ similitudinem secuti in scribẽdo ad inuicem comparauimus. Pelopida Hippidi filius Thebis quẽadmodũ Epa/minunda genere nobilis fuit. qui nutritus in magnis diuitiis|domum in iuuẽ/tute splendidam sumens|indigentibus auxilium suum prestitit. & sibi pecunias| non se pecuniis seruire ostenderet. Ex multitudine quemadmodum Aristotelis inquit quidam eo q; paruis uilibusq; rebus mentem intendunt non sibi uirtutis quidam autem semimẽtes opesq; dilapidantes luxuriose abutuntur. Hi enim as/siduam uoluptatibus prestant operã: illi negocii nunquã uacui sunt. Cęteri igi/tur Pelopide gratiam habentes liberalitate & humanitate eius utebantur. Solus ex amicis Epaminundas haud adduci potuit: ut diuitiarum particeps fieret: Ipse uero fingali ueste & tenui mensa usus in partem paupertatis illius descendit: & circa labores impiger fuit. In re militari sine dolo gloriã adeptus: quẽadmo/dum Euripidis Capaneus: cui uita longa erat|sed minime propter antiquas di/uitias superbia utebatur|se habuit. Erubescebat enim. si appareret uti pluribus circa corpus q̃ ille qui minima apud Thieanos possideret. Epaminũdas cui pau/pertas & familiaris & paterna erat|uitam a principio in solitudine degens phi/losophię operam tribuens|angustiorem illam fecit leuioremq;. Pelopida ex clara nobiliq; uxore filios habuit. sed non tamẽ questui pecuniisq; eo intentius studuit & cum uniuersum tempus reip. operã impenderet. diuitias diminuit: amicis monẽtibus atq; dicentibus|eum tanquam necessario pecunias paruifacere neces/sario per Iouem Nicodemo huic ostendit claudum quendam esse cecumq;. Erãt quidem ad omnem natura uirtutẽ similes. nisi q; pelopida gymnasio uti magis gaudebat. Scientie autem & litterarũ studiis plus operis impendebat Epami/nũdas. Hic palestra. uenationeq;. ille audienda magis philosophia afficiebatur. Quibus cum multa ad gloriam pulchram utriq; existerent: nihil tamen gloria dignũ sapientes existimauerunt in ipsis esse. q̃ fuerit irreprehensibilis beniuolen/tia atq; amicitialquę a principio ad finẽ usq; per tot certamina. per tot reip. ad/ministrationes|atq; imperia firme stabilesq; permanserunt. Siquis Aristidis atq; Themistoclis & Cymonis & Periclis|& Aniri Alcibiadisq; politicã contemple/tur: quantũ differentie & inuidie ęelotipie inter eos haberent: & respiciat rursus Pelopide erga Epaminundam honorem beniuolentiamq;. rectioremq; horum q̃ illorum concordiam|ni in potestatibus atq; imperiis iudicabit qui potius ad in/uicem q̃ cũ hostibus certantes excellentia inter ipsos pugnauerunt. Causa huius certaminis erat uirtus|propter quam nõ gloriam|non diuitias|ex quibus grauis & cõtentiosa nascitur inuidia|ipsis operationibus ambiebãt. Sed omẽs ab initio

amore quodã diuino tenebãtur . uidere fuit sub ipsis patriam splendidam mag-
namq; tanquã suis ęgregiis facinoribus notata opera esset . Multi putãt magnã
inter eos ortam amicitiam beniuolentiamq; fuisse : exeo ꝙ simul in mantinea me-
rere ubi una cum Lacedemoniis adhuc amicis sociisq; existentibus presidio ex
thebis misso, rem militarem agebãt . Nam cum in eodem ordine inter milites ad
inuicem essent : & contra Archades pugnarent : ut uidetur . Cumq; Lacedemoni-
orum cornu iuxta eos stetisset, ac multorum fuga facta esset : ipsi sese irruentibus
hostibus opposuerunt : suosq; protexerunt . qua in pugna Pelopidas septẽ uul-
nera aduersa suscepit . & inter multa, tum amicorum, tum hostium cadauera de-
fluxit . Epaminunda & si eum mortuum putaret, tamen ut corpus atq; arma re-
cuperaret progressus est . & periculum solus contra multos adiit, statuens potius
mortem obire q̃ Pelopidã iacentem deserere . cum hic iam male se haberet, & tum
in pectore spiculo . tum in brachio ex gladio uulnera accepisset, ab utroq; cornu
spartanorum rex agipolis auxilium ferẽs, ipsos ambos ex insperato circuiuit atq;
redemit . Post hęc cum spartiani, amicos sociosq; Thebanorum se simularent, &
ciuitatis factum ac potentiam prospicerent . oderentq; uehementer Hismenie &
Androclidis societatem : cuius particeps Pelopida esset ꝙ amica & popularis esse
uidebatur . Archia . Leontidas & Philippus uiri & principatu, & diuitiis, clari,
sed nihil modestum sentientes, Phynide Laconico persuaderunt, ut electis copiis
celeriter thebanam arcem, quę cadmia nuncupabatur occuparet . & illis qui eis
obuersarẽt sub Lacedemoniorum dominio eiectos principatum reip . in paucoꝝ
arbitrio constitueret . Cum ille persuaderet, non expectantibus thebanis illũ irru-
iturum : thesmophoris existentibus, occupata arce hismenia captus, & in Lacede-
moniam ductus : paulopost interfectus est . Pelopida ferenitus . & androclida tũ
multis fugam arripientes in exilium abiere . Epaminunda uero qui parui existi-
mabatur in urbe remansit : Nam ex eo ꝙ philosophię operam impendebat tanq̃
nil agens, propter paupertatem tanq̃ impotens habebatur . Postq̃ Lacedemonii
Phynidam a principatu abdicauerunt, & x . milibus dragmarum puniuerunt, in
arce tamen disposito presidio, cęteri omnes gręci hanc absurditatem admirati sũt .
cum auctorem rei pena affecissent : operationem autem approbauissent . Theba-
norum uero remp . oblitterassent : & sub seruitutẽ ab Archia & Leõtide traducta
nulla spes delende tyrannidis superesset : Cum quia Spartanorũ potentia munita
& inexpugnabilis erat, tum quia illi qui terra mariq; domĩarentur expellẽdi erãt .
Leontida cum accepisset Athenis exules uitam agere, & multitudinis beniuolẽtia
susceptos, honore apud honestos uiros bonosq; affici : illis clam insidias tendit .
& homines incognitos misit : qui Androclidam incautum interfecerunt . Qua-
propter Lacedemoniorum nomine litterę datę Atheniensibus : quibus orabãtur
neq; illos suscipere, neq; concitare uerum exules tanq̃ publicos hostes sociis factos
expellere . Athenienses pro eorum consuetudine, innataq; humanitate thebanis
nulla iniuria affectis, suum officium prestiterũt . ex eoq; unacum populo redi-
erunt : sanxeruntq; siquis Atheniensium aduersus tirannum per agrum boecium
arma ferret : neminẽ ex boeciis bellũ audire aut prospicere . Pelopida & si iunior
esset priuatim & publice apud omnes exules sermonem instituit . inquit neq; ho-
nestũ esse neq; pium patriam sub seruitute constitutã prospicere . & ipsos exules
qui solum p̃riam seruari & liberari cupiant, Athenis propter decreta pendere .

seruireq; illis qui dicendi | & persuadendi facultatẽ haberent . qui uirtutem audaci/
amq; Trasibuli in medium exempli gratia adducens | inquit : magnis rebus ag/
gredienda pericula .ut queãdmodũ ille ex thebis antea profectus tyrannos Athe/
nis deleuit | sic per ipsos rursus ex Athenis discedentes thebas in libertatem esse
restituendas . Postq̃ hęc persuasit | amicos qui thebis remanserant : quid aggredi/
endum statuerint | clam certiores faciunt. Hac ab illis laude data Caron ut erat uir
clarissimus domi se copiam facturum pollicitus est . Philida operam nauauit : ut
Archia & Philippus cęteriq; polemarchi pro Scriba eum sumerent . Epaminũda
iuuenes Lacedemoniorum qui magna audacia erant uerberibus afficiebat : nam
iussit quosdam ex Lacedemoniis in gymnasiis luctari . deinde cum aĩaduertisset
inter uincendum superbo animo esse . uerberibus multabat ut magis demũ ipsũ
seruarent : si per ignauiam illis seruirent quos tantum uiribus superarẽt . Die cõ/
stituta ad rem aggrediendam uisum est exulibus fenicum quosdam congregare | &
in locis athenis thnasio permanere . paucos autem ex iunioribus periculi aggre/
diendi causa ad urbem proficisci . Si uero isti quid mali ab hostibus paterentur |
cęteris omnibus cure esse : ut neq; filii neq; parẽtes rebus necessariis carerent . Pe/
lopida primus rem subiit | deinde melon . Andemoclides . & Theopompus | uiri
primũ familiares | qui ad inuicẽ pro gloria & fortitudine semper certatĩ sese habu/
erunt . in cęteris uero amice fideliterq; . Qui duodecim penitus existentes | salutis
qui relinquebant: & nuntio Caroni premisso : canes uenaticos | retiaq; ferentes: ne/
cui eorum qui interambulandum obuiam darentur suspitionem inicerent | sed di/
uisi erant . uenariq; uiderentur . Clamidati inceptum moliũtur iter . Postq̃ ad ca/
ronem nuntius uenit | monuitq; iter ingressos esse Caron haud rei pondere tene/
factus | nulla in re sententiam animi sui mutauit . Sed cum uir forti animo esset |
domũ prebuit . Ipposthenida quidam non malignitate nature | sed patrie exuliũq;
beniuolentia affectus . uerum homo non ea audacia | q̃ & res & imminentia tẽpora
expostulabant . tanq̃ stupefactus ac mente alienatus | pro magnitudine certamis
quod iam in manibus erat : haud cũ ratione conueniens | nec intelligeus ꝙ quo/
dãmodo principatum Lacedemoniorum fluctuãtem | necnon potentiam quę illic
pendebat destruerent . si dubie spei exulum crederet : domũ repetens ex occulto
quendam amicum ad melonem Pelopidamq; mittit: quibus persuadebat in pre/
sentiarum ab incepto resilire. & meliora molliora q; expectãtes tempora Athenas
discedere . Lidoni nomen erat nuntio : qui cum domũ de industria ad ipsum di/
uerteret | & equũ duceret | frenum peciit . negante muliere se daturam : primo
exortis iurgiis : deinde cum pergeret maledicere : inquit illum ipsum & mittẽtes
in malã rem abire . Cum multũ diei Lido propter iram in his triuisset : & quod
acciderat malum omen existimaret . omisso itinere ad aliud agendum diuertit .
Interea eo rerum sũma accesserat : ut statim in principio ipsa oportunitas subter/
fugeret : Pelopida & qui cũ eo erant agrestiũ sumptis uestibus | per diuersas urbiũ
partes diuisim proficiscuntur : die adhuc existente : cum iam aer initium turba/
tionis ostenderet . spirarẽtq; flumina mirosa | & q̃plurimũ homines timore aquaꝝ
domos repeterent : minus cogniti erant . Ab illis quibus antea agendi negociũ
datum erat : data opera est . ut exules in domo Caronis cõuenirent . qui cum ex/
ulibus conueniret octo & decem fuerunt : quod ad tirannos attinet sic se habet .
Phillida ut diximus scriba conscius ac socius omnium : quę agebantur eo die

potationem quandam ac conuiuium : quod iam diu pollicitus erat : interueni/
entibus mulieribus archie . & ceteris Polemarchis Accitis Leonide & ypato in/
struxit . ut illos uentri & gule intentos uinolentesq; facilius aggrediendos irrum/
pentibus preberet exulibus : cum iam fere ebrietate tenerentur . quidā haud falsus
nuntius sed nullis certis inditiis aduentauit | monuitq; exules latere in urbe .
Archia : q̄q̄ impedire illum Phillida conatus esset | tamen quendam ex seruis ad
Caronem mittit : iubetq; suo nomine ut Caronem doceat : ad eum uenturum . Iā
uesperi Pelopida ceteriq; armis domi accincti stabant . Cum subito percussis fo/
ribus quidam accurrens iubente seruo Caronem ad polemarchos accedere intus
tumultu quodā omnes statim docuit . dicens negocium compertum esse : & mo/
rituros fore : nec ullū clarum facinus aggredi posse . Sed tamen omibus uisū est |
Caronē principibus obedire . ac ipsū sine suspitione prebere . Qui & si in aliis rebus
homo in aggrediendis periculis magna fortitudine & audacia consilioq; esset | tūc
illorum gratia tenefactus . ne aliqua proditionis de eo suspicio haberetur : si tot
talesq; ciues morte plecterentur secū angebatur . Cū igitur discessurus esset sump/
sissetq; ex Cyneceo filium | puerum pulcro robustoq; corpore : ac inter equales pri/
marios Pelopide ceterisq; pro obside prebuit . ut siquid doli aut proditionis in eo
cognoscerent nulla adhibita uenia pro hoste uterentur . multi lacrimas effundere
ea suspitione atq; fide | que in Carone erat . omnes autem moleste ferebant ꝙ adeo
timere uideretur . atq; tum sese angi : ut suspicaretur omino accusari . Itaq; roga/
bant ne filium ipsis admisceret sed longe ipsum exponeret : ut ille a tyrannorum
manu seruatus . ciuitati amicis uxoriq; superesset filium Caron minime censebat
seruandum . putabat enim nullam honestiorem esse salutem . ea inuiolata morte
quam unacum patre atq; amicis morentur . Postq̄ deos inuota uocauit ample/
xis omnibus fidens animi abiit . & seipsum sibi uendicans habitum oris uul/
tumq; in dicendo composuit . atq; firmauit | ut firmitate uocis dissimillimus iis
que perpetrauerat uideretur . Cū ad fores eius esset Archia | & Phillida . Archia
inquit | o | Caron quos audiui accessisse & in urbe latere | & quos ex ciuibus in re cō/
scios esse . Caron primū turbatus est . deinde interrogauit Archiam qui essent illi
qui in urbem profecti essent ? & qui illos celatos haberent ? & ostendens sermonē
Archie nil claritatis habere . ꝙ temere absq; alio iudicio suspicaretur inquit ui/
dendum ne quodam uano timore trahamini . Veruntamen rem haud negligēdā
esse . hec Phillida presens laudauit . & ea spe quedam mulieres uenture erant
Archiam ad potum reductum in multam rursus intemperantiā coniecit . Postq̄
Caron domū rediit | & uiros non tanq̄ uictoriam aliquam salutem ue spectantes
sed ut morituros gloriose accinctos | & multa cum hostium cede offendit . Pelopi/
dam res ut se habuerat docuit . apud ceteros autem quibusdam in rebus falsus
fuit . fingendo alia de re secum Archiam sermonem habuisse . Postq̄ prima peri/
cula euasissent | fortuna altera discrimina uiris adiecit . Nam quidam ex Athenis
nomine Archie ierophantis ad Archiam sui equiuocum atq; hospitem amicūq;
epistolam | non uanam suspitionem neq; fictam : sed clara omnia de iis que futura
erant | habentem ut postea cognitum est . detulit . tabellarius ad Archiam tunc
minime sobrium adductus . cum epistolam porrigeret īquit . is cuius uerbis ad
te hanc fero iussit ut q̄propere eā legeres . nam ex industria ac serio inscripta est .
Archia cū risisset . igitur inquit in crastinū diē | hec que industria & serio scripta

sunt differamus | & suscepta epistola illam sub puluinari deposuit. Ipse autē rursus Phillide de iis quę acciderant differenti attētas prębuit aures. Qui sermo in prouerbii loco usq; in hodiernam diem usurpatum est. cum iam mollissima oportunaq; tempora uiderentur. in duas partes diuisi rem aggrediuntur. Pelopida & Damoclida ad Ipatum prope habitantes petiit. Caron uero & Melon supra thoracem uestes muliebres induti ex abiete & pinu sumptis bene consertis coronis adulterias facie fictaq; Archię atq; Philippū adeūt. a quibus ubi ad portas Simposii uentum est: primū plausu tumultuq; facto | creditum est ab illis eas esse mulieres: quas diu ad se expectabant ituras. Postq̄ circum circa simposium cōspexerunt | obseruaueruntq; diligenter discumbentium quemlibet: per mensas & pocula strictis gladiis contra Archiam atq; philippum impetum fecere: & qui essent apparuere. Phillida quosdam astantium silere persuasit. Alios uero qui una cum Polemarchis defensionem agere conati sunt: per ebrietatem consurgentes non multa cum difficultate morti tradiderunt. Pelopidę & sociis res magno cum labore successit. Et enim ad sobrium grauemq; uirum Leontida uenientes: q̄ iam quieti & somno se dederat: portas clausas offendūt. cum diu fores pulsarent: nemine audiente: uix tandē experrectus seruus | ac descendens | postq̄ obices claustraq; hostii admouisset: unacum ipsa portarum reseratione congregatim irruentes | adducto seruo in talamum feruntur. Leontida coniectura quadam strepitus | ac rursus q̄ inerat | assecutus | e strato se corripit. gladiumq; stringit. sed Lichnos restiguere: & illos per umbras inuadere oblitus est. Itaq; in multo lumine contectus ad hostium talami ipsis obuiam uadit. Et primo Cephisodorū ingredientem uulnere conficit: deinde cum Pelopida manum conserit. & cadauere Cephisodon in limine iacente grauem | ac difficilem pugnam cōmiscet. introitumq; hostibus prohibet. Tandem a Pelopida uicto. interfectoq; Leontida. statum Pelopida & socii ad Ipatū abeuntes contra illum irruerunt. quem presentientem | statimq; ad uicinos se proripientem: sine obstaculo insequentes ceperūt necaueruntq;. hiis peractis cum ad Melonem cęterosq; se recepissent: Athenas ad exules qui ibi remanserant mittunt. Et ciuibus ad libertatem conuocatis | ac ablatis deceptisq; ex porticibus spoliis fractisq; tabernis | & officinis armamentariis: qui prope erant arma adeuntes ciues induūt. Epaminunda & Gorgida. collectis optimatum multis iuuenibus atq; senibus | cum armis auxilio ueniunt. uniuersa ciuitas cum iam suspensa esset. dubitaretq; quid tumultus ac discursus ad inuicem per domos multis luminibus significaret: Nondum in unū collecta multitudine. sed exterrita iis | quę agebantur. nihil clarum prospiciente ad lucem usq; expectatū est: unde cum subito Lacedemoniorum principes | neq; concurrere neq; congredi prospicerentur mortem obiisse apparuit: presidium arcis quod fere ex mille & quingentis militibus constabat | multis ex urbe ad arcem concurrentibus clamorem ignesq; ac turbam undiq; secedentem extimescens silentium egit | & ipsam arcem retinuit. orta iam luce exules ex Athenis armati aderant. populus autem in contione erat. Epaminunda & Gorgida Pelopidam socios a sacerdotibus coronas porrigentibus ciuesq; uocantibus ut patrie ac diis auxilium ferrent circundatos introduxerunt. contio conspiciendi gratia cum plausu erecta ac clamore surrexit. uirosq; tanq̄ benefactores | ac patrie liberatores suscepit: deinde Pelopida cum Melone & Carone boetię princeps electus | muro arcem ab

muro intersepire : propugnacula undiq; erigere iussit . conatus multo studio pri/
usq̃ exsparta aduentaret exercitus | lacedemones expellere . arcemq; libertati resti/
tuere . quod pro uolūtate sua successit . & uiros ad Megarum euntes | cum fide
publica tutos dimisit : donec Cleombroti in thebanos magnis copiis proficiscēti
obuiam darētur . Spartiate ex tribusuiris qui ex integro cōponende | renouādeq;
reip . gratia | thebis erant : ermipidam peremerūt : Tertius uero dysoariola multis
pecuniis mulctatus extra Peloponnesum relegatus est . has res gestas uirtute pe/
riculisq; ac certamibus uirorum rebus a Trasibulo gestis similes | simulq; a for/
tuna administratas sororem illius gręci appellauere .Non enim pro ipsa ueritate
dici posse uidetur : pauciores audacia & fortitudine plures potentioresq; ipsis su/
perauisse . & maiorū patrie bonorum causam extitisse . hanc rem gloria pleniorē
effecit mutatio rerum . Nam hoc bello spartanorum auctoritas extincta est . & q;
ipsorum principes terra mariq; expulsi sunt . ex ea nocte factum est : in qua Pe/
lopida non pręsidia | non muros | non arcem occupās | sed in domū xii . principū
quibus resp . seruiebat ueniens : scilicet per methaphoram : uerum loqui nodos
principatus Lacedemoniorum indissolubiles ac nullo modo credibiles apparētes
dissoluit . amputauitq; . Postq̃ Lacedemonii magno exercitu in boeciorum agro
impetum fecerūt . Athenienses tunc horrendi | a societate Thebanorū q; res parū
procedere illis uidebatur | destruerunt . Necnon in carcerem factiones boetiorum
coniecerunt : partim morti | partim exilio | partim pecuniis mulctantes . nemine
ipsis auxiliante . Pelopida & Gorgia boetię duces facti cum insidias pararent :
ut Athenienses rursus a Lacedemoniorum societate separarent . huiusmodi ma/
chinamenta moliti sunt . Sphodria spartanus nobilitate ac gloria belli insignis .
sed leuitate quadam ingenii notatus . Necnon ad nouas spes insane ambitione
intētus cū exercitu apud Thesias aberat : ut eos qui a Thebanis deficerent susci/
peret | atq; adiuuaret : hunc Pelopida per quendam negociatorem amicum | multas
pecunias | multaq; uerba ferētem hortatur : ut pireum a Thebanis non custoditū
ex insperato nudaret : atq; occuparet . quod si faciat Lacedemoniis Athenarum
capiendarum gratia nihil carius futurum . Thebanos autem qui pro hostibus ac
proditoribus habitos ab ipsis Atheniensibus nullum ipsis auxilium laturos .
Sed in hac re ut decet magnis in rebus minime mentiri : plus uerba q̃ pecunie
potuerunt. Tandem cum assensisset Sphodria : sumptis nocte militibus in agrū
acticū incursiones faciens | progressus est usq; ad Cleusinos . Illic enim militibus
timentibus ne difficile esset spartanis bellum suscipere : tum res iam turbulēta ac
comperta appareret . Ad thesbias secessit : dehinc ex integro promptissime cum
Thebanis Athenienses concertauerūt . & pro dominio maris pugnātes & circu/
circa euntes illos qui a gręcis deficiebant in beniuolentiam susceperunt . Theba/
ni per seipsos ubiq; in Boetia cum Lacedemoniis manus conserendo bellādoq;
pugnis non magnis | sed magno studio magnaq; exercitatione cōmissis | ad rēp .
animos irritauere . corporaq; laboribus tradidere . & experientiam consuetudi/
nemq; cum audacia & certaminibus consecuti sunt . Quapropter ferūt Antaclidā
spartanū | Postq̃ Agesilaus ex boetia uulneratus pedem retulit : dixisse ei perpul/
chra gymnasia apud Thebanos offendēs nolentibus ipsis bellare pręceptor eris .
Erat sane pręceptor non Agesilaus sed illi qui oportuna ac cū ratione Theba/
nos tanq̃ catulos prudenter hostibus obicerent | deinde gustata uictoria cunctaq;

audacia ultro bella expetebãt. his rebus magnam Pelopida gloriam adeptus est. Exquo enim primo ducem creauerunt nunq̃ cessatũ annuatim principem suffragiis designare. Et uel sacrã cohortem ducere: uel q̃ plurimos ex boetię duabus usq; ad finem creare: Itaq; apud plateas atq; thespias Lacedemonii uicti. fugatiq;. Qua in acie phiuida, qui arcem Thebanam occupauerat, multis ad Tanagram in fugam uersis, una cum Panthide qui magistratu reformande urbis functus fuerat: cecidit. Sed iis certaminibus tanq̃ si uicisset. in fastum atq; audaciam adducti: Sic superati nõ multum seruitutis animũ patiebantur. Nã non ex arte atq; aperto morte ordine ac legibus pugnas obibant. Sed tumultuario milite utentibus nunc irruendo nunc fugiendo egregie prelia conserebant. bellũ quod apud tegiras cõmissũ est quodãmodo leuctrico produxit. & sũmopere Pelopidã ad gloriam composuit direxitq;. Non enim ad uincendum dubiã spem ceteris imperatoribus reliquit: neq; hostibus ut uincerentur: occasionem opportunitatemq; abstulit. Nam ciuitati Orchomeniorum res spartanas capienti suscipientiq;: duas ipsorum partes pro ipsa securitate: assiduas insidias disposuit. postq̃ audiuit a presidiis exercitum apud Locrenses esse: sperãs desertam Orchomeniorũ offẽdere occuparetq; cum sacra coborte paucisq; equitibus castra mouet. ut uero ad urbẽ profectus inuenit milites aduentasse. pręsidiũq; restaurasse retro cum exercitu per Tigrias: quę undiq; desertos prębebãt transitus recessit. Nam medius per uniuersam uallem melõ fluuius prope ex fontibus in lacus stagnaq; nauigabile fluens transeundi efficit difficultatem. paulo hinc longius templũ est. Appollinis Tegyree: quod usq; ad bellum Medorũ pręsidente Enchecrato uaticiniis floruit. Verũ enĩ uero hic deũ esse fabulabantur. Mons qui prope est ad cuius radices undę fluuii franguntur delos cognominatur. Post templum duo mirabiles suauitate fontes copiaq; ac frigiditate fluxuq; scatent. Quorum alterũ palmam. alterum oliuam usq; ad hęc tempora appellamus. non ex duobus in medio plantis. Sed quia fluuium dea peperit. Nam prope esse dicũt precipitem locum unde ipsa cecidit, subito apparente Apro: & ea quę ad Phitonem pertinent & ea quę ad Tytium: similiter q̃ factum est in ipsius dei generatione huic attribuunt. Sed plurimas in hac re coniecturas pretereo. Non enim in eos qui immortales facti sunt, ex mutatione sermo patrius deum hunc manibus reliquit: ut Herculem & Baccũ qui ex mutatiõe uirtute mortalitatem ac passibilitatem proiecerũt. Sed ex his qui externi ingeniiq; sunt, unus est: si decet ex dictis sapiẽtũ antiquissimorumq; uirorum coniecturas argumentaq; in huiusmodi re sumere. Thebanis igitur qui eodem tempore ex agro Orchomeniorum abierũt: & Lacedemoniis qui econtra locis castra mouerant: ad Tegyras uenire contingit. Cum primũ cognitum est per difficilia arctaq; loca iter habituros esse quidã accelerans o, Pelopida inquit incidimus in hostes: quid magis inquit q̃ si illi in nos. qbus dictis tanq̃ futuri belli preludiũ equam a cauda impelli iussit. Ipse autem sperãs ea parte qua irrueret. magnopere hostes qui numero preualebant comprimere atq; superare Trecentos milites leuis armature in unum coegit: Erant Lacedemoniis duę cohortes. cohortem Ephorus quingentos esse uiros affirmat. Calistenes uero septingentos. Quidã alii quod Polibius sentit nonaginta. Polemarchi ducesq; spartanorũ Gorgoleon & Theopõpus magna animi audatia contra Thebanos ruunt. magno congressu facto inter ipsos duces utrinq; multa ui atq;

furore. primũ Lacedemoniorũ principes contra Pelopidam irruentes cecidere:
deinde uulneratis cęſiſꝙ qui circa illos erant: uniuerſus exercitus timore percul-
ſus contra utrunꝙ Thebanis ſeſe diſpoſuit: ſiue ut uellent illos uulnerare ſiue oc-
cidere. Pelopida poſtꝗ illos terrefactos palatoſꝙ per agros multa ſtrage agebat:
non diu illos inſectatus eſt. Timebãt enim Thebani & reſtauratas Lacedemo-
niorum copias|& Orchomeniorum exercitus qui non longius caſtrametauerant:
ſed quantum ſũmis uiribus & progredi & uincere ſuperatum palatumꝙ exer-
citum potuere: uictoriam proſequuti ſunt. Qui ubi receptui canere ſigna auditũ
eſt: ſpoliis cadauerum detractis: multa gloria domum abiere. In tot enim certa-
minibus ut uidetur gręcis & barbaricis prius geſtis nunꝗ Lacedemoni ꝗ multi
contra paucos exiſtẽtes uicti ſunt. Sed nunꝗ equis copiis pugnatum. Quare cũ
terribiles inſuperabileſꝙ eſſent opinione hoſtes deterrebantur|qui neꝙ putantur
pares copias cum paribus dimicare: cum ſpartanis manus conſerebant. Illa autẽ
prima dimicatio & alios edocuit gręcos: nõ eurota neꝙ Knationis locum uiros
pugnatores belliсoſoſꝙ producere. ſed illi qui uituperanda abhorrent & pulchra
audent magis turpia facinora ꝗ pericula fugientes fortes ſunt: & hoſtibus terri-
biles. Gorgia primus ex quadringentis electis uiris quibus ciuitas exercitationẽ
dietamꝙ in arce thebana militantibus prębuit: ſacram cohortem ut ferunt ordi-
nauit & propter hoc cohortem ex ciuitate uocauerunt. Nam ciuitates uiri ea tẽ-
peſtate uiuentes iure ciuitates nominauerũt. Quidam & amatoribus dicunt atꝙ
amatis hanc aciem eſſe conſtitutam. Et illa acies quę pro ipſa diſciplina preſtans
dicta eſt exploſa. inquit enim non pro ordine aciei illud neſtoris apud Homerum
eſſe: qui iubebat per tribus atꝙ partes earum cohortes acieſꝙ gręcorum coordi-
nari. ut tribus tribubus: ac pars parti auxiliarentur. Equũ eſſe amatorem iuxta
amatum collocare. Nam ordo ſecũdum tribus non multum rationis in periculis
habet: ſed ſi cimeus ex amicis inter ſe amantibus extitit indiſſolubilis ac inſepe-
rabilis efficitur: Cum hi amatorum mirabili amore teneantur: & illi amantium
magnopere pudeat. ad unum pręſenti animo pericula perferũt. ſed haud hoc eſt
admiratione dignum: Si enim rubore quodam notantur abſentes|multo magis
ſi pręſentia utuntur. ut ille qui cum ipſum iacentem hoſtis trucidaturus eſſet in-
terrogatus ab hoſte: cur potius in pectore ꝗ humeris uulnerari uellet: inquit| ne
ſi is qui me amat terga per foſſa uulnere reſpexerit erubeſcat. dicitur & id eũ Her-
culis qui amabatur certaminis pręmia coram feciſſe: ac ſocium protexiſſe. Ari-
ſtotiles quidem etiam pro ſententia animi ſui ait apud ſepulcrum Iolei amantes
atꝙ amatos tumulo ſolennia miſiſſe. iure igitur coortem ſacram eſſe appellatam.
Quapropter diuinum amicum amatorem appellabat Plato: fertur hanc ſacrã
cohortẽ uſꝙ ad bellum quod in Heronia cõmiſſum eſt inſuperabilem inuictãꝙ
permanſiſſe. poſt quã dimicationem|cum Philippus eo in loco ſtetiſſet: ubi pu-
gnatum erat: inſpexiſſetꝙ trecenta cadauera hoſtium ſimul iacentia qui in confer-
tiſſimis armis obuiam ſariſſis iuerant: ubi adiuit ſacrum agmen| illud eſſe ad-
miratum uehementer ferunt dixiſſeꝙ: dii eos perdant qui iſtos uel facere uel pati
turpiter aliquid ſuſpicantur. Tandem non ut poete a Thebanis diſcunt ꝙ lauis
principium conſuetudinis cohortis amatorum fuit|ſed legum latores. ut innatã
illorũ iracundiam atꝙ intemperantiã quam propere ab adoleſcentia reprimerẽt:
multũ ſonitus ſtudio & diſciplina omĩ admiſcuerũt ad honores & magiſtratus

illos adhortantes temperantesq; iuuenum mores|clarum amorem in palestris nu-
triuerunt. Recte igitur ad hoc deam ex marte & uenere natam in urbe uoluerũt.
ut ibi res militaris & maxime sita ciuitas persuasionum ac gratiarum particeps
uersaretur. & omnibus per Armoniam concumitatemq; constitutis ac dispo-
sitis constitueretur in rep. longe morigerata atq; ornata. Hanc sanctam cohortem
Giorgia in primis sedibus & inter uniuersam phalangem armatorum disposuit.
sed claram non reddidit neq; cõmunem fecit uirorum uirtutem. quę diuisa ac
multis in locis dispartita impotentior erat. Pelopida postq̃ una cum illis rerum
bene gestarum apud Tegiras splendorem clarissimum cõsecutus est|non amplius
cohortem diuisit atq; dilatauit: sed tanq̃ toto corpore utens magna ac pęriculosa
certamina aggrediebatur. quẽadmodum: equi dum ruunt effusi carcere currus
celerius q̃ per se ipsos impulsi currunt non dico quando percussum aera multis
tinnitibus scindũt|sed quando ardore animi inuicem currere contendũt: certãtq;:
sic fortes uiros amore quodam atq; ardore pulchrarum rerum gerendarum cer-
tantes utilissimos in rep. atq; prõptissimos esse putabat. postq̃ Lacedemonii pacẽ
cum omnibus gręcis composuerũt: ac Thebanis bellum intulerũt: & Cleom-
brotus rex in expeditionem decemmilia peditum & mille equites agebat: peri-
culumq; nõ de his quę antea Thebanis ĩminebant. sed desolatam urbem prębi-
turum se rex mirabatur: & maiori terrore q̃ prius boecia perculsa esset. Pelopida
domum egrediẽs lacrimante uxore & exhortante ac rogante seipsum saluũ reddere
inquit. O mulier priuatorum semper est admonere ducum autem ac imperatorũ
alios saluos facere. Cũ uenisset ad exercitũ: & duces minus concordes offendisset
primum Epaminund qui decernebat cum hostibus bellum miscere : sententiam
animi sui aperuit. Boecie imperator Epaminunda non erat: sed cum plurimum
fidei adhiberetur: ut equũ erat homini qui talia urbi signa ad libertatem dederat|
sacrę coborti pręerat. ut uisum est cum hostibus manũ conserere in leutris Pelo-
pida terrore cuiusdam uisionis magnopere perculsus est. In agro leuctrorum
Cedasi filię quas Leuctradas a loco appellãt sepulturam habent. Nam ab ho-
spitibus ibi spartanis uiolatis occisisq; corpora humo mandari contigit. hac in-
digna re|atq; iniqua pater ubi apud Lacedemonios iura sibi comparare nõ licuit
execrationibus spartanis lacessitis seipsum in tumulis natarum ferro trucidauit.
Spartani sedulo oraculis admonebantur leuctrica monumenta uenerari custodi-
riq; nequa magna multitudo conflueret. Sed locũ ingenti cura multaq; diligẽtia
custodirent. quoniam & paruam lacones urbem ad mare habent: quę lecturum
nominatur. necnon in magna urbe Archadie locus est eiusdem nominis. Hęc
igitur calamitas multo antiquior erat Leuctricis. Pelopidę cum somno & quieti
sedulo indulgeret: uisum est puellas lamẽtantes spartanosq; execrãtes|circa busta
intueri|Scedaphumq; iubere flauam puellis uirginem pro hostia mactari. si eo
anno esset ut hostes ab eo superatũ expugnatumq; iri uellet. hęc pręcepta cũ gra-
uia atq; indigna uiderentur exurgẽs & pro uatibus & principibus in mediu rem
omẽm exposuit. quorum aliqui pręposítis maiorum exemplis uidelicet ne micei
creontis & thethiodis herculis censebant & impigre & fideliter hostiam mactan-
dam. deinde Phorecidem sapientem a Lacedemoniis necatum. & pro oraculi
monitu a regibus eius pellem seruatam. & Leonidã qui oraculo pro gręcia quo-
damodo seipsum mactauerat adducebant in exemplum. necnon illos qui ante

bellum nauale in Salamina cõmiſſum a Themiſtocle/ baccho crudeliter iugulati
imolatiq; fuerant. Illis res bene geſtas/ huic autem Ageſilaum qui aduerſus eoſdẽ
hoſtes & eodẽ loco quo Agamemnon militauerat. teſtimonia eſſe aiebat. Nã dea
per uiſionem in aulide inſula ibi dormienti filiã imolari iuſſerat. Cui cum mini-
me nauare operam uellet: mollicie quadam animi compulſus/ exercitum nulla
comparata gloria nullo ſuſcepto emolimento dimiſit. Quidam in contrariã tracti
ſententiam aiebant/ huiuſmodi imolationem Barbaram Andelemq; exiſtere: &
a nemine eorum qui aut meliores/ aut potentiores extiterunt pro uirtute habitã
eſſe. Non enim imperare tiphones illos atq; gigantes ſed omniũ patrem homi-
numq; deorumq;. At non ſtultum eſt ardere deos inferiores ſanguine hominũ
gaudere ac nere. qui cum huiuſmodi ſint tanq̃ impotentes negligendi ſunt. cum
innata quadam animi imbecillitate atq; improbitate/ & abſurdis iniquiſq; affecti-
bus afficiantur. has diſceptationes conſiliaq; agitantibus primoribus: cum Pe-
lopida nunc huc uerſaret animum/ nunc illuc/ & in partes traheret uarias: equa
quedam iuuenilibus annis ex grege ſe eripiens per arma per uiros curſu delata
iuxta illos ſtetit: ſpectaculumq; omnibus de ſe prębuit. quę ſplendida cute/ ar-
dentiſſimis iubis & auſtera ac electa terribiliq; uoce erat. Theocritus augur cum
hoc perſpexiſſet. aduerſus Pelopidam inclamans/ inquit O diuine Pelopida ho-
ſtia ad te profecta eſt. minime alia uirgo expectanda/ ſed quod deus obtulit ſu-
ſcipiendum. deinde ſuſcepta equa eſt: & ad uirginum buſta deducta pro con-
ſuetudine imolata. Itaq; in caſtris de uiſione Pelopide & imolatione ſermo ex-
oritur. phalanx Epaminunde ut dextrum cornu ſpartanorum longius eſſet: ab
aliis gręcis: & cum ui impetum faceret & congregatim per cornua Cleombrotũ
repelleret ad futurum certamen in ſiniſtrum cornu obliqua tracta eſt. Hoſtes cũ
hoc animaduerterent ſeipſos ab inſtituto ordine dextrolatere extenſo productoq;
in ambitum mutauerunt. ut Epaminũdam cum multitudine circũuenirent atq;
comprehenderent. Pelopida intecta cum ſacra cohorte currens irruenſq; Cleom-
brotũ prius cõſpexit ac ſuperauit. q̃ cornu ab illo extenderetur/ & in unum acies
conduceretur concluderetur q;. a Lacedemoniis fracto ordine una contra hoſtes
tumultuatũ atq; itum eſt. Spartani uniuerſa in re militari ſũmi artifices/ ſũmiq;
magiſtri/ nullo pacto tanta prudentia tantaq; peritia fuere. ut efficerent ne ordo
ac acies diſſoluta turbaretur ac nauigaretur. Sed omnibus omnium ducum im-
perio obtemperantibus/ uel conſerendo uel acies inſtruendo nulla rei militaris le-
gittima diſciplina gerebatur. facto impetu ab ipſo Epaminunda cum ſacra co-
horte. Pelopida deſperatione quadã atq; audacia in armis exiſtens adeo illorũ
animi elationẽ atq; diſciplinam oppreſſit contuſitq; ut maior fuga. maiorq; clades
ſpartanorum q̃ unq̃ facta ſit. Quapropter Epaminunda imperator nõ impe-
rãs/ & totius exercitus dux paruę partis ductor/ equalem ſortẽ glorię illius uicto-
rię reportauit. Cũ ambo imperatores eſſent in Peloppõneſum copias ductauere
& plurimũ Laconię/ multoſq; populos a Lacedemoniis deficientes/ elim argos/
uniuerſamq; Archadiam/ in fidem Thebani populi reduxerunt: quo tempore
hiemis rigoribus in conuerſione exiſtentibus/ cũ menſi qui magiſtratui terminus
aſtabat/ pauci dies ſupereſſent/ munus primo menſe futuro deſignati imperatores
irrituri erant: Quare illis qui exercitui preerant/ uel imperium deponendum/ uel
capitis penas ſubeundum. Cęteris ducibus hanc legem timentibus hiememq;

fugientibus/ cura studiumq; fuit cum exercitu tecta domosq; repeteret. Pelopida
primum una mente/ eademq; sententia cum Epaminunda factus. persuasis com/
pulsisq; ciuibus ad spartam copias duxit. & ultra Eurotam traiecit. uniuersa
regione depopulata: deductusq; usq; ad maritima littora lxx. milibus militum
grecorũ. ex quibus minor pars q̃ duodecima erãt ipsi Thebani: multas urbes
illorum occupauit. Sed gloria uirorũ sine decreto publico effecit: ut omnes socii
libenter illos duces sequerentur. Lex & prima & antiqua ut uidetur egenti salu/
te/ principem cuius operis erat saluum facere: reddidit. & si ita se haberent quẽ/
admodum sereno aere utentes/ uel iuxta littus nauigantes/ qui petulanter apud
rectores nauis se haberent/ & audacter periculum ac hiemem subeunt: sperantes
gubernatorum ductu pericula esse euasuros. Argii & Ielii & Archades in cõsiliis
dissentientes cum Thebanis/ de duce quem contra eos miserant. & q; preter equũ
illorum ducibus qui sese pro eorum uoluntate/ & non publicis suffragiis imperiũ
subrogauerant/ obtemperabant in ea dimicatione sequebantur: uniuersamq; sub
uno imperio Archadiam redegerant. Messanam autem urbem quam spartiate
incolebant occupantes/ reuocatis reductisq; antiquis Messanatibus habitandam
prebuerunt. & cum domum repeterent/ per centriones facto itinere/ Athenienses
qui retro per loca arcta pugnam miscere/ & transitum arcere conabantur. uicerãt
his rebus ceteri omnes horum uirtutem fortunamq; magno amore/ ac admira/
tione prosecuti sunt. Sed inuidia/ que innata domesticaq; ac familiaris in ciuita/
tibus semper fuit/ simul cum gloria uirorum aucta/ non pulchre decenterq; succe/
dentia tempora ipsis preparauit. Nam cum domum rediissent/ ambo rei capitis
accusati in iudicium uocantur. quoniã non deposito magistratu eo tempore quo
lex iubebat quem   appellant quatuor uniuersos menses preter legem fũcti
essent: quo tempore esse Messanam Archadiamq; atq; Laconiam exercitũ ducta/
uere. Pelopida quia primus in iudicio accitus est: maiora pericula subiit. utriq;
uero absoluti sunt. Sicophantias & inuidorũ conatus Epaminũda cum in aĩm
sibi induxissent tolerantiam in rebus ciuilibus magnam esse partem fortitudinis
atq; magnanimitatis/ equo animo tulit. a Pelopida uero nam iracũdo ab amicis
impulso repugnatum atq; obstatum. Meneclides unus ex his qui cum Pelopi/
da & Melone in domum Caronis euenerant: postq̃ pari auctoritate & ceteri in
rep. non habebãtur: cum homo esset lingua procaci & magna eloquentia malisq;
moribus institutus: pro natura atq; ingenio suo bonos calumniari aggressus
est. qui nec etiam post iudicium illud quieuit. Itaq; legem prescripsit ne Epami/
nunde imperio ceterisq; urbis muneribus fũgi liceret. & per multum temporis
a rep. abiecit. Pelopide uero apud populum per calumnias inurere maculas nõ
ualuit. Sed adhibitis magno conatu sicophantis apud Caronem cum quo com/
mune quoddam inuidie solatium habebat calumniis agebat. & quibuscũq; ipsi
non poterant bonos apparere/ hos alio quodãmodo ceteris improbos predicabãt
& multis laudibus uerborũ elatione gesta imperia ac trophea Caronis Meno/
clides apud populum extollebat. uictoriam apud plateas habitam equestri acie/
ante consertum in leuctrias campis prelium duce Carone. hoc pacto in oblati/
one ad deos obscurare molitus est. Androclides Sicycenus cui negocium datũ
erat: ut alia bella scriberet operam nauauit in thebis. cum rebellio esset: instaretq;
bellum: Thebani apud serebellas finis non multum egentes: retinuerũt. huic cũ

diis illas uoueret suspẽderetq; . persuasit ut nomẽ Caronis subscriberet ut Pelopi/
de atq; Epaminunde gloriam offuscaret . Erat autem temeraria ac stulta quedam
glorię contentio : ad eũ qui tot talesq; uictorias consecutus fuisset . Cũ ipse unius
belli uictorięq; tantam gloriam comparasset . quo in certamine/gerendas quidam
spartanus obscurus homo cũ xl . cecidit . Aliud laudis dignum a Carone gestũ
non tradunt . hoc decretũ quod iniquum asserebatur Pelopida tulit : quod The/
banis non patrium erat quẽdam priuare uirum aliquo honore afficere . sed pub/
licę patrię nomen uictorię seruare . Caronem per totam causam magna uerborũ
copia sine inuidia laudatum habuit . Menecledam uero inuidum improbumq;
accusans Thebanos interrogauit : si nihil pulchrum ipsis factũ est : quid sit quod
non Meneclida pecuniis mulctetur . Quã postea cum exoluere nõ posset propter
multitudinẽ adortus est . remp . nouis rebus agitare . hec quandam habent uitę
contemplationem : atq; iudicium . Postꝗ Alexander Phereus aperte multis thes/
salorũ bellum inferebat : omnibus autem insidias tendebat . oratores ad thebas
ciuitates legauerunt imperatorem exercitũq; implorantes . Pelopida cum uideret
Epaminundam res in pelopponneso disponere/atq; dispensare/nec alio impera/
tore opus esse . ubi Pelopida adesset : statim aliis neglectis ad thessalos iter inten/
dit . Vbi in thessaliam copias ductauit/larissam ꝗprimum cępit . & Alexãdrum
uenientem timentemq;/pro uiribus operam dedit/ut in beniuolentiã redigeret . &
ex tiranno iustum principem mansuetũq; thessalis redderet . Cum aduertisset illi/
us animũ esse in auariciã crudelitatemq; pręcipitem /ac inmedicabilem/petulãtia
quadam exasperatus Pelopida aduersus eum indignatus est . Quare fugiẽs cum
satellitibus Alexãder abiit . Pelopida redactis multa in securitate ac concordia cũ
tirãno thessalis /ad Lacedemonios discessit . Ptholemeus cum bellum Alexandro
Macedonum regi inferret /accersitus Pelopida ab utrisq; rei conciliande causa /
ut tanꝗ iudex sociusq; ac patronus eius qui iniuria afficiebatur/causã ageret/pro/
fectus sedatis contentionibus/reuocatisq; exulibus/pro obside Philippum fratrẽ
regis xxxq; . alios pueros claro genere ortos thebas adduxit : ibiq; constituit : ut
ostenderet gręcis Thebanos apud peregrinas gentes rerum gestarum equitate ac
gloria pollere . hic ille philippus erat qui postea pro gręcorum libertate pugnas
obibat . Tunc puer existens multũ temporis thebis in dieta ac disciplina rei mili/
taris continuit . Quapropter Epaminunda imitari uisus est . forsan ꝙ ipsum
peritum strenuumq; in rebus bellicis & in re militari existimabat : cuius uirtutis
parua pars in uiro erat . Ex cõtinentia uero iusticiaq; magnanimitateq; ac man/
suetudine magnum plane comparauerat splendorem . Philippus neq; natura /
neq; imitatione partem aliquam consecutus est . Post hęc accusantibus Phereum
Alexãdrum thessalis : quod turbatione ciuitates fatigabat . Pelopida cum Isme/
neo legatione functus/haud futurum bellum ratus sine exercitu profectus est . sed
a thessalis pro iis quę ĩminebant uti exercitu est coactus . Interea rursus rebus in
Macedonia turbatis Ptholomeus regem ĩterfecit . regnumq; occupauit . Amici
regis qui mortem obierat Pelopidã accersiuerunt . Qui cum in rebus bellicis glo/
riam quereret/& proprios milites non haberet : militibus conductis ad Ptholo/
meum iter habuit . Vbi prope unctum est militibus a ptholomeo pecunia cor/
ruptis persuasit : ut Pelopidam dimitterent : Ptholomeus nomine atq; gloria Pe/
lopide terrefactus tanꝗ potentiori occurrit . quem cum & amplexu & pręcibus

proſecutus eſſet : fratribus regis regnum pollicitus eſt ſe cuſtoditurum . Thebanis
autem ipſum hoſpitem & amicum habiturum . Pelopida Philoxenum Ptholo/
mei filium & L . alios obſides thebas miſit . Stipẽdiarium perditionem grauiter
ferens : cum audiuiſſet & filios & uxores illorum cum plurima ſuppellectile in
cãpis eſſe pharſalicis / tanq̃ de illis imperiũ habuiſſet : digna pena pro his quibus
iniuria laceſſitus fuerat affecit : & quibuſdam ex theſſalis ſumptis in pharſalũ cõ/
cedit . quo ut uenit Alexander tirannus q̃primum cum exercitu apparuit . Pelo/
pidam expugnaturum ſe illum proficiſci arbitratus : ad ipſum uiam ingreſſus eſt,
quem & ſi peſtiferum homicidãq; cognoſceret : propter patriam atq; auctoritatẽ .
gloriãq; nihil iniuriarum pati cenſebat . Ille ut uidit illos inermes ſolosq; gradi/
entes ſubito capi iuſſit & pharſalum occupauit . Terrorem ac metum ſubditis in/
iecit . tanq̃ poſt talem iniuriam atq; audaciã omnes ſupplicio mulctaturus . & ita
uſurus eſſet contingentibus rebus / & hominibus quaſi uitam in deſperatione po/
ſuiſſet . Thebanis his acceptis animi ſeſe angere & iratum exercitũ ſubito ad Epa/
minundam aliis electis ducibus miſerunt . Pelopidam ad ſpheras ductum prin/
cipio tirannus omnes adire permittebat . putãs illum uinclis & carcere fatigatũ
miſerum meſtumq; eſſe factum . poſtq̃ phereis Pelopida lamẽtantibus perſuaſit /
bono animo eſſe : tanq̃ rex ſtatim penas daturus eſſe : ad illum ipſum ſuo nomĩe
nũctiauit ad ſurdum eſſe miſeros ciues inſontes quotidie morte afficere . Sibi autẽ
parcere quem maxime cognoſcat ulturum ſi ſeruetur : admiratus Alexander eius
animi magnitudinem ac loquẽdi licentiam : quid nam inquit accelerat mortem
Pelopida . Ille cum hoc audiſſet : inquit . Tu diis inuiſus q̃ celerius oppetes . de/
inde prohibuit quenq̃ ab extra ad ipſum accedere . Thebę nata Iaſone Alexãdri
uxor cum audiuiſſet ab his quibus Pelopidę cura tradita eſſet magna uirum fi/
ducia magnaq; generoſitate inſignem eſſe : maxima cupiditate & uidendi illum
& alloquendi capta eſt . Cui cum ad ipſum accederet prę ſtantiam formę uinclis
& carcere fatigatum principio perſpicere non licuit . Sed ueſte & capillo barbaq;
demiſſa egritudinem animi in eo aſſecuta collacrimauit . primum Pelopida inco/
gnita muliere quę eſſet uehementer admiratus eſt quam ut cognouit more patrio
eam compellat . Nam & familiaris & amicus erat Iaſoni / dicẽte illa miſeret me tuę
uxoris & me reſpondit Pelopida tui q; libera ſis & Alexandrũ feras . his uerbis
concitata mulier tiranni crudelitatem / ſuperbiamq; / cum alia petulantia iuniori
fratre in turpi uenere utebatur : grauiter ferebat . Quapropter perſepe Pelopidam
petens / multa cũ audacia ſermone inſtituto de his quę paſſa erant . ad multũ iraꝝ
atq; odii in Alexandrũ irritata eſt . poſtq̃ in theſſalia facto impetu res male geſta
eſt : & imperitia quadam ac mala fortuna duces turpiter pedem retulerunt : illoꝝ
ſinguli mille dragmarum penas dederunt / & Epaminunda cum exercitu miſſus
eſt . Subito igitur ob nomen gloriamq; imperatoris magno theſſalorum motu ex/
orto paruo rerum momento / ut tirannus perderetur opus erat : tantus terror
ducum atq; amicorum regis mentes occupauerat . tantuſq; impetus ad rerũ
defenſionem ſubditus fuit / expectantibus q̃ propere tirannum penas daturum
Verum Epaminunda gloriam ſuam ad ſalutem Pelopide ferens / timenſq; ne rerũ
mutatione Alexander ſui diffidens / tanq̃ fera in illum irrueret : bellum intercape/
dine quadam ac tarditate protrahebat : & moderabat placabatq; tirannus ne per/
tinacia atq; temeritate ſua uteretur . & ne ad iram atq; ad exacerbationem illum

irritaret audita eius crudelitate atq; iniquitate q uiuos quosdã homies sepelierat & quosdam aprorum atq; ursorum coriis circundatos telis & canibus uenaticis lacerãdos laniandosq; prębuerat. Melibeum puberem apud stousas cõpositis induciis atq; amicitia cum ciuitatibus una circumstantibus satellitibus iugulauit. hastam qua Polifranem auũculum morti dedit: sacrauit atq; coronauit. & tanq̃ deo rem diuinam fecit. Cum semel Tragedum quẽdam respiceret: euripidis troyanos inducentem fugientemq; ex theatro abiit: & per internuntiũ iussit ne propter hoc deterius tragediam ageret. Nõ enim inquit discedere ille displiceret: sed q ciuibus erubesceret si lacrimãs neminẽ ex iis quos leto prębuisset i malis Heccubę atq; Andromachę uideret. hic & gloria & nomie & fama iperii militieq; Epaminunda stupore quodam terrefactus ut gallus uictus inclinatis pennis timuit: & quosdam expurgãdi sui gratia ad ipsum misit. Epaminũda autem pacem amicitiãq; cum tali uiro Thebanos componere non tulit: sed percusso federe datisq; xxx. dierũ iduciis belli. sũpto Pelopida ac Ismenia secessit. Thebani a Lacedemoniis Atheniensibusq; dissentientes ad magnum regem legatos pro societate mittentes Pelopidam legauerunt: illius glorię optimę consulentes. primum quidem magno cum honore ac nominis celebritate per urbes regis iter habuit. Non enim gloria rerum gestarũ contra Lacedemones obscura per Asiam cucurrit. Sed postq̃ rumor de bello leuctrico exortus est semper addita noua aliqua bona fortuna longius fama nomenq; Pelopide euolauit qui postq̃ conspectus est ad fores a satrapis ac ducibus sermo admirabilis de illo habitus est. q ille hic uir erat qui terra mariq; Lacedemonios fugauerat: necnõ qui bellum quod erat apud Susas & apud Euatanos ad Geram atq; Eurotam Spartamq; quę paulo ante magno regi & Persis per Agesilaum imperabat cõstituit. his rebus Arthaxerxes gaudio affectus est. & Pelopide gloriã & nomẽ magis ac magis admiratur qui cũ optaret a maximis uiris & coli & magnificũ beatumq; uideri: honoribus magnificauit. postq̃ cum uidit & sermones acticis stabiliores Lacedemoniis animaduertit. & magis eum amauit & cũ affectu quodam regio afficeretur: plurimum illi tribuens aduersus uirum honorem non celauit: neq; alios legatos latuit. Ex gręcis Andaclida pręsertim Lacedemonium ficto honore honestauit. & corona qua in potatiõe utebatur tincta odorifero unguento eum donauit. Erga Pelopidam uero non sic ab eo gestũ est. Nam multis priuilegiis illi concessis maximis splendidisq; muneribus eum honeratum dimittere uoluit. Enim uero sui iuris gręcos fecit & messanam habitandam prębuit. Thebanos quoq; patrios gręcosq; amicos appellabat. his habitis priuilegiis nihil munerũ recepit: quod beniuolẽtię atq; gratię signa nõ esset. Itaq; alios legatos quia secus egisset accusabat. Timagorã Atheniẽses in ius uocatũ quoniã multa munera superceperat: & si recte iusteq; illa sumpsisset interfecerũt. Nam nõ modo aurum atq; argentum sed etiam lectum sumptuosum seruiliaq; strata acceperat. Hoc gręcos celatum ire existimans. Et octuaginta boues cum bubulcis tanquã mala ualitudine laborasset: & bouino lacte indigeret acceperat. Tandem in lecticã delatus in mare descendit: & quatuor talẽta laboris pręcium ferentibus a rege data. Sed uidetur non munerum susceptione Athenienses Timagoram morti condemnasse. Epicrates cui in quandam expeditionem impedimentorum cura fuit: cum eo animo esset ut minime neganda a rege munera essent: hoc decretum

tulit: ut annuatim loco nouem principū nouem legati ad regem ex popularibus ac pauperibus mitterentur ut superceptis muneribus ditiores efficerentur. Hęc res populum lęticia affecit: sed quo tuam apud Thebanos hoc fecerat moleste tu/lerant: non cogitātem quantum gloria Pelopidę oratoris persuasionibus potētior erat apud homines eos colentes qui semper in rebus bellicis uictores euasissent. Ea igitur legatione redeunti Pelopidę ꝙ messanam habitandam a rege multaq; alia uiuendi pro suis legibus iura impetrauerat: non paruum beniuolentię in/crementum factum est, Alexandro iterum ad naturam suam recurrēte & hominū pecudumq; prędas ex thessalico agro a gente Phitionis autem achiuis omnibus magnisq; pręsidium imponente. cum auditum esset Pelopidam rediie: ciuitates statim quosdam Athenas legauerunt & exercitum imperatoremq; illum pecierūt. Cum a Thebanis decretum esset, copias ac imperatorem mittere: omnibus alacri animo paratis, cum iam dux iter ingressus esset: sol eo die fictus tenebris eclipsim suscepit. Pelopida hac de re cum animaduerteret omēs metu & mala spe perculsos non putauit pręter eorum uoluntatem esse homines cogendos, neq; in pericula septem milia ciuium ducēdos, sed ipse cum aduenis ac trecentis uoluntariis equi/tibus in expeditionē profectus est: non per augures non per alios ciues habitis auguriis. Nam ingens & manifestum e cęlo signum aduersus uirum apparuit. Hic ira quadam quod ab eo iniuria lacessitus fuerat calidus, hanc rem aduersus Alexandrum aggrediebatur. Sperans domum illius infirmam corruptamq; in/uenturū, & iis quę thebę persuaserat: & maxime ipsum prouocabat rei pulchritu/do, & glorię ambitio. itemq; quod multū honoris ea tempestate qua Lacedemoni Dyonisio Sicilię tyranno duces uirosq; qui ex integro leges muneraq; ciuitatum renouarēt, miserant, comparauerant. Athenienses Alexandrum sub ipsis merentē habebant & tanꝙ officiosum bene factoremq; eorum erexerant. Tunc gręcis soli Thebani ostenderunt pro libertate gręcię: ut iniquos uiolentesq; potētatus dele/rent, bella suscipere. ut igitur in pharsalū uenit congregato exercitu cōtra Alexan/drum progreditur. hic cum perspexisset non multos cū Pelopida esse Thebanos & se aut plures thessalis, aut bis tot milites habere obuiam cum ingentibus copiis aduentare eo melius inquit, Nam plurium uictoria nobis aderit. cum tumuli quidam altissimi procliuiq; ac plurimi qui canis capita cognominabātur: inter/essent. ab unoq; imperatore peditibus negocium datum est illos occupare. Pe/lopida cum equitibus & multis & fortibus in equites hostiles irruit. Postꝙ isti uicerunt: & cum fugientibus in planicie manus conseruerunt Alexāder post ue/nientibus thessalis peditibus conantibusq; euadere ad loca multa ui munita & al/tissima, tumulos occupare uolens, ac in illos irruens, primos interfecit. alii accep/tis uulneribus nihil egerūt. Quod uidens Pelopida reuocatis equitibus in aciem hostium irruere iussit. ipse cursu delatus ad eos qui circa tumulum pugnabant, sumpto scuto, factoq; impetu ad primos qui retro sequebantur ad tantu roboris tantumq; spiritus omnes cōmouit ut hostibus uisum sit & corpore & animo alios esse. Quo factū est ut duo uel tres phalāges turbate fugateq; ex primis partibus exciterunt. Respicientes autem hos cum impetu uenientes & equitem a fuga uersū regressi manus conserunt. Pelopida qui omnem exercitum hostium e tumulo re/spiciebat: obseruabatq;, nōdum in fugam suis conuersis, sed iam tumultu turba/tioneq; repletis, ut gradū compressit: Alexandrum queritans, & animo & oculis

uiditq; ipsum ad dexteram suos exhortantem, ac in ordinem redigentem : non co-
acta ira ratione sed ad ipsũ intuitũ pectora incensus dato corpori animo & dato
imperio operationi multo ante oculos prouectus, uociferans tirannumq; uocans
impetum fecit. Ille haud expectato, susceptoq; impetu fugiens inter satellites deli-
tuit. Stipendarii qui primo pugnam lacessere inceptarunt a Pelopida regressi sũt
& quidã uulnerati morte obierũt. Multitudo telis lõgius ĩ arma cõiectis Pelo-
pidã uulnere confecerunt : quousq; thessali dolore affecti concurrentes ex tumulis
auxilium tulerunt, sed iam morte obierat. Equites facto impetu uniuersam pha-
langem in fugam uertũt : & insequentes cęsis plus tribus milibus q̃plurimis cã-
pos cadaueribus repleuerunt. Sed Thebani qui aderant mortem Pelopidę egro
animo ferebant, patrem senatoremq; ac magistrum maximorum & pulcherr moꝝ
bonorum uocitantes. haud ualde admirandum : Thessali sociiq; omni humano
honore quo uirtus digna esset satis superq; honestarũt. demonstrauerũtq; magis
ipso animi affectu beniuolentiam qua erga ipsum afficiebantur. ferunt enim eos
qui rei affuerunt, audito eius obitu, neq; toracam ipsis neq; frenos equis detraxisse
nec uulnera ligauisse. sed ad cadauer properantes ut hostiũ spolia circa illud col-
ligerent : cum armis ire pergunt. Tonsis equis uirisq; haud suscitato igne, nullo
cibo corpora refecerunt sed tanq̃ in seruitutem redacti, & non uictores. sed uicti
superatiq; a tiranno essent merore affecti silentium agebant. postq̃ hoc diuulgatũ
est ex ciuitatibus magistratus & ephebi puerìq; ac sacerdotes cum trophe1s coro-
nisq; diuersisq; aureis armis funus sequebantur. Cum iam feretrum subeundum
esset : maioribus natu thessalorum orantibus sepeliendi cadaueris negocium sibi
mandari. unus hanc in medium orationem habuit. Viri socii in hac tam tristi
aduersaq; fortuna gratia quadam hoc honoris atq; cõsolationis a uobis oramus
Cum non contingerit thessalis uiuũ Pelopidam neq; remitte e, neq; dignis hono-
ribus eum in uita honoratũ reddere : si euenerit in pręsentiarum eius corpus tan-
gere ferreq; ac sepulchro condere : cõpertum uobis erit thessalos maiori calamitate
affectos esse q̃ thebanos. Vobis enim uiro optimo duce nobis autem & hoc &
libertate priuari accidit. Nam quo pacto alias audemus ducem a uobis petere cũ
Pelopidam minime uiuum reddiderimus. Thebani his in rebus Thessalis morẽ
gessere. Cęteras omnes sepulturas Pelopidę sepulchra magnificẽtia atq; splendore
superare uidentur. Quarum splendorem non in ebore auroq; ac profyro ponen-
dum existimant quemadmodum Phylistus qui Dyonisii sepulturam magnę tra-
gedię tiranni theatralem cantum existentem laudat atq; admiratur. Alexander
magnus moriente Ephistione non solum equos mulosq; tonsos fieri uoluit : uerũ
etiã pinnas propugnaculaq; ex muris tundi pręcipitariq; iussit. quo męnia urbis
morte Ephistionis magno sui relicto desiderio merere, luctuq; affecta uiderentur.
quod pristina pulchritudine prioribusq; ornamentis spoliata nudataq; essent. hęc
cũ herili quodã iussu uiolentoq; & multa cũ inuidia odioq; facta, nulla beniuolẽtia
nullo honore, sed quadam ostentatione deliciarum barbaricęq; superbię. & quadã
inani ambitione ac iactantia luxuriose agũtur. Pelopida uir popularis, qui apud
exteras gentes diem suum obiit. cognatorum & pręsentia, & uxoris, & filiorũ de-
stitutus, nemĩe aut rogato aut coacto, a tot populis totq; ciuitatibus certatis agẽ-
tibus coronatus pręmissus delatusq; uerum sui desiderium, uream q; fęlicitatem
abeundo reliquit. Non enim pro sententia Esopi mors grauior est eorum qui in

felicitate moriuntur . uerum beatissima si in urbe & libera & grata oppetere | & res bene gestas deponere contigerit non mutata cū morte bonafortuna . Quapropter optime laconius ille : qui cum salutasset uictorem in olimpo dyagoram habentē filios coronatos & nepotes ex filio filiaq́ꝫ | inquit . moriendum est o dyagora : ne alias in olimpum ascendas . Siquis olimpias phyticasq́ꝫ uictorias in unum colligeret : non puto unicę uictorię equandas Pelopidę dignum putaret . Qui cum multotiens prelia conseruisset . uictorq́ꝫ euasisset : & plurimū uitę gloria & honore cōsumpsisset . Tandem in decimotercio imperio in quo contra tirannum uictorię prēmiū assecutus erat | pro libertate Thessalorum diem suum obiit . Cuius mors non paruam animi egritudinem socus prębuit sed multo autem magis auxilio fuit . Nam postq̄ Thebani Pelopide mortem acceperunt | remota omnino ultionis dilatione : statim Malticum & Diogetonum cum septemmilibus peditū & septingentis equitibus aduersus Alexandrum miserunt : quem cum sine militibus deprebendissent : cogerunt illum ut Thessalis occupatas urbes restitueret : & magnetas phitiotasq́ꝫ Achiuiosq́ꝫ dimitteret . & pręsidiis dimissis iuramento obligarent . pro Thebanorum uoluntate eos ad bellum se sequuturum . Alexander his legibus coactus est quas penas paulopost dederit pro his quę in Pelopidā egit narrabo . Thebem eius uxorem ut dictum est Pelopida hortatus fuerat . ne externum splendorem atq́ꝫ apparatus qui in exremis militibus essent trepidaret . Deinde cum perfidiam eius timeret | oderetq́ꝫ crudelitatem : cum tribus suis fratribus | Ethisiphone | Pithalo | & Licophrone | hoc modo coniurationē struxit . Alia domus tiranni a nocturnis stationibus seruabatur . Thalamus in quo somnos capere consueuerat in altissima parte edium pro cuius foribus canis ligatus omnibus nisi custodibus & seruo qui cibos porrigebat astabat : cubabatq́ꝫ . Cum iam tempora instarent in quibus res agredienda erat . thebę fratres celatos in proxima domo disposuit . Cum ad Alexandrum dormientem sola ingrederetur ut consueuerat . pauloq́ꝫ post ęgrederetur : iussit seruo canem extra abducere . uelle enim inquit regem dormire sine strepitu timens ne ascendentibus iuuenibus per scalas strepitus fieret . Lana illas strauit : ac molles reddidit . deinde ubi cū gladiatis fratribus in thalamum uentum est : & fidum capiti subduxerat ensem significauit regem dormire . Exterritis adolescentibus illos irata increpabat . iurabatq́ꝫ Alexandrum se experrecturā nisi inceptum pergant . Qui timore pudoreq́ꝫ exciti | ablato lumine Alexandrum dormientem petunt . Quorum ab altero pressis detensisq́ꝫ ui pedibus ab altero per crines inflicta ceruice tertius gladio illū transfixū conficit . Quantum ad celeritatem mortis pertinet : forsan illum atra dies funere acerbo mersit . Quantum uero ad solitudinem primus tirannus fuit : quem sua uxor interfecerit : & cuius corpus post mortem supplitio afficeretur : quod cū pessundatum & pręda alitibus datum a Fereo populo fuisset | dignum moribus factisq́ꝫ suis exitum uitę suę inuenisse arbitramur

MARCVM CLAVDIVM QVINQVIES ROmanorũ consulem Marci filium extitisse tradunt. eiqꝫ sicuti Possidonius refert cognomen / quod Martium est / primum ex familia fuisse Marcello. Exercitatione nãqꝫ bellicosus erat / robustus corpore / manu potens / natura uir ad dimicandum ardens: quod illius certamina declarant / acer ac strenuus ad cęteras uitę partes humanus atqꝫ modestus. Gręcę uero disciplinę ac discendi studiis eousqꝫ affectus / ut earum rerum peritos honore & admiratione haberet: eas per occupationes minime assequutus / quanq̃ ad ipsas perdiscendas exercendasqꝫ propensius ferretur. Nam si nullis unq̃ quemadmodum Homerus ait / ab deo tributum est ut ab ineuntute ętate ad senectutem usqꝫ tristia bella trectarent / id uel in primis ea tempestate Romanis attigisse arbitror. qui cum iuuentutis quidem annis pro Sicilia cum Carthaginensibus bello implicati fuissent: adulti uero Italię causa cum Gallis / ętate maturiori cum Hannibale atqꝫ Carthaginensibus / iterum bellum gessere. adeo nullam ab senectute / quẽadmodum complures / bellorum requiem nacti: quin ad imperia resqꝫ militares ab uirtute & animi nobilitate ducti. Quibus in rebus ęgregie Marcellus excelluit / ad nullum pugnę genus aut segnis aut parum exercitatus: tum uero ad certamẽ singulare fortissimus. quo quidem in genere cum prouocatorem neminem fugerit gessis uniuersis uictor euasit. fratrem Otacilium ab se in Sicilia protectum ab imminenti periculo liberauit: trucidatis qui in eum acri ferebantur impetu. Quapropter iuuenis adhuc coronas cęterasqꝫ ab imperatoribus consecutus est pręmia Cumqꝫ glorię plurimũ comparasset ędilis curulis a populo / augur a sacerdotibus designatur. Id sacerdotii genus est / cui ex auibus uaticinia contemplari ac obseruare mos est. Edilitate uero inita accusatorem se & inuitus quod egit. Nam cum eiusdem nominis filium indole ac forma decorum plurimumqꝫ ob modestiam ac morum elegantiam ciuibus conspicuum haberet: eum capitolinus Marcelli collega uir audax / ac intemperans illius amore correptus appellauit. Cuius conatus cum per se puer ab inicio propulsasset / iterum tentãte Capitolino / rem patri detulir Id grauiter ferens Marcellus hominis facinus senatui renuntiat. Capitolinus multas causas multaqꝫ comentatus effugia / tribunitiã potestatem implorat. Tribunis autem eius appellationem abnuentibus inficiari crimen pergit. Cuius rei quia testis aderat nemo / ad se acciri iuuenem uisum est patribus. Eius producti cum ruborẽ lacrimas & perpetuę simul iracundię pudorem immixtum animaduerterent / nullo alio agentes iudicio aduersus Capitolinum pronuntiauere sententiam: eumqꝫ in exoluendis mulctauere pecuniis. quibus argenteum uas comparatum / Marcellus deorum ministerio dedicauit. Post primi belli punici uix dũ sedati uigesimumsecundum annum / gallici belli primordia / Romanos continuo inuasere / hiberi nanqꝫ / ea uero gallica gens est qui uicinam alpibus pascunturr italiam / quanq̃ magni ac potentes per se / gallorum tamen auxiliũ uiresqꝫ conuocabãt

quos mercede miliciam agentes gessatas appellabant. qꝫ uero gallicum simul cum punico non eadem tempestate bellum irruperat mirum uidebatur / & quoddam fortunę beneficium. Cęterum ii iure consultoqꝫ durãte bello cessauerant: ut ascitis sibi gallis postmodum tanq̃ ex insidiis uictores adorirentur quietosqꝫ lacesserent. Quod quidem ad bellum finitimum atqꝫ domesticum plurimum conducere pu/tabatur / & loci propinquitas / & gallorum dignitas / qui maxime Romanis terrori esse uidetur: ut qui olim ab eis urbe deiecti spoliatiqꝫ sint. Quamobrem decretũ est ut sacerdotibus milicię munere uacare liceat: nisi denuo gallicum bellum in/grueret eorum formidinem uel ipse declarat apparatus. Nunq̃ enim tot Roma/norum milia simul in armis extitisse ac tam nouos sacrorum ritus factos memorię proditum est. Qua in re nihil ĩmane aut inhumanum ab eis sponte peractum est. Quippe cum maxime gręcanico more pii ac mites rem diuinam faciant: uerum enim tunc eo ingruente bello quibusdã monitis sibillinis cedere coacti sunt. Qua/propter duos gręcos uirum ac uxorem totidemqꝫ gallos in foro boario uiuos de/fodere: quibus hodieqꝫ nouembri mense / clam quidem gręcis & gallis dãtur in/ferię. Principio a Romanis nũc parta uictoria / nunc acceptis cladibus decertatũ est. quę res nullũ certũ attulit rebus exitũ. Cũ Flaminius ac Fuluius cõsules in Isombres copias haberent: fluuius qui per picenum agrum labitur cruore fluxis/se uisus est. Tres quoqꝫ gręcos penes Ariminũ apparuisse traditum est. Comi/tiis consularibus cum augures malis ac infęlicibus cręatos auspiciis consules af/firmassent: Senatus e uestigio illos ab exercitu litteris missis reuocandos curauit: ut redeuntes deposito statim consulatu nihil aduersus hostes uti consules gererent Receptas Flaminius litteras non prius aperuit q̃ collata pugna uersisqꝫ in fugam barbaris in agrum eorum excursionem fecerit. Redeunti igitur ac multa referenti spolia non processit obuiã populus / quia reuocatus non continuo mandatis obe/diuerat / uerum ea per superbiam cõtemserat. Quapropter ut sibi triumphus de/negaretur parum abfuit: quem tamen priuatum egisse constat. Is enim antea simul atqꝫ collega consulatu sese abdicare coacti sunt. Adeo uniuersa Romanorũ gesta referebantur ad deum / ut nec in auguriorum nec patrii moris despicientiam uel in maximis bene gestarũ rerum successibus fieri paterentur. Maius profecto momentum in religionis obseruantia: q̃ in uincendis hostibus ad ciuitatis salutẽ pertinere arbitrãtes. Liberius itaqꝫ sempronius mira fortitudine & ęquitate pręditus plurimeqꝫ inter romanos dignitates / cum consul sibi subrogandos Sapio/nem Nasicam & C. Martium designasset / iiqꝫ iam prouincias obtinerent / aníad/uertit se cum libros militarium pręceptorum legeret solenne aliquid inscium pręterisse. Id erat huiuscemodi. Cum quis ex optimatibus in pomerio domum / aut tabernaculum mercede conduxerit & in eo pro captandis sedeat auspiciis. Post/modum firmis nondum signis siqua illum in urbem causa retraxerit primũ omitti oportere tabernaculum: alterum uero suscipiendum ex quo nouus auspiciorum instauretur aspectus. Hoc latuisse Tyberium uidetur: qui bis eodem usus taber/naculo dictos designarat consules. animaduerso postmodum uicio / reqꝫ senatui relata. Senatus tam paruulum minime contempnendum errorem ratus signifi/care illis statuit. quapropter ii continuo e prouinciis Romam rediere / seqꝫ magi/stratu abdicauere. Hęc tamen posterius gesta sunt eisdem ferme temporibus duo illustrissimi flamines sacerdotium ãmisere. Cornelius cęthegus / quod exta uictimę

non rite admouisse/ & Q. Sulpitius qui et inter sacrificandum apex quem flami-
nes ferunt/e capite prolapsus esset. Cum Minutius dictator C. Flaminium ma-
gistrum equitũ designasset: stridore Sorícis consecuto/uterq; dignitate iussus abire.
alii creati denuo sunt. hoc pacto tam accuratam uel in paruis diligentiam obser-
uantes: nullum aut nouũ/aut non patrium religionis ritum admiscere uoluerunt
Cum igitur consulatum Flaminius deposuisset/ Marcellus per inter reges consul
creatur. Inito consulatu. Gn. Cornelium collegam sibi designat. Postmodum
cum multa a gallis de concordia agitarentur/ad pacem inclinante senatu/ad bellũ
Marcellus multitudinem cõcitabat. Qua in re haud tamen quo minus pax cre-
aretur efficere ualuit: Paulopost gessate superatis alpibus bellum innouauere: qui
primum castra mouentes in Isombres eos sibi socios asciuere: qui triginta milia
numero erãt/cum ii longe plures essent. Dehinc alacres & elati in acerras impetũ
faciunt. Id autem oppidum est super Antipado locatum. Hinc rex eorum Brio-
matus decem milibus gessatarũ secum assumptis circumpadanam populatur orã.
quę cum Marcellus accepisset relicto ad acerras collega/simulq; peditatu ac cęte-
ris grauioris armature & tertia parte equitum: ipse cum reliquis equitibus & ex-
peditissimis militum ferme sexcentis ad hostes contendit/non noctu non inter diu
iter omittẽs: donec ea decem milia gessatarum circa capidium gallicę uicũ nuper
imperio Romanorum adiunctum offendit. Vbi nec suorum corpora curare/nec
ullum quieti tempus dare licuit. Confestim enim barbari ubi eum aduentasse
sentiunt pauci faciunt/quod pedestres quidem copias paucas haberet: equites
uero prę se nihil ipsi penderent galli. qui cum ęquestri pręsertim pugna fortissimi
bellatores excellant: ipsa quoq; multitudine Marcellum superabant. Quamobrẽ
statim in eum grauissima miniãtes perinde ac ui omnia direpturi duce rege cõ-
citis ferũtur equis. At Marcellus/ne paucissimus suorum numerus diffusis cir-
cumueniretur hostibus: procul ab equitatu deducto agmine/donec paululũ ab
hoste aberat/tenuissimo cornu progressus est. Cunq; ad conferendas manus suos
converteret/hostium clamore ac strepitu perterritus equus Marcellum retro uio-
lenter aufert: Eapropter ueritus ne ea res ullam Romanis perturbationem religi-
onis obiceret/retractis statim habenis equũ in ipsos conuertit hostes. Et ne casu
magisq̃ consilio eo usus circuitu uideretur/solem supplex adorauit. Is enĩ in inicio
pugnę superos adorare Romanorum mos est. Cunq; hostibus iam immisceretur
ioui feretro opima ex hostibus sacraturum arma nouit. Inter hęc cum illum gal-
lorum rex conspexisset ob insignia ducem opinatus/ante omnes et concitato oc-
currit equo/& quassans hastam uirum clamore prouocat. Is erat inter gallos exi-
mia corporis magnitudine/armatura auro argentoq;/ac uariis distincta coloribus
fulgoris instar perlucida. Quę ubi marcellus pulcherrima ex toto conspicatur a-
gmine/ea futura meditatus: quę concepta deo uota persolueret. uirum adoritur/
quem hasta thorace perfosso/simul equi uiribus innixa uirum resupinat: iterũq;
ac tertio uulnere repetitum statim exanimat. Tum equo desiliens marcellus &
exanguis arma manibus tãgens ad cęlum conuersus/O magna inquit ducũ opera
& imperatorum gesta bellaq; ac pugnas contuens/Feretri iupiter obtestor. tertius
ego Romanorum dux ac imperator uirum hũc ducem simul ac regem propria
manu confossum occidi. Hęc tibi prima opimaq; spolia dedico. Tu nobis dum
ad belli reliquias uertimur similẽ pręsta successũ. Tum Romani equites peditibus

ęquitibusq; simul immixti pugna cōmissa ingentem ac mirandam quodāmodo
uincunt uictoriam. Constat enim tantum equitatum ac peditatum non antea nō
postea usq̃ a tam paucis superatum. Tum cęsis plurimis prędam & arma secum
tenēs ad collegā regreditur: per id tempus aduersum gallos infęliciter dimicantē,
ad Mediolanum amplissimam quidem & populosissimā gallię urbem, quā galli
Metropolim appellantes: pro ea strenue pręliantes obsidione Cornelium circum-
uenerant. Vt non redeuntem Marcellum regemq; profligatum ac necatum sen-
sere gessatę profugiunt. Quapropter Mediolanum a Marcello captum. Cętera
oppida dedentes galli Romanis ultro cuncta permittunt. Hoc pacto tranquilla
satis utrinq; pax contigit. Post hęc decretus a senatu soli Marcello triumphus.
Qui cum ditissimus spoliis, ac ingentibus captiuorū corporibus splendidissimus
duceretur. Rarissime admirationis habitus est. maxime uero uoluptatis & no-
uitatis spectaculum ostendit, cum Ioui barbarica deferebat arma. Trunco siqui-
dem montanę quercus abscisso & in trophei modum fabricato affixa quaq; uersū
spolia impendebant ornate plurimum ac decore disposita. mox accedente populi
frequentia Marcellus in currum tollitur. Cuius rerum triumphale simulachrum
pulcherrima per urbem pompa magnificentissime transmissum est. Ornatissimis
pręditus armis assequebatur exercitus, deo ac imperatori cōdita carmīa & uicto-
rię peana canentes. Inde procedens & ad feretrii Iouis templum ascendens ea illi
solenni dedicatione suspēdit. Tertius & ad nostri usq; temporis bella postremus.
Primus enim Romulus spolia ab Acrone Ceninensium rege detracta retulit. Se-
cundus Cornelius cossus a Lumino ętrusco. Post hos Marcellus a gallorū rege
Briomato, post quem nullus. Eum uero deum cui hęc transmittūtur idcirco Iouē
feretrium: ut quidam asserunt, appellant: quod secundum gręcorum linguā quā
olim latinis plurimum immixtam fuisse constat: trophea feretro uecte idest feretro
trophea ferātur. Alii uero sic appellatum Iouem dictitant ꝙ fulmine feriat. Cęteri
quod in bello feriri soleat id exortum nomen inquiunt. Nam & nunc quoq; in
persequendis hostibus dum se inuicem milites exortantur: frequenter ferire iubēt.
Manubias autem cōmunes quidem spolia, priuatas uero opima uocitant. Numā
autem Pompilium in cōmentariis prima secunda & tertia memorasse opima tra-
ditum est. Primaq; capta Ioui feretrio, secunda marti, tertia quirino cōsecrari iussit.
primo Axes trecentos, secundo octuaginta, tertio centum premium esse cōstituit.
Hęc ut plurimum fama tenuit perinde ac ea tantūmodo illustria sint: quę prima
in agmine duci dux detraxit. De his hactenus. Ea uictoria & belli exitus lętitię
tantum Romanis attulit: ut librarum aureum crathera Pithio Apollini delphos
usq; pro earum rerum gratulatione trāsmiserint. Sociis quoq; ciuitatibus āplissi-
mam eximiarū partem distribuere: nec minus regi Syracusanorum Hieroni Ro-
manorum amico & socio. Cum Hannibal in italiam irrupisset Marcellus in Si-
ciliam cum classe missus est. Post Cannensem uero cladem in qua non pauca Ro-
manorum milia pugnando cęsa sunt: paucis qui salutem fuga comparauerant
sese Canusium recipiētibus: ingēs erat expectatio, Hānibalem confestim Romani
castramoturum. quod ei attritis Romanorum uiribus optime cōduxisset. Mar-
cellus statim mille & quingentos ex nauibus milites urbis presidio misit. Postea
acceptis a senatu litteris Canusium contendit: adiunctosq; quos ibi collegerat
ne liberū hostibus agrū permitteret, deducit ex artibus. Ceterū post excellētissimos

ac fortissimos bello uiros interemptos Romani Fabiũ maximum plurime dig-
nitatis fidei ac sapientie uirum ueluti cunctatorem & parum in rebus gerẽdis
audentem improbabant quod accuratus nimiũ & diligens ne quid pateretur ad-
uersi consultabat. Eiusmodi autem imperatorem non ad ulciscendum sed ad tu-
tandum satis esse arbitrantes / ei Marcellum addidere: ut ad res tute ac caute ge-
rendas suam cum illo audaciam efficaciamq; temperarent. Vtrunq; igitur interdũ
consulem / nonnunq̃ consulem alterum altero proconsule creatum emittebat. Vt
enim Possidonius refert Fabium clipeum / Marcellum ensem appellabant. Sole-
bat enim dicere Hannibal se Fabium quidem ut preceptorem: Marcellum autẽ
ut pugilem reformidare. Ab illo enim ne mali quicq̃ perpetraret & cohiberi: ab
hoc autem nonnunq̃ grauiora perpessum. Itaq; post illam uictoriam cum tantum
alacritatis & audacię suis iniectum esset militibus / ut longe a castris dispersi ac pa-
lantes regionem occuparent. ipsos adortus Marcellus uires eorum fregit: pro-
fligauitq;. Post hęc Neapolim Nolamq; eis laturus auxilium se conuertit. Cũq;
Neapolitanos in fide permanentes comperisset / eis stabilitis Nolam contendit.
ubi dissidentem a plebe senatum inuenit: nec plebis animos ad Hannibalem in-
clinatos tractare aut componere senatus poterat. Erat in ea ciuitate uir & nobili-
tate primarius / & fortitudine conspicuus L. Bandius: qui ad Cannensem pug-
nam obtruncatis pęnorum pluribus ęgregie dimicauerat. eum postmodũ multis
confixum spiculis inter cęsorum corpora repertum Hannibal admiratus / non solũ
absq; precio domum remiserat: uerum & donatum insuper amicum sibi hospita-
litatis iure coniunxerat. Ob cuius gratiam meriti cum Bandius ad Hannibalem
promptissime inclinaretur: ad eum quoq; plebem confirmabat ad defectionemq;
solicitabat. Marcellus uirum illustrem & in maximis bellorum casibus Roma-
norum socium necare ducebat impium. Erat preterea ingens in Marcello naturę
humanitas / suauitas / lepor / & affabilitas / ita ut quẽuis ad se sua comitate pelliceret.
Cum igitur illum Bandius aliquando salutasset quisnam sit homo Marcellus ro-
gat quamuis illum probe norat antea. Ad sermonis initium occasionem quoq;
perquirebat. Eo autem respondente. L. Bandius / quasi lętatus magnopere ad-
miratusq; Marcellus. tu ille Bandius es inquit / cuius maxima inter cannarum
bellatores fama Romę est quod Paulum Emilium Consulem solus ne defereris.
in quem cum densissima cõiicerentur missilia / ea corpore subiens excepisti. Assen-
tiente Bandio & uulnera quędam ostentante: talia inquit cum in nos amicitię
signa proferres ad nos cur non confestim ibas: An uero ad retribuenda amicoꝝ
uirtuti premia: quibus & penes hostes tantus habetur honos: iniquos censuisti?
Hęc benigne locutus comprehensũ dextra iuuenem eximio ad pugnã equo & qui-
gentis argenti dragmis donat. Quas ob res effectum est ut Bandius constantis-
simus Marcello socius propugnatorq; fuerit: & eorum qui diuersę factionis erãt
grauissimus accusator & uindex. Erant complures qui cum Romani in hostes
egrederentur sarcinas & impedimenta diripere statuerant. Quod ubi Marcellus
accepit intra męnia instruxit exercitum / & intra portas impedimenta tute dispo-
suit: Nolanis per pręconem ne muros adirent inhibitis. Erat in muris armorũ
solitudo. Eapropter tumultuantes in ciuitate ratus Hannibal & efusum muris
admouit exercitum. Tum Marcellus patefieri portam iubens cum strenuissimus
erupit equitibus rectaq; concitus uia conseritur hostibus. Paulopost per alteram

portã ingenti curſu & clamore peditatus emittitur. Poſt hęc cum acies Hannibal partiretur/tertia porta recluditur: qua reliqui procurſantes undiqꝫ pęnis inſperata ſtupentibus incumbunt. quos cum poſtremo irrumpentes pęni conſpexiſſent/ ignari cum confertis pugnare Romanis incipiunt. Hic primum Hannibal terga Romanis oſtendit. Pęni itaqꝫ terrore ac uulneribus confecti in caſtra compulſi ſunt. In ea pugna plura quinqꝫ milibus hoſtium deſiderata traduntur. Ex Ro/ manis uero non plures quingentis: quanq̃ Liuius tantam hoſtium ſtragem fu/ iſſe nequaq̃ affirmet. Ea pugna ingentem Marcello gloriam peperit adaucti Ro/ manis animi. Non enim ſibi cum inexpugnabili & inuicto prorſus hoſte: ſed qui uinci & cladibus affici poſſet certamen eſſe didicerant. Poſt hęc mortuo altero conſule/ Marcellus in demortui locum ſubrogandus abſens accitus eſt a populo qui donec ab exercitu rediret/ inuitis optimatibus dilata comitia ſunt. Marcellus cunctorum ſuffragio deſignatus Conſul eſt. ob crebra deinde tonitrua cum au/ gures minime lęta pronuntiaſſent ſigna. palamqꝫ illum ob plebis mętum cohi/ bere torpeſcerent/ is ſe magiſtratu abdicauit. A re tamen haud ſe retrahens mi/ litari/ proconſul creatus Nolam ad exercitum profectus/ eos qui punicę factionis extiterant ſupplicio affecit. Poſt hęc Hannibal magnas ſecum uires trahens ad/ uentat. Cui ex acie laceſcenti minime certandum Marcellus cenſuit. Cum uero maximam copiarum partem prędatum dimiſiſſet/ eum perinde pugnam detrac/ tantem Marcellus adoritur: diſtribuerat autem naualis bęlli longiora pila mili/ tibus: eminuſqꝫ illis ferire Carthaginenſes docuerat/ qui cum iaculari neſciant/ breuibus utuntur manu ſpiculis. Idcirco qui tunc manus contulere/ terga Roma/ nis dederunt & ireuocabilem fugere fugam. in eo pręlio pęnorum quinqꝫ milia cęſa ceciderunt/ elephantes quatuor/ uiui duo capti ſunt. quod autem maximum extitit: hiſpani equites mixtiqꝫ numidę ſupra trecentos tertio poſt pugnam die ad Marcellum tranſfugerunt. Is tunc primum Hannibali caſus obtigerat/ qui ex tã uariis multifariiſqꝫ moribus in unum quidem & barbaricum cõgregatas gentes exercitum unanimes tamdiu conſeruaſſet. Ii igitur Marcello cęteriſqꝫ ducibus fideles ad omne poſtmodum facinus permanſere. Marcellus tertio Conſul crea/ tus in Siciliam traiecit. Hannibalis enim res bene geſtę Carthaginenſes ad uen/ dicandam iterum inſulę dominationem uehementer extollebant: pręſertim cum Hieroni tiranni morte Siracuſis tumultuatum ſit. q̃obrem eo pręmiſſus exercitus prętore Appio. Eam cum Marcellus recępiſſet ei ad genua Romanorum multi/ tudo procumbit. Hi fuerant huiuſcemodi calamitate perculſi Romanorum: qui aduerſus Hannibalem ad cannas in acie pugnauerant. cum nonnulli fugiſſent/ tot capti uiui ſunt ut qui pro murorum cuſtodia locarentur uix relicti ſint. Quos cum Hannibal uel modicis pręciis redimi pateretur/ tanta Romanis animi ma/ gnitudo tantumqꝫ elati ſpiritus erant/ ut ne reciperētur publice decretum ſit. eoſqꝫ tum necari tum extra italiam uenundari parui fecerint. Qui uero profugerant/ in Siciliam relegati ſunt: & ne donec aduerſus Hannibalem belligeraretur/ in italiã reportarentur edictum eſt. Marcello igitur aduentanti hi ſimul procubuere ſeqꝫ humi conſternantes inſignis officium milicię depoſcebant. Clamore maximo la/ crimiſqꝫ polliceri ſe ſua declaraturos opera magis ex infęlicitate quadam: q̃ eorũ ignauia eam cladem eſſe factam. Hos miſeratus Marcellus ad ſenatum litteras dedit ut eis ad milicię ſupplementum uti liceret depręcans. Poſt multa in ſenatu

agitata decretū est. Romanis ad rempublicam ignauis minime hominibus opus
esse. Marcello tamen si eorum uti opera uoluerit/liceat/modo nullam uirtutis gratia
coronam/aut prēmium assequerētur. Hoc decretum dolore Marcellum affecit/
quod aduersis ciuium casibus mederi & in melius constituere pro eorum multis
ac magnis in rempublicam meritis haud permitteretur a senatu. Idq; post confectum
in Sicilia bellum in curia questus est: Hę autem in Sicilia res gestę sunt.
Marcellus ubi primum ab ypocrate Siracusanorum duce uiolata fędera comperit:
qui occupato dominatu ut Carthaginensium gratiam iniret complures in
Leontinis romanos interemerat. Vi Leontinorum urbem expugnat oppidanorum
nemo uiolatus. transfugas quicunq; in potestatem redacti sunt/uirgis cęsos pęna
affecit. Nuntius ab ypocrate Siracusas mittitur qui referat Leontinos omnes adusq;
teneram ętatem a Marcello trucidatos. qua re accepta tumultuantibus Siracusanis
aduentat ypocrates & urbem occupat. Marcellus motis castris Siracusas
profectus haud procul ab urbe metatus: legatos qui res in Leontinis gestas
denuntiarent mittit. quod aduersantibus Siracusanis conduxit/parum iam enim
ypocrates rerum dominium obtinebat inde terra mariq; Syracusas adoritur. Appius
quidem terrestres copias admouit. Marcellus super octo iunctis mutuo
nauibus ingentem attollens machinam inde pentiremibus sexaginta omnifariam
telorum armorumq; genere refertis muris annauigauit. quibus facile potiri cum
apparatus magnitudine atq; splendore: tum propria fretus gloria animum induxerat.
Ea uero pro suis machinamentis nihil pendebat Archimedes: quę olim
non uti studio digna opera/sed uti quędam geometrię ludrica extra ordinem uir
ille cōdiderat. pręsertim cum regem Hieronem hisce delectatum cerneret/qui Archimedem
ut ab cogitationibus ad corpora quoq; artis uerteret induxerat. Sicq;
rationem pręceptorum ad usum ac necessitatem sensibus aperuit. Hanc enim uulgatam
& passim complacitam machinamentorum artem primum Endoxus &
Architas inchoauere: geometriam uariis celaturis exornantes. Ipsius quoq; rationes
ac difficiles demonstrationes occultasq; scientię propositiones per sensuum
ac instrumentorum exempla edidere. Sicut eam rationabilem propositionem quę
circa duas medias dicitur: quęq; ad multa perscripta necessarium quoddam est
elementum. Hi ambo in comparādis produxerunt instrumentis/semiscriptis quibusdam
lineis figurisq; geometricis machinamenta formantes. Quapropter in
eos moleste concitus est Plato quod geometrię pręstātiam sustulissent: quę ab cogitatione
& rebus incorporeis ad sensibilia decurrisset: quasi ad sui usum corpore
& mercennaria indigeret inhertia. Hoc pacto fabricandorum industria machinamentorum
a geometria dilapsa secernitur: ac diutius a philosophia neglecta
una militaribus annumeratur artibus. Cęterum Archimedes ad regem Hieronē
cui & necessitudine & amicitia iunctus erat scripsit. quoduis onus additis moueri
posse uiribus/eumq; suo robore demonstrationis gloriantem iactare solitum aiūt
siquem alterum nactus terre globum esset. hanc ad illam profecto se translaturū
Id admiratus Hieron erat ut quod proponit deducat in actum: & magnū quippiam
pusillis moueri uiribus indicet. Nauem igitur onerariam ex regiis mercatus
est unam: quam simul ac solitum adiecit onus labore maximo ingens hominum
manus traxit. Is inde procul assidens nullo corporis nixu quieta ducens
manu. rapturum autem multa diceres eam trāquille planeq; quasi mari laberetur

adduxit. Eo stupore perculsus Hieron artis intellecta potentia, Archimedem exo-
rauit ut cum ad propugnandum tum ad lacessendum omne tormentorum genus
bellicorum instrueret. quibus cum pacificam tranquillamq; omnem ferme uixis-
set ętatem nec quitq̃ usus est Hieron. At tum Syracusanis in tempore & machi-
ne simul & machinator obtigerant. Romanis itaq; terra mariq; urbem adortis
Syracusanos terror affecerat. Pauida ubiq; silentia haud eius tanto robori tan-
tisq; obsistere posse uiribus existimabant. Vt uero machinas instruxit Archime-
des uaria Missilium genera & ĩmensę magnitudinis saxa incredibili fragore ac
celeritate iaculata aduersum terrestres emittebat copias. Qua in re cũ nullus om-
nino sese ab hisce tueretur molibus conglobatos prouoluebat totaq; dissipabat
agmĩa: inde trabes e muris repente liberate firmissimoq; desuper iactatę põdere
nonnullas in profundum naues pręcipitabant: quasdam ferreis manibus & in
rostri genus admodum fortipibus per proram insublime raptas cum statuisset
in puppim ĩmergebat. Alię interioribus rotatę machinis cum ingenti nautarũ
strage pręcipitibus illidebantur scopulis. Celsius interdum a mari suspensa na-
uis nunc huc nunc illuc agitata horrendum prębebat spectaculum quod eiectis
prouolutis uacuata uiris dum quę suspenderat catena remitteretur muris illisa
recideret. Deinde cum suam Marcellus machinam iunctis simul nauibus muro
admouet. eam autem ob musici similitudinem instrumenti Sambucam appel-
labant. in hanc dum adhuc procul abesset, primum, dehinc alterum, mox tertiũ
decem talentorum ponderis saxa prosiliunt. quę magno fragore & quodam tem-
pestatis impetu irrumpentia disiectis clauis ipsius basim dissipauere machinę.
Ea coactus necessitate Marcellus nauibus ac terrestribus copiis ut sub abscede-
rent e uestigio imperauit. consilio habito, noctu muros inuadere statuunt. Ar-
chimedes enim tormenta ut longe emittãt instruxisse. At cum interuallum ictus
non habeat eorum omnis erit conatus inefficax. Verum enim uero haud minorẽ
ad hęc dudum antea fecerat apparatum. omnis instrumentorum impetus pro
spacii magnitudine per tela per breuia crebroq; repetita. parui scorpiones erant
dispositi qui plurimis frequentissimisq; uulneribus ex occulto peterent hostes.
Quapropter cum clanculum muro succedere arbitrentur missilibus occurrunt, in
modicis ingestis lapidibus capiti saucii & undiq; e muro, perinde ac ad perpen-
diculum collabentibus telis obruti. quod si retro cederent pro spacio locata ia-
cula in uasto cadentia impetu intercipiebant abeuntes. Maximo igitur & uirorũ
strages & nauiũ facta uexatio, cum interim permansissent hostes integri, cunctaq;
enim ferme instrumenta post murum locarat Archimedes. Eapropter grauissi-
ma ex occulto perpessi Romani aduersum deos pugnare uidebantur. Marcellus
igitur eius fabros & machinatores conuiciis carpens simulq; fugiens. num de-
sistemus inquit contra hunc Geometram pugnare Briareum qui sedens in littore
ludensq; nostras naues cum ingenti disiecit ignominia. ipsos uero fabularum
centimanes superat tot nos telis uno petens ictu. Et profecto uniuersi quidem
Siracusani ad machiuas pro Archimedis corpore erant. Qui uero cuncta moue-
bat uersabatq; unicus existebat animus. Cęterorum quidem arma immota qui-
escebant solis Archimedis armis perculsi hostes & protecti ciues. Deniq; Mar-
cellus si super e muris funem & mallum quendam conspicaretur, quampiam in
se machinã ab Archimede motam arbitratus ĩplicitos terrore milites clamãtesq;

retroq; fugiens abducebat. Ab ea igitur oppugnatione omni conatu absistere & inposterum hostem obsidione cingere statuit. hoc tam profunde mentis acumen/ & tam inmensum speculandi thesaurum assecutus Archimedes/ in quibus non humanę sed diuinę potius sapientię gloriam comparauit. nec unum eorum posteris scripto cōmendare uoluit. Verum ipsam machinamentorum negotiationem totamq; necessitati cōiunctam artem minus ingenuam ac mercennariam ducens: ea tantūmodo reliquit quę ad sui nominis propagationem pertinere censuit. quibus cum pulchritudo ac excellentia nulla certe inest necessitatis admixtio. Cunq; ipsorum difficilis in demonstrationibus sit materia nullā cum cęteris comparationem habet. Hęc quippe magnitudinem ac pulchritudinem: illa solertiam & mirabilem quandam prę se fert potestatem. Difficiliores enī grauioresq; in geometria materias simplitioribus aut pluribus descriptas elementis concipere minime licet/ quod nonnulli hominis ingenio/ nonnulli industrię ac laboris assiduitate ab eo sine labore factum autumant. Nec utrūq; factu difficile. quisquis enī perscrutatur nullam per se demonstrationem inuenit. Vt uero earum rerum disciplinam acceperit: planam compendiosamq; eius scientię uiam ab se quoq; reperiri potuisse iudicat. Quapropter iis quę de ipso commemorari solent/ habenda fides est/ proprie cuiusdam ac familiaris amęnitate sirenis allectum cibum & corporis curam oblitterasse. Sępe numero inuitus ductus ad balnea dum perunguendus incratere cōstitueretur per corporis unguenta geometrię figuras ac liniamenta digito inscribebat. Tanta eius rei dulcedine capiebatur/ ut uere illum musarum instinctu correptum dixerim. Is cum multa pulcherrima excogitasset amicos/ ac necessarios orasse fertur ut post eius mortem ambitam Chilindro speram eius sepulchro imponerēt īscriberētq; ex continenti firmamento ad contentum quenam excessus sit proportio. Talis igitur Archimedes quantum in eo fuerat/ se simul ac urbem inuictum conseruauit durante obsidione. Marcellus Megarensium longe sicularum uetustissimā urbem cępit. Hipocratis quoq; exercitum dum castra penes anxillas poneret cępit: occiditq; hominum supra octomilia/ totamq; ferme Siciliam excursationibus uexauit. ciuitates ut a carthaginensibus deficerent effecit. Vniuersos autem rem acie discernere ausos uictor profligauit. Post hęc cum sparthanus Damippus a siracusis nauigaret/ in eius dictionem relatus est. quem cum siracusam redimere uehementer optarent/ & illius rei gratia frequentiora traherentur colloquia/ turrim quandam contemplatus est/ accurate parum obseruatam. quę quoniam cōmodus ascensu murus existebat/ clanculum admittere uiros poterat. Eo igitur cum multotiens collocuturus accessisset/ illius altitudinem coniectura permensus scalas comparat. Per id tempus Siracusani ad humum largius metati festum dianę diem inter iocos actitabāt Qua re Marcellus obseruata non solum turrim cępit/ uerum etiam murum furtim undiq; armato compleuit milite. quod non ante factum oppidani intellexere: q̃ dies illuxisset & fractum esset exapilum. Id ubi sentiunt moueri ac tumultuari cęptū Tum Marcellus iussis canere tubis/ terrorem ingentem ac fugam ingessit uniuersis/ nullam non ab hoste partem occupatam ratis. fortissima uero ac pulcherrima amplissimaq; erat Achradina/ quę quod in exterioribus urbis partibus murata extabat/ nondum capta restabat: Enisneam & Thycham nominant.

Mox per Exaphilum ingredientem uniuerſi eius primores beatum uocabant.
Is in ſuperioribus locis conſtitutus ſubiectam oculis magnificentiam ac ſplen/
dorem urbis conſpicatus diutius illacrimas ſe traditur. Cũq; ſtatus eius iãiam
futuram permutationem animouerſaret, caſum incumbentem miſeratus eſt: q;
diripenda militibus eſſet. Nam cum prędam milites efflagitarent, in eos reluc/
tari prorſus audebat nemo. nonnulli delendam incendio funditusq; euertendã
hortabantur. Quem ſermonem nullo pacto Marcellus admiſit. Inuitus tamen
ac coactus bona tantum ac ſeruos prędam eſſe conceſſit. Ingenua uero corpora
conſtuprari, aut occidi, aut deniq; attingi uetuit: nec Siracuſanorum quempiam
in ſeruitutem redigi paſſus eſt. Qua in re tam & ſi modeſtius egiſſe uideretur
non miſeranda tamen non pati ciuitatem exiſtimabat: e tantoq; alacritatis cu/
mulo compatientis ac condolentis animi emergebant iudicia: cum ingentem
fęlicitatis ſplendorem paruo momẽto cernebat extingui. Nam non minus hãc
opulentam ꝗ quę poſtmodum Carthagine ſuſcepta eſt, prędam fuiſſe tradunt.
Reliquam uero urbem cum paulopoſt proditione cępiſſent, ui totam diripuere
pręter gaçam regiam: quę in ęrarium tranſlata eſt. Pręcipue autem Marcellũ
caſus Archimedis dolore confecit. Is enim in contemplandis liniamentis, ocu/
lis, ſtudio, ac cogitatione ſimul intentus, non diſcurrentes Romanos, non captã
urbem ſenſerat: cum repente miles quidam aſtetiſſet, ſeq; ut ad Marcellum ſe/
queretur imperaſſet non ante uoluit Archimedes ꝗ rem propoſitam applicata
demonſtratione perfeciſſet. Quamobrem ita percitus miles eum nudato mu/
crone confodit. Alii tradunt Archimedem cum Romanum ſuſpenſo in ſuam
necem gladio cõſpiceret, ne rem inueſtigatam imperfectam indiſcuſſamq; relin/
queret more paululum oraſſe. eius uero rei ſecurum militem illum obtruncaſſe
Tertius de illo iactatur rumor. Et ad Marcellum ſaothera ſperas, angulos, &
quędam alia mathematica ferenti inſtrumenta: quibus ſolis magnitudinem ad
aſpectum accommodare ſolebat: fiunt obuii milites, eumq; aurum uaſe portare
rati necauere. Id uero Marcellum egre tuliſſe, homicidamq; perinde ac cęde
pollutum abhominatum eſſe certum eſt. Illius quoq; neceſſarios honoribus cu/
mulaſſe conſtat. Cęterum cum Romani bello quidem fortes & in conſerendis
manibus ſtrenui ac terribiles haberentur nullum autem comitatis, clementię,
urbanitatis prorſus exemplum de ſe exteris nationibus prębuiſſent: tũc primo
gręcis oſtendiſſe Marcellus uidetur, iuſticia quoq; & ęquitate pręditos extitiſſe
Romanos. Talis enim in hoſte fuit, totq; ciuitates & priuatos homines tantis
proſecutus eſt beneficiis: ut quod aduerſum Ethnenſes, Megarenſes, ac Sira/
cuſanos, ſimite perpetratum eſt. eorum magis qui perpeſſi ſunt, ꝗ qui intulerũt
culpa geſtum eſſe cenſeatur, e multis unum memorabo. Vrbs eſt Sicilię egi/
on haud magna, uerum antiquiſſima & dearum religione celeberrima. quas
maceras appellant. In ea templum eſt quod a Crethenſibus ędificatum traditur
haſce quędam ex ereq; caſſides oſtenduntur, tum Merioni, tum Vlixis, qui eas
dearum ſimulacris affixerant inſcripta habentes nomina. Hęc cum ad res Car/
thaginenſiũ inclinaretur Hicias in ciuitate uir primarius, ut ad Romanos ani/
mum applicarent palam ac intrepide pro contione conſultabat nonnũꝗ aduer/
ſariorum ſententiam arguens: qui hominis auctoritatem ac potentiam ueriti
illum captũ pęnis tradere deliberabant. quod cũ Hicias intelligeret, clãdeſtinã

circa se disponens custodiam | manifeste in materas deas cępit intempestiuus
ac ineptus obliqui : multaqꝫ aduersus earum diuinitatem ac gloriam | ut incre-
dulus & contemptor perpetrate | exultantibus mirum in modũ inimicis | quod
suorum causas malorum prębuisse uideretur . Inde cum ad eum corripiendum
se pararent aduersarii | tantisper Hicias in contione ciuium cum orare ac publica
consultare cepisset corpus repente demisit ad terram . Vbi paululum immorante
magno cum stupore silentium uti par erat | exortum est · huic caput attollens
& uoce subtremula graui circumagitans acutum paulatim protendit sonitum
q̃re cũ theatrũ silentio & horrore simul implicitũ uidisset abiecto amictu & in-
tima abscissa tunica seminudus emicans ad theatri fores cursu festinat se ab
materarum numine agitatum clamitans . Quem cum religionis causa attingere
uel refragari nullus auderet | & proinde uniuersi cederent | extra portas cursu de-
fertur | nullo interim limphantis clamore aut insanientis usus impetu . Huius
enim Astus conscia coniũx prius susceptis filiis in dearum templo supplex ad-
uoluitur : inde uirum errantem se quesitum ire simulans | probibente nemine |
tuta ex urbe decessit . Eo pacto liberati syracusas ad Marcellum contendunt .
Postea cum egionates ob eorum petulantiam & commissa facinora | Marcellus
uniuersos ligari ut eos supplitio afficeret iussisset : Hicias astabat illacrimans |
eius manus ac genua complectẽs suos ciues & in primis aduersarios deposce-
bat . Qua re placatus Marcellus missos fecit uniuersos ciuitatem nulla affecit
iniuria . Hicię quoqꝫ magnis honorato muneribus | agri plurimum uendicauit.
Hęc quippe Possidonius philosophus in hystoria tradidit . Marcellus ad uici-
num ac domesticum Romę bellum accitus | priusq̃ rediret pulcherrima ac plu-
rima syracusis signa detraxit . ut tum ad sui triumphi spectaculum | tum ad ur-
bis ornamentum essent . quę nihil antea lasciuum aut luxuriosum habebat aut
nouerat | nondum in ea gratiosa hęc & amabilis sculptura penetrauerat . Verũ
armis referta barbaricis | cruentis spoliis | tropheis | ac triumphalibus coronata
monumentis | nullum letum aut intrepidum | ut pote delitiosis nondum specta-
toribus spectaculum exhibuerat . At sicut Epaminundas boetium agrũ mar-
tis Orchestram | & Xenophon ephesum belli officinam appellat : sic Romam tũc
belligeri templum martis | ut Pindarus ait | uocari potuisse arbitror . Itaqꝫ cum
Marcellus in urbem gręcanicę iocunditatis supellectilem & uarias aspectu in-
tulisset illecebras | plurimum plebis fauorem comparauit . Fabius autem maxi-
mus senatus gratiam consecutus : quod urbe Tarentinorum capta | nullum ex
ea signum mouisset | aut Romam transtulisset : uerum inde pecuniis opibusqꝫ
transmissis | deorum ymagines dimiserat . id quod sępe commemorari solet adi-
ciens . Hos inquit deos relinquamus Tarentinis iratos . Marcellum incusabãt
primum quod magnam in ciuitatem conflasset inuidiam : cum non homines
tantum | uerum & deos etiam perinde ac captiuos inter triumphandum egisset:
deinde quod assuetum bello ac populum rebus rusticis | nec dum delicias ex-
pertum aut desidiam & ut ab Eripiclide de Hercule dictum est : rudem ac mi-
nime lautum | sed frugi maxime ocio nugisqꝫ referserat . qui dum circa artis ar-
tificumqꝫ oblectamenta uersantur diei plurimum mirando terebant . Attamen
gloriari Marcellus docereqꝫ Romanos quod pulcherrima & mirabilia gręco-
rum ornamenta uenerari ammirariqꝫ nescirent . Cęterum cum aduersantibus

inimicis ei triumphus negaretur | quia nonnulla adhuc in Sicilia nauanda re/
ſtabant : erat uero plenus tertius inuidia triumphus factum eſt | ut ingentem
quidem ac integrum in albano monte triumphum duceret | ouans autem urbem
ingrederetur. Euan quidem gręci | ouationem autem latini uocant. Eam uero
in curru laureatus | nec circumclangentibus tubis | at pedes patriciis in calceis |
modulantibus tibiis | mirteam geſtans coronam ducit. Nulla belli facies quę
iocundum magis q̃ terribilem parit aſpectum. Quę res ingenti mihi extat
iudicio ratione magiſq̃ magnitudine gerendi diſtinctos olim fuiſſe triumphos
Nam qui pręlio & cędibus hoſtem ſuperaſſent martium illum ac terrificum a/
gentes triumphum quemadmodum & illuſtrandis exercitibus fit | arma uiroſq;
lauro de more coronabant. At qui ſine pugna | beniuolentia & comitate orãdo
rem bene geſſerant iis imbellem hanc pacificamq; peanis cantu pompam lex
ſinebat agendam. Tibia enim pacis eſt | ueneris quoq; arbuſcula mirtus | quę ui
maxime bellumq; peroſa eſt. Cęterum hoc triumphi genus non ab ouatione
hoc eſt clamore bacchico | ſicuti multi putauere appellatur ouatio | tam & ſi illã
ouantes canenteſq; tranſmittant. Credunt hoc a gręcis nomen in conſuetudinẽ
deriuatum | ſimulq; nec huius honoris quicq̃ ad liberum patrem pertinere quẽ
enim & Triambũ nominãt | hoc nequaq̃ uerum eſt. Ac tum milites in magno
triumpho bouem | in hoc imolare ouem conſueuerunt. Vnde huic triumphi ge/
neri nomen extat. Dignum eſſe arbitror eum ſpartanorum legiſlarorem con/
templari : qui contrario Romanorum more ſacrificandum inſtituit. Nam ſi/
quis Lacedemoniorum dux quod uelit | dolo aut perſuaſione confecerit | bouem
mactat. ſin bello res geſta fuerit | gallum. Ii enim tam & ſi bellatiſſimum genus
ſit : ampliora tamen magiſq; homine digna | quę ratione ac prudentia q̃ quę ui
aut fortitudine confecta ſint iudicabant. Hęc quoq; ſe habeant pacto conſide/
rari poſſunt. Cęterũ poſteaq̃ Marcellus Conſul quarto crętus eſt | eius inimici
Siracuſanos induxerunt | ut de eo Romam queſtum uociferatumq; uenirent :
q; grauiſſimas ab eo res contra fędera & iura ſocietatis paſſi forẽt. Tũ Mar/
cellus rem diuinam in capitolio faciebat. Sedentibus itaq; patribus Siracuſani
ſupplices aſternũtur. dicendi locum & pro uiolata ciuitate iuſticiam implo/
rantes. quod cum abſentis gratia Marcelli | egre collega pateretur Siracuſanos
arcebat. Id ſimul atq; Marcellus accepit ſtatim affuit | & ſella poſita cum ſediſſet
ut Conſul ius dixit. pręfectis cęteris deſcendens e ſella in eum locum uti priua/
tus migrauit : quo in ius uocati ſolent. Siracuſanis de ſe querendi facultatem
prębuit. Qui ubi uiri dignitatem | auctoritatem | maieſtatem | & inuictum armis
ducem ſecũ uerſare | confuſi perturbatiq; ſunt | terrorem magis augebat ſplendor
purpurę : qua nec eum cernere patiebantur. Veruntamen aduerſariorum exhor/
tationibus excitati flebilibus lamentis incuſationem exorſi ſunt. cuius ſumma
hęc fuit. Se cum ſocii amiciq; populi Romani eſſent | quod nec etiam ſub reli/
quis imperatoribus pertulerint | hoſtes perpeſſos. Ad ea Marcellus eos nil niſi
q; ui & bello capti quodq; arceri nequeat pertuliſſe : qui cum ab eo multa ſua/
derentur & cõmonefierent audire ſibi noluiſſent. Nec enim a tirannis pugnare
coactos | uerum & eos ſub belli nomine dominatum uſurpaſſe. His peroratis
cum patres Siracuſanos de more dimiſiſſent | Marcellus in ſenatu relicto col/
lega ſimul exceſſit ãte fores curię expectãs nil aut pęnę mętu aut in Siracuſanos

ira ſolitam immutauit habitudinem : quin ſumma benignitate & modeſtia ſe-
natus conſulti finem oppetiebatur . Deinde patrum decreto Marcellus uictor
declaratur . quapropter Siracuſani ſeſe ad eius genua proiecerunt lacrimis ob-
ſecrantes ut abiecta aduerſum pręſentes iracundia reliquam miſeraretur ciui-
tatem . immortales ſibi gratias proinde habituram . Quibus placatus Mar-
cellus cum iis pręſentibus cum uniuerſis conciliatus eſt Siracuſanis . quos in-
poſterum perpetuis proſecutus eſt beneficiis . Senatus quoqꝫ reſtitutam liber-
tatem illis leges impoſitas ,compluraqꝫ adiudicata pręedia rata cenſuit habenda
quorum gratia meritorum cum immenſos alios honores a Siracuſanis aſſecu-
tus eſſet : tum decreuere ut quotiens Marcellus aut eius quiſpiam poſterorum
in Siciliam traiicerent ,obuiam Siracuſani coronati prodirent ,& diis ſacrificia
inſtruerentur . Hinc Marcellus ad Hannibalē uertitur uerſus quem poſt Can-
nenſem cladem cęteri Conſules ac uniuerſi ferme duces inſtructas cōſerere acies
nuſq̄ auderent & tumultuariis tantummodo pręliis uterentur . ipſe diuerſam
aggreſſus uiam uerſabat animo quemadmodum Hannibal poſtq̄ africam ua-
ſtaſſet italiam ,nunc poſſet ab italia profligari . Fabium quoqꝫ haud recte con-
ſulere : qui dum ſemper tutis innititur . Vt languenti patrię mederetur differen-
dum eſſe bellum cenſebat : cum interim labefactate uires contabeſcerent ,quem-
admodum trepidi ac minus audentes medici factitāt . qui cum bona ualitudo
ac uigor abſumitur , opem egrotis ſerius afferunt . In primis igitur quaſdam
ſannitum ampliſſimas urbes cępit . in quibus ingētem tritici uim repoſitam &
grandem pecuniam & tria pęnorum milia ,quę in eis pręſidii cauſa relicta fue-
runt . Poſt hęc cum Hannibal . Gn . Fuluio proconſule in Apulia cum undecī
tribunis militum cęſo ,maximam exercitus partem trucidaſſet Marcellus Ro-
mam litteras , quibus ciues conſolaretur dedit . mox enim ſe ut ea ex regione
Hannibalem expelleret trangreſſurum . Quę ubi lectę ſunt haud demptum ro-
manis merorem , uerum etiam adiectum terrorem Liuius tradit : eo magis ac-
cepta clade impendere diſcrimen ratis ,quo Fuluio longe Marcellus pręſtabat .
Cęterum is quemadmodum ſcripſerat ,continuo Hannibalem petens lucaniam
ingreditur . Vbi cum ad miniſtronem opidū pęnum munitos tenere colles of-
fendiſſet : ipſe plano in loco caſtra poſuit . poſtridie dum prior ad pugnam co-
pias eduxiſſet in aciem Hannibal deſcendit . Itaqꝫ conflixere ingens atroxqꝫ
utrinqꝫ prelium geſtum : neutri uictoriam adiudicauit . A tertia enim hora col-
latis manibus in multam uix noctem dirempti ſunt . Poſtera die cum primū
illuxit Marcellus productis copiis pro acie per cadauera ſtetit : & ut pro uicto-
ria decertaretur Hannibalem prouocabat . qui cum caſtra mouiſſet , ſpolia ho-
ſtium legit humatiſqꝫ ſuis hoſtem iterum inſequitur ,pluribus ſummiſſis īſidiis
in nullas Marcellus incidit ,in omībus tumultuariis pugnis ſuperior . quibus
in rebus magna Marcelli laus erat & admiratio . Inſtantibus idcirco comitiis
ſenatus decreuit alterum potius e Sicilia conſulem q̄ implicitum Hannibali
Marcellum ſubducere : qui reuerſus dictatorem dicere iuſſus eſt . Q . Fabium .
Non enim dictator a populo aut a ſenatu deligi poteſt . Verum alter conſulū
aut imperator progreſſus ad populum quem cenſeat dictatorem dicit . Vnde
quia dictus ſit ,dictatorem appellant . Nonnulli ab eo nuncupatum dictatorē
aiunt : ꝙ non populi ſuffragio aut aſſenſu , uerum quod is cenſeat , imperet :

siquidem iussa magistratuum : quę gręci diacagmata / Romani uocant edicta.
Is itaq; Marcelli collega e Sicilia reuersus cum alium dicere dictatorem mallet
ne inuitus cogeretur noctu in Siciliam traiecit. Quamobrem. Q. Fabium
dictatorem nominante populo / senatus ad Marcellum litteras dedi ut hunc
diceret. Sic Marcellus dixit & scito plebis auctoritatem adiecit. Ipse dehinc
proconsul designatus / cum Fabio maximo statuit / ut is Tarentinos adoriretur
ipse consertus Hannibali eum distrahat ut quo minus illis auxilium ferret /
impedimento esset. Tum Canusium contendit pęnoq; sępenumero castra per/
mutanti pugnamq; detractanti undiq; imminebat. tum uallum iacienti acrius
instare leuibus pręliis eum ut migraret cogere. deniq; cum ipsum pelliceret /
nec pugnam Hannibal detractaret / nox pręlium diremit q̃ primum dies illuxit
Marcellus in armis structa inspectabatur acie. Quare irritatus Hannibal co/
actus ad contionem Carthaginenses obsecrare ut pro uniuersis olim gestis eam
decertarent pugnam. Cernitis inquit ut post tot partas bello uictorias nulla
nobis aut respirandi aut quietis facultas adsit : nisi hunc propulsemus hominē
At hisce adhortationibus pręlium ineūt / q̃ quod ad rem Marcellus q; intem/
pestiua usus est militia succubuisse uidetur. Dextro enim laborante cornu cum
Marcellus ordines in primam succedere aciem iussisset turbatis ea mutatione
ordinibus collata est hostibus uictoria. In ea pugna Romani ad duo milia
septingentos cecidere. Marcellus ubi in uallum rediit conuocato ad contionē
exercitu / multa se ait Romanorū arma & corpora at Romanum uidere neminē
Eis autem ueniam imploratibus / non uictis inquit / sed si uicerint daturum :
cras denuo conflicturum / ut antea uictoriam q̃ fugam ciues audiant. Hęc
locutus uictas cohortes pro tritico / ordeo pauit. Quas ob res cum plures ex
ea pugna summo cum discrimine ęgre se haberent : neminem tamen accepta
magis uulnera q̃ Marcelli confecerat oratio. prima hinc luce signum pręlii ru/
bicunda depromitur tunica. Tum cohortes quę per ignominiā habitę fuerāt
in primam educi aciem impetrant : reliquas tribuni militum copias produ/
ctas proxime collocant. Id postq̃ Hannibal accepit / dii boni inquit quisnam
hunc tractant hominem ? qui nec secundam nec aduersam ferre fortunam sciat
Solus hic ocium nec uincendo pręstat / nec succumbendo suscipit. In hunc per/
petuo uidemur pugnaturi : cui re tum aduerse tum prospere gesta audacie ac fi/
ducię maiorem pudor causam inicit. Tunc collatę copię par utrinq; uirorum
fortitudo. Hannibal contra Romanos in primam aciem elephantos locari iu/
bet : ingenti mox tumultu primi turbati ordines sunt. tum Flauius Tribunus
militum correpto signo obuius fertur / & primum elephantem aduersa percussū
hasta uertit in fugam : quare dum ille refugit proximum primo dehinc irruētes
cęteros conturbat. Id conspicatus Marcellus tumultuantibus concitos pro
uiribus inferri iubet equites : ut ipsos longe hostibus irritatiores redderet. Sic
strenue inuadentes pęnos usq; in castra trucidant. plurimam eorum necem dū
necantur caduntq; fecere belue. Ibi supra octo milia desiderati traduntur / Ro/
manorum cęsa tria milia / omēs ferme saucii. Quę res hānibali requiē ac spaciū cō/
parauit q̃ procul nocte insequenti castra mouendi. Marcellus enim cum ob
sauciorum multitudinem persequi nequiret in Campaniam paulatim duxit ex/
ercitū : & dum curarentur milites ad Suessam egit ęstiua. Hannibal ut primū

ſeſe a Marcello abrupit / liberum recipiens exercitum intrepidus circumuaga-
batur uniuerſam incendēs italiam. Quapropter aduerſus Romę de Marcello
rumor diſpergebatur. eius inimici Publium Bibulum tribunum plebis: qui
illum accuſaret incitabant. uirum utiqꝫ ferocem & in dicendo grauiſſimum.
Is uocato perſępe ad contionem populo de abrogando Marcelli imperio: &
altero ſubrogando imperatore egerat. Aiebat enim Marcellum paulo bellis
exercitum perinde ac paleſtra fatigatum ſeſe curandi gratia corporis ad callida
conuertiſſe balnea. Hęc ubi Marcellus accepit / relicto legatis exercitu / Roma-
ni ad depręcandas uenit calumnias. quarum paratam in ſe ſententiam com-
perit: die ad circum flamminium pręſtituto / ingens eo populi multitudo con-
fluxit. Tum aſcendens bibulus accuſator extitit. Marcellus pauca ſimplitiaqꝫ
de ſe commemorans refellit. Illuſtriſſimi uero ciuitatis principes plurima de eo
dilucide ac liberius prolocuti / orare ne iniquiores hoſte iudices uiderentur / neqꝫ
formidinis damnare Marcellū. quem is ſolum ex Romanis ducibus fugiat:
ſemper cum eo imperatore pugnam detrectat / cum cęteros laceſſat ad pręlium.
His peroratis adeo iudicii ſpes fefellit accuſatorem ut nō modo ab hiſce crimi-
nibus inſons Marcellus mitteretur: uerū etiā ipſe quinto cōſul deſignaretur.
Inito conſulatu intente ad defectionem Etrurię ciuitates / eius aduentu ſedauit
placauitqꝫ. Poſt hęc cum ex Siculorum manubiis glorię ac uirtutis ędificatum
templum dedicare uellet / a pontificibus inhibitus eſt: quod negarent unicam
duobus deis edem haberi poſſe: quapropter aliam exędificare cępit / haud fa-
cile ſe impeditum ferens / quaſi id ei dirum eſſet angurium / multa quoqꝫ illum
ſigna perturbabant. Nonnullę ictę fulminibus ędes / mures in cella Iouis aurū
obroſere. Nuntiatum quoqꝫ eſt bouem humanam emiſiſſe uocem. infantem ex
elephantis capite natum. Quę cum poſtea libationibus & ſacrificiis expiaren-
tur / male libatum eſt: quare illum Romę augures detinebant / belli cupiditate
flagrantem. Neminem enim cuiuſpiam rei deſiderio adeo affectum conſtat:
quantum ille uir ut rem cum Hannibale ferro decerneret. Hoc illi nocturnum
erat in ſomnium / hoc unum cum amicis collegiſqꝫ conſilium / hęc una uox ad
deos ut cum Hannibale ſtructa coniungeretur acie. eumqꝫ auidiſſimum dixerim
ut intra murum aut uallum quopiam incluſo utrinqꝫ decertaretur exercitu / &
niſi uir parta inſignis gloria & quod teſtatur experientia omnium imperatorū
grauiſſimus idemqꝫ ſapientiſſimus extitiſſet / ei iuuenili quoddam obtiguiſſe
uicium / & pręter ingraueſcentem ipſius ętatem glorioſum fuiſſe fortaſſe quis di-
ceret ſupra ſexaginta enim natus annos quintum agebat conſulatum. Non ta-
men prius ab urbe diſceſſit q̃ uatū monitu ſacrificia procurationeſqꝫ peregiſſet.
quibus rite peractis cum collega profectus ad bellum eſt. Tum inter bantiam
ac Venuſium conſidentem offendens Hannibalem / eum ad pręlium prouoca-
bat. At ille pugnam detrectabat. Cęterum cum ad ęephirios locros ac Petiliā
conſules partem copiarum mitterent / idqꝫ ſenſiſſet Hānibal / locatis ſub tumulū
inſidiis. ii. ccccc. & . d. Romanos cecidit. ea res Marcellum iratum excuit
ad pugnam proinde propius admouit exercitum. Inter amborum caſtra mu-
nitus admodum ſurgebat tumulus / uaria denſus ſilua. Acclines utrimqꝫ ſpe-
culę / inde fontani labuntur riuuli. Mirari profecto Romani qꝫ hunc tam
cōmodum genio locum haud prior occupans Hānibal eum reliquerat hoſtibus.

Verum Hannibal illū cum castris apt|tum uero longe insidiis aptiorem iudi-
cauerat: Ipsum itaq; ad huiuscemodi tantummodo rei usum affectans|siluam
& cauernas iaculatoribus hastarisq; complerat: ratus huc ob loci cōmoditatem
Romanos ituros. Nec illum spes fefellit. mox enim intra Romanorum castra
fremebant eum occupari locum oportere. Ea res consules mouit|munitiore q̃
hostes loco habituros castra|uel castello tumulum firmaturos. Marcellus igitur
locum cum paucis speculaturus equitibus sumpto uate imolauit. primę iecur
hostię sine capite fuisse aruspex ostendit secundę quam immensum caput emi-
cuit. cetera quoq; mirum in modum lęta appauere. Quibus tum prioris solu-
tus esse timor uideretur|responderunt aruspices se proinde ueritos turbatosq;
quod lętissime post fędissimas atq; mestissimas hostię suspitionem absurdę mu-
tationis ingerunt. Sed enim fatum non ignis non ferrea arcebunt męnia: ut
est apud Pindarum. Marcellus sumpto collega Crispino & filio Tribuno mi-
litum ęgreditur cum equitibus ducentis & .xx. nullus Romanus aderat|ętru-
sci complures|fregellani quadraginta fidelissimi usquequaq; Marcello. Cęterū
inter siluestria obtecta uertetis loca nulli uisus insederat speculator. qui omnia
in Romanorum castris facta prospectabat. hic insideantibus aduentare Mar-
cellum significat. qui ubi propius illum accessisse sciuerunt|repente ex insidiis
prodeunt|simulq; undiq; circumfusi iaculantur|feriunt|fugientes insectantur|
in reluctantes manus conferunt. Hi uero soli quadraginta fuerant fragellani|
qui terrore confectos uidentes ętruscos|protegendorum causa consulum pugnā
cōmittunt quoad Crispinus duobus ictus iaculi uerso profugit equo. Mar-
cellum lata transfixit lancea: quam lonchen gręci uocāt. Tunc perpauci qui su-
pererant fregellani eum prolabentem deserunt. filium uero saucium in castra
fugientes arripiunt. cęsi haud plures quadraginta capti lictores quinque|
equites duodeuiginti. Crispinus haud multis post diebus ex eis uulneri-
bus diem obiit. superiori tempore tanta necdum Romanis clades obtige-
rat|uno pręlio utrunq; mori consulem. Hannibal ubi Marcellum cecidisse
nuntiatum est cęteris pauci factis|ad locum cędis aduolat. ubi cadauer na-
ctus|diuq; formam roburq; membrorum contemplatus|nihil aut uoce su-
perbum|aut uultu lętus|emisit: quemadmodum nonnulli tam indomito|
tamq; difficili cęso fecissent hoste: uerum necis indignitatem admiratus|
ei dempsit annulum. Inde corpus splendide ac magnifice ornatum|crema-
uit. Postmodum reliquiis|argentea in urna conditis coronam imponens
auream filio mittere curauit. quę dum ferrentur interuenere numidę qui
ut uas corriperent portantes adorti sunt. parte alia dum obsistitur uiq;|
pugna committitur ossa disperguntur. Id cum audisset factum Hannibal
adstantibus|dixisse fertur. profecto nil fieri deo licet inuito: & affectis
pena numidis amplius legendas transmittendasq; neglexit reliquias. quasi
numen aliquod Marcellum sic uita defunctum indigne quoq; sepultura ca-
rere iussisset. Hęc a Cornelio nepote atq; Valerio maximo scripta tradun-
tur. Liuius autem & cęsar Augustus id uasculum ad filium deportatum
& splendide humatum prodidere. A Marcello complura pręter ea quę
Romę extant diis dedicata cernuntur. nam catine scilicet opidi eius extitit
gimnasium|statuę ac tabulę ex iis quas Syracusis detraxit in Samotratia

positę ſunt ad deos quos Cabiros appellant . Inde Lindi in ęde Paladis : ibi in Marcelli ſtatua inſcriptum hoc Poſſidonius refert . Claudius hic Romę quoddam memorabile ſidus . Marcellus patrum ſtirpe ſatus ueterum . Septenas moderans per martia geſta ſecures . Cedibus hoſtiles ſępe manus domuit . Nam huius Epigrammatis auctor proconſularem dignitatem ab eo bis adminiſtratam quinque conſulatibus annumerauit . Eius clariſſima progenies ad Marcellum uſq; cęſaris nepotem propagatur . quem Octauia Cęſaris ſoror ex C . Marcello ſuſcepit . Hic dum ędilitatem ageret paulopoſt q̃ Cęſaris filiam duxiſſet uxorem | mortem ſponſus obiit : Ad eius autem decus ac memoriam octauia mater Bibliotecam inſtruxit . Ceſar uero theatrum Marcelli nomine inſcripſit

ET SI SCIO CLARISSIME PETRE ILLAM hesiodi sententiã laudari a doctis : quę hominẽ beneficii memorem eadẽ mensura reddere iubet. qua acceperit aut cumulatiore si possit : tamen illud etiam non ignoro tan/tum esse ab uno quocꝫ exigendum : quantũ cuiuscꝫ facul/tates prestare possunt. Equidem pręter gratum animũ & has litteras & uigilias meas non habeo quod tibi reddã pro tantis beneficiis quę non solũ a te : Sed etiam a Cos/mo patre tuo optimo ac Sapientissimo uiro accepi. Quę enim illius erga me humanitas fuit? quę merita? qui amor erga studia litteraꝝ exercitationescꝫ uirtutum? Ille erat unus doctoꝝ ho/minum pater : ille patronus ; ille perpetuus fautor atcꝫ adiutor. Tu autẽ Petre non solum ãplissimi patrimonii legitimus heres : Sed etiã admirabiliũ uirtutũ suarũ diligentissimus imitator / in maximis occupationibus / quas tibi cũ publi/ca : tum priuata negocia afferunt nunq̃ desinis uel augere bonaꝝ artium dis/ciplinas uel tueri doctos uiros : uel iis honoribus : cõmodis : beneficiis prose/qui quę ab hominibus expeti solent. Merito igitur : qui in genuas artes pro/fitentur : eniti omni studio debent : nomen ac famam uirtutum tuaꝝ perpetuis litteris celebrare & quantũ in eis est : posteris tradere ad imitandum. Maxime enim pręter cęteros homines id prestare posse uidentur ut excellentium uirorũ memoriam presidio litteraꝝ custodiant : quibus nullum preconiũ maius nullũ monumentũ perennius reperitur. Quã obrem hortor omnis qui facere id pos/sunt ut tibi benemerẽti de optimis studiis uiro certatim quiscꝫ officium suum ex/hibeant. Ego autẽ facultate copiacꝫ dicendi facile aliis cedam fascescꝫ submittam Voluntate uero & perpetuo studio ornande dignitatis tuę nemo me unq̃ superi/or erit. Verum cum nuper quibusdam sermonibus interessem : quos tu cũ ami/cis ut plerũcꝫ soles iocundissime cõferebas : animaduerti te ex claroꝝ hominum memoria non mediocrem uoluptatem capere. Itacꝫ me domũ recipiens cõstitui animo duorum prestantissimoꝝ ducum Scipionis & Anibalis gesta : quę ex uariis auctoribus : tum gręcis : tum Latinis collegeram presenti uolumine com/plecti idcꝫ sicut alias lucubrationes meas nomini tuo dicare : ut quãdo a max/imis curis tibi ociũ superesset / paratum haberes opus : quod ad solaciũ animi : ad memorie dignitatem & obseruantie meę testimonium pertineret

SI PRIMI PVNICI BELLI : QVOD CARTHAGI/nenses cũ populo Romano gessere : memoria repetatur : mul/ti Imperatores nobis occurrent : qui ex rebus gestis gloriam consecuti celebrem famam suis posteris reliquerunt. Sed ex penorũ ducibus nemo est : quem omnes gręci Latinicꝫ scrip/tores magis extollant : q̃ Amilcarẽ Anibalis patrem cogno/mẽto barcham uirum sine dubio prestantẽ & rei militaris : ut in illa quiscꝫ esse ętate poterat : peritissimũ. Is primũ in Sicilia Romanoꝝ impetũ : qui multas

inflixerant ſuę rei p. clades diutius q̃: par erat ſuſtinuit. Deinde africo bello
cũ mercẽnarii milites ſeditione facta rem carthaginẽſium in extremũ ꝑiculum
coniecissent: Sic ſtrenue incendium illud reſtinxit: ut ſit omniũ ſententia iudi/
catum ea tempeſtate unius Amilcaris opera patriam fuiſſe ſeruatam. In hiſpa/
niam poſt hec cũ imperio miſſus quo tempore Anibalem puerꝝ ſecum duxiſſe
traditur. Cum multa geſſiſſet memoratu digna tandẽ. viiii. anno q̃ in eam pro/
uinciam uenerat aduerſus uetheones fortiter pugnans interiit poſt. Amilcaris
mortem Haſdrubal eius gener; quem carthaginenſes fauente factione barchina
exercitui prefecerant: octo ferme annos Imperium obtinuit. Is Anibalem non
multo tempore poſt interitũ patris repugnãtibus etiam alterius factionis prin/
cipibus in hiſpaniã uocauit: ut ſicut antea puer uiuente Amilcare ceperat bel/
licis artibus erudiri: ſic etiã tũc robuſtiore ętate: periculis: laboribus ac omĩbus
officiis militaribus aſſueſceret. At uero & ſi ab initio memoria patris nõ parũ
ſibi in exercitu profuiſſet ad fauorem conciliandũ: paulo tamẽ poſtea ſua opera
atqꝫ ingenio factum eſt ut ueteres milites aliorũ ducum deſiderio depoſito hunc
ſibi animo proponerent: quem precipue Imperatorẽ deligendũ putarent. Omĩa
enim quę magno futuro duci expetenda eſſe uidebãtur abunde Anibali aderãt
Quippe erat ei conſilium ad egregia facinora promptũ: cõſilio autẽ neqꝫ induſ/
tria neqꝫ audacia deerat: Nulla pericula: nulla incomoda corporis: quę cęteros
remorari ſolent & a rebus gerẽdis abducere inuictum & animi uirum terrebãt.
Vigilare: feſtinare: cuncta obire quę aut ſtrenuo milite aut egregio Imperatore
digna uidebantur. His artibus Anibal ſub Haſdrubale per trienniũ meruit:
quo quidem tempore adeo totius exercitus fauorẽ ſibi conciliauit ut ſtatim poſt
Haſdrubalis mortem ingenti militum conſenſu Imperator ſit appellatus: quam
prerogatiuam militarẽ fauente factione Barchina populus Carthaginenſis ſine
cõtrouerſia cõprobauit. Sex & uiginti annos cum eſt Imperator ab exercitu de/
claratus: Anibalem natum comperio. Nouem enim annoꝝ fuiſſe conſtat cum
eum pater in hiſpaniam duxit atqꝫ ab eo tempore uſqꝫ ad interitũ Haſdrubalis
autore polibio Septem & decem numerantur anni. Verum ex quo die Anibal
exercitum ac totius rei bellice adminiſtrationẽ ſuſcepit non longam moram in/
terponendam putauit: quin populo Romano: quod multo ante animo agita/
uerat: bellum inferret. Nam erat ei indignatio primũ aduerſus Romanos ob
ſiciliam Sardiniamqꝫ amiſſam cũ omnibus Carthaginenſibus pęne cõmunis.
Accedebat deinde priuatum odium & quaſi hereditariũ ab Amilcare patre ac/
ceptum: quo nemo alter ex Carthaginenſium ducibus nomini Romano fuerat
infeſtior. Traditũ quoqꝫ memorie eſt Amilcarem ſacrificantem eo tempore quo
in Hiſpaniam profectionem parabat. Anibalem admodum puerũ iureiurando
obſtrinxiſſe: cum primũ per ętatem liceret populi Romani fore inimicũ: cuiuſ/
quidem rei memoria & acerba ſane recordatio ueluti quędam paterni odii ima/
go ante oculos iuuenis uerſabatur animũqꝫ urgebat: ut ea ſemper moliretur:
quę ad euertẽndum Romanum Imperium pertinerẽt. Pręterea factio barchina
frequentibus ſtimulis eum incitare non deſiſtebat; ut armis & imperio opes q̃
maximas cõpararet. Eę igitur tum publice: tum priuate cauſę cum Anibalem
hortarentur ad ſuſcipiendum cum Romanis bellum: ferox iuuenis occaſionem
nouandarũ rerũ ex tali materia cepit. Erant in hiſpania per id tempus ſagũtini

quasi medii inter Romanoꝝ & Carthaginensiũ fines iure foederis in libertate relicti. Hi postea se totos Romanis addixerãt initaqꝫ societate Romani imperii fidissimi cultores habebãtur. Quare Anibal constituit animo nihil oportunius fieri posse ad eliciendam Romanoꝝ iram ac incendium/quod sibi optatissimũ erat/concitandũ: q̃ saguntinos armis belloqꝫ lacessere. Sed priusq̃ socius populi Romani aperte adoriretur: statuit in olcadas aliosqꝫ trans hibeꝝ populos exercitum ducere ac iis ad deditionem compulsis aliquam sagunto nocendi causã reperire: qua non tam meditato consilio a se illatũ: q̃ a saguntinis contractum bellum uideri posset. Primũ igitur olcadum gente ad deditionẽ cõpulsa: uacceos deinde aggreditur: agros depopulatur: oppida permulta expugnat Hermãdicam & arbocolam urbes opulẽtissimas capit/ac iam prope omnẽ regionẽ in potestatẽ redegerat: cũ pleriqꝫ ab hermandica profugi se inuicẽ confirmantes aduersus penum cõiurant: multitudinẽ cogunt: exules olcadum socios sibi adsciscunt: deinde persuadẽt carpentanis/qui sibi finitimi erãt: ut cõmuni cõsilio penum in reditu suo nil tale expectantem inuadant. Facile in hanc sententiam discedẽtes populi bellandi cupidi recentibusqꝫ iniuriis lacessiti arma capiunt ac ingenti multitudine coacta/Erant enim supra centũ milia/Anibalem redeuntem ex uacceis prope flumẽ tagũ adoriũtur. Ad quoꝝ cõspectũ subito cõstitere Carthaginẽsiũ signa totoqꝫ agmine pauor & trepidatio fuit. Nec ãbigitur quin peni eo die insignẽ cladẽ accepturi essent: si repẽtino hostium aduẽtu cõmoti prędaqꝫ onusti cũ ferocissimis gẽtibus cõseruissent manus. Sed prouidus ĩperator Anibal hec animaduertẽs proelio supersedere statuit atqꝫ ibi castra posuit. proxima deĩde nocte quãto maxime silẽtio potuit copiis amnẽ traductis: locũ ea parte/q̃ trãsitus hosti facillimus dabatur ab omĩ presidio uacuũ reliquit ut partĩ simulato metu: partim occasione oblata barbaros ad transeundum flumen alliceret: nec uirum/qui astutia omnes duces ętatis suę sine controuersia superauit/opinio in decipiendo hoste consiliũqꝫ fefellit. Barbari enim natura feroces: multitudine quoqꝫ sua plus nimio fidentes/dum Carthaginenses perterritos esse arbitrantur: magno impetu se in aquam proiciunt. Hos incompositos implicatosqꝫ prius/q̃ omnino flumen traiciant equitibus primũ: mox omnibus copiis aggrediuntur peni magnoqꝫ eorum numero interfecto reliquos in fugam uertunt. post hanc uictoriam cuncti trans hiberum populi deditionem faciunt pręter saguntinos: qui & si Anibalem suis ceruicibus ĩminentem conspiciunt: tamẽ populi Romani societate cõfisi defensionẽ suscipiendã putant: Romam q̃ celerrime legatos mittũt: qui senatum doceant quanto in periculo res eoꝝ sint & aduersus acerrimum hostem iam sibi uim haud dubie inferentem auxiliũ petant. Vix saguntinoꝝ legati ex hispania discesserant Romam profecturi cũ penus iam in apertũ bellum prorumpens omnibus copiis ad obsidendum oppugnandũqꝫ saguntũ accessit. Quod ubi Romam nuntiatũ est agitatũqꝫ in senatu de sociorũ iniuria miti sententia decreuerunt patres ut. P. Valerius flaccus &. Q. Fabius Pamphilus ad Anibalem mitterẽtur ut a sagunto recederet: qui si nõ pareret/Carthaginem ire iussi sunt ad ducem ipsum pro uiolato federe deposcendum. Hos oratores auditos esse ab Anibale uanaqꝫ ab eo tulisse responsa Polibius refert. Liuius contra nec auditos nec in castra admissos scribit. Ambo tamen in eo conueniunt: q̃ primũ in hispaniam deinde in africam profectos Carthaginem

uenisse tradūt expositisq; patrū mādatis sic aduersū habuisse dicūt factionē bar/
chinā ut neglecti despectiq; re īfecta Romā redirēt. Erāt omnino in senatu Car/
thaginēsiū factiones duę: quarū altera iā inde ab Amilcare cognomēto barcha
initiū trahēs Anibali filio quasi ex hereditate obuenerat: auctaq; deīceps ītātas
creuerat opes ut domi forisq; ī omī re decernēda superior haberetur. Altera uero
principē habebat Hannonē uirū grauē sūmeq; in ea re. p. dignitatis: toga tamē
magis q̃ armis egregiū. Is ea tēpestate: qua legati Romanoꝝ Carthaginem
uenerunt questum de sociorū iniuriis, solus fuisse traditur: qui omni prope re/
pugnante senatu fędus cum populo Romano seruandum censuit: monuitq; ut
ab eo cauerent bello: quod extremā erat suę patrię pernitiem allaturum. In quo
si Carthaginenses non tam animum hannonis: q̃ eius consiliū respicere uoluis/
sent & pacis potius: q̃ belli auctorem audiendum censuissent sanctius sibi suęq;
rei. p. foret cōsultum. At illi unius iuuenis seu furorem seu cupiditatem secuti
tantorū malorum quę postea in sua capita redundarūt: ex eo tempore occasionē
dedere. Quocirca sapientes uiros & optimos reꝝ. p. gubernatores finē magis
in rebus humanis: q̃ initium spectari & priusq̃ ad arma bellaq; prorumpant
experiri omnia consilio decet. Cęterū saguntini per id tempus quo ab Anibale
obsessi sunt cū pręter ius fasq; sibi bellū inferri uiderent plures mēses obstinatis
animis obsidionem tulerunt. Ad extremū multitudine hominū superante peno
ad cētū enim & . L . milia habuisse in armis creditur cū iam magna ex parte di/
ruta menia essent excidiū urbis expectare maluerūt, q̃ in acerbissimi hostis potes/
tatē uenire. Octauo mēse, q̃ ceptū oppugnari: captū saguntū quidā auctores
sunt: quibus nec Liuius assentiri uidetur nec aliud certum tempus obsidionis
illius in medium afferre. At uero expugnatio huius opulentissime urbis ceptis
Anibalis multis in rebus adiumēto fuit. Nam ciuitates non nullas quę punici
Imperii pertese, metū defectionis prebebant: exemplo saguntine cladis in fide
retinuit: militū animos cōfirmauit ditato exercitu ingenti pręda: pretiosa mu/
nera exspoliis saguntinoꝝ Carthaginem misit quibus sibi primarios obligauit
ciues paratioresq; reddidit ad futuꝝ bellum: quod cum populo Romano non
in hispania ut multi arbitrabātur: sed ī Italia sibi erat in animo gerere: Inter hęc
legati Romanoꝝ cū in urbē a Carthagine redissent: uana que ibi acceperant
referentes responsa & sub idem prope tempus excidium saguntinum nuntiatū
esset: sera tandem populum Romanū penitentia cepit: ꝙ labenti rei. p. sociorū
opemq; in extremo periculo postulanti non subuenisset. Itaq; plebs patresq; in/
credibili misericordia moti, simul indignatione accensi Consules prouincias
sortiri iubent. P. Cornelio hispania. T. sempronio africa. Ii enim tum Cō/
sules erant, cum sicilia euenit. Legatos deinde Carthaginem mittunt principes
ciuitatis: qui coram senatu post longam disceptationē de federū iure cū semina
future contentionis quasi in cōspectū omniū effudissent magnaq; ferocitate ob/
tulissent bellum: carthaginēses e contra non minore audacia oblatum suscepere:
malo tamen cōsilio ut postea res ipsa & belli exitus declarauit. Verum Anibal
cognitis iis quę in senatu carthaginensiū acta erant, cum iam tempus esse arbi/
traretur ut sicut ab initio instituerat, Italiā peteret res necessarias in genti studio
parat: classem instruit: ex fidissimis ciuitatibus auxilia accersit: omnes copias
Carthaginem nouam conuenire iubet Post hęc gades profectus ante omnia

cōmodissimum esse statuit oportunis custodiis africam hispaniamq munire: ne dum ipse in Italiam contendit|uacue ab omni presidio Romanis relinquantur Itaq primum in africam mittit equites mille & ducentos peditum ex hispanis ad tredecim milia. Deinde ex diuersis ciuitatibus africe quatuor milia peditū euocat: quos carthaginem tueri iubet obsides simul habiturus & milites: Hispanie autem preficit hasdrubalem fratrem eiq relinquit. L. nauium classem & ad duo milia equitū: Peditū uero ad duodecim milia. Atq iis presidiis utrāq prouinciam firmat non quia ea sufficere arbitretur aduersus Romanas opes si moles belli aut in hispania aut in africa substinenda foret: sed q hęc satis esse existimet ad hostem suis finibus arcendum: dum ipse terrestri itinere exercitum ducens bellum in Italiam transferat. Sciebat pręterea populum Carthaginēsem pro magnitudine imperii facile posse cum uellet nouas copias parare nec solum reficere exercitum domi si opus esset: sed etiam supplementū sibi in Italiā mittere. Exquo enim graue ac periculosum bellū mercennariorum indignatione cōtractū a suis ceruicibus depulerant Amilcare primum: deinde hasdrubale: postremo Anibale duce continenter uictores ita punicum Imperium auxerant: ut ea tempestate|qua Anibal in Italiā uenit| longe lateq eorum paterent opes. Nam omnē africe oram quę nostro mari abluitur|tenebant ab aris philenorum haud multū distantibus a magna syrte usq ad columnas herculis continet ea longitudo duo milia passuum transgressiq paruum fretum quod africam europamq interiacet omni prope hispania potiti erant usq ad pyreneum montem|qui eam prouinciā a galliis diuidit. His rebus ī hispania atq africa cōstitutis Anibal carthaginē nouam reuertitur: ubi iam copie instructe parateq in armis erant. Quapropter nihil ultra expectandum ratus aduocata concione militū animos uerbis cōfirmat: spem magnarum rerum proponit: Fertilitatem Italie predicat: amicitiā gallorum cōmemorat. Demum hortatur ut letis animis profectionem suscipiāt Sequenti die a Carthagine mouens per maritimam oram ad hiberū ducit. Sūt qui proxima nocte quiescenti Anibali iuuenē admirabili specie uisum in somnis tradunt hortantem primo ut se ducem in Italiam sequeretur. Deinde cum magno strepitu serpentē apparuisse rare magnitudinis cupiētiq scire quidnā id portenderet uisum sibi audire uastitatem Italie esse. Nec mirandū fuisset si intēte Anibalis cure cogitationesq uehementes: quibus ille uigilans bellum Italicum agitabat: quasdam nocturnas peperissent species nunc uictorie: nunc cedis & incendii aliarumq belli calamitatū similitudinē pre se ferentes. Fit enim interdum sicut orator īquit ut cogitationes sermonesq nostri pariāt aliquid in somno: tale quale de homero scribit Ennius de quo uidelicet sepissime uigilās solebat cogitare & loqui. Anibal superatis pirenei iugis cōciliatisq sibi multis donis gallorum animis paucis diebus ad Rhodanum uenit. Rhodanus amnis non longe ab histre rhenique fontibus surgens octingentis prope emēsis stadiis in lacum lemannum se condit: indeq egressus in occidentē se uertes gallias aliquādiu dir mit: ararisq & aliorum fluminū accessione non mediocriter auctus tādē inter Volcas & Cauares pluribus capitibus in mare influit. Volcarum gens ea tempestate circa utrāq ripam coleba Rhodani: hominum abundatissima erat: & inter gallicas gentes opulentissima. Hi primo Anibalis aduētu amnem trāsgressi constiterant in ripa fluminis ut penos transitu probiberent. Nam cęteris

pacatis gallis hos neqꝫ donis capere Anibal : neqꝫ metu cōpellere potuit ut ami/
citiam experiri q̄ uim Carthaginensiũ mallent . Igitur dolis cũ tali hoste agēdũ
ratus | Hannoni bomilcaris filio precipit ut occulte rhodanum transmittat & cũ
parte copiaꝝ gallos nil tale opinantes adoriatur . Is ut imperatum erat lōgiore
itinere progressus : ubi cōmodissimum uisum est : flumen traicit & circũductis
copiis prius ad hostiũ castra peruenit q̄ plane ab his uideri aut quid rei gereretur
cognosci posset . Galli clamore a tergo audito cum neqꝫ consilii habendi neqꝫ ar/
ma capiendi spatium daretur & iam a fronte instaret Anibal pluribus nauigiis
ad traiciendum paratus : subito castris excessere & quantum cursu ac uiribus ef/
ficere potuerunt se in prçcipitē dederunt fugam . Sic igitur ex aduersa ripa hos/
tibus pulsis relique carthaginensiũ copię incolumes traducuntur . Interim crebri
rumores de aduentu Anibalis ad . P . Cornelium Scipionem : qui paulo ante
massiliam uenerat deferebantur . Quę ut certius cognosceret Consul alam lectis/
simorum equitum ad exploranda consilia hostium mittit | quibus ut mandatũ
erat celeriter proficiscentibus quingenti numide equites obuii fiunt missi &
ipsi a peno speculatum Romana castra . Nulla mora interiecta est quin proelio
contenderent . pugnatũ est acriter ab utrisqꝫ . Tandem superiores romani mul/
tis ex suis amissis : pluribus ex hostibus cesis reliquos in fugam coniecerunt .
Post hęc Anibal certior factus quo in loco Romanoꝝ copie essent : agitare secũ
cepit | prestaret ne ceptũ iter in Italiam prosequi an aduersus presentem Cōsulem
exercitum ducere & euentũ totius rei experiri : Cum multe utrinqꝫ rationes oc/
currerent : tandem fluctuantem animo boiorum legati in eam partem traxerũt
ut omnibus rebus post positis in Italiam cōtenderet . Nam boi iã ante pirenei
transitum legatis Romanoꝝ per fraudem captis : Manlio pretore magna clade
affecto : sollicitatis in subribus ad penũ defecerant ea precipue causa indignati :
qꝫ Romani paulo ante placentiam cremonamqꝫ colonias miserant : Itaqꝫ horũ
consiliis persuasus Anibal castra mouit & per ripam rhodani aduerso flumine
profectus paucis diebus peruenit ad locum : quem insulam galli appellant .
Hanc arar & rhodanus amnis ex diuersis montibus cōfluentes efficiunt : ibiqꝫ
nunc Lugdunium est celeberrima gallie urbs | quam longis postea temporibus
a planco Numatio cōditam fuisse accepimus . Hinc profectus Anibal regionē
Allobrogum ingreditur discordiisqꝫ duoꝝ fr atrum de regno inter se certantium
sublatis per castinoꝝ & uocontiorum fines ad flumē druentiã uenit . Druentia
oritur ex alpibus & citato descendens cursu in rhodanũ sese effũdit & quia uada
frequēter mutat ęgre pedibus transiri potest . Eo tamē trãsmisso amne per aper/
ta loca quantum facultas dari potuit exercitũ ducens alpes petit . Verum in su/
perandis alpibus tot tantaqꝫ incomoda perpessum Anibalem tradũt ut quidã
autores ęquales temporibus eius belli ex ipso peno audisse dicant se supra . xxx .
hominũ Milia maximũqꝫ iumētorũ numeꝝ in trãsitu alpiũ amisisse . Non solũ
enim cum montanis incolis multotiens sibi pugnãdum : sed etiam aduersus
angustias asperitatesqꝫ uiarum sic ei laborandum fuit | ut quibusdã locis per in/
gentia saxa igni acetoqꝫ putrefacta sibi apparuerit iter . Quĩtodecimo die supe/
ratis alpibus in agrum taurinum descēdit . Quo mihi uerisimilius uidetur per
montem genue sic enim uulgo appellãt qui ex altero latere flumen Druentiam :
ex altero exitum in taurinos habet | penum transisse . Postq̄ in Italiam uentũ est

quę aut quante copię Anibali fuerint: quia diuersa autores retulere difficile ad fidem est exacto affirmare numero. Alii centum milia peditum. xx. equitum: alii. xx. peditum. vi. equitũ ex afris hispanisq;. Quidã uero gallis liguribusq; additis. Lxxx. milia Peditum. x. equitũ fuisse scribunt. Sed credere libet neq; ita magnum sibi fuisse numerum copiaꝝ ut asserant primi post tot emensa terrarum spatia tantaq; detrimenta accepta: neq; ita exiguum ut secundi uolunt cũ maxime res quas postea gessit: menti occurrũt. Qui uero mediã sequuntur uiam probabiliora dicere uidẽtur: cum ex. Lxx. milibus Peditũ. x. milibus equitum: quę ex hispania mouit: magnam partem in Italiam duxerit: satisq; constet cõfluxisse ad eum ingentem multitudinẽ Ligurum gallorumq; qui ea tẽpestate non minore odio in Romanos: q̃ peni ardebant. Cum ex taurinis in agrũ inSubrium uenisset Anibal aduersum habuit. P. cor. Scipionem: qui a massilia ingenti celeritate in Italiã reuersus pado ticinoq; traiectis haud procul ab hoste consedit: breuiq; interiecto spatio ambo ii duces alter alterius castra specularũ profecti equestri prẹlium cõmiserunt: in quo aliquãdiu pari prope certamine dimicatum est. Ad extremũ Romani cum uulneratus esset Consul & numide equites paulatĩ circumeundo a tergo ĩminerent pedem referre coacti sunt. Itaq; sensim cedendo et cõsulem protegendo se in castra receperunt: Sunt qui ab africano filio iam tum pubescente seruatum patrem: Cornelium scribunt quę quidẽ laus et si maxima sit in tã recenti teneraq; ętate non tamen a uero nec a preclaris rebus quas postea gessit: aliena uidetur Hoc prẹlio expertus Scipio quãtũ equitatu preualeret hostis: statuit sibi ea loca petẽda esse: ĩ quibus pedestres copie et cõsistere tutius & dimicare cõmodius posset. Itaq; sequẽti nocte quãto maxime silentio potuit omni exercitu padum traducto in agrum Placentinum contendit: Eodem uenit paulopost. T. Sempronius longus litteris senatus ex Sicilia accersitus ut ambo Cõsules cõmuni Imperio cõmuniq; consilio rẽ. p. administrarent. Anibal etiam post equestrem pugnam cum omnibus copiis Scipionem secutus ad flumen Trebiã cõsederat sperans propinquitate castroꝝ fore aliquã dimicandi facultatem: quam sibi datum iri uehementissime cupiebat: non solũ quia longam moram sustinere non poterat ob cõmeatus inopiam: sed etiã quia uerebatur infirmitatem gallorũ: qui & spem nouarũ rerum & equestris uictorie famã secuti: ut facile in suam fidem atq; amicitiam concesserant: sic etiam leui momento fieri posse credebat: ut durãte in suis sedibus bello odium a Romanis in se unum auctorem belli transferent. Igitur omnibus modis materiem querebat unde occasio cõmittendi prẹlii oriretur. Accidit autem oportune per eos dies ut Sempronius Consul nactus hostium agmen prẹda graue palatũq; per agros inuaderet in fugamq; coniiceret atq; ex ea re prospere gesta de euentu totius rei coniecturam faciens in maximam spem ueniret uictorie cõsequende si iusta acie cõsereretur manus. Quare priusq̃ Scipio cõualesceret & noui Consules crearẽtur alicuius preclari facinoris edendi cupidus in certamẽ prodire decreuit rẽ improbante collega clamãteq; nihil intẽpestiuius agi posse: q̃ omnibus prope aduersantibus gallis summã rei. p. in discrimen offerre. Horum dissensiones per occultos exploratores deferebantur ad penũ. Quibus cognitis callidus Imperator extemplo locum inter utraq; castra septũ undiq; & uestitũ uepribus & dumetis inuenit: ibiq; Magonem fratrem cum delecta manu consistere iussit. Deinde

equitibus numidis negocium dedit ut adirent Romana castra hostēq; lacescētes
ad prelium excirent. Ipse interim reliquum exercitum cibo potuq; refectū in aciē
deducit ut in omnem occasionem gerendę rei intentus paratusq; in armis esset.
Sempronius Consul ad primum tumultū numidarum subito equitatum: de/
inde sex milia Peditum: postremo omnes copias ex castris educit. Erat autem
brume tempus & summa uigebat asperitas hiemis in iis presertim locis: quę
alpibus a Penninoq; claudūtur. Numide ut preceptū erat citra flumen Trebiā
Romanum sensi trahentes ubi ad eum locū uenerunt/unde suorū signa cōspici
poterant subito uerterunt in effusum hostem equos. Est enim numidarū cōsue/
tudo ut sponte plerūq; cedant/mox ubi uisum fuerit/sistant rursus maioreq; im/
petu/q̃ prius hostem inuadat. Sempronius extemplo equitibus ad subsidia re/
uocatis pro necessitate temporis aciem instruit/pugnā cum hoste/qui omnia ad
futurum certamen preparauerat/ cōmissurus. Iam enim cum instructis copiis
aderat Anibal ut presenti occasione certandi uteretur. pugna primum a leui
armatura deinde ab equitatu inita est: in qua Romani equites cum impetum
hostiū substinere non possent facile cesserunt loco. prelium deinde legiones ex/
cepere tanta cōtentione tamq; paratis ad dimicandum animis ut resistere posse
uiderentur: si eis fuisset cū solo pedite decernendū. Sed hinc equites elephātiq;
terrebant: hinc Pedites instabant acriter pugnantes aduersus corpora fame fri/
goreq; confecta. Itaq; magis animis/q̃ uiribus hanc molem circūstantiū incō/
modorum sustinētes Romani pugnam extraxere quousq; mago ex insidiis ex/
ortus cū clamore ac tumultu ĩ cautos inuasit & media penoꝝ acies iussu Ani/
balis impetum in Cennomannos fecit. Tunc fuga ab auxiliaribus cepta Ro/
manorum fregit animos. Nam ad decem milia peditum ex Romano exercitu
fuisse dicuntur: qui per medios erumpentes hostes se placentiam contulere. Ex
reliquis copiis fugientes persecuti maiorem partē conciderunt peni. Euasit tamē
Sempronius Consul sūmo periculo manibus hostium euitatis. Nec penis in
cruenta uictoria fuit/ multis ex suis militibus/ ac omnibus prope elephantis
amissis. Post hanc pugnā Anibal per omnē regionē uagatus cūcta ferro igniq;
uastauit: oppida quedā cepit ac ĩgentē multitudinē incolarū nullo ordine mili/
tari in certamen euntem parua manu fudit fugauitq;. Vere primo maturius q̃
tempus postulabat ex hibernis mouens cū in Etruriā contenderet & prope ape/
nini iuga seua tēpestate repulsus exercitū in agrum Placentinū reduxit breuiq;
interiecto spatio cum multę necessarie urgerēt causę/rursus eandem profectionē
sicut instituerat: suscipiendā putauit. Nam galloꝝ insidiis prope circumuētus
calliditate ingenii periculum capitis euitauerat. Egre enim ferentes galli bellum
in suis agris diutius cōsistere: unum Anibalem caput belli petebant. Quo pe/
riculo compulsus penus maturandum sibi atq; in aliam prouinciam omnem
exercitum traducendum putabat. Accedebat preterea ꝙ ad opinionem gentiū
& suoꝝ militum alacritatē magni interesse arbitrabatur tantas uideri Cartha/
ginensium uires: tantū ducis animū ut in propinquas Romanę urbi regiones
arma transferre auderet. Quare postpositis omnibus rebus castra mouit supe/
ratisq; Apenini iugis per Ligures/ea uia qua ad paludes ac Planitiē fluminis
Arni est iter in Etruriam descēdit. Armis uehementius excreuerat per eos dies
atq; omnes circumadiacētes campos aquis inundauerat. Igitur Anibal tantū

exercitum ſecum trahẽs priuſq̃ e plauſtribus locis egrederetur uitare non potuit:
quin ingentem hominum ac iumentoꝝ iacturã faceret. Ipſe quoqꝫ dux & ſi ele/
phanto: qui unus ſuperfuerat ex multis eminens ueheretur plures tamẽ dies ac
noctes aeris intemperie uigiliiſqꝫ cõfectus alterũ amiſit oculum. Inter hęc. C.
Flaminius Conſul exercitu a Sempronio accepto aretium uenerat in conſulto
ſenatu ęgreqꝫ ferente ꝗ relicto Rome. CN. Seruilio collega ſine inſignibus ſine
litoribus furtim in prouinciam contendiſſet. Hunc uirum natura ferocẽ plebis
fauor ſupra modum extulerat atqꝫ ita audacem reddiderat ut appareret omnia
incaute inconſulteqꝫ acturum. Quod ubi Anibal comperit cõmodiſſimum eſſe
ſtatuit ingeniũ conſulis irritare conariqꝫ omnibus modis ut anteq̃ collegę iũge/
retur ad pugnam alliceret. Itaqꝫ caſtra mouẽs per agrum Feſulanum arretinũqꝫ
magno impetu uagatur. omnẽ regionem terroribus implet: cũcta ferro igniqꝫ
peruaſtat nec prius populationibus aut incendiis finẽ facit: q̃ paſſim uaſtatis
agris ad montes Cortonenſes atqꝫ inde ad tranſimenum lacũ peruenit. Ibi locũ
contemplatus cum capere inſidiis hoſtem quereret: prope anguſtam uiam quę
ad Tranſimenum ducit ſub quibuſdam tumulis equitatum locat: poſt montes
leuem armaturã conſidere iubet Ipſe cum reliquis copiis in planitiem deſcendit
ſuſpicatus id quod accidit Romanum Cõſulem non quieturũ. Homines enim
furentes ingenio facile ad omnes machinas atqꝫ inſidias hoſtium patent ſepeqꝫ
ſalutaribus conſiliis ſpretis ſummã rerum in diſcrimẽ obiciunt. Flaminius ubi
paſſim agros ſociorũ diripi: frumenta ſuccidi: ędificia incendi ſenſit ſubito cõ/
tra omniũ ſententiam: qui collegam expectandũ cenſebant: caſtra mouit cita/
tumqꝫ agmen ad hoſtẽ duxit. Cum occidente iam ſole ad anguſtias Tranſmeni
lacus perueniſſet: eo in loco conſtitit continenti itinere defeſſus miles: Sequenti
die ſub primam lucem nulla re antea explorata ſaltum trãſcendit. Anibal uero
qui omnibus antea preparatis occaſionẽ expectabat gerendę rei: ubi ĩpaten/
tiorem campum Romanum deductum cernit: dat omnibus inuadendi ſignũ.
Tunc undiqꝫ ſurgentes peni hoſtem lacu & montibus clauſum adoriuntur:
nec ſolum a fronte: ſed etiã a tergo & lateribus inſtant. Contra Romani nullo
ordine militari pręlium ineuntes conſtipati conglobatiqꝫ in nebula: quę omniũ
oculos occupauerat ueluti in umbra pugnãt: ut mirandũ fuerat cum ab omni
parte circũſepti tenerentur quibus rebus freti tamdiu pugnã diſtulerint. Nam
ſupra tres horas ita acriter certatũ cõſtat ut neqꝫ maximus terremotus eo tem/
pore a pugnãtibus auditus ſit: nec prius Romana ĩclinata acies q̃ manu equitis
cui ducario nomen erat conſulem tota acie uolitantẽ interfectũ fama uulgauit.
Tunc Romani ſpoliati pręſidio ducis ac omni ſpe deſtituti tergauerterunt alii
mõtes: alii lacum petentes: quorũ multi in fuga ſunt cõprehenſi atqꝫ interfecti.
Cecidere in ea pugna ex copiis Romanoꝝ ad. xv. milia hominũ & ad x. milia
uariis itineribus euaſere. Fuiſſe etiã dicuntur ſex milia Peditum: qui ab initio
pugnę impetu facto ſaltum ſuperarunt & ĩeminenti quodã tumulo conſtiterũt:
poſtea uero finito prelio accepta a penis fide proditi fraudatiqꝫ in uictoris po/
teſtatem uenerũt. Hanibal hac ingenti uictoria parta multos ex captiuis Italici
generis liberaliter proſecutus ſine pręcio dimitti iuſſit: ut humanitatis & indul/
gentię fama per populos uulgaretur: a quibus tamẽ uirtutibus ingenium eius
longiſſime aberat. Fuit enim Anibal ferus ĩmaniſqꝫ natura & adiunxit etiam

a prima pueritia diſciplinā: qua non iura: non leges: non ciuiles cōſuetudines: ſed bella cedeſq; & hoſtiles proditiones tractare didicerat. Itaq; crudeliſſimus euaſit dux & in fallendis hominibus callidiſſimus. Nam ad decipiendū hoſtē ſemper intentus/quos aperto marte ſuperare non poterit dolis aggrediebatur ut facile ex pręſenti pugna & ex pręlio quod antea cū Sempronio ad trebiam commiſit/poſſumus iudicare. Sed hęc in alium locū differantur. Romam uero ubi Flaminium Cōſulem uictum ceſumq; cum magna parte copiarum nuntiatum eſt: ingens repēte luctus ciuitatem inuaſit. Alii publicam: alii priuatā: quidā utrāq; calamitatem deplorabāt. Miſerabile ſpectaculū erat multudinis mulierꝝ uirorumq; cōfluentis ad portas ut priuatim quiſq; de ſuis neceſſariis certior redderetur. proditū quoq; memorie eſt mulieres duas ſtātes ſolicitis ac pendētibus animis pro ſalute filioꝝ/cū pręter ſpem filii occurriſſent: ſubita leticia expiraſſe. Sub idem tempus quatuor milia equitum ad flaminium cōſulem mittebantur a Seruilio collega nō dum ſciente pręliū ad Trāſimenum factum. Hi in itinere audita ſuorum clade cum in umbriam ſe reciperent: ab equitatu hoſtiū excepti ad Hanibalem deducuntur. Cęterum cum tot tamq; multiplicibus acceptis in ſūmo periculo res romana eſſet: placuit extra ordinariū Imperiū queri dictatorēq; creari. quod unum remediū alieniſſimis temporibus reipublice adhiberi ſolitū erat. Sed cum obſeſſis omnibus uiis Seruilius Cōſul Romam uenire non poſſet: nouo exemplo populus Romanus dictatorē. Q. Fabiū/cui poſtea maximo fuit cognomē &. M. Minutius magiſtrū equitū dixit. Erat autē Fabius uir magni cōſilii/atq; prudentię/& ſūmę in re p. dignitatis. Itaq; eo tēpore omnes ciues hunc unū intuebantur: iamq; ſibi perſuaſerant eo duce aut nullo alio defendi ſtatū ciuitatis poſſe. Hec ille nō ignorans ingenti cura rebus neceſſariis cōparatis/ab urbe proficiſcitur & exercitu a Seruilio conſule accepto duabuſq; legionibus additis/ad hoſtem pergit. Iam Anibal a tranſimenu lacu recto itinere ſpoletū profectus tentauerat primo impetu ſi id oppidum capi poſſet. Cōcurſu oppidanorū ad tuenda menia facto cum egregie defēderetur: uaſtatis omnibus eorū agris: uicis ędificiiſq; incenſis inpicētes atq; inde per marſos & pelignos in Apuliam contenderat. Dictator hoſtem ſecutus prope arpos haud procul a Punicis caſtris cōſedit: eo cōſilio ut morando cunctandoq; bellum traheret. Nimia enim ſuperiorum ducum ferocia in eum locum rem romanam deduxerat: ut a totiens uictore hoſte non uinci eo tempore pro uictoria haberetur: Itaq; omnia repente mutauit Imperator mutatus. Nam cum Anibal primo in aciē deduceret: deinde quieſcente hoſte omnem regionem popularetur ut uaſtando in oculis agros ſociorum dictatorem exciret ad pręliū capeſſendū: nihilo magis motus Fabius ſuos in caſtris continebat. Hanc cunctationem Romani ducis iniquo animo ferens Anibal frequenter caſtra mutare cōſtituit ut pluribus adeundis locis aliqua uel fallendi hoſtē uel cōmittēdi pręlii occaſio oriretur. Quapropter ſuperato Apenino ex agro arpinati in ſamniū uenit: pauloq; poſt quibuſdam cāpanis quos ad tranſimenū captos liberaliter dimiſerat: afferentibus ſpem capue potiunde caſtra mouit perito quodā regionis admonito ut in agrū caſſinatem exercitum duceret. Similitudine nominis caſilinum dux itineris pro caſino accipiens longe diuerſa uia per Calentinum & Calenū agrum in campū ſtellatē Anibalē traxit. Vbi cū ſepta undiq; mōtibus & fluminibus regio teneretur:

cognito errore penus hominem crudeliter excruciatum necari iussit. Fabius per
id tempus incredibili patientia usus uagari penũ permisit|donec occupato gal/
licano & casilino monte oportuna loca presidiis firmauit. Quo factũ est ut pu/
nicus exercitus prope circũuẽtus uel opprimi cõmeatus ĩopia uel turpi fuga sibi
cõsulere cogeretur: nisi Anibal arguta fallacia frustrato hoste periculũ euitasset.
Nam hac re animaduersa: cum sibi oportunũ uisum est: imperat militibus suis
ut ex agresti prȩda: quam abunde in castris habebat ad duo milia boum ad se
deducant. Horum cornua facibus uinciri iubet. Deinde quosdã ydoneos de/
ligit uiros: qui sub primam uigiliam facibus incensis ad sũmos montes beluas
concitent. Nihil ex iis quȩ imperata erant: prȩtermissum fuit. Agitati boues
ardentibus facibus summa montiũ petunt. Copie paulatĩ sequũtur. Romani
qui multo ante firmis prȩsidiis saltus occupauerãt: re noua perterriti & ĩsidias
esse rati subito ex oportunis locis discessere. Fabius quoqꝫ punicã fraudem sus/
pectam habens cum non satis constaret quidnam rei esset: suos in castris con/
tinuit. Interim penus haud procul ab aquis sinuessanis quẽ locũ hac tempestate
incole regionis turrim balneoꝝ appellant: saltum trãsgreditur atqꝫ in agrum al/
banum cum omnibus copiis incolumibus sese recipit: breuiqꝫ interiecto spatio
castra mouet|quasi recta uia Romam petiturus: sed postea conuerso itinere in
Apuliam rediit. Ibi potitus oppido glereno opulento sane & abundati omni
copiarum rerum hiberna in iis locis habere cõstituit. Nec multo post Dictator
subsecutus haud procul a Punicis castris in agro Larinati consedit. Inde rei p.
causa Romam accersitus cum celeriter sibi proficiscendum esset magistro equitũ
denuntiat: ut sese loco teneret: neu absente se cum hoste manum confereret. Nã
sicut ab initio proposuerat animo: ita etiam postea in eo perseuerandũ putabat
ut neqꝫ hostem in prelio lacesseret|neqꝫ lacessitus in aciem descenderet. Sed ac/
cidit post dicessum eius ut. M. Minutius preceptorũ ĩmemor hostiũ manũ
adoriretur frumentatũ ab Anibale missã palantemqꝫ per agros cũ multa cede
in castra conieceret. Ex templo huius rei fama Romam perlata auctaqꝫ rumo/
ribus ueluti adepte uictorie nomen obtinuit ac ita multitudinis impleuit aures
ut repente sit magistro equitum: quod ante id tempus contigit nunq̃ cum Fabio
dictaret equatum Imperium. Hanc iniuriam sibi indigno illatam magno aĩo
ferens Fabius in castra reuertitur. Iam duo Dictatores uno tempore erant res
ante eam diem inaudita diuisisqꝫ inter se copiis sicuti consulibus mos fuit|pari
Imperio exercitibus preerant. At. M. Minutius ex iis rebus tantam sibi ar/
rogantiã sumpserat|ut quod uix Anibal totiens uictor auderet: ausus sit quadã
die in consulto collega certamen inire|ac in eum locum copias suas perducere:
ubi Punicis insidiis circumuente ad arbitrium hostium cedebantur nec ullam
euadendi uiam habebant: nisi Fabius publice salutis magis: q̃ accepte iniurie
memor in tempore subuenisset. Nam recentibus copiis certamini superueniẽs
haud dubie terruit penum & facultatẽ legionibus Romanis dedit ut sese in locũ
tutum reciperent. Maximã hinc uirtutis & prudentiȩ famam cum apud suos:
tum apud hostes est Fabius consecutus. Nam & Anibalem in castra redeuntẽ
dixisse|tradunt eo prȩlio a se. M. Minutium se autem a Fabio esse superatum
Et ipse Minutius cognita prudentia uiri iuxta hesiodi sententiam meliori pa/
rendũ ratus cum omnibus copiis in castra Fabii uenit: magistratuqꝫ deposito

honorificentissimis uerbis patrē Fabium salutauit longeq; is fuit cunctis mili/
tibus letissimus dies . Cęterum utrisq; exercitibus in hiberna discedentibus post
longam cōtentionem creati sunt Cōsules noui . L . Paulus Emilius & . C· Te/
rētius homo Varro ex īfima plebe populari aura ad cōsulatū euectus . His cōces/
sum est ut maioribus copiis : q̃ cōsueuerant priores duces rem romanā gererent.
Aucte legiones & noue quoq; ueteribus addite . profecti ad exercitum consules
diuersi ingenii/diuersā in administrando imperio rationē seruabant . L . Pau/
lus uir prudens & fabiane artis & consilii memor . bellum trahere : hostē mo/
rari : pręlio abstinere . Varro cōtra furere : audere : certamē exposcere . At breui
spatio īterposito patefactū est cum magna calamitate ac pernitię ciuitatis quātū
inter modestiam Emilii & Varronis arrogantiā interesset . Nam Anibal inopia
frumenti timens ne aliquis motus in castris orietur ex Glereno profectus cū
calidiora petiisset Apulie loca cum omnibus copiis ad cannas consedit : quem
insecuti Romani cōsules bina prope posuerūt castra ita inter se seiuncta ut tantū
aufido dirimerentur Amne . Is solus fluuiorum ut tradunt quidam : Apeninū
diuidit/atq; ex ea parte q̃ mōtes ad mare inferū spectant/oritur ī adriaticū influit
sinum . Verum . L . Paulus cum uideret penum in aliena morantem terra/non
posse tot tamq; diuersarum gentium copias diutius sustinere/ in eadem sententia
perseuerabat/ut bellum duceret . Hanc unam tutam uincendi uiam : hanc hosti
pernitiosam : sue rei p . salutarem esse censebat . Quod si hoc . C . Terentio per/
suasum esset : satis apparebat a sedētibus Romanis frangi posse Anibalis opes:
Sed uir inquieti animi non solum non mouebatur auctoritate Emilii prudentis/
sime cōsulentis : sed ipsū etiā increpabat fremebatq; per uulgus ꝙ in aciem pro/
deunte hoste militem ociosum in castris contineret . Quamobrem cum uenisset
dies in qua sūma imperii sibi obtigerat uicissim enim exercitibus preerant pri/
ma luce transmisso aufido signum dimicandi proponit inconsulto collega inui/
toq; magis quia repugnare non poterat : q̃ sponte eum sequente . Anibal letus
occasione pugnandi ꝙ omnem dilationem sibi aduersam esse censebat : copias
amnem traducit paratissimas quidem atq; omni armorum genere ornatissimas .
Multa enim spolia ex hostibus parta materiem prebuerant ad ornatum . Erat
autem Romanoꝝ acies in meridiem uersa . Horum oculos occupabat puluis
meridiano excitatus uento : quem incole uulturnū appellāt . Hostes contra Sep/
tentrionē spectabant atq; ita in acie dispositi erāt ut utrūq; cornu tenerent Afri :
in medio cōsisterent galli atq; hispani . Primū a leui armatura : deinde ab equi/
tibus concursū est & quia exiguum ad peruagandū spatium inter amnem pedi/
tatumq; relictū erat/atrox magis q̃ longum fuit certamen . pulso tamen equitatu
Romano pedestris acies pręlium excepit tanto ardore animoꝝ ut nullum aliud
tēpus ad dimicandū habitura uideretur . Sed nimia uincēdi cupiditas ut primo
congressu initium letum : sic etiā postea exitum tristem Romanis dedit . Nam
galli atq; hispani/quos in medio locatos supra ostendimus/non substinentes
impetum Romanorum sese ad afrorum subsidia recepere . Romani uero effuso
cursu in hostem delati dum urgendo cedentes in medium coeunt : occasionem
dederunt penis ut ex utraq; parte cornua circūducerent . Quingenti quoq; nu/
mide equites : qui paulo ante simulato fuga a cōsulibus fuerāt comiter accepti
ac in postremo agmine consistere iussi : ubi tēpus uisum est gerendę rei a tergo

sese ostendunt, subitoq́ impudentes atq́, inopinantes hostes aggrediuntur. Tum undiq́ perturbata Romana acies haud dubiam pro uictoriam dedit. Ad. xl. milia peditum: ad duo milia supra septigentos equites auctore Liuio eo prȩlio cȩsa dicũtur. Polibius longe maiorẽ numerum cesorũ affert. Sed his in medio relictis illud affirmare libet hac cãnensi clade nullã maiorẽ unquã nec primo: nec secũdo punico bello a peno hoste illatam esse Romanis. Nam in ea pugna cȩsus est Paulus Consul uir memoria dignus, & usq́ ad supremũ diem omni officio in patriã functus. Seruilius quoq́ prioris anni Consul, & alii consulares tum pretores: pretoriiq́ uiri: Tribuni militum, ac edelitii quidã, aliiq́ per multi honestissimi Senatores: tum oportunorũ ciuium exercitus: qui ad sacietatẽ crudelissimi hostis interempti ceciderunt. Terentius Cõsul: qui auctor fuerat prȩli cõmittendi: ubi in omni parte pȩnum superiorem uidit: salutem sibi cõparauit fuga. Et Tuditanus tribunus militum cum magna manu per medios hostes erumpens Cannusium uenit. Ibi ad. x. milia hominum ex manibus hostium tanquam ex tempestate emersa conuenerunt sũmaq́ imperii omnium consensu ad Appium pulchrum &. P. Cornelium Scipionem: qui postea hoc bellum confecit, delata est. Hunc tandem exitũ Cannensis habuit pugna: quȩ celeriter Romã perlata & si omnẽ ciuitatẽ ut par erat mȩstitia luctuq́ repleuit: Senatus tamen populusq́ Romanus in tam aduersis rebus dignitate retenta, non modo de seruanda urbe: sed etiam de reparando exercitu cogitauit: iuniores ad arma conciuit: nec Siciliam Hispaniamq́ neglexit: ut hȩc considerans mirari debeat tantum ea tempestate uel animi, uel consilii in illo ordine populoq́ fuisse. Nam ut cȩteras omittã clades ad ticinũ: ad trebiam: ad transimenum acceptas: hoc postremũ uulnus. quo pene Romani imperii opes cõciderunt: quȩ alia gens substinere potuisset? Tulit tamẽ populus Romanus atq́ ita tulit ut neq́ industria consilio, neq́ consilium magnitudini animorũ defuisse uideretur. Anibal quoq́ uictor inreficiendo exercitu tempus terens spatium uictis dedit ad respirandũ. Nam si extemplo finita pugna uictorẽ exercitũ Romam duxisset proculdubio aut succumbendã omnino aut extremum subeundum discrimen Romanis erat. Huius postea tarditatis sȩpe pertesum Anibalem tradunt palamq́ conquestũ qd cõsulentibus quieti militũ magis eo tempore credidisset. q̃ Maharbali prefecto equitum: qui subito Romam caput belli petendũ censuit, cunctãtiq́ peno illud uulgatum protulisse dicitur. Vincere scis Anibal sed uictoria uti nescis. Verum non omnia ut Nestor ille apud Homerum inquit data sunt hominibus simul. Aliis enim ars uincendi: aliis celeritas cõficiendi: quibusdã etiam conseruandi studiũ defuit. Pyrrhum Epirotarum Regem, qui bellum intulit populo Romano prestantissimum belli ducem fuisse accepimus: hunc tamen memorie proditus est ȩgregiũ in acquirendo imperio: in cõseruando uero minime aptum fuisse uirum. Sic etiam alia aliis adfuisse: quedam etiam defuisse bellicis laudibus digna per ueteres historias cognoscere licet. Cȩterum post hoc prȩliũ ad cannas comissum Atelam: Calatini: Sannites: Brutii prȩterea atq́ Lucani aliiq́ per multi Italie populi fama ingentis uictorie moti ad Anibalem defecerunt. Capua quoq́ qd multo ante cõcupiuerat Anibal ueteribus relictis sociis noua se ei societate coniunxit idq́ ad opinionem gentium magnũ momentum rebus Carthaginensiũ attulit. Erat enĩ ea tẽpestate ualidissima urbs multitudine

ciuium incolarumq;|& poſt Romā florentiſſima omnium Italie ciuitatū. Hanc Etruſcorum coloniam ut multa quę de ea referuntur paucis uerbis complectar Vulturnum primo: Capuam deinde a Duce eorū capio uel quod propius uero eſt a campeſtri agro appellatam conſtat. Circū enim adiacent campi omni fertilitate terrę pulchritudineq; agrorum inſignes: quos   appellant gręci. Hanc quoq; regionē ex omni parte illuſtres populi cingunt. Nam Maritimā oram incolunt Sueſſani: Cumani: Neapolitani. Mediterraneā a Septentrione Calentini & Caleni: ab oriēte & meridie Dauni & Nolani. Pręterea locus ipſe natura munitiſſimus eſt. Hinc mari: illinc maximis perpetuiſq; mōtibus cingitur. Ea uero tēpeſtate florentes mira felicitate campani cū uiderent prope ad internitionem Romani Imperii pugnatum eſſe ad cannas facile|ut plerūq; fit|ad uictoriam inclinarunt: Anibalemq; uictorem nō ſolum ſibi ſocietate iunxerūt: ſed etiam incredibili honore acceperunt in urbem|ſperantibus ciuibus confecto bello ſe inter Italos potentia atq; opibus longe primos fore: adeo pleꝝq; mortales in rebus humanis ſpes ac opinio fallit. Venienti capuam Anibali ingens multitudo obuiā effunditur ſtudio uiſendi celeberrimi nominis ducem: cuius tot uictorie & ſecunda cōmiſſa pręlia in ore atq; oculis omnium uerſabantur. ingreſſus urbem deducitur ad domum Pacunii familiaris uiri & potentia|atq; exiſtimatione facile principis campanorum. Cęna conquiſitiſſimis epulis comparatur: ex campanis ciuibus nemo ad cōuiuium adhibetur|pręter Vibelliū tauream uirum fortiſſimū & filium Pacunii hoſpitis: cui pater iratum Anibalē eo q; Decium Magium pro Romana ſocietate pugnantē ſecutus erat: magno negocio placauit. Sed opere pretium eſt uidere quanta & q̄ uaria pericula pręter opinionē hominū maximis interdū accidāt uiris. Nam is iuuenis licet ſimulatione recōciliatus Anibali|nocēdi tamē occaſionē expectans: dū celebratur omnium ſermone leticiaq; cōuiuium patrem ī interiorē partem ędium adducit: eūq; hortatur ut ſimul ſecum gratiam populi Romani graui peccato amiſſam ſūmo beneficio redimere uelit. Cōſilium deinde aperit| quo animum induxerat: Anibalem patrię ſuę totius Italię hoſtem de medio tollere. Homo qui id auctoritatis & parens eſſet|filii dicto uehementer obſtupuit iuuenemq; complexus magno: labore: multis cum lachrimis uix tandem exorauit: ut abiecto gladio domi ſuę hoſpitem tuto eſſe ſineret. Ita Anibal qui ab occeano hiſpanieq; ultimis oris per ingentia terrarū ſpatia militē trahens nunc hoſtium telis: nūc gallorum inſidiis petitus euaſerat: parū abfuit quin unius iuuenis manu inter epulas menſasq; necaretur. Poſtero die frequens ſenatus Anibali datus eſt a campanis. in quo ille gratiſſimis uerbis audientiū impleuit aures: multa promittēs: multa ſuadēs que facile credebant cāpani: propterea que ſibi opinionis errore de italie principatu ſperabāt. Quare ita turpiter ſe ſubmiſerunt peno|ut quaſi libertatis obliti non ſocium in urbem: ſed dominū accepiſſe uiderentur. Quin etiam preter alia petenti anibali ſibi tradi Decium magiū principē factionis aduerſe non modo ſeruili decreto eſt ſenatus aſſenſus: ſed etiā paſſus eſt ut ſpectāte populo cathenis uinctus in caſtra duceretur uir antique ſocietatis memor reiq; publice magis: q̄ barbaris gētibus affectus ciuis. Dum hęc capue geruntur: interim Mago anibalis frater carthaginem profectus feliciſſime uictorie nuntium ſuis ciuibus detulit reſq; ab anibale geſtas magnificentiſſimis uerbis in ſenatu expoſuit|& ad

faciendam fidem orationi ſue effundi iuſſit in ueſtibulo curie aureos anulos
Romanis equitibus ademptos : quorum cumulum alii modii unius : alii tri/
um modiorum dimidiiq́ menſuram exceſſiſſe tradunt . petitum deinde ſup/
plementum cõceſſumq́ a ſenatu eſt maiore ſtudio q̃ poſtea miſſũ . Nam preſen/
tibus rebus conmoti Carhaginenſes ut initium letum : ſic proſperum belli
finem ſibi animis proponẽtes fauendum Anibali : delectum habendum perſe/
uerandũq́ in armis cenſuerũt uno tantũ repugnante Hannone perpetuo hoſte
factionis barchinę cuius ſalutare conſilium pacem ſuadens cum alias ſepe : tum
eo tẽpore maxime poſthabitum reiectumq́ a penis eſt . Anibal poſt ſocietatẽ
cum campanis initam ad urbem nolam exercitum admouit oblata ſibi ſpe per
uoluntariam deditionem illius oppidi Potimidi . Nec iam enim fefelliſſet opi/
nio niſi pretor Marcellus concitatam multitudinem ſubito aduentu repreſſiſſet
ſuccedẽtẽq́ męnibus hoſtẽ tribus portis ęruptione facta cuũ magna cęde incaſ/
tra . adegiſſet Hic eſt Marcellus uir bello ĩſignis & militari gloria clarus :qui
primus magnitudine quadã animi atq́ ingenii Anibalẽ docuit poſſe uinci .
Poſt hęc Anibal rem nolanam in aliud tempus differendam ratus acerras petit :
nullo negocio urbem capit diripitq́ . Maiore deinde conatu caſilinũ aggreſſus
locum ad nocendum capue per oportunum : cum oppidanos preneſtinoſq́ qui
ibi preſidio erant/neq́ pollicitationibus neq́ denuntiatione periculi permouere
poſſet : exiguam partem copiarum ad obſidendum oppidum relinquit : ipſe re/
liquum exercitũ in hiberna deducit. Capua autem locũ ſtatuis deligit urbem
amenam & omni delitiarum genere abundantem Ibi miles aſſuetus ſub diuo
uitam agere : frigus : famem : ſitim : patienti animo tolerare cum uarie ſpeties
uoluptatem ſibi cottidie offerentur : breui ex ſtrenuo ignauus : ex forti timidus :
exſolerti iners molliſq́ euaſit . Corrumpũt enim blande uoluptates omne robur
animi indolemq́ uirtutis : ingenium labefactant : conſilium eripiunt quo quid
perniciosius humano generi afferri poteſt · Merito igitur Plato eſcam malorum
appellat uoluptatem . Et in pręſentibus rebus campane delitie magis/q̃ alpium
iugi q̃ armati Romanorum exercitus penis obfuerunt . Nam una hiems ſe/
gniter molliterq́ acta tantum ualuit ad extinguendum uigorem animorum ut
milites principio ueris in campum progreſſi omnis uirtutis bellice obliti uide/
rentur . Anibal exacta hieme ad caſilinum reuertitur ſperans oppidanos poſt
tam longam obſidionem etiam inuitos in ſuam poteſtatem uenturos . At ii &
ſi omnium rerum inopia laborarent : tamen conſtituerant animis extrema etiã
experiri priuſq̃ ſe crudeliſſimi hoſtis fidei arbitrioq́ permitterent . Quamobrem
farre primum : nucibus deinde per Vulturnũ a Romanis acceptis rem eouſq́
extraxere : ut cofectus tedio Anibal/pactione quod antea recuſauerat/oppidum
reciperet . Cęterum hoc bellũ : in quo mira felicitate omnia prope leta : ſecũdaq́
euenerãt penis : nulla tot uictoriis intercedente clade memoria digna : cepit per
id tempus uarios euentus uariamq́ rerum conditionem ſortiri . Nam ſocietas
inita cum Philippo Macedonum rege & ſupplementum a Carthagine miſſum
& petilia conſentia alięq́ in brutiis expugnare urbes ſpes Carthaginenſiũ con/
firmabant . Ex altera parte Romani maximis pręliis in Hiſpania Sardiniaq́
hoſtibus fuſis aĩos uehemẽter erexerant ad ſpem bene gerende rei preſtãtiſſimos
eo tempore quesiuerant duces Fabium maximum : Sempronium graccum &

M. Marcellum uirum omni bellica laude dignum: qui ita impigre rem Romanam administrabant: ut sentiret penus sibi cum acerrimo simul prudentissimoq; hoste bellum esse gerendum Primum enim apud cumas a Sempronio gracco magna suorum cede repulsus coactus est obsidionẽ relinquere pauloq; post apud nolam iusta acie cum Marcello cõgressus magnãplagam accepit. Nam ex Romanis citra mille: ex penis sex milia partim prelio cesa: partim in fuga capta dicuntur. Hęc autem pugna quanti momenti fuerit: facile ex eo intelligi licet: quid extemplo Anibal nole oppugnatione omissa apuliam petens militẽ in biberna deduxit. His factũ est ut ueluti ex graui morbo respirantes Romani sũmis uiribus aduersus hostẽ contenderent iamq; non solum tueri sua: sed etiã aliena aggredi auderent. Maxime uero conuersi erant ad capuã oppugnandã refricante animos frequenti campanorũ iniuria qd extemplo post Cannensem pugnam alienissimo rei p. tempore defecerant ad uictorem penum multorũ beneficiorũ obliti quę olim Romani in eam ciuitatẽ cõtulerant. Campani contra sui delicti conscii nouoq; apparatu Romanorũ perterriti ad Anibalem in apuliam mittunt oratũ ut maxime necessario tempore socie urbi subueniat. Is nulla interposita mora ex apulia profectus magnis itineribus in campaniam uenit: castrisq; ad tifata super capuam positis magis distulit in aliud tempus: q̃ probibuit iminentem pestem campanis. Sed cum crebris excursionibus per agrũ Neapolitanum uagaretur oblata est sibi denuo spes nole per proditiõnẽ occupande. Erat enim in ea urbe sicut in plerisq; Italię ciuitatibus plebs a senatu diuisa. Multitudo auida nouarũ rerum Anibali: optumates meliores cõsilio populo Romano fauebant. Peno igitur ad occupandam nolam proficiscenti ut alias sępe: sic etiam tunc cum instructis copiis Marcellus occurrit primoq; congressu prelium committere non dubitauit: in quo superior Romanus tanta alacritate hostem reiecit: ut satis appareret eo die calamitosam fuisse carthaginẽsibus futuram pugnã si equites diuerso itinere profecti ut a Marcello institutũ erat in tẽpore adfuissẽt. Anibal nõ sine magno detrimẽto copiis in castra reductis paulo post ex eo loco proficiscitur atq; in agrum Salentinũ exercitum ducit. Nam quidam iuuenes Tarentini in aduersis prelijs Romanorum iam pridem capti liberaliterq; dimissi cũ in referenda gracia memores esse uellent: spem Tarenti recipiendi Anibali fecerant si propius urbem exercitũ admouisset. Quorum pollicitationibus cõpulsus penus omnibus modis huic rei studendum censuit ut quod multo ante aĩo cõcupiuerat: aliquo maritimo oppido potiretur. Erat autẽ ex maritimis urbibus nulla alia tarento cõmodior ad auxilia ex gręcia accersenda & multa in exercitum transportanda quę in dies ad necessarium usum expetebantur. Verum & si aduersante Romanorum pręsidio res in longũ protracta sit: tamen non prius ab incepto destitit Anibal: q̃ Nico & Philomenus autores defectionis prodiderũt urbem. Arx solũ a Romanis retẽta quę tribus fere partibus mari abluitur: reliqua quarta est: quę aditum babet a terra: quã murus & fossa muniebat. Ab hac parte Anibal frustra expugnationẽ expertus cũ strenue defenderetur: fauces Tarentini portus impedire instituit: ratus hanc unam superesse uiam: qua Romani cõmeatu exclusi ad deditionem cõpellantur. Sed difficile opus apparebat futurum cum claustra portus possiderent hostes & naues quibus exitus obsidẽdi erant exiguo spatio ĩclusę tenerẽtur. Has exportu

cui arx supererat: subducere oportebat & in proximum mare deferre: Nemo ex tarentinis reperiebatur: qui rationem huius rei explicande in mediũ afferret. Anibal tantũ cũ optarent reliqui unus uidit naues machinis ex portu subduci plaustrisq; impositas per mediam urbem ad mare deferri posse. Itaq; adhibita solertia hominum paucis post diebus subducte naues in altumq; delate contra fauces portus stetere. Anibal recuperata post centesimum prope annum: q̃ in Romanorum potestatem uenerat Tarentinis urbe & arce terra mariq; obsessa in Sannium redit. Nam consules Romani frumentatoribus campanis oppressis direptisq; ad capuam duxerant legiones ac omnia studia belli in expugnatiōnē eius urbis intenderant. Quamobrem penus cogitationem campane rei studio ingenti suscipiens cum omnibus copiis aduersus hostem contendit: breuiq; interiecto spatio non detrectantibus pugnam Romanis utriq; in certamen progrediuntur: prœliumq; insigne apparebat futurum: nisi eodem tempore Sempronianus exercitus: qui Sempronio gracco ĩ lucanis amisso a. CN. Cornelio in campaniam ducebatur: certantes diremisset. His enim copiis procul uisis priusq̃ discerneretur quis esset: territi Romani pariter peniq; copias in castra reducunt. Post hęc consules ut capua auerterent penum cum diuersas regiones alter Lucaniã. alter cumas petissent: Anibal in lucanos profectus occasionem cepit cum. M. centenio confligendi: qui temeritate atq; audacia insignis exercitum sibi a senatu parum prudenter creditum callidissimo hosti obiecit. Commisso prœlio Centenius audacissime pugnãs occiditur: ex reliquis pauci euadũt. Accessit tunc ad hoc incõmodum ut Anibal paulopost in apuliam proficiscens alium exercitum Romanorũ: cui pręerat Fuluius pretor: insidiis circumuẽtũ profligaret deleretq;. Nam ex. xx. milibus hominũ cũ ad libidinẽ crudelissimi ducis trucidarẽtur: uix duo milia superfuere. Cõsules inter hęc ex discessu Anibalis occasionem nacti cũ omnibus copiis ad capuã redeuntes undiq; cinxerũt urbem. Quod ubi Anibal cognouit cum expedito exercitu in campaniam profectus primo aduentu castra Romanorum inuadit monitis antea campanis ut eodem tempore eruptionem faciãt. Imperatores Romani ad primum tumultũ hostium partitis inter se copiis obuiam progrediuntur. Cãpanis nullo negocio in urbem compulsis durior aduersus penum dimicatio fuit qui cum alias sepe tum eo die acerrimum Imperatorem se prestitit in prœlio conserendo. Tentauit etiam siqua fallacia capere hostẽ posset. Nam cum sui castra Romanorũ irrumpere conarentur: misit quendam Latinę peritum linguę qui iussu cõsulum alta uoce denuntiaret Romanis ut castris iam prope amissis in proximos montes cofugerent. Vox inopinata facile audientes mouisset: nisi Romani punicis dolis assueti cognouissent fraudem. Itaq; celeriter se inuicem confirmantes hostem pedem referre seq; in castra recipere coegerunt. Anibal tentatis omnibus modis cum uideret nullam sibi facultatem relinqui: qua duces Romanos a Capua remoueret pro sociorum periculo anxius confugit ad iam multo ante agitatum & ueluti ad extremum reseruatum consilium. Cunctis enim necessariis cõparatis castra mouet & quãto maxime silentio potest trãsmisso Vulturno amne per agrũ Sidicinum: Allifanum: Cassinatem infestis signis Romam petit ratus aut hac uia nulla alia solui tam pertinacem obsidionẽ posse. Quod ubi Romam certis autoribus nuntiatũ est; tantus repente terror inuasit ut raro sit unq̃ intra męnia

uehemẽtius trepidatũ : Cernebãt enim acerrimũ hostẽ : quẽ totiens in magnis rei p. malis experti erãt / ĩfesta iã prĩe signa ĩferre & quẽ absentẽ sustinere nõ pote/rant : pręsentẽ senatui populoq; Romano seruitutẽ minari. Igitur in tam trepida re placuit ut Fuluius Flaccus alter ex ducibus Romanis a Capua accersitus & Consules noui Sulpitius galba & Cornelius Centimalus extra urbem haberent castra & . C . Calphurnius pretor ualido pręsidio Capitoliũ tueretur & ii ciues : qui summos magistratus gessissent : repentinos tumultus auctoritate imperioq; sedarent. Anibal cõtinuato itinere non prius cõstitit : q̃ad Anienem tria milia passuum ab urbe posuit castra : pauloq; post cum duobus milibus equitum ex eo loco profectus ita urbi apropĩquauit ut a porta collina usq; ad tẽplũ herculis ob equitans situm meniaq; tam ample ciuitatis non solum spectaret : sed etiam otiose contemplaretur : Quem conspicatus fuluius flaccus ferre indignitatem non potuit. Itaq; celeriter / romanos equites aduersus hostem inmisit : qui ut im/peratũ erat / magno impetu prelium ineũtes facile ex eo loco summouerũt penum. Sequenti die Anibal exercitum ex castris educit : aciem instruit nullã dimicãdi moram facturus : si alicere hostem ad certamen possit. Idem romani faciendũ & pręliũ conmittendũ putant. Quare progrediuntur in campum armate utrinq; copie tãto alacritate animorum / ut nullum periculum recusature uiderentnr pro eius diei uictoria consequenda. Et enim carthaginenses de imperio orbis terre : quod in eo ueluti supremo certamine collocatum putabant : romani de patria : de libertate : de bonis omnibus utrum sua uel in hostium potestate futura essent : paulopost dimicaturi erant. Sed accidit res memoratu digna. Nam dũ parati in armis signum dimicandi expectant : repẽte superuenit imber frequentibus procellis effusus : cuius tanta uis & asperitas fuit ut cogeretur quisq; militem in castra reducere. proximo quoq; die : ĩ quẽ pugna dilata uidebatur / rursus in aciẽ utrisq; exeuntibus similis tẽpestas exoritur : quę nõ nimis q̃ superior Romanos pariter ac penos afflixit cõpulitq; ut instantis dimicationis obliti de salute tantũ & fuga cogitarent. Hęc animaduertens Anibal conuersus ad suos exclamasse dicitur modo sibi mentem potiunde urbis Romę modo facultatem non dari. Id quoq; turbauit penum q; se tantis equitum peditumq; copiis ex propin/quo Romam urgente : supplementum in Hispaniam missum & agrum / in quo ipse constiterat / longe maiore pretio / q̃ par erat emptum fuisse cognouit. Quare indignatione accensus argentarius officinas ciuium Romanorum per preconẽ uenire iussit. Verum post hęc siue animo reputans quante molis esset expugnare Romanam urbem : siue inopiam frumenti metuens Decem enim dierum secum cibaria tulerat castra mouere constituit. Itaq; ex eo loco decedens ad lucum fe/ronie se recipit / ac templũ quod ibi opulentissimũ fuisse tradunt diripit pauloq; post in brutios Lucanosq; contendit. Quod ubi campani cognouere desperan/tes de summa rerum dederunt urbem Romanis. Sic igitur capua recepta & in Romanorum potestatem redacta magnum momentum apud omnis Italię populos magnumq; nouarum rerum desiderium fecit. Mouit etiã aĩos gentium ipse Anibal hostis / qui multa oppida / quę tueri non poterat malo con/silio diripi uastariq; iussit. Nam ut antea sępe uictor plerisq; captiuis sine precio dimissis multorum uoluntates liberali officio deiunxerat. sic etiã per id tempus inhumana quedam illius crudelitas causa fuit / ut multę urbes punici imperii

pertese in Romanorũ fidem redirent. Quarum in numero Salapiã fuisse tradũt:
quę auctore blacio principe factionis Romanę prodita consuli Marcello est &
lectissimorum equitum ala: quę urbi pręsidio erat: prope adinternitionẽ deleta.
Hęc est urbs in qua scriptores nonnulli penum amore cuiusdam puellę captum
fuisse tradunt & in modicã cupiditatem uiri calumniis prosecuntur. Alii sunt|
qui huius ducis modestiam efferentes nec primum cum bellum in Italia gessit|
nec postea cum in africam rediit aut cubantem cenasse aut plusq̃ sextario uini in/
dulxisse dicunt. Quidam etiam reperiuntur|qui Anibali crudelitatem: perfidiã
aliaq; eiusdẽ generis uitia tribuẽtes nullam depudicitia aut ĩpudicitia hominis
mentionem faciunt. Vxorem tantũ ei fuisse scribũt hispani generis ex castulone
non ignobili oppido: cui ob egregiam eorum hominum fidem carthaginenses
indulgebant precipue & cõfidebant maxime. Verũ ut supra ostendimus Ani/
bal amissa Salapia paulo post occasionẽ habuit longe maiorem| q̃ acceperat red/
dendi Romanis cladẽ. Nam per id tẽpus Fuluius proconsul apud Herdoneã
sedebat sperans se urbe sine ullo certamine potiturum. Sed quia nullus in pro/
pinquo esset hostiũ metus cõcesserat enim in agrum brutium Anibal negligẽter
obibat munera uigiliarum atq; in omni administratiõe belli indignã Romano
Duci segnitiẽ prestabat. Hanc negligentiã cum per occultos exploratores cog/
nouisset penus non putauit occasionem negocii benegerendi sibi omittendã esse.
Itaq; in apuliam cum expeditis copiis profectus tanta celeritate ad Herdoneã
uenit ut parũ abfuerit|quin fuluiũ nil tale opinantẽ in ipsis castris opprimeret.
Romani tamen ingenti animorum fiducia primũ impetum excipientes pugnã
diutius|q̃ par erat extraxere. Demum sicut biennio pręterito circa ea loca duce
alio fuluio: sic etiam auspicio huius fuluii precõsulis uicte superateq; Romanę
legiones profligantur & Dux ipse cum magna parte copiarum occiditur. Erat
per id tempus in sannio Marcellus consul: quo cum esset nuntiata clades im/
prudentia ducis accepta: quanq̃ serum auxilium perditis rebus allaturus uide/
batur: tamen cupiens quod proximum auxilio erat|detrimẽtum sarcire in agrũ
Lucanum eo enim post uictoriam se receperat Anibal exercitum ducit| castrisq;
in conspectu hostium positis paulo post in aciem descendit: nec peni dimicati/
onem sibi fugiendam putant. pręlium extemplo cõmittitur tanta obstinatione
animoꝝ ut equis prope uiribus usq; ad occasum solis certatum sit. Nox dubie
pugne finẽ fecit. postero die Romani iterum in aciem exeuntes timoris confes/
sionem expresserunt hosti. Anibal enim suos intra uallũ tenuit & sequenti nocte
silenti profectus agmine in apuliã uenit. Marcellus quoq; per uestigia secutus
penum occasionẽ querebat|ut aliqua memorabili pugna de summa belli decer/
neret. Iã enim sibi persuaserat maxime ex Romanis ducibus se cõsilio: solertia:
disciplina ac omni munere militię conferendum Anibali esse. Sed tempus iam
instantis hiemis impedimento fuit: ne iusta acie cum hoste contenderet. Nam
leuibus quibusdam cõmissis pręliis cum nõ fatigandi milites frustra uiderẽtur
in hiberna cõcessit. Principio ueris partim litteris fabii: qui alter ex nouis con/
sulibus eius anni erat: partim natura sua excitatus celerius opinione omniũ ex
hibernis egreditur & aduersus sedentem eo tempore ad cannusum penum exer/
citum ducit. Factũ est autẽ propinquitate castrorũ & certandi studio ut paucis
diebus ter collatis signis acie dimicarent. primo die cum pari prope spe usq; ad

noctem perduceretur pugna & ad neutrā partē uictoria īclinaret: utriqꝫ uelut
ex cōposito se in castra recipiũt. Secũdo die superior penus duobus prope mi/
libus & septingētis ex hostibus cesis reliquas copias in fugā uertit. Tertio die
Romani deluende ignominię cupidi: quā ex proximo detrimento acceperāt:
primi pugnā exposcunt & a marcello ī aciē deducũtur: cuius ferociā admiratus
Anibal dixisse traditur rē cũ eo hoste sibi esse gerēdā: qui nec uictor nec uictus
quiescere posset. pręliũ deīde atrocius q̃ ullũ ex superioribus fuit nitētibus Ro/
manis recens incōmodũ resarcire: penis uero īdignantibus ꝙ nuper uicti uic/
tores ultro ad pugnā prouocarēt. Tandē Romani a marcello īcrepiti monitiqꝫ
darent operā ut nō ante cladis/q̃ uictorie nuntius Romā ueniret/gradũ acrius
intulere nec prius dimicationi finē fecere: q̃ triplicata prope illata clade hostem
in fugā conicerēt. Sub idem tēpus simili prope ratione: qua amissũ fuerat/Fa/
bius maximus tarētũ recepit. Quod ubi peno nũtiatũ est dixisse eũ tradũt. Et
Romani suum Anibalē habent. Sequenti anno Marcellus & Crispinus creati
cōsules omībus uiribus incũbentes ad bellũ duos cōsulares exercitus aduersus
hostē ducũt. Quos anibal equo cāpo substinere posse diffidēs cũ alias sępe tum
eo tēpore omne ingeniũ adhibendũ putauit: ut hostē quē aperto marte supera/
re nō poterat/dolis caperet. Hec cogitāti longe maior/q̃ ausus esset optare occa/
sio gerēde rei obicitur. Siluestris erat tumulus medius pene īter punica & Ro/
mana castra: sub quo turme quedā numidaꝝ latebant iussu Anibalis oportu/
nis locis cōstitute ut aliquos ex hostibus uagos palantes exciperent. ex altera
parte cōsules cōmuni omniũ uoce & sentētia moti uisendũ hunc tumulũ: De/
inde si opus foret/occupandũ censent: ne eo neglecto potiātur hostes & suis de/
inde ceruicibus īmineant. Sed priusq̃ exercitũ moueant ut speculentur naturā
loci/ambo ex castris exeunt & eo cũ paucis equitibus proficiscēs īcautius/q̃ tā/
tos uiros decebat in preparatas insidias incidũt. Mometo tēporis circũuenti
cum neqꝫ perrũpere a fronte possent & a tergo cederētur necessitate magis/q̃ cō/
silio prelium ineunt: in quo Marcellus egregie pugnās occiditur & crispinus
uulneratus uix tantũ spatii adeptus est/ut se ex manibus hostiũ eriperet. Ani/
bal postq̃. M. Marcellũ: ꝙ maxime ex romanis ducibus represserat cursum
uictoriaꝝ suarũ: interfectũ audiuit/subito in collē ubi pugnatum fuerat/trans/
tulit castra. Ibi inuētũ Marcelli corpus honorificētissime sepeliri iussit: exquo
percipi licet: quantũ ualeat apud omnis generis hoīes aī magnitudo excellen/
tiaqꝫ uirtutis: cum interitũ prestātissimi ducis ne crudelissimus quidem hostis
honore sepulturi passus sit carere. Romani iterum altero cōsule amisso. altero sau/
cio extēplo se in proximos mōtes receperāt & in loco tuto posuerāt castra. Ipse
autē crispinus uicinas ciuitates monitũ miserat: quia collega īteriisset & anulo
eius potitus esset hostis a litteris nomine Marcelli cōpositis ut cauerēt. Salapiā
iā crispini nũtius uenerat: cũ littere ab anibale afferũtur significātes Marcelli
noīe se eo proxima nocte uentuꝝ. Salapitani cognita fallacia uiri nũtioqꝫ remis/
so intētissima cura hostiũ aduentũ expectāt. Quarta uigilia Anibal ad urbē ue/
nit. In primo agmine locati ex īdustria erāt perfuge romanoꝝ: ut latine loquē/
tes fidē facerāt Marcellũ adesse. Horũ cũ ad sexcētos oppidanos ītroduxissent
clausa porta reliquas copias telis repellũt: introductos ad īternitionē cedũt. Ita
Anibal irriti incepti pertesus castra mouet & ī brutios proficiscitur/ut locrēsibus

terra mariq̃ a romanis obsessus auxiliũ ferat. Post hęc ingenti cura patrũ ple/
bisq̃ noui cõsules facti duo peritissimi belli duces. M. liuius & claudius Nero:
qui partitis iter se copiis ĩ prouĩcias proficiscũtur. Claudius ĩ salẽtinos: Liuius
in galliã cõtẽdit aduersus Hasdrubalẽ barchinũ: qui superatis alpibus ĩgẽtibus
peditũ equitũq̃ copiis iũgere se fratri properabat. Accidit autẽ per id tẽpus ut
Anibal magnis afficeretur in cõmodis a Claudio consule: qui primũ ĩ lucanis
adhibitis etiã punica arte ĩsidiis hostẽ fudit. Deĩde ĩ apulia prope uenusiã peno
cõgressus tumultuariã pugnã tãto ĩpetu cõseruit ut magnũ numerũ hostiũ ĩterfi/
ceret. Quo detrimẽto affectus Anibal ex tẽplo ad reparãdũ exercitũ metapõtũ
se cõtulit. Ibi paucos moratus dies copias ab hannone accipit et suis adiũgit ac
rursus uenusiã repetit. Claudius nõ longe a uenusia habebat castra & ĩterceptis
hostiũ litteris cũ hasdrubalẽ appropinquare cognouisset dies noctesq̃ agitabat
aĩo quibus modis efficere posset/ut tãtoꝝ ducũ copie simul iũgerentur. Itaq̃ oĩ
ratione subducta cõsiliũ cepit periculosũ ut apparebat futuꝝ: sed forsitan eo tẽ/
pore necessarium. Nam sub legati custodia castris relictis ipse cũ parte exercitus
magnis itineribus in picenũ profectus sexto die senã peruenit. Ibi cõsules ãbo
iunctis copiis propter methauꝝ flumẽ hasdrubalẽ adorti secũdissimo prelio cõ/
flixerunt. Ad. Lvi. hostiũ milia eo die cesa dicũtur pareq̃ prope aiunt accep/
te ad cannas redditã hosti cladem. At claudius Nero post hanc memorabilem
uictoriã non minus celeriter/ꝗ̃ profectus erat/uenusiã repetens caput hasdruba/
lis prope stationes hostiũ poni captiuosq̃ dimitti iussit: qui tãte calamitatis nũ/
tium ad penũ deferrẽt. Nam eũ ignorare cõpertũ est/quę parata primũ occultis
cõsiliis: quę deĩde acta proximis diebus fuerãt. In quo mirari libet callidissimĩ
ducis solertiã sic deceptã fuisse a claudio in tã modico castroꝝ interuallo ut pri/
us cesũ cũ oĩbus copiis fratrẽ: ꝗ̃ profectũ reuersũq̃ in castra consulem romanũ
sciret. Veꝝ Anibal hoc tam ingẽti non solũ publico: sed etiã priuato perculsus
uulnere uicissitudinẽ carthaginensiũ reꝝ se agnoscere inquit pauloq̃ post ex iis
locis profectus in agrũ bruttiũ se recepit. Non enĩ latebat peritissimũ ducẽ quã/
tum accessionis romanę rei ea plaga ad methauꝝ accepta quantũq̃ momẽti ad
sũmã uniuersi belli factura esset. Ipse tamẽ oĩbus uiribus: quę sibi in italia post
tot conserta pręlia: tot expugnatas urbes relinquebãtur: simul collectis ĩuicto
aĩo per id tẽpus bellũ sustinuit. Et quod mirũ cuiq̃ uideri debet/exercitũ ex his/
panis: afris: gallis atq̃ ex aliis gẽtibus mixtũ sic concordẽ siue auctoritate siue
prudẽtia tenuit ut ne minima quidẽ seditio dissensio ne militaris sit in castris
audita. Nec iã romani sicilia: sardinia: hispaniisq̃ receptis hunc hostẽ aut in
Italia delere aut ex italia deducere prius potuerunt: ꝗ̃ in africã mitterẽt. P. Cor/
neliũ Scipionẽ: qui ex propinquo inferẽs penis arma in tãtũ discrimẽ rem car/
thaginensẽ ĩpulit: ut extẽplo necessitate coacti anibalẽ ex italia reuocarẽt. Erat
per id tẽpus sicut ãte dictũ est in agro bruttio penus ac ex cursionibus magis/ꝗ̃
iustis pręliis gerebat bellũ: nisi q̃ aliquãdo cũ sempronio cõsule tumlutuariam
pugnã cõseruit nec multi interiecto spatio cũ eodẽ iusta acie dimicauit. Primo
certamine penus: Secũdo romanus superior fuit. Nec iam ultra in italia quicq̃
memoria dignũ apud grecos latinosq̃ autores ab anibale gestũ cõperio. Iussu
enim carthaginensiũ in africã accersitus post sextũ & decimũ huius punici belli
annũ italiã reliquit: multũ prius de senatu carthaginensi: multũ etiã de se ipso

questus . De senatu quidẽ ꝗ se tã de diuturno tẽpore in hostili cõmorantẽ terra
paꝝ supplemẽto : pecunia & cęteris rebus : quę ad usũ belli expetebãtur : adiu/
uisset . De se uero ꝗ totiẽs romanis legiõibus fusis cesisq; morã sẽper post uicto/
riam trahẽs spatiũ dedisset hosti ad respirãdũ : Memorie quoq; proditũ est eum
priusq̃ classẽ cõscẽderet prope iunonis licinie templũ arcũ cõdidisse punicis grę/
cisq; lr̃is in sculptũ : in quo res a se magnifice geste sũmatim cõtinebãtur . De/
cedẽs autẽ ex italia anibal satis prospera nauigatiõe usus paucis diebus leptim
tenuit ac oĩbus copiis ĩ terrã expositis adrumẽtũ primo atq; ĩde çamã profectus
cũ cognouisset quo statu res carthaginẽsiũ essẽt : cõmodissimũ esse statuit definiẽ/
do bello cõsiliũ inire . Itaq; placuit ei ut ad Scipionẽ mitteret ꝗ ab eo postularẽt
ut aliquẽ locũ mediũ utriusq; colloquio deligeret . Velle sese de sũmis rebus cum
eo agere . Nec satis cõstat utꝝ iussu senatus : an priuato cõsilio id factũ a peno
sit . Colloquii renuẽdi Scipioni causa nõ est uisa . Quãobrẽ cõstituto die cõue/
nere in patẽti cãpo cũ singulis ĩterpretibus duo celeberrimi duces & potẽtissima/
rum gẽtiũ ĩperatores diuersis sentẽtiis de pace & bello sermonẽ habituri . Nam
Anibal maxime ad pacẽ ĩclinauerat aĩm : ꝗ cernebat rẽ carthaginẽsiũ deteriorẽ
indies fieri . Siciliã : Sardiniã . hispanias iã esse amissas : bellũ ex italia in africã
translatũ . Siphacẽ potẽtissimũ regẽ a Romanis captũ : omnẽ spem salutis in iis
copiis esse repositã : quas ipse uelut diuturni belli reliquias ex italia traiecisset :
quibus si quid durius · cõtingeret : uix tantũ carthaginẽsibus uel externi uel ci/
uilis roboris superesse ut ad tuẽda carthaginis menia sufficere posset . Igitur lõ/
ga oratione usus, uehemẽtissime cõtẽdit scipionẽ in eã sentẽtiã trahere ut pacẽ q̃
bellũ mallet . Sed Scipio cũ ĩ magna spe esset cõficiẽdi belli a pacis cõsiliis abhor/
rere uidebatur . Itaq; post longũ sermonẽ ultro citroq; habitũ re infecta ex collo/
quio discesserũt . Nec multo interiecto spatio pręliũ illud memorabile apud ça/
mam cõseruerũt : quod secundissimũ romanis accidit . primo concursu elephãti
carthaginẽsiũ in suos cõuersi equitatũ anibalis perturbarũt & lelius ac Masi/
nissa ex utroq; cornu pauorẽ augẽtes nullũ equitibus spatiũ dederũt ut se ex fu/
ga reciperẽt . pugnatũ est tamẽ a pedestri acie diu atq; acriter : cũ peni superio/
ribus uictoriis freti in suis dextris totius africe salutẽ collocatã putarẽt : romani
autẽ aĩo pares : spe etiã superiores essent . Sed romanis nõ mediocre momẽtũ ad
uictoriã fuit . ꝗ lelius ac masinissa profligatis equitibus oportune in pręliũ re/
deũtes maximũ terrorẽ ĩiecerũt hosti . Eoꝝ enĩ aduẽtu celeriter factũ est : ut pe/
ni remittẽtes ardorẽ pugne nullũ saluti sue pręterq̃ ĩ fuga remediũ quererẽt . Su/
pra . xx . milia hostiũ eo die a Romanis cesa : totidem prope capta dicũtur . Ipse
Anibal dux ad ultimũ euẽtũ pugne moratus e media cede cũ paucis effugit .
Accersitus deĩde carthaginẽ ut labẽti . r . p . subueniret | ostẽdit senatui nullã spem
ĩ armis ulterius esse ponẽdã suasitq; ut postpositis cęteris rebus mitteret ad Im/
peratorẽ romanũ : qui quacũq; ratione possẽt | de pace agerẽt . Missi . x . legati cũ
pacis cõditiones carthaginẽ retulissẽt : ferũt Gisgonẽ quẽdã paci aduersantẽ sen/
tentiã dixisse de renouãdo aduersus romanos bello : quę cũ a multis audiretur :
indignatus Anibal eo tẽpore ab ĩperitis uiris talia iactari : dicẽtẽ adhuc hoĩem
ex superore loco deturbauit : Et cũ hoc audax negociũ ac libera ciuitate ĩdignũ
uisũ multitudini essẽt | suggestũ ascẽdens . Neminem inquit indignari oportere :
si is qui a prima pueritia a carthagine profectus in bello & armis etatẽ egisset :

urbanas cõsuetudines ignoraret. Post hęc de cõditionibus pacis ita prudenter
disseruit: ut extẽplo carthaginẽses tanti uiri auctoritate cõmoti: accipiẽdas eas
leges: quas uictor & necessitas daret: censerẽt. Fuerũt autẽ cõditiones ad modũ
dure: quales uictores uictis in extremis rebus ĩponere cõsueuere. Sed pręter cę-
tera carthaginẽses aĩm stipẽdiũ populo romano usq; ad certũ tẽpus soluere tene-
bãtur. Cũ uenisset dies in quo prima pẽsio cõferẽda Romanis erat & ĩgemisce-
rẽt oẽs ad uocẽ tributi: ferũt anibalẽ cõmotũ inutili lamẽtatione penoꝝ risũ ef-
fudisse & increpitũ ab hasdrubale heduo q; in cõmune totius ciuitatis mesticia
tã effuse letaretur, respõdisse non letãtis hoĩs illũ esse risũ: sed eoꝝ inanes lachri-
mas deridẽtis: quę eo tẽpore in leuiore malo: quod cuiusq; priuati ciuis pecu-
niã tãgeret potius manerẽt, ꝗ antea cũ romani classes: arma & ãplissimaꝝ uic-
toriaꝝ spolia carthaginẽsibus detrahebãt uictisq; ĩponebãt leges. Nõ me pręte-
terit auctores esse: qui dicãt Anibalẽ ueritũ ne petẽti Scipioni dederetur statim
re male gesta ĩ asiã profugisse. Sed utꝝ subito hoc factũ fuerit: ĩ aliquãto post
pręliũ illud ac ʒamam cõmissũ parũ referre arbitramur, cũ satis cõstet eũ despe-
ratis rebus ĩ asiã profectũ exilioq; mulctatũ ad ãticchũ peruenisse. Fama quoq;
haud dubia est tã hospitaliter tãq; honorifice acceptũ esse a rege ut statim publi-
cis pariter ac priuatis cõsiliis adhiberetur. Erat enĩ anibalis nomẽ magna apud
oẽs gloria: coĩs ĩsuper accedebat ira cõmuneq; ĩ romanis odiũ uehemẽs stimu-
lus ad excitãdũ bellũ. Quare oportune accessisse uidebatur non solũ ad inflam-
mãdũ aĩm regis: sed etiã ad aperiẽdã uiã gerẽdi aduersus romanos belli: quã
unicã tãtũ esse dicebat, si arma in italiã trãsferẽtur & italici generis cõpararẽtur
milites: quibus solis uictrix aliaꝝ gẽtiũ prouĩcia superari posset. Centũ na-
uium classẽ: decẽ & sex milia peditũ: mille equites petebat a rege. His copiis se
italiã intratuꝝ pollicebatur ac turbaturũ italicas gẽtes: quas sciret ob recẽtẽ me-
moriã punici gesti belli uehemẽter horrere anibalis nomẽ. Spem insuper affere-
bat de punico renouãdo bello si per regẽ sibi liceret carthaginẽ mittere: qui fac-
tionẽ barchinã cõcitarẽt atq; eoꝝ aĩos permouerẽt, quibus imperiũ populi ro-
mani erat ĩuisũ. Assẽtiẽte rege aristonẽ quẽdã tyrũ delegit hoiẽm callidũ & idoneũ
ad hoc negociũ cõficiẽdũ. Huic magnis premiis pollicitatiõibusq; persuasit ut
carthaginẽ peteret: amicos cõueniret & mãdata quedã uerbis suis ad eos deferret.
Ita Anibal patria exul per totũ orbẽ terraꝝ aduersus romanos cõcitabat bellũ.
Nec iã inanes he cogitatioẽs uidebãtur future, si anthiochus ut ab initio cepit:
sic etiã postea ei magis ꝗ adulatoribus & purpuratis suis fidẽ prestitisset. Sed
ĩuidia: quã pleꝝq; regie domus alũt: multos anibali aduersarios peperit: qui
cũ uererẽtur ne callidus ĩperator iis cõsiliis aucupãdo gratiã regis in maximũ
auctoritatis & potẽtie gradũ ascẽderet: eũ suspectũ reddere nitebãtur. Accidit
etiã per id tẽpus ut. P. Villius legatus ephesũ ueniẽs frequẽtẽ cũ peno sermo-
nem haberet: ex quo facile data est obtrectatoribus criminandi facultas & tãta
suspitio de fide Anibalis ãtiocho orta ut oĩno a consilio regio excluderetur. Sunt
qui dicũt eodẽ tẽpore. P. africanũ unũ ex legatis ad anthiocũ missũ cũ peno esse
locutũ & inter alia multa ab anibale petiisse: ut ex aĩ sentẽtia diceret: quẽ maxi-
mũ imperatoꝝ fuisse cẽseret: Anibalẽ autẽ respõdisse: primo loco sibi Alexan-
drũ macedonũ regẽ: secũdo pyrrhũ epyrhotã: tertio se ipsũ collocandũ uideri.
Ad hoc leniter arridẽtẽ Africanũ dixisse. Quid cẽseres Anibal si me uicisses?

Me procul dubio ĩquit cũctis aliis ĩperatoribus ãteferiẽ: Hoc respõsũ placuisse
Scipioni ferũt: ꝙ se nec posthabitũ nec adhibitũ ĩcõparatione: sed ueluti ĩcõpa/
rabilẽ occulta quadã assẽtatione a punico ingenio relictũ uideret. Post hęc ani/
bal occasionẽ nactus antiochũ alloquẽdi iã inde a prima pueritia repetens sic se/
ipsũ purgauit: sic de odio suo in romanos disseruit: ut in pristinã gratiã regis
quã prope amiserat|amicitiãq; rediret. Itaq; rex cõstituerat aĩo hũc ducẽ cũ regia
classe in italiã mittere ut prestãtissimi uiri & perpetui hostis populi romani sicuti
iam sibi persuaserat|aĩm ĩgeniũq; experiretur. Sed unus thoas prĩceps etholorũ
huic sẽtẽtie aduersatus seu ĩuidia: seu ꝙ reuera ita agẽdũ cẽseret|mutauit aĩm re/
gis & hanc deliberationẽ: quę magnũ momẽtũ ad bellũ habitura uidebatur:
oĩno euertit. Hortatus est enĩ anthiocũ ut in gręciã traiiciẽs ipse met rẽ suã age/
ret nec pateretur huius belli gloriã ad aliũ peruenire. Rex igitur persuasus pau/
lo post in gręciã proficiscitur ad excitãdũ aduersus romanos bellũ: Vbi non lõ/
go interiecto spatio cũ de cõciliãda thessaloꝝ gente cõmuni cõsilio agitaret ani/
bal nominatim sentẽtiã rogatus nõ tam de thessalis|q̃ de sũma reꝝ ita elato aĩo
disseruit ut ad probationẽ omniũ: qui ibi aderãt|assensũq; moueret. Non enĩ de
thessalis magnopere laborãdũ: sed curãdũ oĩbus modis censuit: ut Philippus
macedonũ rex aut inbelli societatẽ ueniret aut neutri parti adherẽs dimicationem
ociosus spectaret. Adiecit pręterea cõsiliũ de inferẽdo ex propinquo romanis
bello: suã quoq; operã ad id cõficiẽdũ amplissimis uerbis pollicitus est & detu/
lit. Auditus est penus sũma attẽtione sentẽtiaq; illius laudata magis q̃ postea re
aut effectu cõprobata. Exquo pleriq; mirãtur hunc ducẽ: qui tot annos cũ po/
pulo romano omniũ pene gentiũ uictore certauerat eo tẽpore posthabitum esse a
rege: quo erit eius opera & cõsiliũ maxime expetẽdũ. Quis enĩ in toto orbe
terraꝝ callidior imperator reperiri poterat? quis ad gerendũ cũ romanis bellũ
accõmodatior? Hũc tamẽ posthabuit rex initio gerẽdaꝝ rerũ nec multũ tẽpus
preterijt cũ cęteroꝝ cõsilia deridẽs fassus est unũ Anibalẽ preuidisse ea quę in
rem essent. Nam cũ bellũ in gręcia prospere euenisset romanis: cessit ex europa
antiochus & ephesũ se recepit. Ibiq; solutus curis pacẽ animo destinabat mi/
nime credẽs timẽda esse in asia romana arma. Nec deerat talia cõcupiscẽti adu/
latoꝝ assenta to perpetuũ malũ regũ: qui dũ ea quę uolũt libẽter audiũt se adu/
lari sinunt & falli equo aĩo patiũtur. Sed Anibal cui nota erat potẽtia romano/
rum & dominãdi cupiditas|regẽ monuit ut de oĩbus aliis preterq̃ de pace co/
gitaret: romanos crederet nũq̃ quieturos: nisi cum experti essent an sicut in
africa europaq; ita etiã in tertia parte orbis terraꝝ extẽdere fines imperii possint.
Motus auctoritate uiri Antiochus extẽplo polixenidã hominẽ sagacẽ & maritti/
mis certaminibus assu tũ aduẽtanti romanoꝝ classi ire obuiã iussit & penum
in siriã missit & magnã uim nauiũ cõpararet. Huic deinde classi anibalẽ ipsũ &
appolloniũ quẽdã ex purpuratis suis prefecit: qui cũ audissẽt polixenidã cũ ro/
manis cõgressũ haud prospere rẽ gessisse: pręliũ ipsi cũ rhodiis qui socii erant
populi romani cõmittendũ putarũt. Anibal in ea pugna eudamũ prefectũ rho/
diorũ a sinistro cornu ĩuadens iam pręroriã nauiũ circũuenerat & sine dubio su/
perior erat: cũ ex alio cornu hostes fugato appollonio aduolarunt & uictoriam
prope iam certã ex eius manibus extorserunt. Post hanc naualẽ pugnam paꝝ
feliciter tentatã nihil fere memoria dignũ ab anibale gestum accepimus. Nam

de bellato antiocho romani pręter alias cõditiões quas ĩposuerũt regi Anibalẽ perpetuum suę rei publicę hostẽ sibi tradi postulabant. Hęc anibal multoante prospiciẽs subito post illã memorabilẽ pugnam ad magnesiã cõmissã: qua regie opes cõciderũt: ab antiocho discessit & lõgis erroribus euagatus tandẽ ad prusiam bithinie regẽ cõfugit: nõ ꝙ in amicitia eius spẽ multã reponeret: sed quia per orbẽ terrarũ lõge terra mariqꝫ dominãtibus romanis armis locũ magis necessariũ: quẽ posset: ꝗ tutũ quẽ uellet: sibi petendũ censebat: Sunt qui uicto antiocho in cretã profectũ ad cortinos Anibalẽ dicũt: ibiqꝫ extẽplo uulgatũ esse eum magnã uim auri argẽtiqꝫ secũ ferre. Exquo ueritũ ne cretẽses sibi manus iniecerẽt: tale remediũ inuenisse ad periculũ euitãdũ. Amphoras plũbo aurato refertas in tẽplo diane collocari iussit simulãs se earũ ueluti thesauri sui maximã curã sollicitudinẽqꝫ habere. Ex altera parte statuas ęneas: quas pecunia ĩpleuerat: domi abiecit: Dum illi tẽplũ custodiũt ne amphore se insciis auferãtur: interim anibal uelis in altũ datis in bithiniã profugit: Est autẽ in bithinia uicus iuxta litus maris: quẽ incole regionis libissã appellãt: de quo uulgatũ carmen circũferri solitũ aiunt. Corpus anibalis libissa tumulabit terra. Eo in loco diuersabatur penus non inerti quidẽ ocio uitã agẽs: sed in nautis: equis ac militibus exercẽdis studiũ adhibẽs. Dicũt autẽ scriptores quidã hoc tẽpore prusiã gerentẽ bellũ cũ Eumene pergami regi | qui socius & amicus erat populi romani classi anibalẽ prefecisse. Hũc uero nouo cõmẽto Eumenẽ aggressũ ex nauali pręlio uictoriã reportasse. Nam priusꝗ pugnã interẽt: anibalem tradũt magnã serpentũ copiam in uasa uictilia cõiecisse. deinde inito pręlio: dũ omniũ aĩos oculosqꝫ occuparet certamẽ uasa in hostiũ naues inmisisse: atqꝫ eo pacto ĩplicatos hostes & re noua perterritos in fugã uertisse. Eius autẽ sic geste rei non uetustiores annales sed Emilius & trogus meminerũt. Itaqꝫ fides penes auctores sit. Cęterũ hoꝝ regũ cõtentionibus romã perlatis: senatus. T. flãminiũ: cuius ob res ĩ gręcia gestas celebre nomẽ est: legatũ in asiã misit: ut quantũ cõiectura assequi possũ| cũ utroqꝫ rege de pace ageret. Is cũ ad prusiã uenisset iniquo aĩo ferẽs hoĩem inimicissimũ nomini romano ex tot domitis gẽtibus populisqꝫ cesis superesse: magna cõtentione a rege ĩpetrauit ut sibi anibal dederetur. Iam inde ab initio penus leuitatẽ prusie suspectã habẽs in diuersorio plures cuniculos fecerat septẽqꝫ exitus preparauerat ad capessandã fugã siqua repẽtina necessitas cõpulisset. Auxerat etiã nõ mediocriter hãc suspitionẽ suã flãminii aduẽtus: quem sibi tũ publice ob cõmune odiũ urbis: tũ priuatĩ ob memoriã flãminii patris ad trãsimenũ lacũ ĩterempti omniũ romanoꝝ infestissimũ esse credebat. Ita anxius curis remedia ut supra diximus ad euadẽdũ ĩuenerat paꝝ sibi aduersus tãtas opes profutura: cũ milites regii frequẽtes ad eũ capiẽdũ missi undiqꝫ cinxerũt domũ. Ad primũ eoꝝ aduẽtũ tẽtauit anibal per ꝗ occultissimũ exitũ fugã capessere. Vbi eũ locũ custodiis teneri censit oĩ spe euadẽdi abiecta statuit morte uolũtaria romanoꝝ manus effugere. Alii seruũ ab eo iussũ cõpressa gula spiritũ ĩterclusisse tradũt. Quidã sãguinẽ tauri sicut clitarcus Stratoclesqꝫ de Themistocle finxit| bibisse eũ dicetur atqꝫ eo potu mortuũ cõcidisse. Liuius autẽ locupletissimus historie autor Anibalẽ scribit uenenũ ad similes casus preparatũ poposcisse & pene mortiferã illã potionẽ tenentẽ manu dixisse. Soluamus ingẽti cura populum. ro. ubi mortis iam cõsumpti senis tantũ tãqꝫ pręsẽs desiderũ tenet.

Romani patres pyrrhū epyrotaꝝ regē infestis signis appropinquātē mœnibus romanę urbis a ueneno monuerūt ut caueret. Hi auctores fuere ut regię digni/tatis uincteq; dextre oblitus hospes hospitē scelere proderet. His dictis regem prusiā multis execrationibus detestatū ueneno sibi cōsciuisse mortē. Lxx. ętatis anno ut quidā memorię prodiderūt. Defūcti corpus apud libissā collocatū di/cunt in lapideo sepulchro: in quo scriptum fuit. Anibal hic situs est. Sed eius mortis nūtiū accipiētes Romani uarie id prout cuiusq; ingeniū erat interpreta/bātur. Plerīq; Flāminiū crudelitatis arguebāt: q̄ ueluti preclari cuiusdā facino/ris gloriā adepturus auctor extitisset opprimēdi ex acta ętate uirū: a quo nullū ulterius periculū rei p. iā prope uictrici omniū gētiū timeri poterat. Quidā ue/ro factū excusātes Flāminio etiā tribuebāt laudi q̄ perpetuū hostē populi roma/ni de medio sustulisset: cui & si uires corporis ac robusta ętas non tamē īgeniū: cōsiliū rei militaris peritia deesset: quibus prusiā ad arma cōcitare asiāq; nouis bellis cōmouere ac perturbare potuisset. Erāt enī per id tēpus ita āple Bithinie regni opes ut non facile cōtemnēde uiderētur. Nam posteris tēporibus Mitri/dates bithinie rex diu naualibus terrestribusq; copiis populū romanū fatigauit: aduersusq;. L. Lucullū ac. CN. Pompeiū prestātissimos īperatores cū magnis exercitibus ī acie stetit. Idem a rege Prusia duce pręserti Anibale timeri poterat. Quare nōnulli ea pręcipue causa. Q. Flāminiū opinātur ad prusiā missum esse legatū ut Anibalis nece secretis cōsiliis agitaret. Verū credere libet hoc quesitum esse a Quintio non tam ut pręsēti morte anibalē de medio tolleret: q̄ ut homo: qui tot īflixerat sue rei p. clades romā uiuus perduceretur: idq; populo romano utile sibi uero honorificū esse cēseret. Tali genere mortis interiit Anibal penus uir / ut alia omittā bellicis sine dubio laudibus uehementer excellēs: cuius siue aīus: siue ingeniū: siue egregia rei militaris disciplina quanti momenti fuerit in rebus: facile ex eo intelligi licet: q̄ carthaginēses bello tanta cōtentione suscepto non prius se uictos cōfessi sūt: q̄ cū fuit Anibal apud ȥamam magno illo prelio superatus: ut bellice eoꝝ uires stetisse simul cū Anibale duce atq; una cū eo con/cidisse uiderentur

P. CORNELIO SCIPIONI QVI PRIMVS NO/mine uicte a se gētis Africanus est dictus: patrē fuisse cōstat. P. Scipionē uirū Patritiū ex nobilissima corne/lioꝝ gēte: cū quo primū Romano īperatore Anibal pe/nus signa in italia cōtulit. Is cū multas esset ī Hispania uictorias cōsecutus resq; gessisset memoratu dignas: de/mum quodā prelio aduersus hostes inito dū sese offert ubi plurimus labor: plurimū periculi erat: subito per/cussus ictu occiditur. Simili pene casu. CN. Scipio ei/us frater paucis post diebus fortiter pugnās interiit: Amboq; ii imperatores preter reꝝ gestaꝝ nomē: magnū quoq; fidei: tēperātie: uirtutis desideriū non modo militibus suis qui superfuere: sed etiā hispanis gētibus reliquerūt: At ue/ro. CN. Scipionis. P. Cornelius Nasica filius fuit uir cōsularis triūphalisq;: qui

adoelſcēs cũ eſſet pro accipiēda matre idea ĩ tota ciuitate eſt uir optimus iudicatus
Publii autē filii fuere Scipiones duo egregia ſine dubio proles : quoꝝ alterum
Obaſiã deuictã Aſiaticũ : alterũ uero domitorē Africe ob memorabilē uictoriã
de Anibale & de penis ut ſupradiximus Africanũ appellãt . De quo hęc ſcri-
bēda ſuſcepimus nõ tã ut eius nomē a gręcis Latiniſqꝫ ſcriptoribus celebratũ his
litteris fieret illuſtrius : ꝗ ut reꝝ geſtarũ ſeries & domeſtica diſciplina eſſet noſtra
opera in oculis hominũ collocata : quã ueluti imaginē preclare uirtutis impera-
tores & duces cũ intuerētur : imitatiõe digniſſimã iudicarēt . P . Cornelius Sci-
pio iã ĩde a pueritia : cũ eximie indolis & ſũme uirtutis ſpecimē preſe ferret ſub
auſpitio patris cepit diſciplinis militaribus erudiri . Ductus eſt enĩ in caſtra in-
itio ſecũdi punici belli . vii . & . x . agēs ãnũ ac breui: tēporis ſpacio factũ eſt ut
magnã laudē a ſũmo uiro & ab exercitu cõſequeretur equitãdo : uigilãdo : oĩa
militari labore tulerãdo . Ea inſuper documēta aĩ atqꝫ ingenii dedit ut gratiã ſi-
mul adipiſceretur & admirationē gētiũ cõmoueret . Nam equeſtri prȩlio : qꝫ ad
Ticinũ Amnē . P . Cornelius cõſul cũ Anibale cõmiſit : interfuiſſe Scipionem
cõſtat : proditũqꝫ memorie a quibuſdã auctoribus eſt : Corneliũ patrē Sauciũ ac
prope ab hoſtibus circũuentũ a Scipione filio iã tũ pubeſcēte fuiſſe ſeruatũ . Eo
deĩde tēpore quo apud cannas cũ magna calamitate ac prope pernitie Romani
imperii certatũ eſt cũ ad decē milia hominũ cannuſiũ perfugiſſēt & oēs uno ore
Appio pulchro : qui proxime ędilis fuerat . P . Cornelio ad modũ iuueni ĩpe-
riũ detuliſſēt : declarauit Scipio quãta ſibi uirtus quãtaqꝫ aĩ magnitudo ineſſet .
Nam quibuſdã iuuenibus de relinquēda italia agitãtibus ĩcõſultãtiũ cętũ pro-
rupit ac ſtricto gladio iurare oēs coegit ſe rēp . non deſerturos . Hęc aliaqꝫ eiuſ-
dem generis magnitudine quadam aĩ atqꝫ ingenii ab eo iuuene edita populum
Romanũ cõpulerũt ut ei ſupra ętatē : ſupra etiã cõſuetudinē magiſtratus curãqꝫ
maximaꝝ rerũ deferret . Quippe ante legittimũ tēpus edilitatē petēs & ſi Tri-
buni plebis aduerſarētur : quia nondũ ſatis annorum eſſet : peruicit tamē ut per
tribus duceretur atqꝫ ex tēplo frequētibus ſuffragiis quiritũ edilis curulis eſt de-
claratus . Cũ uero pater patruuſqꝫ duo egregii imperatores breui interuallo in
Hiſpania cecidiſſēt : curãdũqꝫ a populo ro . eſſet / ut aliquis Dux ſĩgulari uirtute in
eoꝝ locũ ſuccederet : nemo reperiebatur : qui ad hoc graue & periculoſũ bellum
poſt tantoꝝ ĩperatorũ interitũ proficiſci auderet : Itaqꝫ habitis comitiis ut pro-
cõſul crearetur / cũ cęteri reipublice prĩcipes in tãta facultate ſilerēt / Vnus Scipio
iiii . & uigĩti ãnos natus in medium proſiliēs ingēti fiducia profeſſus eſt / ſe hoc
munus libēti aĩo ſuſcepturũ . Hac fortiſſimi iuuenis audita uoce nulla mora in-
terpoſita eſt : quin incredidili ſtudio ſuffragioꝝ imperiũ in Hiſpaniã Scipioni
decernerēt : Sed paulopoſt ſecũ reputãtes quirites aduerſus quos penoꝝ duces
& ĩ quibus regionibus bellũ gerēdũ eſſet / uix cenſebãt fieri poſſe / ut imbecillitas
ętatis tantã grauitatē rerũ ſubſtineret . Quare momēto tēporis quaſi iã decrete rei
cēturias peniteret / magna aĩoꝝ cõmutatio facta eſt . Quod ubi aĩaduertit Scipio
ſtatĩ aduocata cõtione ſic de ętate ſua ac de bello / qꝫ gerendũ erat diſſeruit : ut ad ſe
unũ ĩtuēdũ oēs audiētes cõuerteret & ad priſtinã ſpē bene gerende rei populũ Ro .
aĩ aliiſqꝫ uirtutibus uehemēter excellēs : ſed preſtãs etiã pulchritudine oris & to-
tius corporis forma cõſpicuus : lȩta atqꝫ hilari fronte : quȩ plurimum ualent ad
gratiã hominũ cõciliãdã . Habebat & in geſtu & in motu ſũmã dignitatē . Ad

hęc aĩ bona muneraq̃ naturę cũ militaris accederet gloria dubiũ erat gratior ne
gentibus domesticis uirtutibus an mirabilior bellicis artibus foret. Imbuerat
etiã aĩos multitudinis superstitione quadã: q̃ singulis diebus: exquo uirilẽ to/
gam sũpserat|in capitoliũ ascẽdere ac sine arbitris edem ingredi cõsueuit: ut cre/
derẽt homines sicut iã multo ante Nũmam Pompiliũ ab egeria nimpha: sic etiã
ipsũ archana quedã ĩ tẽplo doceri: quę cęteris nõ essẽt cõmunia. pręterea ut olim
de Alexandro Macedonũ rege. Sic ea tẽpestate de Scipione quidã finxisse ui/
dentur anguẽ ĩ cubiculo matris frequẽter uisã. Cęterũ iis omissis. P. Scipio ex
italia decedẽs cũ decẽ milibus peditũ. xxx. nauiũ classe oẽs autẽ quinqueremes
erãt in Hispaniã proficiscitur: ac paucis diebus ad emporia delatus copias expo/
nit terrestriq̃ itinere tarraconẽ cõcedit. Ibi cõcilio ĩ dicto legatis ex sociis urbi/
bus frequẽtes cõuenere: qui comiter benigneq̃ accepti grata respõsa domũ retu/
lerũt. Post hęc Scipio ingẽti cura ad futurꝝ bellũ ĩtẽtus cõmodissimũ esse statuit
reliquias ueteris exercitus: quę uirtute. L. Martii seruate erãt|suis copiis adiũ/
gere. Nam post duorꝝ Scipionũ interitũ: cũ Hispanie prope amisse: Romane
legiones fuse fugateq̃ essẽt: unus. L. Martius Romanus eques collectis du/
orũ exercituũ reliquiis pręter omniũ spem exultantes uictoria hostes cõtriuit bel/
lũq̃ in Hispania aduersus tres penorꝝ duces ĩcredibili uirtute industriaq̃ sub/
stinuit. Ad has igitur copias quę in Hibernis cõstitute erãt|cũ uenisset Scipio
excitati sũt omniũ aĩ ad spem bene gerẽdę rei & ueterũ imperatorꝝ memoria re/
nouata ut nemo miles esset|qui iuuenẽ ĩtuẽdo explere desideriũ posset. Ipse uero
collaudatis militibus q̃ de re p. nõ desperassẽt ãte oẽs. L. Martiũ in pręcipuo
honore habuit ut ostẽderet uirũ qui suis uirtutibus cõfideret|alterius glorię nõ
ĩuidere. Ex acta hieme cũ nouũ ueterẽq̃ exercitũ ex Hibernis deduxisset omniũ
primũ Carthaginẽ nouã oppugnare cõstituit. Nulla enim ex Hispanis ciuitati/
bus opulentior habebatur: nulla cõmodior erat ad bellũ terra mariq̃ gerendũ.
Quinetiã Carthaginẽsiũ duces omnẽ apparatũ belli & quicquid pręcio dignum
habebãt in hãc urbẽ cõgesserãt. Eam quoq̃ ac eius arcẽ ualidis presidiis muni/
erãt. Ipsi uero ne tribus una regio pręmeretur|diuersa petierãt loca nihil minus eo
tẽpore: q̃ Carthaginis oppugnationẽ timẽtes. Scipio iã oĩbus necessariis cõpara/
tis ad eã obsidẽdã cũ oĩ exercitu profectus terra mariq̃ urbẽ aggreditur. Negociũ
arduũ & diuturnũ apparebat futurꝝ|q̃ urbs munita erat & defẽsores ita aĩati:
ut non modo tueri Carthaginis męnia: sed etiã erũpere in hostẽ & castra Ro/
manorꝝ aggredi auderẽt. Verꝝ multa interdũ quę uiribus superare non possũt:
ingenio cõficiũtur. Cõpertũ habebat Scipio|stagnũ q̃ haud procul abest a Car/
thaginis męnibus estu maritimo decrescere & uado ea parte trãsiri posse: unde ad
murꝝ facilis esset accessus. Tali occasione|qua nulla maior ad capiẽdã Cartha/
ginẽ dari poterat|utẽdũ ratus: cũ tẽpus cõmodũ uisũ est expediri acies & distri/
butis copiis urbẽ uehemẽtius|q̃ ũq̃ ãtea oppugnari iubet. Ipse ĩteri fortissimorũ
uirorꝝ manũ deligit|quibus ĩperat ut superato stagno: in murꝝ ab ea parte|quę
minime suspecta erat|euadant. At ii quibus negociũ datũ est. prospere traiecto
stagno cũ ex alia parte urbis acerrime pugnaretur|locũ quẽ petebãt|neglectum
ĩueniũt|celeriterq̃ scãdẽtes murꝝ hostes a tergo adoriũtur. Oppidani & externi
pręsidii milites: quibus tantum repentini periculi pręter opniionem acciderat
extẽplo męnia deserũt: ancipitiq̃ pauẽtes malo se in fugã coniciũt. Instãt tergis

Romani subitoqꝫ urbẽ capiũt diripiũtqꝫ, Vbi ĩgẽs preda & omniũ rerũ, quę ad
bellũ usui erãt, sũma est facultas ĩuẽta. Scipio ob bene nauatã operã collaudatis
donatisqꝫ militibus cũ ei: qui primus muroꝝ ascẽderat, muralis corona dãda esset
& cõtentio inter duos milites orta omnẽ prope exercitũ in certamẽ traxisset, extẽ-
plo cõtione aduocata cõpertũ se habere dixit ãbos pariter murum ascẽdisse atqꝫ
ambos coronis muralibus donãdos esse: Quo factum est ut oĩs cõtentio: quę
iam ad sũmũ peruenerat, tolleretur. Post hęc obsides, quoꝝ in ea urbe ĩgẽs co-
pia erat, ciuitatibus Hispanie restitui iussit, exquo maxime humanitatis & cle-
mẽtie nomẽ sibi cõparauit: multosqꝫ populos hac indulgẽtia mouit ut ad roma-
num redirẽt a punico imperio. Sed omniũ primũ eius famã & beniuolentiam
auxit id ꝙ a cũctis scriptoribus ut sũmę uirtutis exemplũ celebratur. Adducta
est enĩ in cõspectũ Imperatoris una ex captiuis uirgo longe ante alias specie ac
pulchritudine insignis. Hanc & Scipio custodiri diligẽtissime & seruari inte-
gerrime iussit pauloqꝫ post cũ despõsatam comperisset Luceio principi celtiberoꝝ
spõso ad se accito is adolescẽs erat ĩtegrã ĩuiolatãqꝫ restituit. Res est profecto cele-
brãda litteris & ipse Scipio dignus ut tante mãsuetudinis & cõtinentie ab oĩbus
scriptoribus ferat fructũ. Huius beneficii memor Luceius, cũ liberalitatẽ mo-
destiã & singularẽ in oĩ genere uirtutis prestãtiã Romani ducis per suos popu-
los diuulgasset, paulopost cũ magna equitũ manu in Romanoꝝ castra rediit.
Carthaginẽsiũ duces Mago Hasdrubal: Barchinus & alter Hasdrubal Gisgo-
nis filius Carthagine noua amissa. & si nõ ignorabãt quãtũ ad opinionẽ gẽtiũ
& sũmã uniuersi belli esset detrimẽti acceptũ: tamẽ rẽ primo tegre: deinde uul-
gatã extenuare uerbis quoad poterãt nitebãtur. Scipio uero multis populis prĩci-
pibusqꝫ Hispanis ĩter quos duo reguli Mãdonius & Indibilis fuere, sibi adiũctis:
cõstituit aĩo in ea loca iter facere quibus in locis Hasdrubalẽ Barchinũ esse audie-
bat: ut prius cũ eo: q̃ Mago & alter Hasdrubal se ei cõiũgerẽt, decretaret. Has-
drubal Barchinus prope flumẽ Besuliã habebat castra auidus & ipse certaminis
& suis copiis satis fidẽs. Verũ ubi appropĩquare Scipionẽ cognouit ex planitie
ĩ tumulũ quẽdã satis natura munitũ sese recepit. Quẽ insecute Romane legiones
nullã morã ĩterponẽdã putarũt: quĩ cedẽti instarẽt hosti & primo aduẽtu castra
adorirẽtur. Non secus, q̃ si una expugnaretur urbs: circa castra pugnatum est.
Carthaginẽses natura loci & necessitate, quę etiã ignauos excitare solet, fidẽtes im-
petũ hostiũ sustinere nitebantur. Romani ecõtra spe & audacia pleni acriter di-
micabant atqꝫ eo magis ꝙ in cõspectu Scipionis atqꝫ oĩs exercitus res gerebatur
ut nullũ paulo fortius factũ latere posset. Itaqꝫ non prius remissa oppugnatio est
q̃ omni conatu annixi Romani uallũ superarũt pluribusqꝫ locis castra irrũpẽtes
in fugã cõpulerũt penũ. Hasdrubal uero dux priusq̃ castra in potestatẽ Roma-
norũ uenissent, cũ paucis militibus fugit. Hoc prẹlio facto Scipio cõsuetudine
sua oĩs captiuos hispani generis ad se uocari & sine precio dimitti iussit. Ado-
lescẽtẽ ex his regii generis Masinisse nepotẽ comiter benigneqꝫ acceptũ ad Ma-
sinissã remisit: magnificẽtissima quoqꝫ adiecit dona, ut ostẽderet imperatorẽ exer-
citus non minus liberalitate & domesticis uirtutibus: q̃ bellicis artibus ornatũ
esse oportere. Est enim belli finis uictoria cuius fructus maxime in liberalitate
clemẽtiaqꝫ cõsistit. Hinc ducũ gloriã: hinc imperatorie laudes emanãt ut ĩ prę-
sentibus accidit rebus. Nam Hispanorũ multitudo, quę ibi frequẽs aderat hãc

indulgētiā Romani ducis admirata cōtineri non poterat : quin eũ honoris & uirtutis gratia appellaret regē . Sed Scipio hanc uocē Romanis auribus īsuetā subito oppressit : nec eũ titulũ sibi tribui passus est : quē optimoꝝ ciuiũ cōsuetu/ dini & Romani libertati aduersũ esse sciebat . Hortatus est tantũ hispanas gētes ut si in referēda gratia memores esse uellēt fidē in populũ Romanũ beniuolen/ tiamꝙ seruarēt . Dum hęc a Scipione gerebantur interim alii duo Carthaginēsiũ duces accepto nũtio male gęste ad Besulā rei iũgere copias properarũt pauloꝙ post Hasdrubali Barchino se cōiunxerũt ut cōmuni cōsilio de sũma belli decer/ nerent . Itaꝙ inter se collocuti post longā disceptationē in ea sentētia cōuenere/ ut Hasdrubal Barchinus in italiā/ ubi Anibal frater & caput belli erat/ transiret . Mago uero & alter Hasdrubal in Hispania remanerēt : supplemētũ a Cartha/ gine peterēt/ nec prius cũ imperatore romano signa cōferrēt : ꝗ undiꝙ cōuocatis auxiliis ingētes copias cōtraxissent . Post hęc petēte italiā Hasdrubale missus est ex Africa in eius locũ imperator Hanno : quē primo aduentu celtiberiā cōcitātē M . Sillanus iussu Scipionis aggreditur pręlioꝙ cōmisso superat capitꝙ . Erat una urbs/ quā incole regionis Oringē appellāt/ opulētissima sane & accomodatis/ sima ad renouandũ bellũ . Ad hanc oppugnādam cũ parte copiaꝝ missus . L. Scipio locũ munitiorē inuenit/ ꝗ ut primo impetu capi posset . Itaꝙ corona cir/ cũdedit urbē paucisꝙ diebus expugnatā direptāꝙ ī potestatē redegit . Instabat iam propinqua hiems & tēpus admonere uidebātur ut hiberna utrinꝙ peterent Quare iis rebus prospere gestis Scipio Tarraconē Mago & Hasdrubal Gisgo/ nis filius se ad Oceanũ receperũt . Sequēti ęstate magna cōtentione renouato in ulteriore Hispania bello Romani Carthaginensesꝙ prope Besulā cōgrediuntur iustaꝙ acie pręliũ cōmittũt : in quo post longũ certamē superior Scipio in fugā uertit hostes magnoꝙ numero eorũ īterfecto neꝙ sui colligēdi neꝙ cōsistēdi fa/ cultatē dedit neꝙ prius uictorie modũ imposuit ꝗ Hasdrubal & Mago ex cō/ tinēti pulsi gades se recipere coacti sunt oībus prope copiis amissis . Erat in ex/ ercitu Carthaginēsiũ Masinissa iuuenis magni aī magniꝙ cōsilii : qui oportu/ nitate capta clam cũ Sillano cōgrediēdi primos aperuit ei amicitię aditus/ siue Scipionis liberalitate allectus . siue tēpus uenisse ratus in quo uictoribus Ro/ manis adherēdũ censeret . Hic est Masinissa : qui postea beneficio Romanorum potētissimus euasit numidie rex ac multis in rebus populo Romano usui & ad/ iumento fuit . Cęterũ eo anno : qui erat . xiiii . secũdi punici belli felici auspicio procōsulis Scipionis Hispania prima ex cōtinētis regionibus uicta : postrema tamē in prouincie formā redacta ab Augusto Cęsare lōgo interuallo fuit . Sci/ pio non cōtentus maximis rebus : quas breui tēpore in Hispania gesserat : cũ iā sibi Africā aīo destinaret/ cōmodissimũ esse statuit Syphacē Massessuloꝝ regem omni arte in Romanoꝝ amicitiā trahere . Itaꝙ explorata uolũtate regis cũ non alienā a societate populi Romani comperisset : extēplo oībus rebus postpositis duabus quinqueremibus in africā cōtendit . Veniebat a Gadibus eodē tempore Hasdrubal Gisgonis filius ac ueluti ex cōposito ii duo clarissimi imperatores re/ gem adierũt certatim quisꝙ pro sua re publica amicitiā petituri . Siphax hos/ pitio ambos comiter benigneꝙ accepit operāꝙ dedit ut pariter eadē mensa eodē cubiculo uterētur : ne alter alteri pręlatus in honore uideri posset . Tradũt Has/ drubalē presentis Scipionis aīm īgeniũꝙ admiratũ secũ agitasse quātũ periculi

ex eo uiro sue ciuitati atqꝫ oĩ africe ĩmineret. Iuuenẽ enim acrẽ & sũmis uirtuti/
bus preditũ t: ũ multis prçliis uictorẽ esse cernebat, nec in tã florẽti ętate adduci
posse credebat ut pacẽ, ꝗ̃ bellũ mallet. Suspicabatur etiã ne Siphax eius auctori/
tate & pręsentia motus ad Romanos aĩm inclinaret. Nec iam eũ fefellit opinio.
Nam Siphax & si primo aduẽtu parẽ se utrisqꝫ prębẽs sermonẽ induxisset defi/
niẽdo inter Romanos Carthaginẽses bello: tamẽ postea negãte Scipione incõ/
sulto senatu quicꝗ̃ agi de pace posse posthabendũ Hasdrubalẽ censuit ac desiderio
Scipionis obsecutus eũ populo Romano fedus iniit. Scipio in Hispaniã reuer/
sus Iliturgiũ & Castulonẽ & quasdã alias ciuitates: quę populi Romani detrec/
tabãt ĩperiũ: partĩ ipse ui expugnauit: partĩ auspicio. L. Martii inditionẽ rede/
git. Et ne tot tãtisqꝫ rebus prospere gestis aliquod deesset letitię genus Cartha/
ginẽ nouã profectus ludos gladiatoꝝ magnifico apparatu fecit: quibus nõ solũ
spectando: sed etiã pugnãdo multi clari uiri interfuerunt. Sed ex Hispanis duo
pręter alios insignes nobilitate pricipes Corbis & Orsua de regno inter se diffi/
dẽtes eo die cõtrouersiã finiere altero eoꝝ alterius manu ĩterempto. Grauis spec/
tãtibus eoꝝ dimicatio: grauior etiã, quia Patrueles erant mors ĩterempti fuit.
Post hęc Scipionẽ lõge maiora, quã ea quę gesserat meditãtẽ aduersa ualitudo cor/
ripuit cuius fama per Hispaniam uulgata & ut pleꝝqꝫ fit sermonibus aucta ad
spem nouaꝝ rerũ nõ solũ Hispanas gẽtes: sed etiã Romanoꝝ exercitũ: quẽ ille
ad Sucronẽ reliquerat: cõcitauit. Soluta primũ militũ disciplina imperatoris ab/
sentia fuerat: mox rumores de egritudine eius & de periculo uite in exercitũ de/
lati tantã seditionẽ motũqꝫ fecerũt: ut quidã cõtẽpto tribunoꝝ imperio iisqꝫ de/
mũ fugatis duos gregarios milites sibi crearẽt imperatores: qui non solũ nomẽ
imperii a uanis auctoribus delatũ, sed etiã fasces & secures pręse ferre ausi sunt
adeo furor pleꝝqꝫ & mala ãbitio mortaliũ mẽtes exagitat. Nec quieuere Hispa/
ne gẽtes Mãdonius pręsertim atqꝫ indibilis qui affectãtes Hispanie regnũ post
expugnationẽ Carthaginis noue ad uictorẽ Scipionẽ defecerãt. deinde Roma/
noꝝ potẽtiã lõge lateqꝫ diffusã iniquo aĩo tolerãtes aliquã nouãdaꝝ rerũ occa/
sionẽ querebãt. Acceptis autẽ rumoribus non solũ de morbo: sed prope etiã de
morte. P. Scipionis fideqꝫ adhibita extẽplo exercitũ cõpararũt & suesitanis: qui
socii & amici erãt, populi Romani intulerũt bellũ. Veꝝ cõualescente Scipione
ut ex fama eius mortis falso credita multiplex tumultus fuerat exortus: sic com/
perta ueritate rei, territi sũt omniũ aĩ ne quisꝗ̃ ausus est, ĩ nouãdis rebus ulterius
progredi. Scipio magis externis bellis, ꝗ̃ domesticis seditionibus assuetus & si
militibus, qui deliquerãt, grauiter succẽsendũ putabat: tamen nedũ ire indulget
excessisse in puniẽdo modũ existimari posset: de hac re ad consiliũ refert. Maior
pars in eos: a quibus initũ tumultus ortũ erat: animaduertẽdũ & reliquis ig/
noscẽdũ cẽsuit. Sic enĩ fieri posse ostẽdit, ut pena ad paucos: exemplũ ad multos
perueniret. Hanc sententiã secutus Scipio extẽplo exercitũ seditionis auctorẽ ad
accipiendũ stipẽdiũ Carthaginẽ nouã acciri iubet. Edicto paruerũt milites alii
suã culpã, ut plerũqꝫ sibi indulgẽt hoiẽs, leuiorẽ rati: alii Scipionis freti ingenio
quod mite in puniẽdo esse cõpererãt. Dicere enĩ solitus fuit malle se unũ ciuẽ con/
seruare: ꝗ̃ mille hostes perdere. Vulgatũ quoqꝫ erat aliũ Scipionis exercitũ pa/
ratũ esse in armis & aduẽtũ eoꝝ operiri ut oẽs copie simul iũcte aduersus regu/
los in suessitanos ducantur. Quamobrẽ ex sucrone discedentes magna spe uenie

cōsequēde Carthaginē ueniūt. Sed postridie eius diei: quo urbē ingressi sūt: in
foꝝ uocati ac inermes cōsistere iussi armatis legiōibus circūdātur. Tum Impe-
rator Romanus tribunal ascēdēs uniuerse multitudini sese ostēdit ea ualitudine:
eo uigore: qualis ī pubescēte ętate unq̃ fuerat. cōtionē deīde habuit lōge acerrimā
& grauissimis querimoniis plenā: ut nemo miles ex īerme exercitu esset q aut a ter-
ra oculos erigere aut dicētis uultū sustinere per pudore posset. Cōsciētia enī perpe-
trare rei ac supplicioꝝ metus terrebat aīos & optimi ducis pręsētia noxiis pariter
atq; ī noxiis rubore incutiebat. Itaq; tristi silētio torpebāt oīa. Posteaq̃ finē di-
cendi fecit pricipes seditionis in cōspectū multitudinis producūtur. Ibi uirgis
cęsi more maioꝝ securiq; percussi horribile spectaculū uisentibus prębuere. His
rebus ita cōpositis Scipio reliquisq; militibus nouo sacramēto adactis expediti-
onē ī Mādoniū atq; indibilē pronūtiari iubet. Nā ii secū reputātes a militibus
Romanis: qui Castrēsis seditionis auctores fuerāt: penā esse repetitā: omnē spē
abiecerāt uenie īpetrāde atq; ex eo. xx. milia peditū: duo milia equitū cōpara-
uerant: ut iis copiis aduersus Romanos progrederentur. Quod ubi cognouit
Scipio priusq̃ augerētur reguloꝝ uires, & plures populi cōspirarent, maturata
Carthagine proficisci, & quāta maxime celeritate potest, ad hostē pergit. Reguli
loco satis munito habebāt castra sicq; suis copiis fidebāt, ut nec alios prouocare
nec prouocati pugnā detrectare parati essēt. Factū est autē propīquitate castroꝝ
ut paucis post diebus a Romanis lacessiti ī pręliū descēderēt: in quo quidē ali-
quādiu sūma cōtētione dimicatū est. Tandē Hispani a tergo circūuēti ac ī orbē
pugnare coacti, superātur. Vix tertia pars ex eoꝝ numero aufugit. Mādonius
atq; Indibilis nullū remediū perditis rebus esse cernētes legatos ad Scipionem
miserūt: qui suppliciter pacē peterēt & ueniā deprecarētur. At Scipio & si quātū
in se atq; ī populū Romanū facinus admisissēt, intelligebat tamē non minus de-
corū putās hostē clemētia & māsuetudine superari, q̃ armis regulis ignouit, pecu-
nia tantū ut militi ad stipēdiū soluerēt: īperata per id tēpus Masinissa a Gadi-
bus profectus in cōtinētē uenit, ut amicitię fidē, quā per. M. Sillanum absenti
Scipioni obtulerat: pręsēti cōfirmaret. Simul ut ipsū Scipionē alloqueretur: quē
ob res egregie gestas prestātissimū esse uirū cōstituerat aīo. Verū nec iā opinioni
numide uirtus. P. Scipionis nec expectationi, ut pleriq; accidere cōsueuit prę-
sentia defuit. Nam pręter ingētia aī bona, quibus Scipio enī cęteros alios ante-
ibat: pre se etiā ferebat eximiā formā & oī amplo dignā imperio. Erat pręterea
uir benignus in audiēdo: facūdus in respōdēdo & in cōciliādis hoībus egre-
gius artifex. Habitu corporis uirili. Cęsarie promissa utebatur. Hūc igitur Ma-
sinissa salutatū ueniēs ut primū cōspexit: sic uirū admiratus esse dicitur ut nec ab
eo dimouere oculos ne intuēdo explere desiderium posset: amplissimis uerbis ei
gratias egit pro nepote ad se remisso & fidē se prestatuꝝ inite amicitię dixit: q̃
postea erga populū Romanū usq; ad exitū uite cōstātissime coluit. Iā uero oēs
Hispanie populi aut imperiū aut societatē Romanoꝝ acceperāt, cū Gaditani
idē sibi licere arbitrātes spōte Romanis se dedidere gēs uetusta origine & si fame
credere libet ut Carthago in africa: in Boetia Chebe: ita Gadis ad Occeanum
Colonia Tirioꝝ fuit. Scipio receptis Hispaniis: pulsis Carthaginēsibus, cum
nihil relinqueretur, quod si cōstituēdū putaret. L. Lentulo & Mālio Accidino
prouincia tradita Romam rediit: Venienti senatus extra urbem datus est in ęde

Bellone: ubi cum res a se per multos annos fortiter feliciterq; gestas exposuisset ostēdissetq; quatuor hostium duces quatuor exercitus multis prȩliis a se uictos: Carthaginēses ex Hispaniis eiectos: nullas gentes in iis terris relictas: quȩ non uenisset in populi Romani potestatē res āplissimo triumpho dignas esse censebat senatus. Sed quia nemini adhuc cōtigerat ut cū procōsul & sine magistratu esset pro rebus gestis triūphāti inuehi liceret urbē nec patribus uisū est nec ipse Scipio magnopere cōtēdit ut nouo exemplo morē maiorum sui causa cōmutarēt. Ingressus urbē paulopost ingēti studio populi Romani cōsul declaratur. Tradūt raro unquā frequētiorē multitudinē non tā ad celebrāda comitia: q̄ ad cōspiciendū. P. Corneliū Scipionē Romā uenisse. Itaq; non solū quirites: sed externi etiā hoīes hunc unū intuebātur publice priuatimq; dicebant mittendū in africā esse ad īferendū ex propinquo Carthaginēsibus bellū. Idem cū sentiret Scipio de hac re ad populū se relaturum significabat si tam salutari cōsilio aduersaretur senatus. Quidam enī ex patribus atq; inter eos prȩcipue auctoritatis Fabius maximus huic sententie acriter reclamabat. Scipio in contrariū nitebatur rationibus multis ostendēs hac una uia superari penos & Anibalē deduci ex Italia posse: cȩtera uana esse cōsilia. Post longā altercationē. Scipioni Sicilia decreta permissumq; a senatu est ut si arbitraretur utile exq; re p. esse cū oī exercitu in Africam traiceret. Hoc senatus consulto in populū ȩdito sic erecti sunt omniū aī ad spem magnarum rerū ut iā de Africa cogitarēt & bellū posse cōfici non diffiderēt. Sed Scipioni in rebus necessariis cōparādis maxima difficultas proponebatur: cū ob ȩrarii inopiā, tū ob iuuētutis penuriā, cuius florē prȩterite clades a peno illate absūpserāt. Ipse tamē ne tāte expectatiōi deesset, īgēti studio ī apparatū belli ītēdit. Et adfuerūt ei multi Etrurie atq; umbrie populi: quorum alii materiā ad fabricādas naues: alii arma: qdā frumētū ac oīs generis cōmeatū adiuuādū exercitū detulerūt. Quadragesimo quīto die, quod uix cuiq̄ credibile uideretur fabrica instructaq; classe ex italia decedēs Scipio in Siciliā cōtēdit. At cū exercitū in ordines redigeret: eos prȩcipue seligendos putauit, qui sub. M. Marcello multos annos meruerāt sūmāq; scientiā rei militaris habere existimabātur. Siculos autē partī auctoritate: partim gratia impulit ad subministrādū auxilium futuro bello: quod in Africā trāsferre cū primū per anni tēpus posset oī studio parabat. Tradūt prȩter alia Scipionē ex uariis ciuitatibus. ccc. iuuenes legisse totius prouīcie nobilissimos ac eis prȩcipisse ut certa die cū armis equisq; adessēt. Ii ut imperatū erat cū presto fuissēt ad constitutā diem: optionē detulit consul: qua uel ipsi secū in africa militarēt uel totidē aliis substitutis equos armaq; largirētur, utrū uellēt acciperēt. Singulis remissionē militie petētibus dati sūt uicarii ccc. Romani iuuenes: quos Scipio inermes ex italia adduxerat eo consilio uel Siculorum īpēsa, sicut euenit armis equisq; īstruerētur. Horum opera multis postea certaminibus fideli atq; utili in Africa usus est. Iam tēpus Hibernorum erat. cū Scipio non solū in apparatibus belli: sed etiā in cōponēdis Sicilie rebus curam adhibendā ratus Siracusas petit. Vbi cum ex multorum querimoniis cognouisset satis magnā copiā Italicorum militū in eadē urbe uersari: qui res bello partas de Syracusanis per senatū restitutas retinerēt: statī eos partī edictis partī iudiciis cōpulit ad ea īplēda, quȩ senatus cēsuisset. Qua ex re magnā gratiā & iusti cōsulis famā apud Siculas gētes est adeptus. Interim per. C. Leliū multa cū prȩda ex

Africa redeuntē certior fit Masinissā regē cupidissime aduentū suū operiri mo/
nere atqꝫ rogare ut si rei p. cōmodo facere possit ꝗ primū in africā traiciat. Idem
cupere multos africe populos: qui odio habētes Carthaginēsiū Imperiū aliquā
nouādaꝝ rerū occasionē expectēt. Nec iā ulla Scipionis socordia eā profectio/
nem distulerat: cū raro quisꝗ alter Imperator aut efficatior aut solertior in rebus
agēdis fuerit. Verū Sicule res & occasio recipiēdi locros impedimento fuere quo
minus negociū pro suo arbitratu cōficeret. Accessit etiā causa quedā Pleminii le/
gati qui: Locris a Scipione relictus cū oē genus īprobitatis: libidinis: auaritię
ī oppidanos exercuisset: facile in multitudinē perpulit ut oīa mallet: ꝗ impuris/
simi hoīs imperiū ferre. Missi igitur a Locrēsibus Romam legati cū in sena/
tum uenissēt & grauissimas iniurias a Pleminio acceptas questi essent: sic patres
mouerūt ut non solū in Pleminiū: sed etiā in Publiū Scipionē Atroces sententie
dicerētur: Hinc obtrectatores Scipionis āplā materiā Calumnie nacti asserere nō
dubitabāt eū cognouisse Locrēsiū iniurias: Pleminii scelera: suorꝝ militū dissēsio/
nes atqꝫ oīa Lentius tulisse ꝗ optimū cōsulē deceret. Addebāt pręterea exercitū
in Sicilia habere uecordē & oī disciplina solutū militari. Ipsū ducē oscitātē totū
se ad uoluptates & otiū cōtulisse. Et pręter cęteros Fabius maximus in Scipionē
īuectus sic modū excessit, ut ex tēplo reuocādū ex Sicilia abrogandūqꝫ ei imperiū
censeret. Hęc nimis aspera uisa oībus sentētia est. Quāobrē. Q. Metelli cōsiliū
secuti patres decreuerūt ut decē legati in Siciliā trāsmittētes cuncta: quę de. P.
Scipione ad senatū delata erāt, diligēti studio perquirerēt. Si nocētē īuenissēt stati
iussu senatus in italiā reuocarēt. Sin uero falsa essent crimina & uane inuidorum
calumnie dimitterent ad exercitum hortarēturqꝫ ut fidenti aīo bellū susciperet.
Profecti in Siciliā legati in discutiēdis singulis rebus nullā Scipionis culpam
inuenire potuerūt: nisi ꝙ iniurias a Pleminio Locrēsibus illatas nimis leni aīo
pertulissēt. Erat enī Scipio in remunerādo largus: inpuniēdo mitis & clemens.
Exercitū uero classē: & omnē apparatū belli cū ītuerētur sic admirati esse dicūtur
copiā & ordinē sigulaꝝ rerū ut postea ī urbē redeūtes āplissimis laudibus P. Sci/
pionē efferrēt & reiectis īuidoꝝ calūniis ad certissimā uictorie spem senatū po/
pulūqꝫ Romanū reuocarēt. Cęteꝝ domesticis īpedimētis sublatis alie foris su/
peruenerūt cure: quę nō mediocriter aīm Scipionis mētēqꝫ turbarūt. Nā oratores
a Siphace missi denūtiarūt ei, nouū sibi fedus cū Carthaginēsibus ictū: affinitatē
cū Hasdrubale cōtractā: filiā eius sibi matrimonio iunctā: propterea monere ut
si sue rei publice cōsulere uelit: Africa abstineat: eosdē enī quos peni haberent
se amicos inimicosqꝫ habituꝝ. Hos legatos Scipio ne mādata regis offerētur ex/
tēplo ad Siphacē remisit cū litteris: quibus postulabat ut inite societatis iūcteqꝫ
dextre memor cauerēt nequid noīe Romano & regia fide indignum moliretur.
Post hęc cōtētione aduocata legatos Syphacis uenisse ī Siciliā dixit ut sicut ātea
Masinissa sic etiā ii nimiā delationē aduētus sui quererentur. Itaqꝫ maturādū in
Africā esse atqꝫ ideo cunctis militibus edicere ut arma expediant & ad profecti/
onē necessaria cōparēt. Hoc edictū Romani ducis ubi per Siciliā uulgatum est
statim multitudo ingēs Lilibeū cōfluxit nō hominū solū, qui in Africā traiecturi
erant, sed eoꝝ etiā qui spectatū uenerāt Romanā classē: qua raro unꝗ instructior
aut omni armoꝝ genere ornatior uisa fuerat. Ipse uero Scipio satis iā omnibus
cōstitutis e Lilibeo soluit tanta cupiditate transmittēdi ut nulli ei neqꝫ remi neqꝫ

uēti satisfacerēt. Deuectus est tamē paucis diebus ad promuntoriū pulchri atq;
ibi oēs copias in terrā exposuit. Sed celeriter eius aduētus Carthaginē nūtiatus
sic ciuitatē turbauit|ut cōclamatū esse ad arma stationesq; in portis murisq; dispo-
sitas quidā auctores sint. Nam a. M. Regulo usq; ad eū diē. L. prope ānoꝝ
intercesserat spatiū: exquo nullus imperator Romanus cū ualido exercitu terrā
Africā intrauerat. Merito igitur pauoris ac tumultus oīa erant plena. Auge-
bat etiā terrorē Scipionis nomē: cui Carthaginēses quem ducē aut opponerent:
aut parem arbitrarētur|non repertebāt. Hasdrubal Gisgonis filius ęgregius ea
tēpestate impęrator habebatur: quē uictū a Scipione fugatūq; ex Hispania me-
minerāt. In eo tamē atq; in Syphace potētissimo rege magnā spem seruāde prie
reponētes peni hūc rogare: illū monere non desistūt|ut quāta maxime celeritate
possunt: Africe rebus subueniāt. Sed dū ii copias iūgūt| interim Hāno Amil-
caris filius proximā regionem tueri iussus obuiā Romanis progreditur. Scipio
populatis agris ditatoq; exercitu ingenti pręda prope Vticā cū oībus copiis cō-
sederat|ut celebrē urbē & oportunā ad bellū terra mariq; gerēdū siqua uia fieri
posset|in potestatē redigeret. Et sub idē tēpus Masinissa in castra Romanorū
uenerat ardens incredibili cupiditate belli gerēde aduersus Syphacē regē: a quo
non multo antea paterno regno fuerat expulsus. Hunc Scipio quia iuuenē acrē
& manu promptū in Hispania cognouerat priusq̄ maiores copie a Carthaginē-
sibus cogerētur: speculatū mittit hostiū castra atq; ei pręcipit ut oī ingenio ad-
hibito Hānonē ad pugnā eliciat. Masinissa ut imperatū erat hostē irritādo sen-
simq; trahēdo perducit ad ea loca|quibus in locis Scipio cū armatis legionibus
cōstiterat expectās occasionē gerēde rei. Defessa iā erat hostiū acies cū Romani
recētibus copiis obuiā facti pręliū ineunt. primo cōgressu superatur Hanno &
ipse cū parte copiaꝝ occiditur. Reliqui terga dātes|qua potest quisq; fugā per
diuersa petūt. Post hanc uictoriā Scipionē ad oppugnādā Vticam redeuntē ab-
sistere incepto coegit subitus Hasdrubalis & Syphacis aduentus: qui ingentes
peditū equitūq; copias secū ducentes haud procul a Romanis posuerunt castra:
Quod ubi aīaduertit Scipio statī soluta obsidione castra in quodā promūtorio
cōmuniuit|Vnde procedere obuiā hosti & uexare Vticēses & classem subductam
tueri posset. Cęterū cū tēpus postulare uideretur ut Hiberna utriq; peterēt: pla-
cuit ei ad Syphacē mittere: ꝗ tētarēt aīm regis & quantū ī eis esset a Carthaginē-
siū amicitia abducerēt. Hūc enī sciebat Sophonisbe nuptiis agitatū & quasi muli-
ebribus instructū furiis eo insanie deuenisse ut nōmodo Romanos nō iuuādos:
sed etiā cōtra ius federis oppugnādos censeret. Quod siqua uxoris sacietas ho-
minē cepisset iā ad sanitatē eū reuerti posse arbitrabatur. Syphax auditis his quę
noīe Scipionis ad eū deferebantur tēpus iam esse respondit ut non derelinquēda
penoꝝ societate: sed de abiciendis belli cōsiliis agatur: se optimū pacis auctorē
fore pollicetur. Huic sermoni Scipio aures adhibendas putat solerti aīo rē nouā
meditatus. Nam ex oī exercitu strenuos milites deligit: quos seruiles uestes in-
dutos comitari oratores iubet & quid fieri uelit|ostendit. Hi ut pręceptū erat:
dū legati & Syphax de cōditionibus pacis inter se agūt & longior cōsulto pro-
ducitur sermo speculatū proficiscūtur hostiū castra: oēs aditus exitusq; explorāt.
Hoc sepius facto ad Scipionē reuertūtur. Certū erat indutiaꝝ cōstitutū tēpus:
quo elapso Scipio simulat se omni spe pacis abiecta arma; classem: machinasq;

parare : ut antea orsus fuerat Vticā oppugnatū redeat. Hoc ꝗ late per regionem
uulgari : Hoc ab hostibus credi uolebat. Ipse uero Tribunis militum conuocatis
cōsiliū suū aperit. Docet bina esse hostiū castra paruo inter se diuisa spatio : quoꝝ
altera ex lignis Hibernacula : altera ex harūdinibus contexta habeāt. Vtraqꝫ de-
leri incēdio posse. Quāobrē Masinissā & .C. Leliū ad se uocat atqꝫ eis pręci-
pit ut ītēpesta nocte Syphacē aggrediātur : ignē castris initiāt : se ex altera parte
Carthaginēses īuasuꝝ pollicetur. Hi mādata impigre exequētes constituta hora
numidaꝝ castra adoriūtur & ignē harundinibus applicāt : quę subito īcendiū
effuderūt & pene in omnē locū castroꝝ distulerūt. Numide fortuitū primo in-
cendiū arbitrati ad opē ferendā celeriter cōcurrerūt mox ubi in legiones hostium
incidētes trucidari cepti sunt : ancipiti pauentes metu sese fuge mādarūt. Simili
pene ratione ab altera parte exercitus : cui Scipio preerat incensa sūt Carthaginē-
siū castra & profligati hostes tāta fugiētiū strage ut ad .xl. milia hominū ex pe-
nis numidisqꝫ ea nocte absumpta quidā auctores sint. Hęc clades Carthaginē
delata sic terruit ciuiū aīos ut alii ex italia Anibalē reuocādū : alii pacē petendā
a Scipione censerēt. Sed factio Barchina potēs pollensqꝫ cū abhorrerēt a cōsiliis
pacis : peruicit ut noui delectus haberētur ad restituendū bellū. Igitur Syphax
& Hasdrubal magna multitudine peditatus equitatusqꝫ coacta celerius opinione
omniū exercitū repararūt atqꝫ rursus ī cōspectu Romanoꝝ posuerūt castra. Qua
re cognita Scipio non cunctandū existimauit dū milites sui alacres essent & fi-
ducie pleni : quin pugna decertaret. Accidit autē ab initio ex propīquitate cas-
troꝝ ut leuia quedā comitterentur prelia : ad extremū uero oībus copiis cōcursū
est : tantusqꝫ ardor Romanorū militū fuit ut primo impetu numidas penosqꝫ ī
fugā cōuerterēt. magnāqꝫ partē fugientiū interficerēt. Hasdrubal & Syphax ci-
tato cursu ex media cede profugerūt : ac quos cōsectandos Scipio Masinissam
& .C. Leliū cū expedito equitatu misit Syphax in numidiā atqꝫ inde in antiquū
regnū profectus ex oī genere hominū exercitū coegit obuiāqꝫ Masinisse & Lelio
factus pręliū cōmittere non dubitauit malo tamē cōsilio cū esset hostibus longe
inferior non tam dimicātiū numero : ꝗ ꝙ nec miles cū milite nec duces cū duci-
bus erāt cōferēdi. Itaqꝫ a bellacissimis uiris facile superatur & ꝙ Masinissa uix
ausus esset optare in pręlio capitur : & cū multis nobilibus uiris ad Scipionem
perducitur. Ceperat primū letitia omniū aīos cū Syphacē ī castra adduci nūti-
atum est : deinde ubi uinctus in cōspectū multitudinis est perductus tanti uiri
pręsentia & pristine maiestatis recordatio misericordiā intuentibus mouit. Me-
minerāt enī ꝗ celebre eius regis nomē ꝗ florētes opes & amplissimi regni uires
paulo ante extiterāt : postea uero ex tanto fastigio prolapsū cernētes miserebātur.
Ipse autē imperator Romanus benigne eū affatus quesiuit quę nā tāta causa aīm
eius mutasset impulissetqꝫ ad inferēdū Romanis bellū. Tum rex ueteris hospi-
talitatis iūcteqꝫ dextre memor fidenti aīo Scipioni respondit se cōiugis Sopho-
nisbe amore captū tantū facinus quātū oēs scirent in populū Romanū admisisse
atqꝫ ex templo eas dedisse penas : quas cęteri pro documēto habere possent : ut
in fide atqꝫ officio permanerēt. Sed in externis malis hoc sibi solacii cōtigisse :
ꝙ inimicissimū hoiem Masinissā eadē insania : qua ipse laborasset correptū ui-
deret. Nam post uictū captūqꝫ Syphacē Masinissa Cyrthā caput regni petēs cū
urbem in potestatē redegisset : Sophonisbā multis pręcibus sibi blandiētē ardere

ceperat mulieriq; fidẽ dederat se eam a Romanoꝝ manibus uẽdicaturũ & ut id cõmodius prestare posset nouis nuptiis sibi deuictã uxorẽ duxerat. Hęc celeriter ad Scipionẽ delata magnopere hominẽ perturbarũt. Constabat enim auspiciis Romanoꝝ uictũ Syphacẽ esse & quecũq; sue ditionis fuerãt ad eoꝝ iudiciũ per/tinere: Quod si Masinissa ĩcõsulto Scipione Patrociniũ Sophonisbe suscipiẽdũ putarat simul & imperiũ ducis & maiestatẽ populi Romani uisus fuerat con/tẽpsisse. Accedebat huic culpe turpissima libidinis causa: quę tanto grauior ui/deri debuit: quãto erat Romani imperatoris cõtinẽtia maior: quam Masinissa ante oculos habebat ad imitandũ. Nam Scipio pręter cetera uirtutis documẽta in oĩbus locis q̀bus hostẽ superauerat: a captiuis mulieribus uictrices sẽper ab/stinuerat manus. Indignatus igitur aduersus Masinissã & si primũ in castra redeuntẽ presente multitudine benigne accepit: postea tamẽ seiunctũ a cęteris ita obiurgauit ut sentiret numida moderatissimo simul & seuerissimo imperatori sibi esse parẽdũ. Itaq; lachrymãs & cõsilii inops intẽtoriũ abiit pauloq; post cũ fidẽ Sophonisbe datã pręstare non posse cerneret atq; ex eo grauiter angeretur uene/num ei cũ mãdatis misit: quo mulier repẽte hausto uolũtariã sibi cõsciuit mortẽ Cęterũ Carthaginẽses tot tãq; multiplicibus acceptis cladibus cũ res in eũ locũ deductas uiderent ut iam nõ de propagãdo imperio, sed de seruãda patria esset cogitandũ: Anibalẽ ex italia reuocarũt: qui celeriter in Africã reuersus siue q; pręsẽtis iuuenis fęlicitatẽ horreret: siue q; labenti & pene inclinate rei p. diffide/ret: omniũ primũ cum. P. Scipione de pace agẽdũ censuit. Quapropter pe/tenti locus ad colloquiũ datus: in quo simul cõgressi longũ sermonẽ de tollendis controuersiis habuere. Ad extremũ Scipio eas cõditiones detulit peno: quibus facile apparuit nõ tedere belli populũ Romanũ & ipsũ iuuenẽ spe uictorie ma/gis: q̃ cõcordie desiderio trahi. Itaq; oĩ spe pacis adempta colloquiũ dirimunt. Atq; in posteꝝ diem certamẽ parãt duarũ nobilissimaꝝ bello gẽtiũ duo claris/simi duces ĩperiũ orbis terre breui spatio suis rebus p. aut daturi aut erepturi. Locus prope çamã fuisse traditur, ubi supremas uires quasi in mediũ effũdẽtes pugnã memorabilẽ cõseruere: in qua uictores Romani primũ hostiũ elephãtos: deinde equites in fugã uerterunt: demũ acrius inferentes pedẽ totã aciẽ profli/garunt. Cęsa aut capta ex Carthaginẽsiũ copiis supra. xl. milia hominũ a Ro/manis ferunt. Anibal ex tanta cęde incolumis euasit nullo strenui ducis eo die munere prętermisso. Nã si unq̃ ãtea, tũ ea pugna aciẽ peritissime instruxerat loco subsidiisq; firmauerat atq; in ipso certamine dum manus conserebãtur, sic mili/tibus suis officiũ pręstiterat ut sũmi imperatoris laudẽ etiã ab hostibus tulerit. Post hanc uictoriã Scipio Nactus Verminã Syphacis filium opẽ Carthaginẽ/sibus afferentẽ fugauit & usq; ad męnia portumq; Carthaginis exercitũ admouit ratus id quod accidit penos supplices ad pacẽ petendã uenturos. Nam ut ad bella suscipienda alacer & promptus fuerat Carthaginensiũ animus: sic eo tem/pore mollis ac minime resistens mens eoꝝ fuit. Anibale pręsertim superato in quo antea omnẽ spem seruãde patrie collocatũ habebãt. Itaq; cõsternati animo legatos ad Scipionẽ mittũt, qui clementiã uictoris implorẽt & multis pręcibus pacẽ exposcãt. Iam Romę de prouincia Africa cõtentiones erãt & alter ex nouis cõsulibus in exercitũ properabat pari imperio ad gerendũ bellũ. Quãobrẽ ue/ritus Scipio ne tanti belli cõfecti gloria ad alium perueniret: equo aĩo a legatis

Carthaginēsium se exorari passus est. Cōditiones igitur pacis Carthaginēsibus
date ex uictoris arbitrio & pręter alia oīs classis, qua maxime confidebant, adēp/
ta. Ea cū cremaretur tam miserabile spectaculū intuentibus prębuit ut nō secus
in urbe: q̃ si Carthago a stirpe interiisset, cōploratū sit. Ad quingētas eni naues
omnis generis crematas quidā auctores sunt. Verū hęc nos admonere debent
fragilitatis humane: cuius nimia ut ille inquit in prosperis rebus obliuio est.
Qui enim antea amplissimis uictoriis cōsecutis omni prope italia inditionem
redacta: urbe Roma audacissime obsessa imperiū orbis terre animis destinabāt:
non multo interiecto spatio in eū locum deducti sunt: ut omni imperio amisso
nihil pręter Carthaginis męnia possederent eaq; seruare posse diffiderēt: nisi sal/
ua esse sineret hostiū exorata clementia. Post hęc Scipio ex sentētia senatus Ma/
sinissam regē non solū in patrium regnū restituit: sed adiecta opulētissima parte
Syphacis regni prepotentē inter Africe reges fecit: singulis deinde pro meritis
premia tribuit. Demū cōpositis Africe rebus exercitū in italiā reportauit: sub
cuius aduentū multi mortales Romā cōfluxere ut pręstantissimū belli ducē post
tantas res gestas intuerentur. Itaq; celeberrimo triūpho urbem est inuectus quē
secutus est Terentius Culeo Senator pileato capite: quia beneficio eius ex serui/
tute fuerat exemptus Syphacē uiro regem Polibius in triūpho ductū: quidam
priusq̃ Scipio triūpharet, mortuū scribunt. Multi antea Punico & postea Ma/
cedonico atq; Asiatico bello triūphantes plura uasa aurea argenteaq; & maiorem
copiam captiuoꝝ pre se tulerūt. Sed unus Anibal uictus & tanti belli cōfecti
gloria triumphū. P. Scipionis sic celebrē reddidit, ut facile cęteroꝝ aurū pom/
pamq; superaret. Africa enim subacta nulla gens postea fuit: quę uinci a po/
pulo Romano erubesceret. Quāobrē ex hac prouincia gradus imperii in Ma/
cedoniā: ī Asiam atq; in reliquas partes orbis terrę est factus. Cęteꝝ Scipioni
quem post Africā deuictam, iam Africanū appellare licet, Romam reuerso neq;
ciuiles dignitates neq; urbani honores defuerunt. Nam cū censoꝝ comitia ha/
berentur & multi cōpetitores ex suprema nobilitate concurrerent: ipse & Elius
Petus prelati oībus sunt creatiq; censores magistratū postea sūma integritate cō/
cordiaq; gesserūt. Sequentes deinde censores alii atq; alii principē senatus Afri/
canū legerūt: quod genus honoris iis tantū uiris deferri consueuit: qui aucto/
ritatem & gloriā maximis in rem p. meritis pręstantissimisq; rebus gestis essēt
cōsecuti. Nec multo īteriecto spatio creatus est iterū cōsul collegaq; ei datus Sem/
pronius lōgus Sempronii illius filius quē Anibal magna affectū clade ad flumē
Trebiam superauit. Hi primi fuisse dicuntur, qui in spectandis ludis patres a
populo secreuerūt: quā selectionem plebs Romana molestissime tulit aduersus
consules indignata: qui honorē Senatorii ordinis extulisse, suum cōtempsisse, uisi
erat. Et ipsum etiā Africanū aliquādo penituisse tradunt, se ueteris moris tollēdi:
noui introducendi auctorē fuisse. Erāt per id tēpus quedā contentiones de fini/
bus imperii inter Masinissā & Carthaginēses exorte: ad quas cōponēdas Scipio
duoq; alii legati a senatu missi cū causā discordie cognouissent · rem totā integrā
suspensamq; reliquerūt atq; eo consilio id factum dicunt: ut peni domesticis cō/
tentionibus occupati tenerentur: neue aliis negociis uacare uel ad spem nouaꝝ
rerum erigere animos possent. Vigebat enim cū rege Antiocho bellum & Ani/
bal penus cum eo erat: qui nunq̃ cessabat ī populum Romanum ueteres hostes

cōcitare : nouos acquirere & oībus modis Carthaginēsibus suadere ut seruitutis iugum sub titulo fęderis sibi a Romanis impositum/abicerent & regem amicitiā experirentur. Verū paulo post Romani rebus prospere gestis Antiocho ęgregia pulso cum iam Asiam animis destinarent : Africanū intuebantur ueluti hominē natum ad bella magni ponderis finienda. L. autem Scipio & . C. Lelius cōsules erant & uterqꝫ sibi Asiā prouinciā decerni cupiebat. Res arbitrio senatus pręmissa erexit studia patrū senatoresqꝫ dubios reddidit de tātis uiris iudiciū facturos. Sed etiā apud patres maior Lelii gratia/maior etiam existimatio esset & senatus ad eum inclinaret negociumqꝫ deferret : surrexit. P. Africanus frater maior. L. Scipionis & illam ignominiā familię deprecatus est : dixitqꝫ & ī fratre suo sūmam uirtutē esse sūmūqꝫ consilium neqꝫ se ei legatum defuturū. Extemplo hęc uox ingenti patrū leticia excepta omnē dubitationē ex eoꝝ animis dempsit. Decretum est igitur frequenti senatu ut. L. Scipio in gręciā aduersus Etholos : deinde in Asiam si ei uisum esset/transiret ad inferendū Antiocho bellum & . P. Africanū secū duceret : quē Anibali uicto & pro Antiocho in acie stanti uictorē opponeret. At uero. P. Scipionis pietatem quis non iure miretur? quam non solum a prima adolescentia Cornelio patri : sed etiā. L fratri id ętatis iisqꝫ rebus ęgregiam prestitit : & quanq̃ erat Africanus : qui Anibalē uicerat : de penis triumpharat : omnes belli gloria & uirtute anteibat : imperio tamē minoris natu se sponte submisit : ut is in honore obtinēde prouincie gratioso college preferretur. Ex eo autē bello. L. Scipio consul Africani consilio ęgregio quidē & fideli usus maximā gloriam in patriā reportauit. Nam primū in gręciā traiciens indutias sex mensium Etholis dedit suadente Africano posthabitis oībus Asiam caput belli peteret : Prusiā deinde Bithinie regē animo fluctuātem Africani opera ab Antiochi societate auertit. Magnū enim erat Africani nomē & oēs/qui consulē adibant/rem aliquā impetraturi eo patrono utebantur. Cum uero in Asiam peruenisset & legatos Antiochi & Heraclides Bicantius pręsto fuisset ut de pace ageret & publice expositis mandatis equas cōditiones impetrare non potuisset : priuati sicut pręceptū erat Africanū adisse traditur ac multis modis tentasse aīm uiri ut in regis desideriū traheret. Nam & filiū adolescentē : quem captum in potestate haberet : Antiochū remissurū dixit & Africanū ī totius regni societatē titulo tantū sibi reseruato libentissime suscepturū adiecit. P. autem Scipio sicut multis aliis uirtutibus : ita fide & probitate pręstans cęteris posthabitis filium ut gratū munus se acceptuꝝ respōdit & pro priuato officio quantū in eo esset/priuatam gratiam relaturum. Sed ante omnia regem hortari ut abiectis belli consiliis quascunqꝫ dederit senatus populusqꝫ Romanus cōditiones accipiat. Paucis uero post diebus Antiochus filiū ad. P. Scipionē ut pollicitus erat/remisit : quem alii iam inde ab initio belli a Chalcide Oricum petentem alii paruo nauigio traicientem : quidam proficiscentem exploratū cōsilia hostium captum fuisse tradunt atqꝫ eo tēpore ad patrē Eleę ęgrotantē remissū dicunt. Ea indulgentia regis gratissima/ut par erat/Africano fuit uisusqꝫ ex longo īterualllo adolescens aīm eius sollicitum & corpus ęgrum magnopere recreauit. Verum. P. Scipio ut aliquod grati animi iudicium pręse ferret : per legatos/qui ad eum uenerāt/amplissimas gratias Antiocho egit pro filio ad se remisso : Deinde eū monuit/ne prius in aciem descenderet : q̃ se ab Elea in castra reuersum sciret. Motus auctoritate

uiri Antiochus aliquãdiu se castris cõtinuit & prælium in lõgũ differendũ putauit sperans per Africanũ se aliquem aditum ad consulẽ habiturum. Postea uero cũ cõsul ad Magnesiam consedisset & lacessendo atq irritando hostem ad pugnam excuisset: continere se non potuit rex: quin iusta acie decertaret. Ei prælio inter alios regios duces Anibal Carthaginensis interfuisse traditur. Victus profligatusq Antiochus cum perditis rebus nullum remedium esse censeret ad Africanũ qui paulopost cõmissam pugnam leuatus morbo in castra uenerat: confugit ac per eum a consule impetrauit ut de pace agi liceret. Venientibus ergo in castra legatis Antiochi petentibusq ut regi suo ignosceret & quascũq uellet cõditiones dicerent pacis: Africanũ ex cõmuni omniũ sententia respondisse tradũt: non esse consuetudinem Romanorum ut uel aduersis rebus succũbere uel secundis efferri sciant. Easdem cõditiones: quas ante uictoriam detulissent: se deferre ut Europa abstineat rex: cis thaurũ montẽ usq ad Tanaim amnem possessione Asie cedat. In. xx. ãnos tributũ pẽdat. xx. obsides ex arbitrio cõsulis dedat. Et ante omnes Anibalẽ penũ cõcitatorẽ belli poposcit. Sed is: ut in eius uita scripsimus: terra mariq fractas uidẽs Antiochi opes: se manibus Romanorum subripuerat & ad Prusiã Bithinie regẽ perfugerat. Antiochus acceptis cõditioibus pacis benigne sibi a populo Romano factũ dixit: q magna cura liberatus modicis regni terminis uteretur Ampla enĩ imperia & nimie quæ expetuntur opes tot tãq uarias & undiq circũfusas molestias habent ut non minus uere q̃ eleganter a Theocrito dictũ sit. Non mihi sint opes Pelopis nec multa talenta. Nec celeri cursu uentos superare fugaces. At uacuo curis liceat cantare sub antro. Et procul e specula mare spectare profundũ Consul debellato potẽtissimo rege Asie celeriusq opinione omnium bello maximo confecto Romam rediit & spetioso triumpho urbem est inuectus. Cognomẽ quoq ex deuicta prouĩcia meruit ut sicut ãte Africanus ob Africam: sic etiã iste Asiaticus ob Asiã subactam diceretur. Nec. P. Scipio cuius consilio. L. frater rem publicã felicissime gesserat: expers honorum fuit. Nam paulopost duo clari censores. T. Q. Flaminius &. M. Claudius Marcellus eum principem senatus tertio legerũt: sicq is duobus lustris: ex quo est abinitio cõstitutus in ea dignitate permansit. Verum opereprecium est contemplari q̃ uaria & q̃ imbecillis sit rerum humanarũ cõditio. Erat ea tempestate cumulata omni genere honoris Scipionum Corneliæq gentis gloria & Africani auctoritas in eum gradum peruenerat ut non esset priuato uiro in libera ciuitate ulterius expetendũ. Hanc magnitudinem sustinere non potuit inimicorũ inuidia: sed erupit tãdem ea: quæ animis latebat & in tantarũ rerum auctores sese effudit. Nam duo. Q. Petilii tribuni plebis portii Catonis: ut quidã suspicãtur opera concitati diem. P. Africano dicunt & pecunie ab Antiocho rege accepte & non in publicum relate eũ insimulant. Is sue probitatis conscius uocanti magistratui paret ac ingenti fiducia animi ĩ forũ progressus orationem amplam magnificãq habet de rebus a se pro re publica gestis: quarum cõmemoratio non pro gloria: sed pro suo periculo habita a multitudine quæ ibi frequens aderat: equis animis accipitur. Instant tamen tribuni: multis calumniis hominem onerant & quasi culpe obnoxium suspitionibus magis: q̃ argumentis accusant. Sequenti die citatus iterum Africanus ad cõstitutam horam presto adest & cum magno comitatu amicorũ per mediam cõtionem ad rostra progreditur. Ibi silentibus cũctis

Memini inquit Quirites me tali die de Anibale & de penis ęgregiam uictoriā
conſecutum. Quāobrem poſtpoſitis litibus hinc eundum in Capitolium cenſeo
ut pro re publica feliciſſime geſta diuino numini gratias agamus: proficiſcentē
deinde. P. Scipionem non modo Capitoliū: ſed etiam ad omnia templa urbis
ſecuta uniuerſa contio eſt magiſtratu cū ſolis miniſtris relicto. Hęc uelut ultima
proſperitatis dies & frequentia hominū & beniuolentie ſignificatione quacunq;
antecedēti felicior Africano illuxit. Nam poſtea ruri agere uitam procul ambi-
tione ac foro cōſtituit. Itaq; liternum ſe cōtuliſſe traditur ſeu uehementi indigna-
tione cōmotus|ꝗ poſt tanta beneficia in ciuitatem collata: pro mercede ignomi-
niam reportaret: ſeu quia ſacietate glorię captus generoſius duceret ſpōte inimi-
corum inuidie cedere: ꝗꝗ ui & armis magnitudinem ſuam tueri. Accuſantibus
deinde tribunis cōtumaciam uiri ac. L. fratre abſentie ſue cauſam in ęgritudinē
referēte: unus e tribunis plebis Tiberius Graccus: cui ſimultates cum Africano
erant|contra opinionem omniū hanc excuſationem accepit & Scipionis cauſam
modo eum ſummis laudibus efferēdo: modo aduerſarios detenerrdo ſic ęgregie
tutatus eſt|ut poſtea ſenatus frequens: qui hanc iniuriam iniquo ferebat animo:
ampliſſimas ei gratias egerit. Sunt autem qui uolunt Publium Scipionē priuſꝗ
Liternum concederet librum pro reddenda ratione a. L. fratre in ſenatum allatū
ſuis manibus cōpreſſiſſe atq; id non fraude aut arrogātia feciſſe: ſed eadē fiducia
animi: qua aliquando inqueſtores eſt uſus cum clauis ad aperiendum ęrarium
contra leges popoſcit ut neceſſitate rei publice ſubueniret. Quidam etiā dicūt nō
Africanum: ſed Aſiaticum fuiſſe: quem tribuni plebis in iudicium uocarūt| &
P. Scipionem|qui in Etruria per id tempus erat legatus: hac re cognita celeriter
in urbem rediiſſe & primo aduentu cum offendiſſet. L. fratrem damnatū & pa-
ratos miniſtros: qui eum uinctū in carcerē ducerent: ſic animo exarſiſſe ut uia-
torē tribunoſq; plebis ui a corpore fratris repulerit. Adiciunt pręterea Tiberiū
Graccum tribunum plebis queſtū primo ſolutam eſſe a priuato tribunitiā po-
teſtatē: deīde poſtpoſitis ſimultatibus: quę ſibi cum Scipionibus intercedebāt
eoꝝ patrociniū ſuſcepiſſe ut tribuni potius a Tribuno: ꝗꝗa priuato uicti uiderē-
tur: Eodē die ſenatum in Capitolio cenantem auctorem fuiſſe ſcribunt: ut Afri-
canus minorē ex filiabus Tiberio Gracco deſponderet. Hac ſponſione facta re-
diens domum. P. Scipio cum uxori nouam affinitatem nuntiaſſet: indignata
mulier dixiſſe fertur non debuiſſe eum in conſulta matre filiam deſpondere|etiam
ſi Tiberio Gracco locare potuiſſet. Id reſponſum Scipioni iocundiſſimum fuit:
cum uidit coniugem in eandem ſententiam: in qua ipſe conſtiterat: de locanda
filia incidiſſe. Nec ſane me fugit hęc|quę modo dixi: non nullos de Tiberio filio
& Appio Claudio eius ſocero tradidiſſe. Nam Polibius Plutarchus & alii lo-
cupletiſſimi auctores Corneliam: quę Caium & Tiberium peperit|poſt mortem
Africani Gracco nupſiſſe ſcribunt. Fuit enim Africano. Emilia uxor. L. Pauli
filia: qui conſul pro re publica ad cannas occubuit. Ex ea genuit filias duas:
quarum maiorem natu. P. Cornelio Naſice: minorē ſeu in uita ſeu poſt mortē
patris Tiberio certe Gracco nuptā cōſtat. De filiis uero pauca reperiūtur: que pro
certis afferri poſſint. Diximus de adoleſcente ab Antiocho capto & ad patrem
liberaliter remiſſo: de quo nullam poſtea ſcriptores | quod compertum habeam
mentionem faciunt: niſi ꝗ eum penturam geſſiſſet & in magiſtratu conſequendo

a Cicereio patris scriba adiutum fuisse quidam auctores sunt. Proditum quoq; memorie est Africanum minorem a filio. P. Scipionis adoptatũ fuisse. M. Cicero in eo libro, qui Cato maior inscribitur. Quam fuit imbecillis inquit. P. Africani filius is qui te adoptauit. Et ĩ sexto de re publica libro pater Emilius Scipionem filium hortatur: ut sicut Africanus auus colat iustitiam & pietatem De exitu autem. P. Scipionis uaria scriptores tradidere. Alii Romę mortuũ elatumq; scribunt & ad fidem huius rei monumentum ad portam capenam ei factum & tres statuas super locatas ferunt: quarum due. P. & . L. Scipionum dicantur esse. Tertia. Q. Ennii poete. Huic sententie illud. Ciceronis cõuenire uidetur. Carus inquit Africano superiori fuit noster Ennius. Itaq; etiam in sepulchro Scipionum putatur is esse constitutus. Alii auctores sunt & frequẽter fama est Literni Africanum mortuum ibiq; ex sua institutione sepultum esse ne patria parum memor beneficiorum suum funus celebraret: monumentumq; ei factum ac statuam superpositam: quam postea tempestate disiectam Liuius se uidisse testatur. pręterea apud Caietam in marmoreo sepulchro eneaq; urna hęc inscripta reperiuntur. Deuicto Anibale: capta Carthagine & aucto imperio: hos cineres marmore tectos habes. Cui non europa: nõ obstitit Africa quondam. Respice res hominũ q̃ breuis urna premit. Ego uero queritans quo anno ętatis Africanus obierit. iiii. & l. annos eũ uixisse pauloq; post interiisse apud quosdam oratores gręcos inueni. Fuit autem uir non solum omni bellica laude dignus: sed etiam domesticis uirtutibus pręstans: quę sic eius animum ingeniumq; alebant ut dicere solitus sit nunq̃ se minus ociosum esse: q̃ cum ociosus nec minus solum: q̃ cum solus esset. Interdum enim multitudinem cõsulto fugiens tanquam in portum se in solitudinem recipiebat. Sed ea erat rerũ gestarũ gloria ut quocunq; proficisceretur: concursum omnis generis hominum commoueret. Tradit fama cum in Liternum secessisset predones quosdam eum salutatum uenisse ut tantum uirum intuerentur dextramq; illius fide & uictoriis pręstantem contigerent. Magna est enim uirtutis uis & magna apud omnes gẽtes cum nõ solum bonos: sed etiam improbos ad se amandu alliciat. Iam uero res admonere uidetur ut Scipionis & Anibalis gesta & ea quę ad domesticam pertinent disciplinam paucis uerbis conferamus. Primum si res bellicas considerare uelimus satis constat ambos fuisse sũmos prestantissimosq; belli duces ac non modo ętatis sue: qua nulla bellacissimorum uirorum feratior fuit sed etiam superiorum temporum cuilibet regum imperatorum ue pares. Id autem mirari libet: cum potentissimos aduersarios domi haberent: qui omnia sua cõsilia oppugnare nitebantur: tanta eos in externis bellis substinere aut perficere potuisse. Nam ut cętera omittã. P. Scipio aduersante Fabio maximo aliisq; principibus ciuitatis quanta cõtentione perficit ut in Africam mitteretur ad gerendum ex propinquo Carthaginensibus bellũ: Anibal uero quẽ aut qualem aduersarium habuit Hannonem principem factionis aduerse: Ambo igitur multis domi forisq; difficultatibus uictis non felici quadam temeritate, ut plerisq; contigit: sed arte ingenio: Consilio: res oĩ memoria dignas gessere: Verũ Anibalis ferociam plerisq; mirantur: qui ex pugnato sagunto ausus sit ab ultimis terrarũ finibus in italiam uenire: ingentes peditum equitumq; copias secum ducere: ualidissimam rem publicam: quã maiores sui nõ mediocriter formidauerãt: bello lacessere: multis exercitibus

consulibus : imperatoribus cęsis sub męnibus Romane urbis castra ponere : externos reges longiquas nationes cõmouere ad inferenda romanis arma · Hęc qui fecerit maximum ac fortissimum ducem habendum putãt · Alii uero in Sc-pionem conuersi sũmis eum efferunt laudibus : quatuor nobilissimos duces : qua-tuor exercitus in hispania fusos fugatosqꝫ : deuictum & captum ingẽtis nominis regem enarrant . Postremo illam memorabilem pugnam extollunt : qua Scipio collatis signis Anibalem profligauit . Nam si Fabio inquiunt laudi datum fuit : quia non est a peno superatus : quid de Africano dicendum erit : qui celeberri-mum ducem magno prelio fudit & grauissimũ bellum confecit ! Hunc insuper aperto marte bella gerere : cum hoste equo campo congredi consuesse memorant. Anibalem econtra insidiis : dolis atqꝫ omni genere fallacie uti solitum tradunt . Itaqꝫ omnes gręci latiniqꝫ scriptores callidissimum ducem appellant . Sunt prę-terea qui Anibalem laudandum censent : ꝙ tam diuturno tempore : quo bellũ cum Romanis gessit exercitum conflatum ex omni genere hominum sic quietũ & concordem tenuit ut nulla unꝗ̃ in castris audita seditio sit . Vituperandum econtra arbitrantur ꝙ post illã memorabilem cladem Romanis illatã segniter sit uictoria usus : ꝙ campanie Apulieqꝫ delitiis sic milites suos corruperit : ut nõ iidem postea uiderentur : qui Romanos ad Trebiam : ad Transimenum : ad cannas fudissent . Hęc cum oẽs auctores in eo duce reprehendãt : tum perfidiã & crudelitatem maxime detestantur . Nam ut cętera omittam quę immanitas illa fuit : cum hominis arpinatis uxorem & liberos in castra accitos uiuos cõ-bussit : Quid de illis dicendum : quos ex italia decedens in Iunonis Licinie de-lubro necari iussit ! At Scipionem si scriptoribus magis / ꝗ̃ inuidorum calũniis credere libet moderatissimum ducem : nec solum in pugna strenuum : sed etiam post uictoriam clementem fuisse dicemus . Itaqꝫ sepissime accidit ut eiusdem uir-tutem hostes misericordiam uicti : fidem cętere gentes experirentur . Iam uero continentia & liberalitas uiri quanta aut qualis fuit : qua in uirginem captiuam : qua in Luceum principem celtiberorum est in Hispania usus ! Quod autem ad utrunqꝫ attinet ambo liberalibus artibus eruditi : ambo doctorum hominũ amatores fuisse dicuntur . Tradunt enim ut Africanum Ennio : sic Anibalem Sosilo Lacedamonio familiarissime usum . Sunt etiam qui penum litterarum gręcarum non modo non ignarum fuisse scribũt . sed in hoc quoqꝫ genere laudis tantum ei tribuunt ut historiam de rebus gestis Manlii Vulsonis gręco sermone scripsisse uelint . Ego uero . M . Tullio libenter adhereo / qui in libero de oratore Anibalem dicit audiuisse Ephesi Peripateticum Phormionem de imperatoris officio & de omni re militari copiosissime differentẽ / pauloqꝫ post rogatum quid-nam de illo philosopho iudicaret respondisse non optime gręce : attamen gręce : multos se deliros uidisse senes : sed qui magis / ꝗ̃ Phormio deliraret uidisse ne-minẽ . Ambo pręterea apti in dicendo Anibal etiã acutus in respondendo fuisse traditur . Cum aliquando Antiochus populo Romano bellum illaturus copias in aciem deduxisset non tam armis / ꝗ̃ auro argentoqꝫ ornatas quesiuit a peno an satis he copie sibi uiderentur . Tum ille satis inquit o rex ꝗ̃uis hostes auarissimi sint illud autẽ uere dici potest Anibalem res gessisse magnas : attamen sue rei p . calamitosas . Causa enĩ pernitiosissimi belli : causa pestis atqꝫ exitii fuit . Scipio cõtra sic rem publicã suam protexit : patriã conseruauit : imperium auxit : ut qui

ea meminerunt Romam ingratam appellare non dubitent : quę Africanũ ser-
uatorem urbis cedere ex urbe maluit : q̃ paucorũ furorem audaciamq; reprimere.
Ego uero nec eam ciuitatem gratã appellare possum : quę prestantissimi uiri si-
mul & innocentissimi tam abiecte ignominiam tulit : nec tam uituperare scio : q̃
uituperandam censerem si ad eam iniuriam inferendã contulisset manus. Verũ
senatus ut omnes auctores asseuerant Tiberio Gracco opẽ Scipionibus afferẽti
gratias egit : & plebs relictis tribunis : qui reum citabant per omnia templa urbis
Africanum secuta facile declarauit quanta beniuolentia quantoq; honore dignũ
censeret Scipionum nomen. Quod si ex talibus iudiciis ciuium animi metiendi
sint non tam ingrata ciuitas inabicienda beneficiorum memoria : q̃ intoleranda
iniuria lenis mollisq; censenda erit. Pauci enim fuere qui reliquis indignãtibus
tale facinus audiendum putarunt. Cęterum uir magni animi Scipio facile
contemnens inimicorum inuidiam cedere ex urbe maluit : q̃ intestinis discordiis
ciuitatem euertere. Nec iam ipse ut Coreolanus : Alcibiades aliiq; permulti ex
antiquorum memoria infesta patrie signa inferenda putauit : nec exteras gentes :
potentissimos reges commouendos censuit : ut eorum auxiliis fultus ei ciuitati
uim afferret : quam spoliis triumphisq; decorarat. Quantum enim Romane li-
bertati consuluerit : facile intelligi potuit : cum regale nomen ab Hispanis delatũ
repudiauit : cũ populo Romano succẽsuit : quod eũ perpetuũ cõsulẽ & dictatorẽ
uellet facere : cum in comitio in rostris : in Capitolio sibi statuas fieri uetuit :
quę omnia posteris temporibus ad cęsarem : qui Pompeium profligauit a serui-
entibus ciuibus sunt delata. Eę igitur alieq; eiusdem generis sunt Africani pro-
prie uirtutis : maxime ac uerissime laudes continentur. Verum ut hęc omnia ad
unam summam referantur ii duo celeberrimi duces non tam domesticis uirtu-
tibus : quibus Scipio magnopere prestitit : q̃ bellicis artibus & rerum gestarum
gloria comparabiles esse uidẽtur. Exitus quoq; uite similitudinẽ quandã pre se
ferunt : q; ambo extra patriũ solũ obierunt : q̃q̃ Scipio nõ a re publica damnatus
ut Anibal : sed uoluntario sibi exilio indicto uitã extra urbem finienda putauit.

HOC TEMPORE QVO POETA NOSTER DI/
ceret : ſpumat plenis uindemia labris . Cum in agrũ
me polyçelán rei domeſticę munus & diligentia con/
ſtituiſſent : omittendum non putaui ut quantum a ne/
gotio ſuffurari me potui : hoſce dies amuſis inertes peri/
re ſinerem . Huius autem ruſticationis rationem tibi red/
dere inſtitui . Madi uir clariſſime : quem & ſtudiorũ
cenſorem | & litterarum ornamentum ac lumen noſtra
ciuitas & intuetur & imitatur Nam cũ iuri ciuili : quod
non ſecus familię ueſtrę ac ſceuolarum quondam generi cognatum eſt : ſumma
cum integritate laude & nominis celebritate inuigilaſſes : hyſtorię cognitio/
nem & reliquas bonas artes quaſi neceſſarium eruditionis & beneuiuendi cu/
mulum adoptaſti : ut uero Plutarchus quem peregrinaciuncule comitem habui
in manus deſumpſi : Primus ſeſe legendum Philopomenes & uir ſeuerus &
imperator illuſtris obtulit . Is meam tacitus implorare fidem uiſus eſt : ut
cum ſuperiori tempore Titum Flaminium equalem ſuum & honoris emulum
latinum feciſſem : & ſocium diſtraxiſſem : ſolum ac deſtitutũ ſe nequaquam eſſe
paterer . Audiui hominem & orantem & orare ſciui . Idq; uel precandi equitate :
uel precantis auctoritate libens feci . Nam cum magnos & excellentes uiros il/
luſtret antiquitas : tum uero una ętate & mirum immodum intra ſe pares editos
duces celebrat . Scipionem romanum : Anibalem Carthaginenſem & Mega/
lopolitanum Philopomenem . Ne putes igitur plebeum quempiam aut uilem te
nunc habiturum hoſpitẽ : quem uel eo tempeſtiuius ad te deduxi : quod eodem
ex reliqua italia nobiliſſimos & rei militaris prefectos ac principes cõfluxiſſe cer/
nimus : dum dux illuſtriſſimus | uereq; dignitate ſapientia | & gloria princeps
Franciſcus Foſcarus & ſenatus uenetus Philippum Mediolani ducem qui pau/
lo ante & tuſcos & apulos nominis ſui terrore impellebat te autore repreſſerunt
conciliaueruntq; Tuum eſt Madi uir inſignis ut Philopomenẽ Tito qui tuus
quoq; hoſpes eſt concilies . Si tamen cum legeris tuę prudentię teſtimonio com/
probaris nec dignam qui in lucem emittatur ipſe cenſueris .

CLEANDER GENERE PRIMARIVS : ET
inter amplissimos Mantimę ciues ęgregia potestate pol/
lens fuit . Is ut fortunę mos est & eius urbe profugus
Megaloploim peruenit : maxime ob Crausin Philope/
menis patrem | uirũ cum omnibus in rebus clarissimũ :
tũ uero pręcipua se cum familiaritate deuinctum . Ele/
ander quo ad Crausis inuita fuit : rerum omniũ faculta/
tem assecutus est . Ei autem mortuo amoris uicissitudi/
nem & hospitii premia reddidit . Eius siquidem filium
parente destitutum educauit . quemadmodum Achillem sub fęnice enutritum
Homerus tradidit . Cum illius mores statim generosam quandam ab initio ue/
recꝫ regiam confirmationem incrementum ue capesserent . Verum pubescente
iam Philopomene Eudemus ac Megalophanes Megalopolitani imprimis
curam subire . uiri cum Archesilao plurimum in Achademia obuersati : maxi/
mi omnium ętatis suę Philosophorum ad res urbanas & actiones studia per/
duxerant . ii cum occultos Aristodemi interfectores instruxissent : & propri/
am a tirannide patriam liberam reddiderunt : & una cum Arato nicodem quo/
cꝫ Sytionidum tyrannũ eiecerunt . Deprecantibus cꝫ Cireneis : deinde cum per/
turbata earum ciuitas intestino morbo teneretur eo nauigarunt : prestãtissimis cꝫ
legibus ab se positis ciuilem statum optimis institutis adornarunt . Nimirum
inter alia eorum opera & Philopomenis institutionem plurimi faciebant : ut
qui in bonis huius hominis artibus publicum gręcie emolumentum efficerent
Et enim gręcia cum post eximias antiquissimorum ducum uirtutes hunc uirum
perinde ac extrema senectute filium in lucem produxisset : ipsum pręcipua beni/
uolentia complexa est : simulcꝫ cum gloria eius potestatem adauxit . Roma/
nus quidam Philopomenem laudibus extollens gręcorum postremum apellauit :
quasi gręcia nullum amplitudinis uirum nec uere gręcia dignum post Philopo/
menem edidisset : fuit forma minime sane turpi queadmodum quidam opinan/
tur . Nam eius imaginem spectamus delphis permanentem . Mulieris autem
hospitę Megarensis ignorationem ob indumentorũ tenuitatem & frugalitatem
eius euenisse traditur . Illa enim cum Acheorum imperatorem ad se aduentare
accepisset ingenti animi tumultu fluctuabat : & in ipso cęnę apparatu | forte
enim maritus aberat agitabatur . Interim Philopemen tenui admodum cum
clamide subit edes : quem mulier ex ministris quempiam precurrentẽ ante uer/
tisse suspicata ut ministranti sibi opem adhiberet precabatur . Continuo Philo/
pemen relicta clamide scindere ligna cępit : inter hęc hospes ingressus ubi rem
conspicatur : quidnam hoc est inquit O philopomen . Cui Philopomen dorica
respondens lingua Quid nam aliud ait q̃ indecore faciei supplicium do. reliqui
corporis effigiem Titus Flaminius mordens aliquando O Philopemen dixit q̃
pulcras manus habes & crura : cęterum uentrem non haberes : & erat sane me/
diis ex partibus gracilior Verum in ipsius facultatem relatus est Titi morsus :

nam cum bonos equites ac pedites haberet : interdum pecuniarum inopia la-
borabat . Hec quidem per scolas de Philepomene dictari solent : mores autem
eius propter ingenitā honoris cupiditatē contentiosi : crimine omnino nō caru-
erunt : nec iracundia liberi fuere . Et licet Epaminunde in primis emulus esse
nollet : eius profecto strenuitatē / intelligentiam / integritatem ita ut nullis affice-
retur pecuniis magnum inmodum imitabatur . Verum cum in mansuetudine
grauitate humanitate ad ciuiles disceptationes permanere iracundia & contem-
tione nequiret : ad rei militaris q̄ urbanas uirtutes acommodatior censebatur :
& enim ut primum ex ephebis excessit ingenti quodam rei militaris studio tene-
batur . & earum quę ad hoc conducerent disciplinarum auditor erat : equitandi
tractandorum armoꝝ & pugnandum cupidissimus . Cum autem luctari com-
mode uideretur : inuitātibus amicis & tutoribus ut Athletarum arti quicq̄ ope-
re impartiret : eos interrogat : nun / quid ex Athletarū arte ad res militaris exer-
citationem detrimenti pateretur ? Cui id quod erat asseuerant : cum omibus re-
bus inter Athleticum & militare corpus & uita interesset . Tum uere aliam ui-
uendi formulam . Et aliud exercitationis genus esse . pugiles quidam permultos
sopore assidua saturitate agitationibus ad certam modum & ordinem institutis
eorum habitudinem tutari : quę quouis momento & noua consuetudinis ex-
cursione ad permutationē dubia & periculosa sit . Militiam uero nullius erroris
expertem per inequalia cuncta uersari : precipue in opiam ac uigilias tollerare &
facile quidem solitam Quibus auditis Philopomen non modo per se studium
omne pugilum fugit & derisioni habuit : sed etiam postea cum exercitus ducta-
ret : cum ignominia & probris quantum in eo fuit : habuit quippe cum aptissi-
ma ad dimicationes ineptissima redderet / & prorsus inutilia . A pedagogorum
& preceptoꝝ cura solutum / in expeditionibus quas rapine populationisq̄ gra-
tia in spartanorum fines ciues incursantes faciebant : ita se ipsum consuefecit : ut
quotiens educeretur exercitus primas : Quotiens reduceretur postremus uade-
ret . Vbi uero otium ab armis esset : corpus defatigabat . & aut uenationibus .
aut agricultura agile pariter robustum ue comparabat . Agrum enim bonum
uiginti ab urbe stadia possidebat . Et post prandii aut cęne tempus quotidie cō-
migrabat / ubi super stramenta prout sese obtulerant : sicut quem uis colonum
deiectus quieti se debebat . prima deinde luce surgens una cum uinitoribus : aut
bubulcis opus aliquid suscipiebat . Inde in urbem denuo commeabat Vbi rei
p . negociis / aut cum amicis / aut cum magistratibus occupatus erat . Quecun-
q̄ illi bellicis artibus parta fuerant : aut in equis atq̄ armis comparandis aut
in captiuis redimendis expendebantur . Rem uero domesticam ex agricultura
iustissimo sane questu amplificare & collocupleclare nitebatur . Illud uidelicet
inter superuacanea minime ponens opera . Verum maiorem inmodum ad offi-
cium pertinere ratus : si ita rem familiarem possideret ut ab alienorum iniuria
manus continere : eloquentie & philosophorum operibus assiduam curam ad-
hibebat : nec tamen omnibus : sed quę ad uirtutem capessendam usui sibi fore
iudicabat . Homericis uero figmentis : quecunq̄ ad ingenium uirtuti excitan-
dum & stimulandum attinere putabat animum intendebat . Cęterum lectioni-
bus euangelii pręcipue de re militari studiosius incumbebat . Historias Alex-
andri complectebatur . Id semper secū uersans : quo nam modo ad Achonem

uerba conuerteret : nisi quippiam ociose & instructuoso sermone uideret abso/
lutum . Et enim quę ad rerum militarium speculationem in talibus pinguntur
prorsus omittens . ex locis ipsius experientiam argumentum ue captabat . At
meditans exercitationem faciebat . procliues locorum descẽsus / pręruptaq; prę̨/
cipitia & quicquid adfluenta / fossas / angiportus / casus & forme in dilatanda /
rursus in contrahenda phalange obuenire posset . Ipse secũ dum iter faceret con/
siderare : aut comitibus proponere solitus erat . Hunc siquidem uirum plusq̃
necesse fuerit rerum militariũ studio & ornamentis incubuisse : & bellicas artis
perinde ac uariam multimodamq; uirtutis materiam caritate complexum fuisse
constat : quas qui omitterent uelut ignaues & ad nihil agendum natos contẽptui
prorsus habuit . Cum Philopemen annos uiginti natus esset . Rex lacedemo/
niorum Cleomenes . Megalopolim noctu repentino adortus impetu : ui de/
turbatis excubiis / & intra moenia inrumpens forum omne captauerat . Cõ/
tra Philopemen auxilium querens : quamq̃ summis uiribus & magno capitis
periculo decertarit . Hostẽ autem reiicere non ualuit . Cęterum subducit furtim
ex urbe ciues aduersus . insectantes armis occurrens : qua in re ita Cleomenẽ
inse ipsum elicuit : ut amisso prius equo / & uulneribus acceptis difficile postre/
mus euaserit His Messanam cõtendentibus Cleomenes per legatos nuntiat
locum se illis cum pecuniis reddere . Eam condicionẽ Megalopolitani libenter
assummebant : in patriam reddire properantes . Quod Philopemen conspica/
tus obstitit : in habuitq; orationis grauitate : cõmonefaciens Cleomenem haud
sane oppidum reddere . Verũ Oppidanos sibi uendicare : ut firmius oppidum
tenere queat . Haud enim habiturum Cleomenem . qua ratione Domicilia &
inanes muros sedendo tueatur . Verum ob solitudinem e uestigio ab turũ : qui/
bus uocibus reditum ciuibus dissuadens : occasionem Cleomeni prębuit : ut
magna exparte diruta & uastata urbe / grandi pecunia ditatus abierit . Postea
uero Antigonus rex adiumento futurus aduersus Cleomenẽ una cum Acheis
ductauit exercitum . Quo Selassie colles & aditũ occupante Antigonus admo/
tas propius instruxit copias : eo consilio ut uiribus agrederetur hostem . Erat
autem suis cum ciuibus in equitum ordine Philopemen constitutus : proxime
subinde illirii quibus uallantibus pro eorum multitudine ac robore extremũ
agmen editum erat : ut residentes quieti perstarent : donec ab altero cornu ru/
bicundam a rege tunicã in sublime tolli Sarissa prospicerent . At conantibus per
Illiricos ducibus in Lacedemonios aggredi Acheis autem uti fuerat editũ or/
dinẽ residendi seruãtibus . Cleomenis frater Euchidas cognito quod disiuncti
hostes degrederentur : leuis armature milites prope circummittit quos in Illi/
ricos impetum a tergo facere eosq; distrahere imperat . seorsum ab equitũ auxi/
lio destitutos His igitur iussa facessentibus ac perturbantibus rem conspicatus
Philopemen facile ratus leuis armature milites aggredi : presertim cum ad id cõ/
ducat temporis occasio . Primum quidem regis prefectis mentem aperit . Pos/
tea ut persuadere se minime posse cernit : suos secum rapiens ciues hostem in/
uadit . nondũ enim ad tantum imperatoris facinus satis ampla eius fides erat
& auctoritas . Hoste igitur ab initio perturbato : tum multis cadentibus fugã
capessente : ut magis regios animaret : & tumultuantibus aduersariis ocius im/
misceret : equum dimittit . Ipse per obliquas conualles : confragososq; torrentes

in equestri thorace & armatura grauior difficulter ac labore permaximo decer-
tabat. Cum interim sub natibus uno pertoxam utramq; telo transuerberatur.
Vehemens quidam plaga: sed nequaquã letalis erat: ita ut teli cuspis emineret
principio igitur non secus ac colligatus mansit immobilis: ipsius enim iaculi
infixa penitus acies durum ac grauem dum retraheretur motũ faciebat. Veren-
tibus autem qui aderant contractare: ac subinde ardentius seuiente pugna:
indignatione & decoris auiditate animo discruciatus ad dimicandũ ferebatur
paruo eadem modo & altera crurum supinatione confracto iaculo: frustrum
utrunq; per se iussit educi: hoc pacto liberatus stricto ense per propugnatores in
hostem uadebat. Qua ex re non mediocrem prędiantibus promptitudinem &
uirtutis emulationem iniecit. uictor igitur Antigonus Macedones temptabat:
nterrogans quamobrem suo iniussu equitatum concitassent. Quibus respon-
dentibus se inopinantis & inuitos mauum cum hoste conferre coactos. Cum
adolescens Megalopolitanus prior incurrisset. Ridens Antigonus ille inquit
adolescens amplissimi opus ductoris effecit. Hoc insigne facinus plurimũ glo-
rię uti par erat Philopomeni peperit. cũq; Antigonus ut secũ militaret summo
studio peteret: ac prefecturam simul & grandem pecuniam exiberet. Repudi-
auit precipue quia se esse eius sciebat ingenii: ut aliorum subici ditioni non nisi
grauiter & moleste posset. Vitam uero ocio & secordia terere minime cupiens/
usu ac rerum bellicarum disciplina in cretam militatum nauigauit. Vbi aliq̃diu
prędiandi genera inter bellicosissimos uiros continentes & uiuendi norma casti-
gatos/scientia & exercitatione uersatus. Tanto ad Acheos splendore reuersus
est: ut q̃ primum prefectus equitum designaretur. Solebant equites si quando
in expeditionem eundum erat: pusillis & uilissimis equis qui forte ad manus
obuenerant uti. ac multotiens militiam detrectantes alios in eorum loco suffec-
tos emittere. Quare omnes & bellorum imperiti: & audacie prorsus expertes
erant Hęc autem superiores semper prefecti neglexerant. Quia inter Acheos
equestris dignitas eximia potestate & honoris ac supplicii auctoritate pręcellere
Tales itaq; Philopemen accipiens haud cessit: neque omittendos esse sane duxit.
Ad urbes obiens iuuentutem ad decus & laudem ad magnificentiam uiritim
excitabat: quosq; necessariis indigere cerneret mulctabat. Vbi uero frequens
futurum erat spectaculum: exercitia ludos & mutuas concertationes instituere
consuerat. Paruo igitur tempore mirandum cunctis robur/ & promptissi-
mos adhibuit animos. Et quod in re militari maximum habetur/ Agiles acres
q; reddidit. Et in acie ambire/cirumflecti equos uersare/declinare/strenuos
habilesq; usu & industria perfecit: adeo ut totius agminis dexteritas uarias
mutando figuras unius ue corporis alacritate inter mouendum similima esset.
Quibus & ipse exemplũ erat: circa Larissum fluuium acerrima contra Etholos
& Elienses constante pugna. Eliensium equitum pręfectus Demophantus in
Philopomenen citato cursu adequitat. Cuius ille impetum excipiens & hasta
occupans Demophantũ fortissimo prostrauit ictu: statim eo collabente: hostes
fugam faciunt. Ita q; iam late philopomenen illustre nomen erat: quippe qui
neq; iuuenibus manu: neq; senioribus prudentia cederet. Verum in prętio &
fortis militis operam & sapientis ducis officiũ satis superq; fungeretur. Rem
Acheorum publicam primis aratus ex humili sane atq; abiecta ad dignitatis

faſtigium potentiamq; prouexit. Qui conciliatis ciuitatibus greciensi ritu &
humanis inſtitutis ciuilem induxit ſtatum: deinde quemadmodum in aquis: ut
pauca quedam & minuta ſubſiſtere ceperunt: reliqua prioribus affluentia uali/
diore firmamento configuntur: & inter ſe mutuo implicata ſtabilius choerente
Ita cum imbecilla | & ad omnium incurſum facile ruitura grecia | per ciuitates
dilaberetur: conſtantes in unũ Achei finitimas ciuitates quaque uerſum ea tem/
peſtate nunc iuuando | nunc a factioſis liberando ſuſcipere. Alias concordia
& ciuitatis iure ſecum permiſcentes | uniuerſam Peloponenſum unum corpus |
unam potentiam componere cogitarant | Ceterum uiuente aduc Arato ciuita/
tes magna ex parte morem Ptolomeo gerẽtes Macedonicis ſubiciebãtur armis
De hinc Antigono & Philippo intra grecie negotia obuerſatis adherebant: ut
uero Philopemen ad rerum culmen prouectus eſt: ii contra potentiſſimos per ſe
iam armis pares externis uti prefectis deſiere. Aratus quidem ad dimicandũ
lentior iocũdiſſima conſuetudine comitatis & regiis familiaritatibus maximam
rerum partem abſoluit: ut in eius uita litteris cõmendatũ eſt. Philopemen uero
bellator optimus | & ad res armis gerendas ſtrenuus | Itemq; in negociis mag/
nifice adminiſtrandis | & confectis ſuperiori tempore pugnis ſecunda uſus for/
tuna: una cum potentia | & Acheis animos extulit: cum eo proſpere ſepiſſime
bella facere | & uictoriam reportare ſolitis. principio itaq; quacũq; in acie ſtru/
enda | & arma que furũ formis male ac inutiliter ſe habebant: permouit. Nam
ſcutis ſenioribus & anguſtioribus ꝗ ad protegenda corpora ſatis eſſent | uteba/
tur. Haſtilia quoq; longe Sariſſis minora geſtabant. Quo circa eminus quidẽ
pugiles & bellatores erant agiles: cominus autem hoſtibus uſq; quaq; cedebãt
In acie forma illius ad ſpartam conſueta non erat. Quotiens phalange utendũ
eſſet: cum neq; frontem neq; teſtudinem ritu Macedonico haberent: facile de
trudi diſſipari ue contingebat. Hec Philopemẽ alio captans ordine: eis ut pro/
ſcuto clipeum pro haſtili Sariſſam capeſcerent: perſuaſit utq; Galea Thorace
ocrea tectos: ſtatariam gradariamq; propulſatili ac tumultuaria pugnam exer/
cerent. cumq; omnes militari etate florentes arma induere docuiſſet: primo qui/
dem ipſos eo extulit: ut ſeſe bellis inuictos eſſe confiderent. Deinde delicatas
& luxurioſas eorum impenſas ad optimum ornamentorum genus tranſpoſuit.
Siquidẽ fas non erat inane penitus ac fatuum auferre certamen: emulationem
ue hominum diutius ante languentium ſuperuacuis ſtudentium indumentis
purpura: lectos intingentium; in cenis ac menſarum lauticia plurimum ſibi
honoris & glorie uendicantium. Hos igitur cum a minime neceſſariis ad utilia
& honeſta ex politionis cupiditate auertiſſet omnes ita continuo promouit: &
induxit: ut quotidianis corporum uetitis impenſis: in militaribus & bellicis
apparatibus | ſingulari ſe decore per ornatos ſpectari concupiſcerent: ita cer
nere erat refertas calicibus fractis & patheris officinas. Alii thoracas inaura/
bant. Quidam ſcutis & frenis argentum imprimebant. ſtadia domantibus
equos aut addiſcentibus arma tractantibus plena: inter mulierum manus ga/
learum coni penne uariis diſtinte coloribus: equorũ uelamina | floride militum
clamides: earum rerum aſpectus maiorem in modum fiduciam adaugens | atq;
cohortans ad ſubeundũ terrores impetũ & | ſtrenuos ad pericula ſpiritus ingere/
bat: Nam luxurioſa in reliquis ſpectaculis impenſa delitias affert: & mollitiem

utenti ſubpeditat : quaſi ſenſus ipſe cogitationem picturis frangat & titillatio/
ne corrumpat. Huius autẽ generis inſpectio mentem roborat : ac uires exacuit
uelut Homerus prope nouis ante oculos poſitis armis Achillem ęſtuantẽ ani/
mis : & ad ea tractanda prorſus ardentẽ decantauit. adornatis hunc inmodũ
nunc cogitando | nunc de fatigando ipſos promptiſſime ſane obtemperantes
Philopemen exercebat : nam ipſius agminis ordo mirifice dirigebatur : quia
ſolitam integramqꝫ firmitatẽ ſuſcepiſſe uidebatur | tantus erat geſtantium ſplen/
dor & pulchritudo : ut arma iam ipſa corpori manſueta familiaria & cum io/
cunditate leuia forent. Bellum itaqꝫ cupiebant. & mox cum hoſtibus rem ferro
decernere. Eo tempore Achei aduerſus Machanidam Lacedemoniorum tyran/
num bellum gerebant : qui pro iungenti potentia cunctis Peloponenſibus in/
ſidias ordiebatur. Is ergo ut ad mantineam incurriſſe renuntiatus eſt Philope/
men illico in eum ſuos educit. Vterqꝫ pęnes urbem multis peregrinis omnibus
ciuibus ſua inſtituere copias conſerta | manu | Machanidas externo milite iacu/
latores Acheorum & Aſtatos equites in prima locatos acie uertit in fugã. Cũqꝫ
in conferiſſimos pugnatores citato gradu proficiſcendum : ac perrumpendum
eſſet : inſectandi cupidus elapſus eſt. & Acheis ipſis phalangis ordinem ſtatim
ſeruantibus | Machanidas pręteruectus eſt. Hunc initio perpatratum errorem
cum res amiſſa & admodum deleta putaretur : Philopemen aſpectans | negli/
gere ac diſſimulanter ferre. Nihil graue ducere uidebatur. Hoſtes autem con/
ſpicatus : quantum in ſectando aberrauerãt a phalange diſiunctos uacuũ pręſti/
tiſſe locum : haud illis incubuit. Cęterum longius abire ſinit : quibus magno
diuulſis interuallo : ſuos mox in grauem armaturam infert : cernebat enim La/
cedemoniorum phalangem nudatam | ac deſtitutam. Rupto ue incurſans curru
intendit : ut neqꝫ princeps preſto adeſſet : neqꝫ pugnã expectarent. Nam cum
machanidam hoſtes fugantẽ inſpexiſſent : penes ſe uictoriam eſſe non dubitant.
Philopemen autem cum hos multa cede fudiſſet. Supra enim quatuor milia ce/
cidiſſe dicuntur : reuertentẽ ab inſecutione cum peregrino milite Machanidam
concitatus agreditur : ingenti ac profunda in mediũ arcente foſſa Vtrimqꝫ mu/
tuos conatus edebant. Ille quidem ut traiciens fugam capeſſeret. Philopemen
ut impedimento eſſet. Erat autem ſpectaculum non uti dimicantium imperato/
rem : ſed uti beluarum totas inſe uires neceſſitate uertentium : cum fortiſſimus
uenator Philopemẽ incumberet : uti robuſtus tiranni equs animoſus & calcari/
bus cruentis utrinqꝫ ſtimulatus | ſaltu tranſuadere auſus eſt : & a moto iam foſſe
pectore | priores figere ulteriori margini tibias enitebatur : interim Simias &
Pholienus qui aſſidue Philopomeni interpręliandũ adeſſe protegere conſuerant
infeſtis ambo incurſant haſtis : quos Philopemẽ ante uertens obuiũ ſeſe macha/
nide offert. Cuius equus cum ante corpus caput attolleret. Philopemẽ ſuo pau/
liſper ſeorſum inclinato. manu telum adigi : & obnixe ſimul incuciens effuſum
ſternit hominem. Hoc geſtu Philopemen Achei delphis ex re locauere : & in
ſigne ipſius facinus & expeditionem illam ſingulari admiratione proſecuti ſunt.
Cum Philopemen ſeruũ imperator inſtante Nemiorum cęlebritate | non longe
poſt Mantine uictoriam ocioſus per dies feſtos eſſet. Tunc primũ gręcis pha/
langem ornatiſſimam oſtentaſſe proditum eſt. Quonam pacto motus illos con/
tinua quadam aptitudine : compoſitos non minori agilitate ꝗ robore militariter

ederet . Certantibus inde cytharedis : ſpectaculum ingreſſos ſecum adoleſcentes
militaribus clamidibus & purpureis indumentis ornatos habebat . Cernere erat
uniuerſos & corporum & ętatis uigore florentes . Magnam erga imperatorem
uenerationem & iuuenibus animis elationem pre ſe ferentes | quam multis claris
ue certaminibus contraxerant : quibus nuper intrantibus forte Pylades Cytare/
dus illuſtris Timothei uerſus inceptarat : hoc duce libertas gręcas ornauerat ur/
bes : cum uocis magnitudo & poetici ſtili pariter alti loquentia decorem mutu/
um afferrent Cinnium ſpectatorum oculi in Philopomenē conuerſi . & latiſſimus
undiq; gręcorum ſublatus applauſus : cum priſtine dignitatis recuperande ſpes
eſſet iniecta . & ad eam animorum magnitudinem fiducia etiam proxime acce/
deret . Acheorum copiis ad dimicandum & ſubeunda pericula id contingebat :
quod & equis nouellis uſu euenit : qui conſuetos affectant equites : ſin aliū geſta/
re obtingat | ſtare loco neſciunt emicant : & nouo quodammodo afficiuntur . Sic &
milites ipſi : Siquidem alter ductaret exercitum triſtes erant . illum Spectabant :
illum oculis . illum mente queritabant : Sin eius modo conſpectus eſſet ablatus :
confeſtim | oblatam fiduciam ereptos & ad aliquid agendū ſtrenuos animoſos
cerneres . Quę & ipſi hoſtes intelligentes | huius dumtaxat imperatoris aſpectum
ferre non quibant : ob nominis ſui gloriā pauore perculſus uelut ex rebus co//
geſtis manifeſtum eſt . Rex Macedonum Philippus eo preuenerat opinionis
ut modo Philopemen abeſſet . Acheos denuo nominis ſui terrore ſibi ſubdere :
qui Philopomenem obtruncarent Clandeſtinos mittit . Cognitis autem inſidiis
tantum odii apud uniuerſos contraxit gręcos : ut paſſim hominem probro & cō/
uicio inſectarentur . Boecii Megara obſidione cinxerant . Cumq; mox ponēde
urbis ſpe tenerentur . Ecce repentinus rumor ingruit : qui confictus erat impor/
tantem obſeſſis auxilium Philopomenē propius adeſſe . Quo circa hęrentes iam
męnibus ſcalas omittentes fuga capta abſceſſere . Onabis poſt Machanidam
Lacedemoniorum tirannum derepente meſſanam occuparat Philopemen per id
tempus haud illarum copiarum dominus priuatus erat . Orat itaq; Lyſippum
Acheorum imperatorem : ut Meſſaniis ſuccurrat : quod cum ab eo impetrare
non poſſet : potitis enim urbe hoſtibus res omnino perditas eſſe aiebat . Ipſe .
nulla lege nullo decreto aſſumptis ſecum ciuibus opem preſtare conſtituit . Eum
perinde ac preſtantiorem principem ſibi a natura conciliatū uniuerſi ſectaban/
tur . Ergo iam propinquum Onabis audiens : tam & ſi caſtra inter muros ha/
beret : haud expectandum eſſe duxit . Verum per alias elapſus portas celerato
gradu ſuos eduxit . Haud parua ſe uſurū fęlicitate exiſtimans : ſi profugere cō/
tigiſſet . effugit itaq; & Meſſaniorum ciuitas priſtine libertati reſtituta eſt . Hęc
quidem ad Philopomenis decus & dignitatem : ipſum uero certam repetiſſe : ut
petentibus Gortiniis belli uſibus ſe ducem exhiberet Crimini datum eſt . quod
uidelicet eo potiſſimū tēpore : quo eius patria ob Onabile bello uexaretur abeſſet :
aut bellum fugitando : aut honorem apud exteras nationes intempeſtiue quer/
tando : adeo autem mature tunc Megalopolide bellati ſunt : ut & ſe moenibus
tenerent : & intercepto ab hoſtibus agro : & ſub ipſas pęne portas locatis caſtris
angiportas ſeminare cogerētur . Cum longinquis | intrerim cetenſibus imperator
belligerans ac domeſticum euitans bellum inimicis in ſe anſas criminationis
ſuppeditaret . Erant nonnulli qui dicerent Philopemenē id circo ocium ſuum

Gortiniorum postulantium usibus ad bellum concessisse|quia Acheis alios dili/
gentibus pretores priuatam uitam degeret . Ab ocio uehementer abhorrebat :
presertim cum imperatorias artes |& militarem uirtutem supra rationem omnẽ
usu & exercitatione tenendam sibi esse censeret . sicut & scitum illud Ptolomei
declarauit . Nam quibusdam per eximias laudes illum extollentibus : qui exer/
citium quotidianis exercitiis agitaret : & corpus laboꝝ & armorũ studio haud
torpere sineret . Quis nam inquit regẽ admiretur|qui hoc etatis non re ipsa se cõ/
probet|ac obstentet|uerũ meditatione & cogitatione ducatur . Hoc igitur graui/
ter ferentes|se ꝙ proditos arbitrantes|extorrẽ eũ facere conati sunt . Quod Achei
inhibuere Misso Megalopolim aristeo pretore : qui licet Philopomeni aduersa/
retur : cum eo de re publica contentionem habere solitus : illum damnari mini/
mẽ permisit . Hanc ob causam Philopomenem extra suos ciues habitus multos
ex adiacentibus uicis ad defectionem concitauit eos allegare docens | ꝙ ex ini
tio neq; illis tributa penderent : neq; Megalopolitanorũ legibus tenerentur neq;
eorũ iuris essent . ea dicẽtibus illis aperte se patronũ adiutorẽq; prebebat : simulq;
in Acheos seditiosam ciuitatem perturbabat Hec autem posterius acta . in Cre/
ta bellum pro Gortinioꝝ causa gerebant : non uti Peloponensis aut ex Archa/
dia natus homo non simplice quodam ut ingenuo bellandi ritu : sed Crethen/
sium mores induens : & illorum uersutas fraudes furta & insidiosas in eos usur/
pans artes . Ipsos contra ueram peritiam insipienti ac inani Calliditate conten/
dentes puellos demonstrauit . rebus igitur magnifice gestis singulari admirati/
one & nominis claritate celebratus |in Peloponensiũ relatus : Philippum a Tito
debellatum offendit . Onabum quoq; Acheorum atq; Romanorum armis im/
plicitum aduersus hunc dux creatus|naualem aggressus pugnam Epamynunde
casus cucurrisse uisus est : sue longe deterius uirtutis opinione ac gloria maritimo
congressus prelio : attamen non nulli qui Epamynundam segniorem idcirco ex/
titisse tradunt : ut suos degustare maris emolumenta ciues pateretur : ne pro
statariis militibus nautas ut inquit Plato corruptos sensim haberet . Et ita ex
Asia & insulis ultro re infecta reuertisse Philopomẽ : pedestris pugne scientiam
ad conferendum |mari quoq; certamen sat fore sibi ipsi persuadens exercitationẽ
intellexit : & qualis uirtutis portio : & quantam omnes ad res assuetis facultatem
adhibebat : nõ modo enim in ipso nauali prelio propter imperitiã minus habuit
uerum etiam quandam nauem famosam quidẽ ceterum ab annis quadraginta
peruetustam deducens expleuit : qua fatiscente magnum nauigantibus discri/
men importasse . Ad hec cognito qui hostes per ipsius contemtum perinde ac
ex mari prorsus fugatis superbe Githium obsedissent : confestim in eos uictoria
sparsos dissolutos ue haud quaq̃ expectantes annauigat : deinde noctu milites
adducẽs immissis intra tentoria ignibus : & castra incendio uastauit : & multos
obtruncauit . Paucis post diebus : cum per aspera quedam loca iter ageret : de
repente Onabis interuenit . Que res tantum Acheis intulit trepidationis : ut ex
locis difficillimis |& in hostium potestate constitutis |salutem desperarent . Pau/
lulum inde subsistens ac loci ingenium oculis amplexus struendarum acierum
solertiam summum in re bellica fastigium obtinere demonstrauit . Paulisper nãq;
multa phalange & ad presentis loci naturã accomodata : facillime nullo tumultu
ancipitem statum ac periculũ propulsauit Tum hostes aggressus late fusos terga

uertere coegit. Poſtea uero q̃ profugientes non directo quidem ad oppidum cur/
ſu|ſed alium alia palantem|& diſperſos cernit: cunctis autem ager propter ſaltus
& collis frequentis nimium ſed equis ſeſe perfluenta uallesqꝫ precipites prębet:
ſuos ab inſequendo reuocauit: & nondum ad ueſperaſcente caſtramentatus eſt.
Promiſerat enim hoſtes ſeſe ex fuga in urbem ſingulos binos ue per tenebras re/
cepturos: Complures igitur ex Acheis per ripas & tumulos circa moenia cum
pugionibus ex inſidiis locat: hic plures ex Onabidis commilitonibus cecidere:
ut qui minime conferti pariter regrederentur: ſed uelud unicuiqꝫ fuga obtigerat
inſtar animi ſub ipſa urbe captabantur: in ipſas hoſtiũ. manus incidentes: qui/
bus in rebus cum gręci & ſumma eum caritate complecteretur: & magnificis
intra ſpectacula honoribus conſequeretur: Titũ honoris auiditate flagrantem
tacitus dolor inurebant|quoniam romanum conſulem maiori q̃ ex Archadia
natumm homine penes Acheos admiratione dignum dictabat: cum & benefi/
ciorum magnitudine non mediocriter antecelleret: qui una pręconis uoce gręc/
ciam priſtine libertati reddiderit: quę Philippo & Macedonibus ſubiecta ſerui/
ret. Deinde Titus depoſito cum Onabide bello pacẽ pepigit. Nec multo poſt
Onabis Etholorum fraude interceptus occiditur. Qua ex re Sparte perturbati/
one orta. Philopemen occaſionem nactus cum exercitu eos facit impetum: &
alios ui alios ſuaſione adducens|cum Acheis ciuitatem compoſitam adiunxit.
quo facto Philopomenis nomen apud Acheios mirifice illuſtratũ eſt. Quibus
ex tam preclara ciuitate tantum dignitatis tantum poteſtatis uindicaſſet haud em
parum erat Spartanum ciuitatem Achaie partem effeciſſe. Optimates Lacede/
moniorum ſibi deſumpſit. qui eum libertatis cuſtodem & defenſatorem ſeſe ha/
bituros eſſe in ſpem uenerant. Quapropter uenumdatis Onabidis ędibus &
ſupellectile in xx ac centum talentum argenteũ redactis: eius illi muneris erogã/
di decretum fecere. Miſſi ad eum ciuitatis nomine legati. Vbi Philopomenis
integritas & ab omni labe purus animus enituit: Quippe non modo uideri ſed
eſſe uir optimus ſtuderet. Itaqꝫ primum Spartanorum legati tali uiro ne uerbũ
quidem facere de largitate uoluerunt: ueriti autem inter ſe reluctantes hoſpitem
eius Thimolaum interceſſorem poſuere. Deinde Thimolaus ipſe Megalopolim
profectus: & cum Philopomene conſiliũ agitans: cępit auſteritatem eius ſermo/
nis & honeſtam ſimul & tenuiſſimam uite frugalitatem intueri. Quibus cum
ad inuictos ipſius mores pecuniam nullo pacto penetrare poſſe intelligeret de
munere quidẽ fregit ſilentium: ficta uero alia ad ſe ueniendi cauſa ex urbe con/
ceſſit. Rurſus ac ſecundo miſſus idem paſſus eſt. Tertio regreſſus uix affari au/
ſuſqꝫ promptus eſſet in eum ciuitatis animus explicauit. Philopemen uerba co/
miter ac iocunde accipiens Lacedemona peruenit. Quibus conſilium prębet|ne
& amicos & bonos uiros largitionibus contaminare querant|quia illorum uir/
tute uel gratis frui liceat: ſed improbos & eos qui ciuitatem in ſenatu & contio/
ne quotidianis ſeditionibus & diſcordiis eruendos corrũpendos eſſe: & acceptis
pręciis ore compreſſo minus turbatum atqꝫ tumultuatum eant. Longe enim
pręſtantius eſſe hoſtibus dicendi licentiam adimere: q̃ amicis: hunc immodum
Philopomenis ad pecuniã ſplendor apparuit. Dyophanes deinde Acheorũ im/
perator Lacedemonios nouis ſtudere rebus audiens eos ſuppliciis afficere uole/
bat. At illi cõtra ad bellũ intenti cunctã Peloponeſſum perturbabãt: conabatur

uero Philopemen mitiorem hominem reddere: iracundiamq; sedare: temporis genus docens. Quo rex Anthiocus & Romani tam instructis in terra grçcia exercitibus sublimes animis incumbant: opportere prçfectum huc mentem huc cogitationem uertere. Domestica minime commouere. Quedam uidentem dissimulare: & non nulla hęc obaudire. Dicta hęc aspernatus Dyophanes unaq; cū Tito Laconicos fines ingressus confestim ad urbem cōmeabat: Quod Philopemen iniquo ferens animo, opus non sane legittimum, aut ex equitatis diligentia: sed ingens ingenti spiritu confectum ausus, Lacedemonem aduentat. Et Acheorum imperatorem Et Romanorū consulem, homo priuati iuris excludit: ciuiles tumultus sopit. Cōmunē ut antea Lacedemoniis statum iterum inducit. Posteriore deinde tempore cum pręturam Philopemen administrauit, quadam eorum culpa Spartanos reduxit exules: & Lacedemonios. ut quidem Polibius scribit octuaginta ut autē Aristocrates trecentos & quinquaginta interfecit. & moenia diruit: & magnam agri partem interceptam Megapolitanorū iuri adiudicauit: quicunq; ab tyrannis Spartana ciuitate donati fuerant Omnes in Achaiam migrare iussit: tribus milibus dumtaxat exceptis. Hos cum exparte discedere neglecto imperio noluissent: uenunderit. Postmodum ueluti in rebus insultans hisce pecuniis Megalopoli porticū edificauit. Satiatus demum & expletus Lacedemoniis: & indigna oppressos Calamitate calcans, immanissimū & iniquissimum in rem publicam perfecit opus. Lygurgi enim institutione deleta & omnino sublata pueros ac puberes immutata patrię disciplina Achaie moribus & ritu informare coegit. Hos enim inter Lycurgi legem & instituta haud unq̄ mediocre quippiam sapere posse. Nunc igitur ex miseriarum magnitudine quasi Philopemenē ciuitatis neruos concidendo mansueti humiles & dimissi facti sunt: posterius tamen petita ex romanis uenia ciuilem Achaie institutionem fugientes: ritus patrios atq; pręcepta sicut ex tot malis & tam corruptis moribus fas erat. Recuperarunt & restituta sunt: romanis deinde aduersus Anthiochum bellum in traciam gerentibus Philopemen angebatur animi, qui eo potissimum tempore priuatus, Acheoꝝ dux non esset: Quo Anthiocus ipse calcide residens intempestiuis nuptiis & uirginis amoribus ocia tereret. Sirosq; nullo sparsos ordine sine pręfectis intra oppida segnes & deliciis immersos sedere spectaret: Ad Romanos dictare solebat. Vestrę equidem inuideo uictorię. Nam si mihi ut ducatum gerere inpręsentiarū obuenisset, hostes omnis intra uinarias tabernas obtruncassem. Antiocho deinde superato Romani magis atq; magis grçcie rebus incūbentes Acheos potestate quaq; uersum ambibant: Iam enim primores urbiū summissiores erant: iam omnium uires cum fortuna lateferebantur. Iam prope finis aderat: quo fęlicitatis ambitus aduentabat. Tum Philopemē boni ac periti more gubernatoris ad undarum incursum firmiter obsistens: tum cedendo tum sub inclinando moderabatur. Hi autem plurimis disceptationibus quibus & dicendi & agendi ius inerat: eos ad tutandum libertatem allicere cōciliareue omni studio contendebat: cum Aristeus Megapolita inter Acheos promptissimus & Romanorum semper studens partium Nulla inre Romanis aduersandū aut insenatu quippiam ingratum agendum esse censeret: Philopemen taciturnus audiebat: & dicentem grauiter ferebat. Tandem stimulante ira indignabundus ad Aristeum conuersus quid nam homo inquit gręcie fatū inspectare properas

Poſt hęc romanorum conſule Manlio cum Antiochum profligaſſet & lacedemo/
niorum exules reduci ſineret : petente/idem etiam poſtulante Tito : Philopemen
inhibuit/haud exulibus ſane obſtaturus ſed ſibi & acheis : non autem Tyti uel
romanorum gratia factum illud adſcribi uolens : poſtmodum ipſe creatus im/
perator eiectos in exilium reuocauit. Sic enim magiſtratibus ex animorum ela/
tione litigator aliqua ex parte atq; contentioſus erat Philopemen : ſeptuageſimũ
iam natus annum : & octauum iam creatus imperator /in ſpem deuenerat : non
ſolum bellorum expertem eam ſe deducturum pręfecturam : ſed uite reliquum
a rebus gerendis ocioſum quietum ue ſibi datũ iri. Nam ſicut tabeſcentibus cor/
porum uiribus una & morbi ipſi contabeſcunt . Sic & in gręcanicis ciuitati/
bus diminuta potentia contemtionũ ſtudia ipſa deſinebant. Verum enim uero
ſors inuida : cum perinde ac pugilem ęgregia currendi agilitate uolantem ſub
ipſam iam uite metam aduentantẽ precipitauit ad terramq; deiecit. Quidam
in frequenti conuentu uirum quempiã idoneũ ſane ac imperatorem preſtantem
laudibus efferebant : quibus Philopemen. Quo nam ait modo eius uiri digne
habenda mentio eſt qui in hoſtium poteſtatem uiuus peruenit ? Paucorum inter
iectione dierũ Dinacrates Meſſenius homo cum priuatis contẽtionibus Philo/
pemeni ſemper aduerſatus : tum uero in probitate ac flagitiis aliorum odio in
ſectatus/& Meſſaniã ut ab Acheis deſtiterit induxerat : & uicum quem coloni/
dem appellant mox occupaturus & in poteſtatẽ redacturus nuntiabatur. Forte
Philopemẽ argis id tẽporis febricitabat. Ea ut ad eius aures peruenerunt Me/
galopolim plus quadringenta ſtadia die una contendit : eo ex loco ut ſuccurreret
e ueſtigio equites accepit : ii ciues illuſtriſſimi & q̃ iuuenibus uigentibusq; annis
eximia quadam Philopomenis beniuolentia & pietate ſecum militiam ſponte fe/
rebant Meſſaniam itaq; uerſus ad equitantes ad Euandri tumulũ obuium abi/
cere Dynocratem Marte collato eum fundunt : in fugamq; uertunt : inde quin/
genti milites q̃bus Meſſeniorũ fines tueri datũ erat auxiliũ laturi ſero aduentãt :
quos ut aſpectant ii qui modo ſuperati fugerant ſtatim per colles congregantur :
Veritus Philopemen ne hoſtes circumducto clauderetur ſuorum ſaluti conſulens
reuocatis equitibus per duriſſima loca ſeſe recipit. Ipſe in extremo agmine ſępe
numero in aduerſum ſeſe inferebat hoſtẽ : cũctos in ſe perliciens. Cum tamẽ con/
gredi nullus auderet : & uociferationibus circum agitatis curſibus eminus ute/
rentur. Multotiens igitur aſſiſtens dum ſingulos intutũ iuuenes premittit/inter
frequentes ab in cauto ſolus hoſtes deſtituitur. Nec ſic conferre quemq̃ manum
cępit audacia : procul tantum ictibus pulſatus : cum ad lapidoſos precipites ue
locos urgeretur : nũc huc nunc illuc crebris perfoſſum calcaribus equũ agitabat.
Nec uero ſeniles anni /aut ingraueſcẽs ętas quominus ſalutẽ cõpareret. Vlli ſibi
impedimento erat. Quippe quam permultũ exercitã laboribus alacrẽ ſtrenuũq;
reddiderat. Verum cum debilitatũ ualitudine corpus & iam graue ac peregrini
itineris & uiarum longitudo fatigaſſet : equus offenſo pede eum deiecit ad terram :
quo caſu duro quidem atq; aſpero : cum uehemens atrorxq; capiti dolor infli/
geretur aliq̃diu intercepta uoce iacuit. Illum igitur hoſtes expiraſſe rati. Verſato
corpore ſpolia rapere cęperũt. poſtq̃ aũt caput attollens oculos aperuit/cateruatim
irruentes manus interga inflexas colligant/& ingenti dedecore & contumelioſiſſi/
mis uocibus hominẽ ducunt. Quem a Dynocrate hiſte probris affectum iri/ne

in somniis quidem unq̃ ab ullo speratum est. Oppidani hoc accepto nuntio mi-
rum immodũ elati, ad portas confertissimi congregantur: ut uero Philopemenẽ
prẹter glorie superioris rerum gestarum triumphorumq; dignitatem raptatum
conspexere maxima ex parte ob ortis lacrimis miserantes condoluere. Subinde
existimantes q̃ caduce q̃ infide sermo emanauit: reuocandũ esse priorum bene-
ficiorum memoriam & libertatis quam eiecto Onabide tiranno sibi reddidit.
Pauci Dinocratis gracie assentantes torqueri hominem, & ut in festum inimicum
& implicabilem necari iubebãt. Terribiliorẽ ipsi Dynocrati si euaserit fore, a quo
tam ignominiose habitus & incaptiuitatem redactus extiterit. Ipsum igitur in
subterraneum ferunt domicilium: cui thesauro nomen indiderunt: neq; auras
neq; lucem extrinsecus excipiens. Cumq; fores nullas haberet saxum immane ob
trudentes includunt: ubiq; circumlocatis militibus deponunt. Interea equites
ut sese ex fuga receperunt comparentem nusq̃ Philopemenem extinctum esse cre-
dentes: dudum subsitere iactatis late uocibus hominem reuocare. Inq; uicem
sermones edere: iniustam profecto turpemq; sibi salutem uendicatam: eorum
imperatore hostibus omisso: qui ipsorũ gratia ne proprie quidem uitẹ pepercit.
deinde progressi accurata indagine cũcta perlustrant: donec illius captiuitate ac-
cepta, nuntios ad Acheorũ oppida dimisere: qui per magnam eam infẹlicita-
tem facientes uirum ex Messeniis missa legatione reposcere decreuerunt exercitũ
interim apparantes. Hẹc quidem apud Acheos agebantur. At uero Dynocra-
tes Philopemeni tempus q̃ maxime salutare metuens: ut Acheorũ apparatibus
anteuerteret: ubi primũ intendentibus tenebris Messeneorum uulgus abscessit:
carcerem aperit. seruum publicũ intromittit. Venenum afferre iubet: donec illud
epotarit prẹsentem astare mandat. Philopemen clamide obuolutus decubabat:
non sopore quidem, uerum tristitia & mentis estu tenebatur. Lumen itaq; & ho-
minem propius cum ueneni calice adstantem conspicatus: siquid de equitibus
prẹsertimq; de Lycorta audisset eum percontatur: respondente homine euasisse q̃
plures. capite ante iuit & comiter intuens hominem recte inquit dicis: si omni
exparte nobiscum infeliciter actũ non est. Hẹc alia emissa uoce uenenum hausit:
& iterato recubuit. Nec ulla potioni perturbatione exhibita statim adiuuante
morbo extinctus: cum primum ac lacheos de philopemenis interitu perlatum
est: publicus meror & luctus ciuitates habuit. Qui per ẹtatẽ ferre arma poterãt
simul & urbium primates Megalopolim conuenientes nullã uindictã moram
facere: sed delecto imperatore Lycorta fines Messeniorum ingressi: cuncta ferro
igniq; peruastant: donec concordi consilio ciuitas Acheos acciperet. Dynocra-
tes hostilem occupans seuiciam: necem ipse sibi consciuit. Quicunq; occidendo
Philopemen assensum tribuere: ultro uitam finiere. Quisquis eum torquendũ
esse censuit: eum Lycortas in uinculis cõiecit. Postq̃ uero eius cadauer cõbustum
& compositis in urna reliquiis castra mouerunt: non quidem confuso aut teme-
rario incedendi ordine. Sed triumphali quadam & uictrici pompa sacris paren-
talibus immixta: cernere erat eosdem & coronis ornatos, & lacrimis afflictos:
colligati subinde ducebantur inimici. urna prẹcoronarum & teniorũ quaq; uer-
sum pendentium multitudine uix apparebat. Hanc ferebat imperatoris filius
Polibius circumstantibus Acheorũ uiris primariis: & excellentissimis milites
armis insignes ornatis sequebatur equis: neq; ut in tanti uiri luctu merentes:

neque in uictoria exultantes. Ex mediis urbibus & uicis multi mortales obui-
am perinde ac ab expeditione reuertenti prodibant; & beniuole salutato urnam
attingentes Megalopolim frequenti comitatu deducebant. Vt uero grandiores
natu mulieres, ac pueri sese aduentatibus immiscuerunt: luctus uniuersi ęxercitus
suspiria querimonia uociferationes ad urbē usq; perueniebant. Prę desiderio ca-
sus hominis acerbissime ferentes. Simul q; cum Philopemenis iactura & ma-
iestatem & fastigium dignitatis inter Acheos tenuisse reputantes. Sic promeri-
tis summa cum gloria humatus est, circa monumentum Messeniorum. captiui
lapidibus odtrici sunt. cumq; statuę illius permultę & ingentes pro ciuitatum
decretis honores extarent: Romanus homo in euersione corinthi cunctas diru-
ere conatus est: illum non secus ac superstitem Romanorum hostem, atq; mali-
uolum insectari gloriabundus. Verum eius rei disseminato rumore ac multa in
calumniatorem referente Polibio, neq; Manius neq; legati, honores clarissimi uiri
deleri passi sunt. tam&si maxima Tito & Mannio impedimenta infestus ob-
iecisset: & enim illi a commoditate uirtutem: & honestum, ut par erat, ab utilita-
te recte procq; officio distinxerunt: cum hiis qui de nobis benemeriti sunt mer-
cedem & gratiam ab ipsis in quos beneficia collaa fuere. Bonis autem decus
& honorē a bonis referri debere existimarēt, & de Philopemene quidē hactenus.

NVPER RVBERTE SVAVISSIME CVM EX
labore in otium uel inuitus incidissem cuius rationem
in pręsentia tibi reddere institui exercendi simul inge-
nioli ac memorię causa. Titi quinti Flamminii uitam ex
Plutracho latine conuertere aggressus sum. Nam quid
melius nihil agens agere possum. Vbi explosa secordia
plerosq; fortassis aliqua ex parte delectare & mihi certe
ipsi non mediocriter prodesse ualeam. Cęterum cum te
litteris & gręcis & latinis ęgregie preditum & instructū
sciam tu in primis occurristi: ad quem hasce lucubratiunculas mitterem. Tibi
nimirum in utraq; re cum alia permulta: tum princeps philosophorū testimo-
nio est Aristoteles. Is enim antea sentus incultus horrens per latinorum Gym-
nasia uersabatur: ut qui propriis exutus indumentis, nullo dictionis lepore aut
amenitate lectorem alliceret. Nunc autem tua cultus eloquentia, tuis florens or-
namentis, tuaq; gratissimus suauitate, uisetur legetur amabitur. Quę res tibi qui-
dem decus & sempiterni propagationē nominis. uenturis autem studiorū sub-
sidium comparabit. Nam perpetuo Rubertus in Aristotele & maiori quidem
cum uoluntate lectitaberis: semperq; per Philosophorū ora uolitabis. Hęc uero
ad te misi haud ulla mediussfidius spe laudis aut glorię. Nec enim eo temeritatis
& ignorantie deductus sum: ut ullam thersiti forme ac decoris laudem ab Vlixe
tribui potuisse putem: cum Homerus illo deformiorē neminem Troyam petisse
cecinerit. Verum enimuero cum prudentissimum atq; grauissimum in omni re

iudicium tuum nouerim|tu mihi iudex cenſorq; ſis uehementer exopto. ut quid de me ipſo expectem in poſterũ tua auctoritate uelut oraculo quodã aut commonefactus aut confirmatus intelligam. Quod quidem ad onus amice & beniuole ſuſcipiendum tua te ſcio perſuadebit humanitas & manſuetudo. Quarum rerum palmam ita cunctorum ſuffragio & extimatione reportaſti. Vt nihil quod auxilium aut conſilium depoſcat abſte putes alienum. Accedit inter nos neceſſitudo quedã atq; propinquitas: ex uiro antiqua uirtute ac diſciplina prẹſtantiſſimo & ẹtate noſtra clariſſimo Chriſolora: ex cuius opera & liberalitate manauit quicquid grẹcarũ hiſce tẽporibus litterarũ noſtrates hauſere. Ille cõmunis utriq; parẽs dulciſſimuſq; prẹceptor arctiſſimo nos ita quodã cognationis genere cõciliauit: ſicuti quos uno procreatos genitore|eadẽq; ortos familia cernimus. Quid plura. Ipſum iam Plutarchum audiamus quem|ita leges ut ipſum in roſtra ſub tuum iudicium ſeueriſſimamq; cenſuram productum exiſtimes atq; perpendas.

PHILOPOEMENI. T. QVINTVM FLAMMINIUM cõparamus. Is quali ſtatura fuerit ab erea licet imagine cerni quẹ Romẹ apud Apollinẽ magnũ e Carthagine aduectum contra circumpoſita eſt grẹcis inſcripta litteris. Natura uero huiuſcemodi ad iram & graciã celer fuiſſe traditur: haud tamen ad utranq; rem ſimilis. Nam in puniendo mitis ac minime pertinax|ad gratificandum efficax & aſſiduus|quibuſq; beneficia contulerat|perinde ac recepiſſet promptus & perpetua beniuolentia affectus: qnod ii rem pulcerrimã colendi conſeruandiq; cauſa eſſent. Honoris & glorię cupidiſſimus preſtantiſſima quęq; atq; eadem maxima ipſe agere uolebat: longe magis beneficium affectantibus q̃ erogantibus gratulari ſolitus quod illos uirtutis materiam|hos autem glorię competit oris duceret. Cęterum cum multa & ingentia romanos implicarent bella: ſtatimq; ab ineunte ętate iuuentus ad res bellicas inſtrueretur. Titus mores ac diſciplinam aſſecutus militarem tribunus militum ſub Marcello conſule|in eo quod aduerſus Hannibalẽ gerebatur bello primam egit militiam. Poſtq̃ uere Marcellus per inſidias mortem oppetiiſſet: capto iterum Tarento: Titus eius prouincie profectus creatus plurimũ glorię ſplendorẽ uero minus in adminiſtrãda iuſticia q̃ bello cõparauit. Quamobrẽ ad duas colonias alterã Narniã alterã cõſam deducendas|princeps delectus eſt. quę res ad medias quaſdam & iunioribus tribui conſuetas dignitates omittendas tribunatum uidelicet pręturam & ędilitatem illum exttollebat. ſtatimq; in peticione conſulatus prona in ſe habuit ſuffragia. Fuluius tamen & Manlius tribuni plebis ei magnopere reſiſtebant: iniquum eſſe aſſerentes iuuenem uirum ad uſurpandam ſummam dignitatem pręter leges irrumpere: qui ad ſacra rei publice miſteria nec dum iniciatus accederat. Ea propter ſenatus ſententiam reiecit ad populum. At populus Titum e ueſtigio triginta nondum

annos natum consulem cum sexto Ellio designat aduersus Philippum ac Ma/
ecdones bellum sortitus est. Inquo deligendo romanis idcirco rebus fortunę fa/
uor aspirauit: quod gręci homines non tam bello ac uiribus q̃ facundia & co/
mitate uincendi captandiq; erant. Quippe Philippo cum ad propulsandam
pugnam sat esset Macedonicus principatus, ad inferendũ etiam ipsa gręcorum
potentia, suę omnino phalangis instrumentum durante bello uires sumptus in/
pensam refugiumq; suppeditabat Nec profecto nisi disiunctis a Philippo gre/
corum auxiliis in eo bello unius prelii opus extitisset. Gręcia quoq; necdum
Romanis inclinata rebus tum primũ gerendis implicita nisi frugi natura du/
cem & eloquentia magis q̃ uiribus fretum quiq; oratione ac lepore tum mo/
nendo, tum audiendo homines alliceret, & iustitie rigorem seruaret nacta esset,
non facile pro suis alienigenam optasset principatum. Quę omnia in eo exti/
tisse uiro sua gesta declarant. Cęterum cum superiores audisset imperatores tum
P. sulpitium tum. P. uillium tarde in Macedoniam profectos: lente quoq;
bellum administrasse: eosq; modo pro locis leuibus pręliis, modo pro uiis in/
ter frumentandum a Philippo fusos, non eos duxit imitandos. Ii enim cum
omnem ferme annũ dignitatibus & officiis rei p. domi cõsumpsissent ad bellige/
randum postmodum sese contulerant. Titus sui consulatus annum partim do/
mi partim militie nequaquam ducendi ratus ampliorem comparaturus glori/
am: quod simul imperio consularis associabitur dignitas urbanos magistratus
ac dignitates omisit: fratrem Lutium cum classis prefectum a Senatu sibi in ea
expeditione dari impetrasse: deinde ex iis qui in Hyspania cum Hasdrubale
conflixerant: Hannibalemq; in Affrica Scipionis auspiciis profligauerãt, lectis
tribus milibus ad huc ętate robustis & ad dimicandum impigris tutus in epi/
rum traiecit. Vbi Publiũ cum copiis aduersus Philippũ meta tũ offendit. Cõtra
Philippus ubi Hapsus irrumpit fluuius pro statione dudum tenuerat angusti/
as. Et ne Publius ęgregium quicq̃ efficeret impedimento erat locorum asperitas.
Titus autem simul atq; exercitum accepit dimisso Publio loca exploraturus adit.
Ea sunt uero minus q̃ tempe munita. Cęterum arbustorum pulcritudo quem/
admodum illis, & spaciosa siluarum uiredo, eaq; pratorum amenitas nequaq̃
adest, inter magnos & celsos utrimq; montes uasta profundaq; uallis deducitur:
per quam cursu atq; celeritate par peneo Hapsus elabitur: qui omnem ferme ra/
dicem montis occupans pręcipitem angustamq; relinquit in ripa semitam haud
exercitui transitu facilis, si pro statione teneatur omnino insuperabilis. Erant
qui circũducto per dassaretida penes lincũ tramite habilẽ Tito aditũ patefacerent.
Ille ueritus ne longius a mari sterilia & inculta ingressus Tesqua detrectante pug/
nam Philippo rebus infectis quod & superiori duci contingerat mare iterum
ob commeatus inopiam cohactus repeteret: summa ope contendit per montis
fastigia occupare transitum. At ea res nullum belli finem afferre nihilq; condu/
cere uisa est. Siquidem Philippus cum cacumina phalange teneret: obliquis
undiq; missillium atq; sagittarum ictibus Romanos petebat. Acri pugna cõ/
missa saucii & exangues cadunt plurimi. Accedunt interea pastores quidam
indigene qui per quosdam neglectos ab hostibus anfractus exercitũ sese ductu/
ros, & tertio demum die in summis constituere montibus polliceantur. fidei ue/
ro cognitorem confirmatoremq; prestitere Charopen Machatan, is erat inter

Epirotas homo primarius, plurima Romanis affectus beniuolentia, clam eis ob
Philippi metum fauens. Cui fide habita Titus quendam ex tribunis militum
cum peditibus .iiii milibus & equitibus trecentis mittit. pastores illi reuincti
precedebant. Inter diu quidem per cauernas & loca siluestria taciti sedebant.
noctu uero per lunam quę semipleno lucebat orbe iter agebant. Titus diebus
quibus eos emisit cessantē tenuit exercitum: adeo ut leuibus pręliis exciret hostē.
Qua uero die premissi sese collibus desuper ostētare milites debebant: cū primū
illucescit: uniuersos & grauis & leuis armature mouet. & tripartito agmine
ipse per angustū fluminis marginem rectas agens cohortes macedonibus qui.
sese perrupes opposuerāt cōseritur. cęteros qui duabus illati partibus per locorū
peritates impigre adoriātur īmittit. exorto iam sole fumus mōtane more caligi-
nis incertus procul ascendens emergebat. Is hostes eis enim a tergo erat latuit.
Iamq; occupati montes erant. Romanis inter certandum laborandumq; fides
ambigua uersabatur spemq; pro cupiditate sūmebant. Postq̄ uero crescens ma-
gis atq; magis aerem denigraret: Iamq; plurimis scandens sociorum ignis esse
cernebatur: sublato clamore acriter incumbunt: ut hosten ad superiora iuga pel-
licerent. alii quoq; summis de collibus contra inclamitant. Quas ob res in fu-
gam cuncti mox uersi sunt. Et quia montis iniquitas ultra insequi uetuit:
haud amplius duo milia cecidere. Romani rebus seruis castrisq; direptis an-
gustiisq; potiti inde per Epirum ea modestia eaq; abstinentia transcurrunt: ut
cum procul a mari ac nauibus essent nec unius fruges mensis haberent, nec emē-
di facultas adesset: ab eius causam regionis pręda multifariam sibi temperaue-
rint. Philippus autem fugatis more Thessaliam percurrens abductis quidem
in montis incolis urbes incendebat. suppellectilia uero quę aut multitudine aut
onere relinquebantur militibus diripienda proponebat: ita ut quodammodo
Romanis regione cedere uideretur. Hęc ubi Titus accepit egregia quadam
liberalitate milites obsecrabat: ut derelicta ab hostibus loca perinde ac propria
peragrantes obseruarent curarentq;. Cuius quidem prudentis concilii & optime
dispositionis fructū mature sensere: Nam cum primum Thessaliam attigere: eis
sese ciuitates sponte dedidere. gręci autē qui intra thermophilas sunt spe ac desi-
derio afficiebātur ad Titū Achei Philippi societate repudiata cū Romanis bellū
aduersus Philippum gerere statuunt: Hopuntii uero cū eorum urbē ętholi reci-
pere ac custodia tenere concupiscerent: quanq̄ Romanorum arma iuuarent eos
aspernati sunt. accito autem Tito stati se illius fidei commiserunt. Pirrhus cum
primū e specula ornatissimum Romanorū conspexisset exercitum dixisse traditur
haud barbaricam sibi uideri illam barbarorum aciem. Eos quoq; qui obuium
primo habuere Titū easdē emisisse uoces oportuit. Ex Macedonibus enim au-
diuerant barbarici ducem exercitus aduentare: qui armis cuncta prosternens:
omnes in seruitutem detraheret. At postea uirum ętatis flore uirentem, aspectu
benignum, gręca uoce ac eloquentia suauem, & glorię haud inanis cupidum
conspicati ob eius beniuolentiā mirum immodum demulcebantur. Cęteri ciui-
tates obeuntes eius hominis studio & amore uniuersa complebant: quod eas
iam libertatis ducem assecutas esse prędicarent. Postq̄ Philippum ad pacem in-
clinatum audisset: habito cum eo colloquio pacem illi amicitiamq; populi Ro-
mani proposuit: modo gręcos ab eius pręsidiis liberatos suo iure legibusq;

uiuentes sineret. Quod omnino Philippus facturum se esse negauit. apud eos qui rerum Philippi studiosi erāt uulgatum est Romanos non aduersum grecos sed pro grecis aduersum macedones bella gesturos aduentasse. Dehinc cū cetera Tito tranquilla succederent in boetiam sine ulla belli facie proficiscenti primores Thebanorū obuiam prodierāt. Ii tam & si macedonicę partis per Bracchillelim essent tamen perinde ac utriusq; fouentes amicitiam Titum honorifice salutatū exierunt. quos dextera prensos benigne ad modum allocutus / Titus intereundum nunc summa comitate percontabatur: nunc de industria non nulla narrabat: quoad ex itinere sese milites reciperent. Hoc pacto una cum Thebanis urbem ingressus est quem cum id haud satis collibuisset arcere tamē ueriti sunt: quod non parua iam militum manus fuerat consecuta Titus attamen perinde ac ciuitatem in potestate non haberet persuadere Thebanis cepit ut eos ad suscipiendam Romanorum societatem induceret. Ad idem quoq; facundum cum rex Attalus orando Thebanos pelliceret: supra senectutis uires suam in dicendo potenciam per quandam laudis & glorię cupiditatem ostentare conatus subita interorandū capitis uertigine aut humoris descensu correptus amissis sensibus contulit. paulo post nauibus relatus in asiam supremum uitę diem obiit. Thebani Romanis concessere. Postea Romam euntibus A Philippo legatis suos quoq; Titus mittit qui durante bello tempus sibi prorogari ab senatu impeterent aut saltem ab eo pacem fieri decernant. Is enim honoris percupidus ne alter suffectus ad bellum imperator suam illi gloriam intercipere magis atq; magis uerebant. Ceterum cū eius amicorum opera Philippus ex his que q̄postularet nichil impetrasset eius administratio belli ac īperiū Tito demandant Qua de re ubi senatus decretum accepit spe elatus statim in Thessaliam ad debellandum Philippum concitatus est: supra uiginti sex milia hominum habens. ex quibus peditum quidem sex milia: equites uero quadringentos ceperūt Etholi: tantus ferme Philippi exercitus. Postq̄ uero ad scotussam castris castra collata sunt ubi futurum erat utrinq; periculum nō ut sit trepidare duces inuicem: sed impetu magis & glorię cupiditate cōpleri. Romani Macedones quorum in fortitudine ac uirtute plurimum per Alexandrum nomen erat uincere contendebant. Macedones si Romanos quos certe persarum fortissimos arbitrabantur superassent clariorem alexandro Philippum se demōstraturos esse sperebant. Titus igitur militis pro contione hortari ut fortes: ac strenui forent eos in grecia pulcherrimo quidem orbis terrarum spectaculo aduersus prestantissimos iā iam decertaturos hostis. Philippus seu forte seu opera dedita bustum quoddam excelsum quod extra uallum prominet intempestiuius ascendit. ex eo priusq̄ pugnam iniret de more ad concitandos suorum amicos contionem orsus que res ubi dirum animis ac triste obiecit augurium turbatus ea die prelio adstinuit. Postridie ante solis ortum ob mollem ac humidum eius eius noctis austrum uersis ī caliginem nubibus prfunde campos conpleuerant tenebrę. summis quoq; de montibus inter amborum castra crassus delabebatur aer: qui mox incoante die locorum faciē obduxerat: Qua propter qui speculandi & insidiandi gracia utriuq; prodierant mox inuicem illabentes preliū acre committūt: ubi nūc appāellt canis capita enī Densi enīcumuli & parui mutuo colles prominet; quibus ex forme similitudine id nomen extat. Cum inter

locorum iniquitates uarie nunc fugando nuc fugendo fierent mutationes . la
borantibus cēdentibusq́ꝫ e castris amborum immittebantur auxilia . Cūq́ꝫ in/
clarescente iam aere que gesta sunt cernerent tota signis signa conferunt . Philip/
pus qui dextro prȩerat cornu ad testudinem structa phalange e uperioribus
locis enixe contra romenos infertur cuius grauissimum impetum nec ipsi roma/
norum strenuissimi sufferre poterant . Interea cū locorum asperitatem & mon .
tis iniqui iuga constare phalanx & densa prodire acie qua in re totius agminis
ius roburq́ꝫ consistit nequiret turbari ac dispergi sinistrum cornu cepit Quod
ubi Titus animaduertit desperata aliorum uictoria huc suos acerrime cōcitat .
Quippe Macedonibus ut uirum uiro consererent impedimento erat armorū
onus . Phalanx enim quoad membra coniuncta perstant : & testudinem uno cō/
seruat ordine sicut inuictum quoddam animal suas gerit uires . Ceterum ea /
dissoluta compage uniuscuiusq́ꝫ robur ac fortitudo propter armaturȩ genus am /
mittuntur : que prius connexis mutuo partibus uehementer pollebant . His
igitur uersis romani alios fugientes insectari alios interpugnandum discurrentes
ex obliquo trūcare Quȩres ita uictores Macedones profligauit ut repente pro/
iectus armis fugā capescerent . In eo prȩlio octo milia hostiū cecidere circiter quīq́ꝫ
capta Etholorum uero culpa Philippum euasisse contigit . qui romanis adhuc
hostem insequentibus prede se se ac diripiendis castris accinxerant . ita ut redeun
tes illi nihil offenderint . Quamobrem grauissimus inter se contumeliis tum
primum disceptarūt : ita ut mȩrore deinceps Titum angere non desisterent . Sibi
totam eius uictorie laudem adscribere . grȩcosq́ꝫ itarumoribus occupare ut cum
Poetȩ id facinus celebrarent primos Etholos suis carminibus scriberent . Ex
quibus hoc cunctorum ora uolitabat epigramina . fletibus & busto indecores
terdena uiator / Thessaliȩ oppetimus milia in hoc tumulo . Marte sub Etholum
domiti & uirtute latinū . Quos Titus immensa duxit ab italia . Emachie cladē
trux spiritus ille Philippi . Ceruorum cursu prepete lapsus abit . Hec Alceus in
Philippi uituperium edidit . in quibus & cesorum numerū ementitus est ea cum
passim canerentur . Titum q̄ Philippum acrius irritabāt . Qui Alceum carpens
hoc carmen suis adiecit elegis . Frondibus & ueteri libro nudata uiator Celsa fit
Alceo crux sita inhoc tumulo Hȩc res Titum qui comparande ex grȩcis glorȩ sū/
mo studio tenebatur non mediocriter afficiebant . Quapropter neglecti Etholi
in posterum cum ipse per se bellum gerere statuisset grauiter tulere . Postea cū
per legatos secum de pace Philippus ageret : cȩteras Etholi ciuitates obibent /
pacem / philippo uenundari clamitantes . cum funditus bellum excindere & ip /
sius dele iremperium liceret qui uniuersam seruitute greciā oppresserat . Hisce ru /
moribus cum Etholi socios perturbassent : ad firmandas pacis condiciones acce/
dente Philippo omnis exempta suspicio est / Postq̄ enim se ac regnū Titi & po /
puli Romano potestati commisset ictum fȩdus est Verum Titus ei regno Ma/
cedonie restituto ab grȩcia iussit abstinere . mille talentis tributi nomīe & preter
decem naues uniuersa classe mulctatum . alterum ex liberis eius Demetriū no /
īme obsidē susceptū Romam misit . Quo quidē facto ipsū commodissime usū
tempore & impendentibus occurrisse periculis liquet . Rex enim Anthiochus cū
post res ab se magīfice gestas ingenti parta gloria & uiribus auctis ad cunctorū
principatum oculos adiecisset tum uero uehementius aduersus Romenū insur/

geret imperium. Hannybal carthagine profugus Romanorum inimicissimus
ad eum profectus est quem per se alioquin habunde persuasum ad prosequendū
fortune fauorem & affluentis potentie commodū assiduis icitabat stimulis qui/
bus acute ac sapienter preuisis nisi Titus ad componendam pacem animum in/
clinasset: uerum intra greciam contra romanos Philipqus aneta sibi pro cōmuī
causa belli socium ascisset d Anthiochum qui ea tempestate duo maximi ac po/
tentissimi reges erāt profecto nō minora q̄ secūdi belli punici tēpore certamina pe
riculaq; Romanis impendissent restabant. Nunc uero cum utrinsq; belli mediam
& peroportune quidem pacem Titus interiecisset. ita ut priusq̄ quod aduenta/
bat inchoaretur| presens abscinderent factum est ut extrema quidem spe philip/
pum prima autem priuaret Anthiochū. Inpe decem absenatu missi legati Ti/
to consulebant: ut ceteris liberati pristine restitutis corinthus calcis ac demetrias
presidio imposito seruarentur. quo tucior aduersus Anthiochum essent Tunc
Etholi per ciuitates apertis calumniis prorumpebāt. Soluit Titus inquiunt gre/
cie compedes : predictas namq; urbes eo nomine philippus appellare solebat.
grecos quoq; percontabantur si nunc grauiora quidem aut leuiora q̄ olim uin/
cula collo gestantes gaudeāt: & Titum perinde ac beneficium admirari pergāt
qui solutis grecie pedibus ceruicē nodo perstrinxit. Quas ob res Titus grauis/
simo dolore compunctus legatos crebris induxit precibus ut ab his eciam ciui/
tatibus quo plenissima gracia & accumulatum foret beneficium deducere presi/
dia liceret. Itaq; dū agerentur isthima & frequens hoīnū conuētus ad ludorum
spectaculū cōsedisset: utpote diuturniis laxata bellis grecia in spē libertatis pacē
festis celebrante diebus: iusso per tube sonum silencio processit in medium preco
itaq; proclamauit. Senatus populusq; Romanus ac Titus quintus impera/
tor & consul Rege pdilippo & Macedonibus debellatis sine custodiis liberos
īmunes suo iure uiuētes fore permittūt Corinthios locros Phocenses Euboycos
Acheos Phtiotas Magnesios Thessalos Periebos. Principio quidem cum nō
ad omnes ea uox aperte peruenisset ingens motus est in theatro fremitus mirā/
tium inter se hominum dictaq; sciscitantium: & pronuntiari rursus orantium
Iterum sedato tumultu preco ita clara pronunciauit uoce ut per uniuersos eius
preconii clamor ierit. Ob cuius rei claritate immensus quidam & īcredibilis
strepitus ad mare usq; delatus est. Nulla inde certatorū habita mēciōe cūcti assur/
gunt studio q; prosiliunt. & Titi dextram amplexantes ipsum grecie sotera ac
de ensorem salutabant. Tunc id quod sepe numero de inmensa uocis magnitu/
dine commemorari solet cernere erat Corui enim qui forte superuolabant in ipso
decidere theatro cuius rei causa conscissus aer extitit. nam cum uox per magna
editur ipsius ui disiunctus aer nullam uolantibus firmitatem exiebet Verum cū
idcirco lubricus factus sit aues perinde ac ad inane peruenerint delabebuntur
Aut mediussfidius e clamoris ictu tanq̄ sagitta quadam saucie exanimes con/
cidunt. Potest & quidam aeris sicut & pelagi uortex esse qui uiolento circumagat
impetu. Titus tante multitudinis frequenciā concursumq; prospiciens nisi ma/
ture se subduxisset tot undiq; simul inundantibus profecto superesse nequisset.
Qui ubi ingruente iam nocte circa titi tabernaculum clamare destiterunt: ami/
cos aut ciues pregaudio obuios salutabant| āplexabantur ad cenas una potusq;
uertebantur: tum letiores ut fit lōgos de grecia sermones edebant: que libertatis

gratia tot confectis bellis nondum illam iocundius aut stabilius esset consecuta. Nunc autem alios nacta propugnatores nullo fermę cruore aut luctu pręstan/tissimum bellorum pręmium uendicauerit. Nam cum inter homines fortitudo atq; prudentia perrarum quidam extiterit tum ex cęteris honestatis partibus lõge rarior iusticia fuit & equitas. Siquidem Agesilai Lysandri Nicie Alcibia/de bellum quidem administrare & terra mariq; dimicantes uincere norant. Suas autem uictorias ad generosum gratificandi & honestatis usum accommodare nesciebant. Nam pręter res Maratone gestas bellum nauale Salamine Placense prelium Thermophilarum Eurimedontis & cipryca Cimonis opera uniuersas gręciam pugnas ad ipsius seruitutem perfecisse constat & unumquodq; tropheũ in sui pernitiẽ ec dedecus extitisse. ipsamq; suorum improbitate ducum & mutua eorum cotentione sępissime fuisse subuersam. At homines exteri paruam secum necessitudinem & per exilem prisci generis communicationem habentes ex quorũ uerbo aut consilio ullam ad gręcos commoditatem peruenisse mirandum est: ipsos maximis adeo laboribus ac periculis & grauissima tirannorum ditione li/berarunt. Talia per gręcos colloquia manabant. mox rebus consentanea fuere preconia. Simul enim Titus Lentulum ad liberandos Bargilietas misit in Asi/am. Tilium in thraciam ut ex oppidis ac insulis Philippi presidia submoueret Publius Villius ut cũ Anthiocho pro liberandis gręcis quos oppresserat ageret traiecit. Titus Chalcidem profectus inde in Magnesiam nauigans explosis custodiis rerũ gubernacula publicarũ suis restituit populis. Ad celebranda pe/nes Argos nemia ludorum prefectus designatus & magnificentissimum edidit apparatum & ibi rursus gręcis libertatem preconis uoce pronuntiauit. Ciuita/tes obiens legum sanctitatem iustitiamq; constituere. illas mutua simul beniuo lentia & caritate conciliare: discordias ac seditiones sedare exules reducere. Qui/bus rebus non minus q̃ uictis. Macedonibus lętabatur. Ita ut iam pro cę/teris beneficiis perq̃ minimum accepta libertes censeretur. Xenocrathem phi/losophosum cum olim ad carcerem publicam pertraherent: ex ipsorum manibus Licurgus orator eripuit: dehinc in eos ex ipsa petulantia grauiter animaduertit: postmodum cum in eius filios aliquando Xenocrathes incidisset: dixisse fertur: filii optimas genitori nostro gratias: reddo eius enim opera laudibus unusquisq; prosequitur Tito autem & Romanis non modo laudibus uerum etiam fide ac potentia digne grates agebantur. Non solum enim accedentes eorum pretores lete excipiebantur: sed accitis ultro ciuitates & populi suę seditioni dedebant. Reges quoq; cum aliorum regum iniuriis uiolarentur ad Romanorum con/fugiebant manus. Quamobrem factum est ut diis iuuantibus mature cuncta Romano subderentur imperio! Cęterum Titus gręcie libertate gloriari admo/dum solitus cum argenteos clipeos suãq; delphis parmam affigeret. ita iussit in/scribi. Clara Iouis soboles studium quam mulcet equorũ. Spartam reges Tin/dareumq; genus. Hoc Titus Eneades sũmo uos munere donat. Quo duce li/bertas oppida gręca tenet. Appolini quoq; auream imponens coronam in hunc modum inscripsit. Hęc tibi Latone stirps o preclara corona. Aurea cęsariem contegit ambrosiam. Quam Titus Eneadum dux ingens attulit ipsi. Da pha/retrate uiro forcia gesta cani. Iam per Isthimorum celebritatem terram gręciam pristina libertate donatam suisq; restituta legibus. Corinthiorũ ciuitati bis saltẽ

20

aspexisse contingit primum quidem uoce pręconis a Tito quemadmodũ superius
enarratum est & ętate nostra iterum a Nerone: dum is in foro Corinthi e suges-
to concionem habuisset ad populum. Verum hęc posterius Titus cum aduersus
Onabim pernitiosissimum flagitiosissimumq; Lacedemonium tyrannum longe
pulcerrimũ atq; iustissimum bellum inchoasset: gręcos ad extremum sua spe fefellit
quod cũ eũ capturus existimaretur haud uoluit. Verũ icto secũ federe sparten in-
dignissima seruitute compressam omiserat seu ueritus ne diutius durante bello
alter ex Roma succedens imperator suam illi gloriam interciperet. seu philopo-
menis honoribus emulus & contentiosus. Dum enim philopomenes uir cum
cęteris in rebus gręcorum strenuissimus: cum in eo bello per quedam audacie
& fortitudinis opera clarissimus: equalẽ Tito gloriam & pares in Theatris ho-
nores apud Acheos consequeretur nimirum Titum dolor angebat indignissimũ
existimantem ut Archas homo finitimorum ac exiguorum dux bellorum simi-
les Romano consuli & gręcie propugnatori laudes decusq; uendicaret. Verum
enim uero Titus aliam pro hisce rebus excusationẽ afferebat. cernere se non sine
magno sparthanorum exitio perditum iri tirannum. Achei postq̃ honores illi
complures decreuissent nullus profecto suis adequari posse beneficiis uidebatur
unico dumtaxat excepto munere; quod ei prę uniuersis carum acceptumq; fuit.
Id autem est huiusmodi! Romani acceptis ab Hannibale cladibus cũ uenundati
& per uaria dispersi loca seruirent: mille & ducenti in gręcia uersabantur| ii ex eo
casu cum semper miserabiles cum uero eo tempore magis|cum isti quidem filiis
Alii fratribus|Alii familiaribus & quod acerbius est serui liberis & captiui uic-
toribus occurrerent. Titus q̃q̃ molestissime ferret haud tamen illis quenq̃ priuã-
dum esse dominum iudicabat. Achei cum eos minis quinq; collatis in capita re-
demissent coactus unum in locũ uniuersos conscendenti nauem Tito reddidere.
Qua propter summa Titus alacritate discessit. pulchra nimirũ hęc clarissimorum
operum pręmia amplissimum uirum ciuem ornatissimum & amantem patrie
decẽt. Ea res illius triumpho maximũ attulisse splendorẽ uidetur. Ii enĩ qui mos
seruorũ est cũ libertate donatur rasis capitibus Pileati ĩ triũpho Titũ sũt cõsectati.
Speciosius uero spectaculum longo transiuisse ordine prębebant eximię gręcię
Cassides Macedonicę Peltę & Sarissę. Grandem quoq; pecunię uim in eo tri-
umpho translatã Hycanus perihet: defecati auri põdo tria milia septingẽta tredecĩ
argẽti quadragĩta tria ducẽta septuagĩta. auroes philippeos xiiii milia d. xiiii
pręterea mille talenta quę Philippus tributi noĩe debebat. ea ĩ posterũ Romani
Tito pręsertĩ opitulãte ac persuadẽte remisere Philippo & cũ eo decreto senatus so-
cietatẽ ĩiũxere: filiũ quoq; obsidẽ absoluerũt. Inde cũ Antiochus ĩ gręciã ĩgẽti classe
& magnis copiis traiecisset ciuitates ad defectionẽ solicitatas seditionibus per-
turbabat. quã quidem ad rem Etholos populi Romani dudũ hostes ac inimicos
socios & conspirantes habebat. Ii belli causam & prętexum afferebant gręcorum
libertatem quibus cum liberi forent huiuscemodi re haud quaq̃ opus existebat.
Verum cum ad id honestiorem titulum non haberent ipsũ pulcherrimo atq; op-
timo nomine uti condoce faciebant. Eius itaq; motus & potentie rumor cũ ue-
hementem Romanis terrorem incussisset Manlius Acilius consul & imperator
& Titus gręcorum gratia legatus eo missi. ex quibus cum primũ apparuit con-
firmatiores reddidit. languescentes alios & dubios cum suam illis beniuolentiã

perinde ac & tempestiuum aliquod medicamen adhibuisset in fide tenuit & ne/
qua in re peccarent aut perfide flagitioseq perpetrarent metuit | Eum tamē effu/
gere perpauci quos iam pridē ab Etholis occupatos & corruptis penitus ani/
mis contaminatos offenderat quibus tam & si Titus acriter succenseret confecto
tamen postea bello ipsos tueri ipsisq propicius esse numq destituit · Postquam
Anthiochus apud Thermophilas uictus salutem sibi fuga comparans traiecit
in Asiam : consul manius Etholis partim obsidione captis parti eos Philippo
uastandos debellandosq demandabauit. Macedo tum Delophas ac magne/
sios tum Achamanos & Aperantos uexare & abigere. Manius post direptam
Eracleam Etholos intra naupacton obsidere : quibus in rebus Titus gręcorum
misericordia commotus ex Peloponneso ad consulem nauigans | Primum in/
crepare quod suarum pręmia uictoriarum Philippum sibi uendicare sinat : cūq
Macedones gentes plurimas reges q subuertant : is frustra tempus conternes
unum oppidum & per iracundiam quidem obsidione cingat. Inde cum obsessi
Titum e muris conspicati protensis palmis supplices conuocarent nullo tunc
uerbo lacrymis effusis abcessit. Dehinc iram consulis placida oratione mitigās
Etholis inducias ac tempus tantum impetrauit : quo missis Romam legatis ab
senatu quicq clementię ac humanitatis exorarent. Plurimum uero laboris &
molestiarum pro exorando Calcidensibus Manio superat. quibus infensus ad
modum erat. quod Anthiochus uxorem in empestiue quidem ac pręter etatem
suam ex illorum ciuitate duxerat : quam constante utrinq bello is iam natu grā/
dior eximia forma Cleoptolemi filiam adamauit. Ea res Calcidensium animos
ad Anthiochum promptius inclinauit : & ipsorum urbem ei ad bellorum usus
oportunum receptaculum adsciuerat. Anthiochus inde e pręlio fugiens cum
Calcidem appulisset correptis opibus cum uxore ac amicis continuo transmisit
in Asiam. Manio igitur per iracundiā illis exercitum admouenti Titus pręsto
aderat. eumq simul & cęteros Romanorum proceres nunc excusando ita pla/
catos reddidit ut Calcidenses omni soluti mętu ac liberi omni suplicio euase/
rit Quorum gratia Calcidensium meritorum ciuitas quicquid in eorum urbe splē/
dide ac magnifice extructum erat dedicauere Tito. ubi adhuc talia cerni licet
Epigrammata Populus Calcidensis hoc Tito Herculiq consecrauere. Gymnasi/
um alio in loco. Populus Calcidensis hoc Tito & Appolini delphima. Nostra
etiam ętate Tito sacerdos publice creari & res diuina fieri solet. Perfectis liba/
mentis uersibus editum quendam peana canunt. Cuius reliquas quidem par/
tes ob prolixitatem omisimus : quę autem post decantatum carmen dictitent
scribenda esse censuimus | Candidissimam Romanorum fidem constantissimo
iureiurando colimus : Iouem maximum Romam Titumq simul Romanam
fidem puelle canite Io. Pean io Tito Soter. Ab cęteris quoq gręcis dignissimos
honores & quę ueros parit honores mirificam beniuolentiam ex morum comi/
tate cōpararet. Enimuero si ob rerum gestarum gloriam cuipiam ueluti philo/
poemem aut Acheorum duci Diophani disceptasse : aut controuersiam egisse
contingit : haud propterea graue aut incommodum aliquid per furorem per/
petrauit. Eius quidem fiducię plena & ciuilis erat oracio postmodum tamen
acerba nemini. Ea propter eum nonnulli tum iracundum : tum fortuna leuem
existimabant. Alioquin consuetudine & familiaritate iocundissimus nō sine grā

& grauitate facetiis & salibus utebatur . Cum Achei Iacinthiorum insulam suo
uiri uendicare concupiscerēt : ut eos ab incepto deterreret periculosum illis futurū
ait : si quemadmodum testudines ita illi longius a Peloponneso caput abduce/
rent Philippus cum pacem ac federa tractare cępisset Titum cum pluribus se uę
ro solum aduentasse dixerat . cui Titus apiecit · Te quidem ipsum necessariis ac
familiaribus obtrunccatis solū reddidisti Messanus dinocrates in conuiuio Roē/
temulentus muleibri saltarat habitu postera die ab Tito subsidium inuocabat
quod ab Acheorum imperio ad defectionem solicitare Mesanam uersaret ani/
mo / Tum Titus de iis uiderimus : te uero miror inquit cum res huiuscemodi
moliri audeas uina saltare & canere posse Cum Anthiochi legati ingentium co/
piarum numerum delectumq̧ Acheis permultis uocabulis iactitarent . Titus
olim se cum hospite quodam cęnitantem inquit multitudinē carnium admiratū
subincusasse atq̧ interrogasse unde tantam ferculorum uarietatem comparasset .
Ei autem hospitem porcina omnia respondisse : uerum ea apparatu saporibus
condimentoq̧ differre . Vos item uiri Achei cum astatos iaculalatores auditis
& peditos : ne propterea tantopere Anthiochi uires admiramini quod eos ar/
morum tantummodo genere differentis uniuersos Siros esse constat . Post res
in gręcia gestas ac bellum cum Anthiocho confectum . Titus creatus est censor
Is autem amplissimus est magistratus & quodammodo perfectissimum rei . p.
culmē huic Marcelli quinquies consulis filius collega obtigit . Ii quatuor haud
illustres admodum uiros e senatu mouerunt . Vniuersos censos liberis natos pa/
rentibus inter ciuium Romanorum numerum receperunt : ab Terentio leone
tribuno : plurimi coacti qui maxime ut nobilitatem offenderet ad id scito con/
firmandum plebem induxit . Erant eo tempore nobilissimi ac excellentissimi ui/
ri priuatis inter se cōtētionibus disceptantes . Scipio Affricanus & . M . Cato ex
quibus uirū optimū ac primariū Scipionem in senatu principē perscripsit . Cum
Catone autē huiusmodi calamitatis de causa acerrimas egit inimicitias / Tito fre/
ter erat . L . Flaminius cum cęteris in rebus Tito perq̄ dissimilis : tum ob ille/
beralis libidinosasq̧ uoluptates omnis contemptor honestatis atq̧ decoris . hic
puellū deperibat : adeo ut siue exercitus ductaret / siue prouincias administraret
ab eius numq̄ latere discederet / Is ut aliquando Luciū per lasciuiam molliuscu/
lis ad se blandimentis alliceret : se magnopere illuū acclamare dictauit : quod tā
& si quempiam nedum truncari uidisset hominē : tamen ut sue potius q̄ proprie
morem gereret uoluptati gladiatorium spectaculum omisisset . Eo delectatus
sermone Lucius haud ardua inquit res est . Ego uero tue iam iam cupiditati re/
medium ac medelam adhibeo : simulq̧ ex dānatis unum adduci iubens in con/
uiuio accito lictore securi percuti hominem imperauit . Valerius antias non ad
pueri sed mulieris cuius amore teneretur arbitriū id ab Lucio perpetratū affir/
mat . Liuius autem scriptum in oratione Catonis asserit gallum transfugam cū
uxore ac liberis uenisse & ab Lucio inter epulas exceptum mox ut scorto quod
ardebat obsequerēt ab eo propria manu confossum . Hoc ad exacerbanda Lucii
crimina iure dictum a Catone crediderim . Ipsum autem occisum minime trās/
fugam uerum exdamnatis unum in uincula coniectum extitisse / cum alii q̄plu/
res tum uero testis est Cicero in eo qui est de senectute libro . Vbi omnem Cato/
ni sermonem & ipsius rei narrationem tribuit . Cato deinde censor cratus u

curiam tam libidinoſis expiaret maculis Lucium q̃uis conſularis dignitatis
uirũ e ſenatorio eiecit loco Eius ignominiam cũ Titus ad ſe quocꝫ pertinere ar-
bitraretur is pariter & frater die Catoni ad populum dicta lacrimis ſupplices
Quirites orabant : ut Cato racionem afferret quamobrem illuſtrem adeo famili-
am tam Tetra affeciſſet nota. Cato minime retardatus in mediũ cuũ collega pro-
cedens Titum ſiquid de ipſo conuiuio conpertum haberet | interrogauit : eo ne-
gante Cato rem ex amuſ ſim expoſuit :Lucium ſubinde percunctatus ſi quicq̃
ementiretur : tacente Lucio populus eum iure notatum cenſuit : & Catonem am-
pliſſima cum frequentia domum e foro reduxit . poſtmodum cum Titus
fraternum acerbiſſime caſum pertuliſſet aduerſus Catonem cum eius inimicis
conſpirans quodcunqꝫ is ex ęrario cõductiois aut emptionis nomine errogaſ-
ſet irritũ fecit & ſenatus auctoritate reſcidit eũqꝫ ſępenumero in grauiſſima uoca-
uit iudicia .Cęterũ haud ſcio q̃ recte q̃qꝫ ciuili more factum : quippe cum prop-
ter hominem propinquum quidem uerum indignum & meritas dantem pęnas
aduerſus elegantiſſimum principẽ & optimum ciuem capitales inimicitias ſuſ-
cepiſſet . Illi tamen poſtea Romanus populus non mediocrem aliquando reſti-
tuit honorem . Nam cum ludi publice ſpectarentur : & patres conſcripti dig-
niori de more ſediſſent ordine : Lucius in extrema Theatri ſede abiectus humiliſqꝫ
conſpectus : populi in ſe miſericordiam commouit . Mox itaqꝫ populus id
acerbis ferens oculis crebris eum clamoribus ſuperiorem in partem tranſire co-
egit : quem e ueſtigio conſulares inter ſe uiri ſeſſum receperunt . Titus natura uir
laudis & houoris ſtudio incenſus :quo ad idoneam belligerandi nactus erat
materiam clariſſimum ſibi nomen comparauit . Poſt; conſulatum tam & ſi nul-
lus rei uſus exigeret tribunatum militum iniit . Deinde inagraueſcente magis
etate cum magiſtratus gęrere deſiiſſet reliquę illius uite partes per ociũ imProba-
bantur : ut qui immerſa glorię cupiditate & iuuenili quodam animi ardore ſti-
mulatus ſeipſum continere nequiret . Tali contra Hannibalẽ uſus impetu pluri-
mam in ſe conflauit inuidiam .Hannybal enim poſtq̃ ex Carthagine ad Anthio-
chum confugiſſet iſqꝫ poſt confectum in Phrigia prelium pacem & libens qui-
dem impetraſſet : rurſum longis erroribus exul demum ad Bithinie regem
Pruſiam ſe contulit : quę res cum nemini Romanorum eſſet incognita : tamen
hominem ſenio & imbecillitate confectum & ab fortuna deiectum paruipen-
derant . Eodem tempore Titus alia de cauſa legatus ab ſenatu miſſus ad Pruſiã
cum ibi diuertentem uidiſſet Hannibalem : quod uitam degerit uehementer in-
doluit Pruſias qui ſupplicem illum ſuſceperat : cũ pro mutua ipſorum conſue-
tudine permultis Titum pręcibus obſecraſſet pro eius ſalute nihil impetrauit .
Cęterum cum uetus quoddam de Hannibalis morte hoc pacto uulgaretur
oraculũ : corpus Hannibalis Libiſſa tumulabat gleba : ille quidẽ de Libia dic-
tum & ſi carthagine uicturũ ac humatum iri ſuſpicabatur . Brithinię autem lo-
cus eſt in lictore : propter hunc haud amplius quidam uicus adiacet : quẽ Li-
biſſam appellent : in eo tunc diuerſabatur | Hannibal cum ſemper leuitatẽ Pru-
ſię infidam ducens : tum Romanos reformidans . Quamobrem ipſe domum
ibi ſeptennis ſub terra cuniculis aliis alio longe ferentibus clam inſtruxit . Poſt-
q̃ in ſe factũ a Tito audiſſet edictum : per exitus illos conatus effugere in regias
incidit cuſtodias itaqꝫ mori ſtatuit : de quo ſic nõnulli peribent . Poſtq̃ is collũ

inseruisset amiculo seruum ab eo iussum genu in aduersis obluctantem natibus
dehinc magnis trahentem uiribus ob tortam fregisse gulam donec compresso
necaretur spiritu. Alii commemorant eum Mide & Themistolis exemplo tau/
ri cruore austo perisse. Liuius refert uenenum quod habebat temperasse: deinde
sumpto poculo ita dixisse Per magnam populi Romani curam solicitudinemq;
soluamus qui diuturnum & graue nimis censent odiosi mortem senis expectare
Nec uero Titus preclarum ex hac uictoria nomen reportabit haud suorum dig/
nitatem maiorum imitatus qui pirrho & hosti & uictori impendentes ueneni in/
idias renũtiatum miserunt. Hic uitę exitus Hanibalis fuisse traditur. De cuius
morte cum relatum est senatui pleriq; Titi facinus ut uacuum & crudele nimiũ
carpebant qui Hãnibalem sicut auem quanpiam senectute nudatam explumem
ac mancam & ex sua mansuetudine uitę reseruatam: nulla de causa nisi ut illius in
teritu nomẽ sibi ac laudẽ quęreret occiderat. Tũ magis atq; magis Scipionis affrica
ni clementiã & animi magnitudinẽ edisserebãt: eũ mirũ ĩ modũ inuictũ & fortissi/
mũ predicãtes qui Hãnibalẽ a se in Africa superatũ nec ex urbe deturbauerat: nec
a ciuibus tradi sibi postulauerat. uerũ ante pręliũ eũ iũctis dextris benigne allo/
cutum: post pręlium fęderibus compositis nihil in eum audacius commisisse
aut fortune hominis insultasse. Eos rursum Ephesi conuenisse dicitur ubi cum
Hannibal digniorem deambulando locum primus arripuisset: id Affricanus
ęquo tulit animo ut facile nulla cũ contentione ea fuerit ambulatio. Orta postmo
dum inter eos de ducibus mentione cum Hannibal excellentissimũ primo ducẽ
Alexandrum deinde Pirrhum se autem tertiũ demonstrasset. subridens pau/
lulum Affricanus quid nisi te uicissem inquit. Tum Hannibal non tertium
Scipio sed me ceteris anteposuissem ducibus inquit. Hęc cum de Scipione miri/
ficis efferrerentur laudibus Titum uituperabant: quod alieno cadaueri manus
intulisset. Erant qui id collaudarent factum Hannibalem dum uita superesset
ignem quendam arbitrantes cui excitantis opus esset flatibus. Non enim dum
uires integre ac robusta uigebat ętas eius corpus aut manus: uerum consilium
atq; rei militaris periciam terrori Romanis extitisse. Accedebant pręterea odi/
um & innata quędam acerbitas: quę res haud senectute tolluntur. Verum cum
fortuna immutetur mores ac natura permanent. Qui uero per odium inimicici/
asq; disceptarit: eciã uariante fortuna ad agrediendũ semper aliquod uocante spe
cõcitantur. Qua in re Titi testimonio erãt: Aristonicus Citaredi a quo per Eume/
nis gloriã uniuersa bellis Asia defectionibusq; refecta est. Et Mitridates qui
post Syllã & Fimbriã postq; tantam exercituum & imperatorum stragem rursũ
tot terrestribus maritimisq; copiis aduersus Lucullum stetit. Nec uero magis
q̃ C. Marius depressus iacebat Hannibal: cui regis amicitia familiaritasq;
contigerat lin nantum pręterea equorum ac militum studiis & assidua cura uer/
sabatur. Romani fata Marii dũ Africam mendicus errabat irridebãt quẽ post
paulo dũ ab eo iugularentur uirgisq; cederentur per summã uenerationem colen/
tes adorabant. Hoc pacto nihil est quod paruum aut magnum dici queat.
Verũ unus qui uite idẽ & melioris fortune modus ac finis ẽ. Quas ob res nõnulli
hęc ab Tito haud spõte facta cõmemorãt: quin missũ propterea cũ. L. Scipione le/
gatũ ut de Hãnibalis nece tãtũmodo tractarẽt. Nullã ãplius ab Tito rẽ domi mi/
liciecq; gestã accepimus. Qui cum uitã tranquillus ageret uita defunctus est.

ANIMADVERTI ZACHARIA FRATER TE
ueram illam & ſapiētem Petri emiliam pontificis Vicē-
tini ſententiam probare. qua uir ille ingenio doctrina
prudentia primarius cum pro ſua cōſuetudine & me &
ęquales meos ac cęteros familiares ſuos ad probitatem/
ad ludum/ad decus ortari ſolet. Hiſtoriā uirtutis parētē
& uitę magiſtram appellat. Artes enim optimę quę de
moribus & pręſtantiſſimis inſtitutis traditę ſunt. apud
omnes lōge plus poſſunt ſi uita ac factis clariſſimorum
hominum illuſtrantur. Quis enim dubitat ea quę ab
aliis geſta didicimus quāq̄ ad mirabilia ſunt faciliora
nobis uideri: & promtius ad honeſtatem incitare q̄ ſi pręceptionem ſolum lentius
diſputentur. Ideoq; lectiſſimos eis uiros proponimus a quibus ut dignitati &
glorię ſeruiant impetrare contendimus. Hęc enim ueteris memorię uotio facit ut
ſūmos homines quos & probamus & admiramur magno ſtudio imitari ueli-
mus. Sic pelopidas Traſibulū ſic Fabius periclem ſic Portius Cato curium ſic
cęſar alexandrum ſic. M. Brutus Iunium gentilem illum ſuū: Sic deniq; multi
incredibili ardore ad imitandos preſtantiſſimos uiros incenſi ſunt. qui ut inter pe-
ritos cōſtare uideo hiſtorię inuitatu maximas ac honeſtiſſimas res geſſerūt. Hinc
pro ſuo quiſq; ſtudio noſtri maiores ſocratis: Platonis: Ariſtotelis: aliorumq;
non modo imagines ītabulis & uaſis habuere: ſed etiam inforo in templis ęneas
ſtatuas collocauerunt: ut uel tacita eorum monumēta uitę ſuę conferrent. Quāto
rectius id hiſtorię tribuemus: quę mirum quoddam ſimulacrum appellari po-
teſt. Cuius hortatu ad pietatem/iuſtitiam/continentiam/prudentiam/liberalita-
tem/uirtutem/humanitatem ac doctrinam inducimur. Pręclare enī. Demetrius
Phalerius Ptholomeum ęgiptum admonuit ut libros in quibus iuſti regis officia
enī & illuſtriſſimorū principū uitę litteris mandata ſunt/& ſtudioſe legeret & de
manibus nunq̄ dimitteret. Nam quemadmodum hos quęcunq; ad ſe tanto in
munere pertinebant facile edocere: ſic ea ab iis quos regię opes alebant expectare
non debere. Apud nos mi frater ſuauiſſime quantū domeſtica exempla pondus
habeant in foro/in curia/in comitiis & experimur & cernimus cū uel ex ānalibus
& prompta ſunt uel a prudentiſſimis maioribus natu ſingulari cum auctoritate ī-
referuntur. Quod ſi minus ut ita dicam ętatis & ciuitatis acta magno momento
ſunt quid oīm urbiū omnium temporū facta putemus? Quocirca ſepenumero
Alexandri cęſaris inſtitutum ſcitū mihi uideri ſolet. qui quaſi ſapientes obeundis
in rebus conſiliarios hiſtoricos conſulebat: ut quid huiuſcemodi ſuperiori ętate
bene factū eſſet/id uel uſu probaret uel melius ac prudētius decerneret: Quaprop-
ter cum otioſus apud Plutarchum doctiſſimum ac grauiſſimum philoſophum.
Ariſtidis iuſti & Catonis illius maioris uitas lectitarem de quibus in hoc tēpus
admodum pauca latinis litteris extant/dignę mihi uiſę ſunt quas tuo nomine in-
terpretarer. Quanq̄ enim natura/eruditione/uſu pręditus tam non mediocribus
noſtrę reip. muneribus dignus ſis & habeatis: tamen ut opinor bene de te & cę-
teris claris uiris meritus ero/ſi quaſi norma quadā bene uiuēdi ante oculos ſub-
iecta hoc meo ingenio laboreq; quātum in me eſt & meliores & doctiores eritis.
Nam ut īduſtriis pictoribus ex olimpio Ioue phidię & ſculptoribus ex argolica

Iunone policleti : Sic tibi & reliquis qui hęc attente cognoscēt eximiũ ac pręclarũ
aliquid effingere licebit . Quod enim ueteris sanctimonię illustrius exemplũ pro-
ferre possem / q̃ aristidis & catonis . quibus nec athenę : nec urbs romana ullum uel
solida ac expressa gloria clariorem / uel auctoritate grauiorē / uel prope modum in
omni laudationis genere prestantiorem unq̃ tulerunt . Nam quis aristide fortior
integrior / aut illustrior fuit : qui bellicis in rebus & a nullo summi ducis ac ciuis
officio defuit . & artibus pacis ab ineunte adolescentia tantum pręstitit / ut perpe-
tua sanctitate ac grauitate uitę iusti cognomen / quod nemini prope concessũ est /
ad ultimũ seruarit . Diuiciarũ pręterea contemptor / adeo inuicti a cupiditatibus
animi / & rigidę innocentie fuit : ut nemo etiam laudis auidissimus amplius opta-
uerit / q̃ ipsi in hoc suo genere facile concesserit . Quid de . M. Catone Prisco diuino
hoīe dicã : qui oīum consensu frugalis maritus / accuratus in liberos pater / peri-
tissimus iuriscōsultus / eloquētissimus orator / fortissimus miles / ęquissimus prętor
ęgregius consul / optimus senator / seuerissimus cēsor habitus est . Hic deniq̧ adeo /
omni ex parte summus uir fuit / ut ei nihil ferme neq̧ a natura denegatum / neq̧ a
doctrina & uirtute non delatum esse uideatur . Hos igitur frater optime ad quē
potius mittam q̃ ad te : qui cum a puero ut ad hęc studia humanitatis me cōferrē
nullo mihi loco / gratia / ope / opera / defueris : quasi tuę in me pietatis testimonium
optimo iure dedicaui . Accedit etiam quod cum sic in rep : in domesticis / in ami-
corum negotiis uerseris / ut boni ciuis / diligētis patrisfamilias / studiosi hominis
officia in te eximia atq̧ pręstantia sint . Hęc in alterum recognoscens cōfirmatus
probabis / coles / diliges . Qua quidem in re maximas habebis gratias scio / mo-
destissimo ac eloquentissimo Guarino Veronesi conmuni pręceptori nostro quo
hospite / nō enim uerebor quod sentio dicere / prope non minus q̃ Lucullus archia
& Pompeius Theophane / & Cornelius Ennio gloriamur . cuius benefitio factũ
est quemadmodum maiores nostri bene de rep : meritis ad uirtutis imitationem
corporis monumenta decernebant . Sic ego ut tibi & cęteris quibus hęc mecum
studia cōmunia sunt prodessē . Aristidi & Catoni has litterarias statuas collocari.
Cęterum ex gręca Guarini nostri disciplina non paruũ uel huic fructum cępisse
uideor : quod eius diligentia intra paucos dies Aristidem atheniensium principē
non ciuitate / sed quod amplius est Latinis litteris donare . Et Catonem illũ gra-
uissimum longo ut aiunt Post liminio ad nostros homines reducere mihi licuerit.
Quid plura iam Plutarchũ audies / quo auctore / quid de iis clarissimis uiris sen-
tiendum sit facile iudicabis ;

ARISTIDES LYSIMACHI FILIVS EX ANTI-
ochide tribu & populo Alopeceno ortus est/ de cuius
fortunis ac facultatibus penes scriptores magna uarietas
est. Sunt enim qui eum ita ęgregie inopem fuisse cōme-
morent/ ut & in summa tenuitate uixerit/ & uita functus
duas filias reliquerit/ quę multis annis nubiles ęgestatis
causa sine maritis fuerunt. Hoc tā&si cōplures patronos
ac defensores inueuerit/ contra tamen in eo libro qui so-
crates inscribitur Demetrius Phalereus eum locupletem
fuisse auctor est. aput Phaleros enī fundum qui Aristi-
dis extitisse dicitur cognoscere se refert/ ubi ipse sepultus est
Eius domum opibus abundasse pleraq; argumento sibi sunt/ & illud in primis
quod magistratum illum insignem fabis ac suffragiis sortitus est. qui maximo
censu censitis obuenire solebat: quos quingentum modium uulgus appellat.
Secundum autem relegatio quam exostracismum uocant/ nullos enim inopes/ sed
amplissimo loco natos/ & qui superbia ac tumore cęteris anteirent/ in exilium id
genus missos esse. Tertium & extremum est/ quod in liberi patris tēplo tripodes
uictorię uoto ad celebritatem dedicatos reliquit/ qui in nostram etiam ętatem
hoc epigrāmate seruatur. Antiochis tribus uicit/ Aristides ludis prefectus fuit/
Archestratus docuit. Hoc tam & si maximi momēti speciem pre se ferre uideatur
minimū tamen pondus habet. Nam & Epamynundas quem omnes mortales
a pueritia uitam tenuiter egisse sciunt/ & Plato philosphus non ignobiles ludos
ediderunt/ quorum alter per tibicines alter per cunctos cyrcos celebritatem nobi-
litauit. Cū huic Dion syracusanus epamynūde uero pelopydas sumptus ipsos
suppeditauerīt. Haud iniuria quando bonis uiris cum amicorum donis perīde
ac inexorabile bellum indictū non sit. sed cum ab illiberalibus muneribus quę
lucri questusue causa suscipiuntur aborreant/ si temporis maturitas obuenerit/ ea
non repudiabunt quę honori/ laudi/ ac splendori coniuncta sunt. Panetius uero
Demetriū carpit qui errore nominis captus in iis quę de Tripode scripsit men-
titus est. Nam quecunq; aduersus Persas gesta sunt usq; ad Peloponessiaci belli
finem memoria repetens solum duos Aristidas ludorum pręfectos uictores in-
scriptos fuisse tradidit. quorum neuter Lisymachi filius fuit: sed alter quidem
Xenophilo patre natus est/ alter uero longe posterior. Vt & post Euclidem scripta
declarant/ & inscriptus insuper Archestratus quem medicis tēporibus nemo nec
Peloponessiacis plerīq; chori magistrum fuisse prodiderunt. Verum enim uero
quod a Panetio dicitur diligentius considerandum est. De relegatione autē quis
dubitat eos qui uel gloria/ uel generis nobilitate/ uel eloquentia maxime pręstarēt
ostraco idest huiuscemodi exilio q̃ primū eiectos esse. Quo in numero Damō Pe-
riclis preceptor est qui cum plus sapere uideretur q̃ oporteret hunc in modum
urbe exactus est. At Idomeneus scriptum reliquit Aristidem non suffragiis aut
fabis/ sed Atheniensium delectu illo magistratu functum esse. quem si post pla-
teense pręlium gessit/ ut a Demetrio refertur & uerissimum est/ ipse magna gloria/
& magnis rebus gestis in eo loco ciuitatis propter summam uirtutem cōstitutus
est. quem reliqui propter diuitias capescerent. Sed certum & exploratum est/ nō
solum Aristidē/ uerū etiam socratem inopia quasi grauissimis malis a Demetrio

liberatos esse. Hunc enim nõ solum domum peculiari uiri suo uendicasse/ sed etiã
septuaginta minas Critoni fęnoris causa mutuasse perhibet. Aristides uero Elis/
thenis qui post exactos tirãnos remp: constituit factus socius supra cęteros qui
se ad gubernandas ciuitates contulissent Licurgum Lacedemonium admiratus
& imitatus est. Eum enim statũ maxime probauit in quo bonis & optimatibus
primus locus esset. Aduersus eũ plebs/ac multitudo Temistoclem Neoclis filiũ
coluit & gratia & studio prosecuta est. Eos a pueris cum una educarentur prope
singulis & iocosis & seriis in rebus ac uerbis cõtendisse/suisq̃ cõtrouersiis utriusq̃
naturam mores institutionem/q̃ primum detexisse/multi auctores sunt. Nam ut
hic leuitatem/temeritatem/calliditatem/& in omnes impetum: sic Aristides
constantiam/modestiam equitatem prese tulit qui nec mendacium/nec indeos
intẽperantius dictum nec fraudem/uel ioco probare potuit. Horum inter se aĩos
ut Aristoni cio placet amoris contentio quędam primum abalienauit. Stesiliam
enim ciam quę specie uultus ac corporis forma primaria erat uehementius q̃ par
erat deperibant/quĩetiam postq̃ illius uenustas defloruit graues inimicitias quas
huius leuitate causę inuicem superiori tempore conflauerant/retinuere. His rebus
incensi hoc quasi pręludio freti conflictationes suas statim in ipsam remp: cõtu/
lerunt. Quocirca Themistocles facilitatis artibus instructus adeo grandẽ/ac po/
pularem potentiam est assecutus/ut cuipiam eum admonenti optimo iure prĩcipẽ
Atheniensium futurum/si cunctis ęqualis & comunis esset/responderit. nũq̃ pro/
fecto ea in sella sedere statuissem ex qua mei studiosi nihil amplius a me q̃ alieni
habituri essent. Aristides autem cui propria in rep: uia constituta erat/animum
induxit primum ne socii quemq̃ suo consensu iniuriis afficerent/aut nequaq̃ uereri
quicq̃ negare quod cuipiam memorem inferret. Dehinc eam amicorum potestatẽ
declinauit/qua uelut peccandi licentia plerosq̃ fretos obseruabat. Grauiter enim
& uere sibi persuaserat hoc dumtaxat gaudio bonum ciuem affici si uita & oratiõe
quę iusta & recta esset constantissime defenderet a quo uitę instituto parũper de/
flectere coactus est/cum Themistocles temeritate quadam ut ei resisteret/ac ipsius
auctoritatem refrĩgeret/multa in rep: conmoueret. Vnde ei aduersatus interdum
quędam in eum tutatus est/& ne ab ipso non nulla fierent: eo consilio prohibuit
ut Themestodis potestati. quę multitudinis gratia creuerat nihil accederet: Prę/
stãtius ac Salutarius ratus si aliqua ex iis quę ad ciuitatis utilitatem conducerent
prętermitterentur q̃ si factis ex eius scientia decretis supra modum posset. Deniq̃
cum Themistocle auctore cõmodum ac necessarium quippiam deliberatum esset
& Aristides frustra contradixisset: haud sibi temperauit quin cum ex Contione
discederet clara uoce testatus sit/nisi Themistoclem & se ipsum in Barathrum co/
niiceret rem Atheniensium saluam esse non posse. Rursus ad populũ rogationẽ
ferebat/quam cum sibi uehementius exibilatum/at repugnatum esset reuocauit/
tam&si consilii principem populum rogaturum esse/& plurimos in eam ituros
plane cognosceret: quoniam inter altercandum decretum illud reip: detrimento
fore didicisset. Ad hęc incõtione sępe nonnullos earum rerum quas erat conmẽ/
tatus auctores subiecit/ne perpetua Themistoclis altercatio ac dissensio comuni
utilitati impedimento esset. Eius in conuersione rerum urbanarum constantia
laude/& admiratione dignissima uidetur. Nec enim ulli honorum gradus ipsius
animi magnitudinem extulerũt/nec ulli casus/aut offensiones demiserunt. Vbi se

ad remp : contulit sibi nimirum persuasit / etiam nulla pecuniarum nulla glorię
mercede proposita in officio nō manendum esse . Quo factum est / ut cum in the-
atro uersus quos Eschilus ad Amphiarum scripsit / referrentur : hic esse iustus ac
uideri . nihil auet magnos profundi pectoris fructus legens : Consilia de quo
germinant clarissima / omnes in Aristidem oculos conuerteret . uelud in eum cui
optimo iure in hoc uirtutis genere primas partes sine controuersia tribuerent . Sic
igitur institutus erat / ut non modo popularibus in causis / quibus se beniuolētia
ciuiū muniret : acerrimus ęquitatis defēsor esset : sed ut eā fortissime ac seuerissime
tueretur / nullius iracundiā / nullius inimicitiā / nullius deniq; simultatē declinaret.
Qua de re memorię traditū est / cū aliquando quēpiā initium uocasset ! & ii qui
rem illā iudicabāt / post Aristidis accusationē reum cām dicentem audire nollent /
quin suffragia quibus eum dānarent ex templo postularent : Assurgēs Aristides
supplex apud iudices intercessit / ut illū quēadmodū legibus statutū erat / diligēter
audirent . Rursus arbiter inter duos delectus / cum alter ut ipsum ī aduersarium
magis ac magis afficeret extra cām pleraq; illius in Aristidē maledicta recēseret :
Hęc missa faciamus ait / tu uero bone uir / siquid ī te cōmisit explica quoniā ī prę-
sentia tibi non mihi iuditiū exerceo . Fisci postea procurator designatus nō ętatis
suę solum magistratus / sed & superioris multa quę ad remp : pertinebant in rem
suam uertisse declarauit . In primisq; Themistoclē qui tam&si sapiens uir parum
tamē continentes manus habuisse iudicatur . Qua propter collectis operis suis
Aristides ab ipso accusatus / & ut Idomeneus refert repetundarum dānatus est .
Quę res cum optimatibus acerba & grauis esset / Aristides non modo illo mul-
ctatitio argento liberatus / sed de integro huic ipsi curę refectus est . quo ī munere
uniuersā mutasse administrationis rationē simulauit . Is siquidē qui reip ; pro-
uentus sibi per iniuriā uindicassent leuis ac facilis uidebatur / ut qui nec eos more
suo grauiter persequeretur / nec ut diligētissime rationem redderent laboraret . Quo
facto omnes qui expilatione ciuitatis locupletabantur / Aristidem ferre in cęlum
laudibus & sūmo studio populo blandiri ut iterū eum ad hoc munus diligeret :
quē cum non suffragiis / sed porrigenda manu magnā significationē uolūtates de-
claraturi forēt / Aristides eos hunc inmodum acriter increpuit . Cum probe īquit
integreq; remp : administro existimationem meā multis maculis aspergitis / cum
autē urbanis expilatoribus multa cum fraude concedo / me quasi sūmum uirum
& ciuem admiratione dignissimum reputatis . Quę cum ita sint Athenienses iis
honoribus quos mihi nunc decernere cōtēditis / ut ego sentio plus mihi dedecoris
& turpitudinis affertur : q̃ prius allatum est / cum mihi repetundarum mulctam
irrogastis . Quamobrem magnopere me uestri miseret apud quos improbis ob-
sequi gloriosisu est q̃ fortunas publicas conseruare . Hęc cum dixisset & in hui-
uscemodi furta uehementer inuectus esset : eos qui suę laudis bucinatores ac pa-
troni fuissent tacere fecit / solidā īde & expressam quādā gloriā iustissimis ex causis
adeptus . Postq̃ Clathis a Dario missus / uerbis quidē ut Athenięses qui Sardis
igni uastauerāt / pęnas darent / re uero ipsa ut gręcos in ius dicionēq; suā redigeret
oībus copiis se Marathona recepit / populationibus ac prędis in agros hostium
impetū fecit . Hoc ī bello Athenienses decem imperatores pręfecerunt / inter quos
dignitate gloria & potentia Miltiades primas / secundas autem Aristides partes
habuit . qui cū sua sentētia in bello gerendo miltiadis consiliū cōfirmasset / magno

profecto momento fuit. Duces enim eius collegę cum ſic inter ſe ſtatuiſſent/ut in
ſingulos dies rei ſũma ad unũ deferretur: ipſe cum ea ſibi obtigiſſet ius imperii
& auctoritatẽ ſuã in Milciadẽ contulit & ſocios principes docuit melioribus ac
prudentioribus parere ſine ulla turpitudinis nota ſalutare ac decorũ eſſe. Hunc
in modum aĩos pacans/ac mitigans contentiones/eos induxit ut quieto animo
unam optimã ſententiã cõiter uſurparent. Quod Milciadis imperium perpetua
poteſtate firmiſſimũ reddidit. unus enim quiſq; Ariſtidis exemplo ſe ab hoc col-
lato in diem munere ſponte abdicans Milciadi ſuo ex iure conceſſit. Dehinc cum
Athenienſes media acie conſtituti inter pugnandum ualde laborarent/& Barbari
ſatis ſuperq; diu Leontidẽ ac Antiochidẽ tribu urgerent/Themiſtocles & Ariſti-
des e regione ſtructis inter agminibus ſtrenue ac fortiſſime dimicauerunt/quorũ
alter ex Leontide/Ariſtides autẽ ex Antiochide tribu erat. Ii cum Barbaros ce-
dentes in fugam uertiſſent acri impetu naues adorti ſunt/quę cum ad inſulas ut
ipſi cernebant non ſe tranſmitterent ſed inuentorũ ac tẽpeſtatis uexatę uĩ Atthicã
terram repente referrentur/ueriti ne urbs ſine militibus ac defenſoribus deſtitutã
inpoteſtatẽ hoſtium ueniret in patriã nouẽ tribus ſubdito reducere ſtatuũt/quod
eadem die magnum itineris ſpatium emenſi conficiunt. Ariſtides ſua cum tribu
Marathone cuſtodię relictus ut captiuos prędãq; ſeruaret/opinionẽ quã de ſuis
moribus prędixerat non fefellit. Nam cum argenti & auri uis paſſim & ueſtimẽ-
torũ oĩs generis ac in tabernaculis innumerabiles pecunię & in nauigiis eſſent
quibus Barbaros nudauerant/nec ipſe cõtrectare quippiã uoluit/nec ut ab aliis
attingerentur paſſus eſt. Quapropter ſubreptiones nullę factę niſi ſiquis eo ig-
naro non nihil prędę ſibi ademerit. Vt de Callia antiſtite traditũ eſt. quem cum
Barbarus errore comę ac coronę captus quaſi regem adoraſſet cõprehenſa dextra
ei ubi magnum auri pondus a Barbaris defoſſum erat indicauit. Callias crude-
litate ac iniuſtitia quibus reliquos homines anteibat fretus aurũ capit: & hoĩem
ne ſuis rumuſculis res ad alios deferãtur ĩmaniſſime necat. Hinc a comicis cęteri
qui ex Callię familia fuerant laccopluti ideſt ex foſſa locupletati cognominati ſunt
cum locũ illũ caperẽt ubi comperto auro Callias diues factus eſt. Ariſtides ex-
templo magiſtratum ex quo ſingularẽ laudẽ comparauit iniit. Demetrius autem
Phalereus ipſum poſt Platenſem pugnã paulo ante mortẽ hoc munere functum
eſſe ſcribit. In iis uero poſt Xantippidem inſcripti ſũt: cuius tempore aput pla-
teas Mardonius profligatus eſt: eius noĩs inter multos neminem accepimus.
Cęterũ poſt Phampum in cuius magiſtratu ex pręlio quod apud Marathana
geſtum fuit uictoriã retulerunt/Ariſtides illico princeps inſcriptus eſt. qui cum
oĩs uirtutis tum maxime ęquitatis ac iuſticię apud populũ periculũ fecit/quę ad
ſummam ſemper multitudinis utilitatẽ ac fructũ referũtur. Ex quibus Ariſtides
quanq̃ uir inops & Plebeius/regium tamen in primis ac diuiniſſimũ iuſti ſcilicet
cognomẽ aſſecutus eſt. Quod nullus unq̃ rex aut tirãnus appetiuit. ſed urbium
expugnatores fulmina/uictores aquilas/accipitres appellari ſe ingenti cũ uolup-
tate uoluerunt. Quamobrẽ quia uiribus & potentia potius ut conſtat q̃ uirtute
gloriã conſequi cupiere. Deus cui ſe ſimillimos efficere ſtudio/cura/opera/conatur
iis tribus maxime preſtare cęteris omnibus uidetur/ĩmortalitate ſcilicet/poteſtate
atq; uirtute/e quibus nihil uirtute pulcrius/nihil honeſtius/nihil diuinius eſt.
Quid ni. nam & inane & elementa natura ſua non intereunt terremotus autem

fulmina/uentorum impetus/ac fluuiorũ cursus ingentem potestatem habent/sed
nihil diuinum esse potest/nisi quo prudẽtia ac sapientia prẹditum ius fasqꝫ sibi
compararit. Proinde cũ tria sint quibus omnes ad deum reuocãtur/beatitudinẽ
Videlicet metu/ac honore/eum quidẽ beatũ existimant quod eã uitam uiuat. quẹ
cunctis sẹculis consequentibus eadẽ ac ĩmortalis futura sit. Propter sũmam uero
potentiã non timere non possunt. At iusticia causa est cur ament/honorẽt/colant
quẹ q̃uis sic se habeant/ipsi tamen ĩmortalitatẽ quã natura sua non patitur/&
potestatem cuius plurima pars in manu fortunẹ posita est/concupiscunt. Virtutẽ
autẽ cuius solius ex rebus diuinis particeps esse possumus post habẽt atqꝫ abiciũt:
insipienter quidẽ quoniã illud uiuẽdi genus quod maximis copiis/opibus/prin-
cipatibus nititur si cum iustitiẹ dignitate coniungitur diuinũ fit. Sin disiungitur
a fera & agresti uita nihil distat. Hoc igitur fundamẽtũ cũ primũ Aristidi grãm
& auctoritatem/consequenti uero tẽpore odiũ ac inuidiã conflauit/presertim cum
Themistoclis sermones passim in uulgus dissiparentur/quoꝝ sũma erat Aristidẽ
hac sua iudiciaria consuetudine/& Forensi potestate Clam sublatis iudiciis sine sti-
patoribus/sibi regnũ cõparasse. Ciuitas quoqꝫ uictoria iã insolẽs facta/atqꝫ max-
imarũ rerũ auida ẹgre ferebat: cum quosdam auctoritate & gloria anteire cẹteris
audiret. Itaqꝫ postq̃ frequens undiqꝫ in urbem conuenit: Aristidẽ Ostraco in ex-
iliũ non affectati regni suspitione ut prẹse ferebãt/sed glorię illius inuidia relegãt.
Non enim ex Ostracismus improbitatis castigatio est/sed ad honestandũ facinus
elationis ac grauioris potestatis moderatio & pẹna dicebatur. Erat siquidẽ hu-
mana liuoris consolatio/quẹ cum haud intollerabilis esset mẹrorẽ ac dolorẽ quem
cuiuspiã amplitudo peperisset suis ex finibus ducẽ ãnos exterminaret. Postq̃ aũt
improbos ac humiles huic mulctẹ subici cẹptũ/& postremus oĩm Hyperbolus
id genus exilio mulctatus est mos ille destitit. Eum uero hac de causa relegatum
nonnulli tradiderunt. Alcibiades & nicias cũ in ciuitate plurimũ possẽt magna
dissensione factionum principes erãt/qui partium studiis q̃ primum prospexerũt
Ostracum scriptionis gratia in eorũ alteꝝ peti unã congressi cõmuni consilio cũ
suis cõplicibus egerũt/ut Hyperbolus hoc exilii genere plecteretur. Deinde facti
indignitatẽ aĩaduertens populus/q̃ rei magnitudini/abiecti hoĩs dãnatio cõtẽptũ
& turpes ĩmisisset maculas: deĩceps Ostraci consuetudinẽ penitus antiquauit/quẹ
scriptis nostris hunc maxime in modũ adumbrari põt. Ostraci idest calculi ui-
ritim in concilio dabantur/& in eis quisqꝫ quem ex ciuibus urbe cedere uellent
litteris indicabant: quos postea in unũ fori locũ cancellis circũseptum deferebãt
Magistratus uero quibus negotiũ dabatur primum quidẽ uniuersos simul re-
censebãt/qui nisi sex miliũ numeꝝ excessissent nihil confectum esset. postea unius
cuiusqꝫ calculis sepositis eum quẽ pluribus sententiis dãnatũ cognoscerent decem
ãnos extorrẽ fore declarabãt/ea tamẽ conditione ut fructus suos capere liberũ sibi
relinqueretur. Multis itaqꝫ ut unde discessit reuertatur oratio in Aristidẽ scriptis
ignoratione litterarum nonnulli penitus egrestes Ostracum suum Aristidi uelut
uni ad quem nihil tale pertineret/ut in Aristidem scriberet porrexerunt. Hic cũ
multitudinis aduersus se cõcitatẹ studium admiraretur quesiuit. Num ab eo quẽ
in exilium mittere statuissent mali quicq̃ perpessi essent. Cui nihil sibi mali factũ
nec a se uirum cognitũ esse/sed moleste ferre dixerunt quod omnibus in locis hũc
ipsum iustũ audirent. Quẹ cũ accepisset Aristides nihil locutus illis queadmodũ

contenderant inscriptum Ostracum rediit. Dehinc concedens ex urbe manus ad cęlū tendes non sicut Achilles gręcis iratus deprecatus est: sed ut Atheniēsibus quęcūq; uellent sic bene fauste, feliciter euenirēt ut Aristidis sibi nunq̄ ueniret in mentem. Tertio post anno cum Xerxes per Thesaliam ac Boetiam ductaret exercitū, & Atthicam adoriri statuisset: Athenienses antiquata lege exules restituere Aristidis causa presertim: quē oēs si cū hostiū copiis iungeretur reip: perniciosū fore, & cōplures eius auctoritate & gratia ciues ad Barbarum defecturos formidauerant. Sed eorum q̄ falso metu preoccupatus aius fuerit res hęc testimonio erit. Antea enim q̄ reditum eius decreuisset ciuitas, nihil sibi fuit antiquius q̄ ut gręcos ad libertatem hortaretur, sollicitaret & studiosos & ardentes inflammaret. Post reuersionis suę decretū Themistoclem cui rerum sūma commissa erat cunctis in rebus cōsilio, opera, diligentia iuuit, & coī salutis gratia inimicissimū sibi laude & gloria ornatissimū ac cumulatissimū prestitit. Cum Euribiades Salaminā deserere deliberasset & regię Triremes noctu transuectę circūstarent, transitūq; ac insulas corona cinxissent, cunctis rei huius ignaris Aristides aditis mille periculis ex ęgina per hostiū Classem Traiecens in tempore profectus est. Subinde noctu ad Themistoclis tabernaculū uenit, quē solū euocatū remotis arbitris sic alloquitur. Nostre partes sunt Themistocles si sapimus ut iā inani ac puerili dissensione posita: nouam de integro rationē ineamus, ut salutari ac honestissimo certamine contendentes: tu quidem imperio ac potestate: ego autē ministerio gręciā terram conseruemus. Quam ad rem tu solus optimā sententiā attigisse ac probasse mihi uideris, cum inter angustias de maturando nauali prelio decreuisti. quod si contraria sociorū deliberatio nobis est hostes ut augurari cōiectura possumus quodāmodo nobis adiumento sunt: quorum nauibus uicinum mare, a latere, a frōte a deniq; oī parte tenetur, ut etiā qui sua spōte dimicaturi non sunt rebus desperatis strenue ac fortiter manū conserere necessitas cogat. Eum enī in locū deducta res est, ut nulla fugę uia reliqua sit. Ad hęc Themistocles uellē inquit o Aristides ut in hac re mecum inito certamine superares, ideoq; nihil pretermittā ut tecū hoc honesto cōtentionis genere decertās re ac factis superior sim. Deinde fraudē qua Barbarum circūuenire machinabatur patefecit, & ut Euribiadi suadeat nullā nisi in nauali prelio salutis opem relictam esse cohortatur. eius enim fidem pluris faciebat. Ex quo Cleocritus Corinthius imperatoribus in concilio coactis, cum Themistoclem de sentētia deiicere cuperet dixit, nec ipsi Aristidi qui presens tacet consilium eius probari. Cui sic refragatus Aristides. Non tacerem inquit si Themistocles quę contra remp: essent in medium afferret. nec hoc tempore eius beniuolētia & gratia, sed decreti collaudatione tacebam. Hęc a gręcę Classis prefectis agebantur. Aristides autē ut aīaduertit Psytaliā insulā haud sane magnā quę in transitu Salaminis sita est hostium copiis refertam, impositos leuibus nauibus promptissimos in eā trāsmisit ubi collato Marte Barbaros uicit ac deleuit. Omnes enim in eo prelio desiderati preter nōnullos clarissimos ac primarios homines qui uiui capti sunt. Hoc in numero tres Sanclauces sororis regis filii erāt quos cum Aristides ex tēplo ad Themistoclem deferri curasset, Eufrantidis uatis iusso crudo libero patri statim īmolauit. Extrema insulę stationibus militū conmuniens: insidias in illos qui transueherentur ita disposuit ut nec insultus suis cędē nec hostibus fugā afferre posset. Hoc in loco quia magnis nauiū conatibus

ac sũmis uiribus decertatũ est Tropheũ erexit. Prelio iam confecto Themistocles
Aristidis aĩum tẽptare uolens illustres inquit res gessimus confiteor/sed ut uidere
uideor restat/ut illustriores conficiamus: ut scilicet asiam in europa capiamus.
id facile consequemur si confestim ad Hellespõtũ annauigantes pontẽ refrigemus
His dictis Aristides ut hęc missa faceret iussit. at uero potius quo pacto q̃ primũ
medũ e gręcia eiiceret omni cura/industria/uigilantia cogitaret ne tantus militum
numerus sublata fugiendi facultate coactus ad dimicandũ conuertatur. Quę cũ
audisset Themistocles rursus Aruacẽ Eunucũ unũ ex iis qui uini in deditionem
accepti erãt internuntiũ emittit ut Clanculum regem edoceat gręcos ad angustias
transmittere & pontẽ rescindere properantes ut eius saluti consuleret aĩaduertisse.
Is igitur hoc nuntio accepto confestim inde castra mouit/& trepidatione ac metu
plenus quanta celeritate poterat ad Hellespontũ contendit. Quicquid uero floris
& roboris in exercitu fuit trecenta autẽ ferme milia militũ erãt. Mardonio duci
reliquit/q firmissimis pedestribus copiis cõfisus adhuc magno terrori gręcis erat
quibus minitabũdus hunc ĩmodũ scripsit. Vicistis Maritimis lignis/terrestres
uiros oĩ exparte naualis artis ignaros. Ecce nũc amplissima ac fusa Thessalia atq;
Boetię cãpus amplissima loca sunt. ubi recta ac iusta pugna/uera uirtute magno
equitatu ac preditatu de sũma rerũ decernamns. Atheniensibus autẽ regis noĩe
litteras misit/quibus in fidẽ suã recepit/eorum urbẽ ferro igniq; passim deuastatã
rehędificaturũ/& ipsis magnum auri pondus daturũ: eorũq; ciuitatẽ totius gręcie
principem facturum: si bello quod nunc aduersus gręcos gereret absisterent. Id
cum Lacedemonii rescissent magnopere ueriti legatos Athenas dimittunt/orant/
ut liberos & uxores spartam uenire iubeant: grandioribus quoq; natu se lubẽter
alimenta suppeditaturos. peruastatis enim agris & urbe eo res deducta erat/ut
populus non modo caritate/uerum etiã fame grauiter laboraret: quod quãq̃ sic
se haberet nihil tamen actum est. Hęc enim cum a legatis accepissent grauissimã
Aristidis sententiam qua sic Lacedemoniis responderetur secuti sunt. Hostibus
minime succensere Athenienses si res omnis auro atq; opibus uenales existiment
pęnes quos iis imbecallis & conmutabilibus pecunię membris/nihil pulcrius
nihil prestãtius/nihil amabilius est. Subirasci autem Lacedemoniis qui necessi/
tatem solũmodo atq; inopiã quibus per id tẽpus laborent diligenter aĩaduertãt:
uirtutẽ autẽ suam & laudis & glorię cupiditatẽ obliuiscantur: cum in animum
sibi inducere contendant ut cibaria mercede sua armis pro salute gręcię dimicent.
Hęc cum Aristides scripsisset legatis in conciliũ introductis Lacedemoniis renũ/
tiari iussit. Atheniẽses erga gręcorũ libertatẽ sic aĩatos/ut nullũ tantũ auri põdus
supra subterq; terram sit: quo adduci possint ut ipsum saluti gręcię anteferrent.
Mardonii quoq; legationi respondit. Quousq; hic quem uideris sol cursum hũc
currere perget/Athenienses cũ Persis belligerabunt: ut absumptos fines suos &
uiolatas/ac demolitas sacras ędes ulciscantur. Sacerdotes etiã publice execratioẽs
indicere constituit/siquis caduceatoribus missis de fęderis pacis amicitię condi/
tionibus cum medis ageret/aut gręcorum societatẽ desereret. Mardonio ubi oĩs
mentio pacis excidit rursus exercitum in Atticam inducente/Athenienses denuo
Salamina refecti sunt. Aristides Lacedemonem missus eorũ ignauiam tarditatẽ,
ac negligentiam grauiter castigauit/quibus factum esset ut Barbari de integro
Athenas recepissent. postremum orabat ut gręcię quę reliqua erat saluti ope ac

auxilio non deessent. Ephori ea re audita subsequẽti nocte nam interdiu Hyacin-
thiorum celebritate ciuitas ludis & otio teneri uidebatur/quinq; milia Spartiatarũ
quorum unusquisq; septem secum ilotes trahebat insciis Atheniensibus emittũt
Paulo post Aristides cum se nihil impetrare censeret aspere rursus societatis eos
admonens reuertitur. Id cum risu Ephori exciperent eumq; garrire & somno in-
tentum fuisse dicerent: suum siquid iam apud Oresum aduersos externos sic enim
Persas appellant proficiscentẽ exercitũ esse. Tum Aristides respõdere cauillãdi ac
ridendi tẽpus nõ esse: nec ipsos amicos inimicorũ loco fallere ac decipere pulchrũ
Hęc ab Idomeneo traduntur. In eo autẽ decreto quo Aristidi assensũ est apparet
non ipsum sed Cymonem Xantippũ & Mironidẽ hoc legationis offitio functos
esse. Cęterum Aristides oĩm cõsensu imperator ad id prelium creatus cum octo
milibus Atheniensium militũ plateas uenit: ubi cum Pausania se cõiunxit: qui
quoniam grecis unus princeps erat constitutus maximas undiq; tum exparta
tũ ex cętera grecia copias cõtraxerat. Barbaris uero adeo innumerosa multitudo
presto fuit ut nullus penes Asopũ fluuiũ collacis castris terminus esset. Sarcinas
autem & impedimenta cęterasq; pretiosas res in mediũ coniectas muro quadrato
circũuenierũt: cuius latera quaq̃ uersũ denum Stadiũ longitudinẽ procedebant.
Pausanię grecisq; comiter Tisamenus Eliensis Auguralisciam preditus portendi
uictoriam predixit: si Scuto potius/q̃ Ense uteretur. presagiebat enĩ eos uictores
fore si in hostem non progrederentur: sed Vltores Barbarorũ impetũ exciperent.
Cum autẽ Aristides Delphos misisset responsum hoc relatum est. Hoc in prelio
Atheniẽses superiores futuros si uouerẽt/Ioui/Iunoni/Citheronię/Paui/Nymphis
Sphargiticis/si Semideis quoq; Androcati/Leuconi/Pisandro/Damocrati/Hyp-
sioni/Acteoni/Polyido sacra facerent: & ĩ campo Cereri Eleusinę atq; Proserpinę
Dicato periculũ intra fines suos facerẽt. Hoc oraculo renũciato Aristides Anceps
cura fuit. Heroes quibus facere ĩperatũ erat auctores Plateensium fuere. Sphar-
giticarũq; nympharũ Antrum in altero Citheronis uertice extat quod ad estiuũ
solis occasum uergit in eoq; ut aiũt responsa superiori tempore dari solebant. Vbi
accolarum multos numine afflatos asseuerant: quos Nympholeptos idest A
nymphis captos appellabant. Cãpus autẽ Cereris Eleusinę uictorię significatio si
suos intra terminos cum hoste pugnarẽt/iterum Atheniẽses in Atticã reuocabat
ac traducebat bellum. Interim Arimnestus Plateensium dux per somnũ a Ioue
conseruatore quod greci facturi essent interrogari uisus ad Iouem conuersus hũc
in modum respondit. Die crastina summe rex motis castris apud Eleusina con-
sidebimus: quo in loco Pythio freti consilio ui & armis manus cum Barbaris
conferemus: Cui tum Iupiter eos penitus falli ac decipi monuit/ea sane quę py-
thius iussisset prope Plateensem agrum si quererent inuenturos. Is per quietem
manifeste uisis Arimnestus somno excitus & prudentissimos ciues & ętate max-
ime profectos cõfestim accersit: quibus cum multis uerbis ultrocitroq; cõgressus
sub Citheronem pęnes Nyseos uetustissimũ templum stare deprehendit. quod ut
fama est ipsi Cereri Eleusinę atq; Proserpinę dicatũ esset. Id ut prospexit Ascitũ
Aristidem ad locum deducit. qui natura sua ad instruendam ac disponendam
pedestrem phalangẽ iis qui equitatu inferiores essent cõmodissimus erat. quoniã
pars una Citheronis conterminos & contiguos agros campo in quo Sacellum
edificatum esset/equitibus inuios & in accessos aditus efficiebat. Haud lõge hinc

Androcatis Herois delubrum fuit. quod nemorum densitate & arborũ umbra
quasi quadam corona cingebatur: atqꝫ nihil ad uictorie spem deesset/quã oraculũ
sibi portendisset: Plateenses Arimnesto legem ferente fines suos qui ad terram
Atticam uergunt/e medio sublatis grecię causa Atheniẽsibus dono dare decreue-
runt: ut inter suum agrum quẽadmodũ responsis admoniti sunt cum hoste signa
conferrent: Hęc Plateensiũ aĩ magnitudo ac magnificentia tanta oĩum gentium
prędicatione celebrata est/ut Alexander multis post annis Asia Potitus Plateas
męnibus cinxerit & ĩ Olimpicis ludis per pręconem sic edixerit. Rex Plateẽsiũ
fortitudini ac magnitudini aĩorum hãc in pręsentia grãm refert. quoniam bello
medico agros grecis adiecerunt/& promptissimis animis atqꝫ corporibus omni
ex parte in cõmunẽ grecię salutem se contulerunt. Deinde inter Athenienses ut
de institutũ reuertar & tegeatis de instruendis aciebus orta contentio est. Atheni-
enses enim dignũ esse cẽsere/ut nihil extra ordinẽ decerneretur: sed ex more dextrũ
cornu Lacedemonii/ipsi sinistrũ haberent. Thegeate uero multis uerbis de mag-
nitudine rerum differere quas maiores sui superiori tempore gessissent. Id cum
Athenienses ęquo aĩo ferre non possent/Aristides assurgens tali oratione usus est.
De nobilitate atqꝫ fortitudine tegeatis respondere mihi per hoc tẽpus non licet.
uobis autem a Lacedemonii & reliqui greci qui nunc adestis dicimus quoniam
locus nec uirtutem prestat: nec adimit/quã uos nobis in acie partem dederitis/eã
instruere ac tueri conabimur ne rebus antea fortissime gestis dedecori simus. Ve-
nimus enim huc non ut seditionibus cum sociis confle̲ctemur/uerũ ut sociorum
causa cum hoste signis collatis decertemus/nec ut parentes uestros solum/sed ut
nos ipsos laudibus celebremus & grecię hodierna die strenue nauemus operam.
In hoc certamen descendimus in quo talem ciuitatem imperatorẽ militẽ prestituri
sumus qualẽ greco nomine dignũ putare debemus. Secundũ Aristidis orationẽ
imperatores & qui in contionẽ aduocati erant ad Athenienses inclinauere & eis
alterum cornu contulerunt. Per id tempus res grecię fluctuaret & Atheniensium
statutis multis obnoxius periculis esset homines locupletissimi & clarissimo loco
nati cum belli causa in ęgestatem incidissent nouarum rerum cupidi facti sunt.
indignabantur enim cum gloriam & potentiã quibus in ciuitate aliquando flo-
ruissent absũptis ac exhaustis opibus suis perisse & ad nouos hoĩes spectatissimos
deferri magistratus cernerent. Quãorbem plateis quodam in domicilio frequẽtes
occulte conuenientes in populi perniciem coniurauerunt. Quod nisi ad suũ sensũ
succederet res disturbare & Barbaris prodere constituerãt. Dum hęc in exercitu
aguntur & huius mali contagio latius serperet/ad Aristidem eorũ oĩum quę acta
erant inditiũ delatum est. Qui ubi hunc nuntiũ accepit tẽporis conditione soli-
citus nec rem tam fędam negligere/nec prorsus detegere censuit ut ad multitudinẽ
quoqꝫ intestina hęc discordia deferretur iustam magis q̃ utilẽ rationẽ uestigauit.
Ex multis octo tantum cõprehensis solũ in Eschinẽ lambreũ & Agisiã a carnaniũ
duos cõiurationis principes iudiciũ latum est/qui raptim ex castris diffugiebãt.
Ceteros qui in ea noxa erant dimissos bono animo esse uoluit/eis quoqꝫ ut qui
erratum suũ obscurum esse crederent penitendi locum reliquit adiecitqꝫ hoc pręliũ
iudicem futurum quo ipsi bene de patria meriti ab eis sic accusationibus recte
ac iuste liberarent. Post hęc Mardonius qui plurimũ grecis prestare uidebatur
collectum equitatum in hostes ĩmittens eorum animos tentabat/qui oẽs radicẽ

Citheronis munitum ac petroſum locũ preter Megarenſes inſederant .Ii tribus
milibus militũ freti campeſtri loco caſtra poſuerant|quo factum eſt ut temeritatis
ſuę penas darent|nam frequentem in eos ingruentem equitem & impetũ undiq;
facientē cum ſuſtinere non poſſent|Pauſaniā per nuntiũ orant ut integris ſubſi/
diariis copiis in prelium ſubmiſſis pulſos ac cedentes & Barbarorũ multitudine
turbatos tueretur· Pauſanias ea re audita āceps fuit|cernebat ſiquidē megarēſiũ
caſtra ob miſſilium ac Sagittarꝝ denſitatē quaſi e proſpectu adēpta eoſq; cōfertos
parum in orbē coactus quibus Phalange Spartiatũ quę grauis arma cure eſſet
equitibus hoſtium incũbentibus opem ferre non poſſet . Quocirca cohortũ pro/
fectos & duces multis enī ſtipatus erat uirtutis & honoris cupiditate intendit|ut
tunc ſponte cum hoſte certarent . Et reintegrata pugna recenti milite ad auxilium
Megarenſibus ferendũ procurrerēt . cęteris ob diſcriminis magnitudinē certamē
decertantibus . Ariſtides Athenienſes id facturos in ſe recipit . Olimpiodorum
igitur ultra omnes cohortũ profectos manu promptiſſimũ ſtatim mittit qui tre/
centis lectiſſimis militibus & permixtis ſecum ſagittariis prępoſitus erat : Is ma/
ture paratis ad|ſeruandos ſocios curſu properantibus Maſiſtius inter Barbaros
prefectus equitum iure fortitudine admirabili & magnitudine ac pulchritudine
corporis ſingulari ut aīaduertit in eos uerſus ſubditis calcaribus q̃ concitatiſſimũ
equũ immittit cuius imperium excipientibus collato marte pertinaciter pugnatũ
eſt . Acrius etiam nitebantur quia hoc preſenti certamine de ſũma rei experimētũ
erat .Ruens autem equus Sagitta Saucius Maſiſtium precipitem ad terrā dedit
qui onere armorum iacens āmoueri nequibat & incumbentibus Athenienſibus
ac manu cedentibus uix contrectare poterat . adeo pectus caput pedes auro ere ac
ferro munierat . Hunc tamē cum quis eam Galeę partem quę ſuperemin et oculo
aduerſa lancea percuteret occidit . cęteri perſe dimiſſo cadauere fugam cepere . Tũ
deprehenſum eſt rem egregie geſtam eſſe non multa hoſtium occidione pauci enī
ceciderant ſed luctu ac clamore Barbarorũ audito|nā Maſiſtii obtruncati dolore
ſe ipſos & equos ac mulos tondere & eiulatu ac plantibus campos īplere quibus
temperare non poterant . Cum poſt Mardoniũ uirum uirtute ac potentia preſtā/
tiſſimum tumultuario illo prelio perdidiſſent . Poſt equeſtrē pugnā multos dies
utriq; nihil actum eſt . Vates enim ex ſacris & Perſis & grecis uictoriā quidem
pollicebantur ſi ſe defendendo rem tranſigerent| claudem aueem ſi primi certamē
inirent . Sub idem pene tempus Mardonius cum paucorum dierũ commeatus
ſupereſſent quibus aleret tantum exercitum ac ſuſtineret .Contra grecis frequens
quotidie multitudo coniungeretur : Mardonius inq̃ hec ſecum agitans animo
non amplius cunctādę ſed maturandę rei conſiliũ capit . Itaq; prima luce Aſopũ
tranſgrediens grecos tale nihil expectantes adoriri ſtatuit : ducibus quid facto
opus erat prima ueſpera imperatum . Medio uero ferme nocte magno ſilentio
eques ad exercitum grecorũ uenit militibus qui pro ſtatione caſtrorũ cuſtodias
habebant obuiā factus iubet ut colloquendi ſibi cum Ariſtide poteſtas fiat . Cui
uocato & q̃ primũ prodeunti dixit · Alexander Macedo ſum . qui pro mea erga
uos beniuolentia maximũ diſcrimen ſubire non timui : ne ſubito hoſtiũ inſultu
uos perturbati minus integris uiribus dimicetis . Mardonius cras de ſumma rei
uobiſcũ ſignis collatis dimicabit : nec ut rem maturet ulla bona ſpes aut audacia
facit : ſed ulterius prorogandi tempus rerum inopia non ſinit . Vates etiam Diis

oraculis ne pręliũ ineat cohibent & exercitus omnis męrore ac ſtupore cõfectus
eſt : Sed eo neceſſitatis uentum eſt ut uel audendo furtuna tentanda | uel diucius
ſtando extrema fames expectanda ſit . Hec cũ dixiſſet Alexander ariſtidẽ orabat
ut ipſe conſtius memoria teneret & neminẽ participẽ faceret . Cui tunc ariſtides
iniquũ eſſe Pauſaniam | cui ſumma retũ cõmiſſa erat hęc ignorare . Cum cęteris
aũt nullum ſe ante pręlium uerbum facturũ . At ſi uicerint quod dii faxint oĩbus
Alexandri uirtutem ac promptitudinem notam fore . Iis ultrocitoq; dictis Rex
macedonũ equo reuectus eſt . Tũ Ariſtides ad Pauſanię tabernaculũ profectus
quo inſtatu res eſſet expoſuit | cęteris poſt aduocatis ducibus imperatũ ut quiſq;
ſuos in ordinem inſtruerent & paratos quaſi iam pede collato confligendum eſſet
continerent . Per id ferme tempus pauſanias ut ſcribit Herodotus Ariſtide cõ-
uento dignum putabat mutato loco athenienſes dextro loco conſtitui & aduerſus
perſas obici . melius enim cũ ipſis decertaturos : cum & eorum belligerandi arte
experti & recenti uictoria audaciores eſſent . Se autẽ Siniſtro in cornu futurũ quo
ex loco gręcos qui medorum partes cõſectarentur exciperet . Reliqui Athenięſiũ
principes ualde ſuperfluis in rebus occupatũ & difficilẽ Pauſaniã dictitabant |
ſi cuncti ſuis in locis dimiſſis ſolus Athenienſes uelut ilotes ſupra & infra collo-
caret & arbitratu ſuo nũc pugnatiſſimę gẽti obiectaret . Ariſtidis autẽ eos magno
in errore uerſarii docuit Nam ſi paulo ante cõtẽdere cũ tegeatis inquit ut ſiniſtrũ
cornu haberetis ad ueſtrã amplitudinẽ pertinere credidiſtis | & eis iuditio pręlati
uos honoſtatos cenſuiſtis In preſentia Lacedemoniis ſponte nobis ex dextro cõ-
cedentibus & quo Dammõ ſũmum nobis principatũ conferentibus : cur gloriã
nobis propoſitam non amatis : preſertim cum in lucro ponere debeatis ſi uero
aduerſus Tribules & neceſſarios ueſtros | ſed Barbaros hoſtes nobis a natura da-
tos dimicandum ſit . Hęc cum diſſeruiſſẽt Athenienſes ſiniſtram Lacedemoniis
aciem ſummo ſtudio dare in dextram ipſi concedere . Plurimę ſe inuicẽ exortãtiũ
uoces diſperſę hoſtes aduẽtare : qui nec armis nec aĩs ſuperiores illi eſſent : quos
apud Marathona profligaſſent . Aſt eoſdem artus maiorem eandem ueſtis uari-
etatem eundem aureum circa mollia corpora & iules aĩos apparatũ . Nobis eadẽ
arma & corpora & pleriſq; ſecundis pręliis maiorem audatiam . Certamen uero
non agrorũ aut urbis cauſa ur maiores noſtri ſed pro tropheis quę Marathone
ac Salamine conſtituimus ut non Milciadis aut fortune ſed Athenienſiũ potius
eſſe uideantur . Interea mutato loco aciem inſtruere & ſe inuicem cõponere ſoliciti.
Hęc Thebani pertranſfugas explorata Mardonio renuntiant . Qui ex tẽplo ſiue
Athenienſes timeret ſiue cum Lacedemoniis maiori cum laude congredi uellet
dextro cornu perſas aduerſus Lacedemonios inſtruxit . ceteros uero gręcos qui
ſecum erãt aduerſus Athenienſes ſtare iuſſit . Palam autẽ mutatione acierũ facta
Pauſanias iterũ indextrum cornu ſe recepit & Mardonius ſicut initio habuerat
ut manum cum Lacedemoniis cõſereret in ſiniſtrum reuertit . Eo die nihil actũ
gręcis in concilium uocatis lõgius caſtra mouere uiſum atq; locũ indagare unde
oportune aquationes eſſent . propinqua enim omnia fluenta Barbari fedauerãt
& maximo equitatu occupauerant . Sequenti nocte cum duces ad deſtinatum
caſtris locum ſuos agerent multitudo uix conſtare ac difficile ſubſequi . Vt enim
ex prioribus exceſſeruut munimentis magno numero uerſus Plateenſium urbem
paſſim diſcurrere . Vnde cum ſine imperio Palati diſpergerentur & tabernacula

nullo ordine componerent/non mediocrem tumultum fecere. Lacedemoniis aũt
ſolis inuitis obtigit ut poſtremi ceteris procurrentibus relinqueretur. Amonpha/
retus uir animoſus ac in adeundis periculis temerarius iam diu pugnandi cupi/
ditate ardere & diſcrutiari animo quãdo huiuſcemodi tarditate prorogari pugne
tempus intelligeret caſtrorumq́ mutatione latentẽ fugam uociferans exprobrare
& aperte dicere non tergiuerſabor/aciẽ deſerens ſed meis cõmilitonibus hic per/
ſtans mardonium effuſo impetu properantem excipiam. Cui cum Pauſanias oc/
curriſſet iuſſiſſetq́ ut impigre faceret qui conuocata concione greci faciundum eſſe
decreuiſſent/ Amõpharetus ante pedes eius ingens manibus ſaxum attollens
iecit. Et hoc inquit qui timida conſilia ac decreta repudio ut pugnandi copia fiat
meum ſuffragium eſt. Preſens hic rerum ſtatus pauſanie dubitationem incuſſit.
Itaq́ Athenienſes abſcedentes miſſo nuntio rogat ut manerent & una ſecum iter
agerẽt. alias ipſe copias plateas ductabat ut Amonpharetũ ĩde ſũmoueret. Dum
hoc geruntur dilucеſcente iam die mardonius aduentans · non enim eum fugerat
grecos uacuis relictis caſtris exiſſe cauto agmĩe ingẽti clamore barbaroꝝ ac ſtrepitu
in lacedemonios repente ferebatur: quod in gręcos fuga per agros palantes non
dimicaturus uerũ ſpoliaturus irrueret. quod ut cõtigeret paruo momẽto opus
erat. Id ut pauſanias aĩaduertit iter continuit & ſuos in ordinẽ redire quaſi pręliũ
inituros imperauit. Ceterũ uel iracundia in amonpharetũ concitus uel repẽtino
hoſtis aduentu perturbatus gręcis ſignũ dare oblitus eſt. Quo facto nec ſtatĩ nec
cõferti ſed rari & ſparſi ĩ ipſo ferme certamĩe auxilio ueniebãt Vt uero primis hoſti/
is litare nõ poterat ſpartiatos ſcutis ante pedes poſitis quietos cõſidere iuſſit nec in
iuſſu eius certamĩs ſtudio: in hoſtẽ exire. uerũ aĩum adhibere/ſi quid ĩparaſſet.
Eo rurſus imolante cũ equites iactis cominus telis irruiſſẽt unus Lacedemonius
ictus eſt. Inter hęc callicrates qui anguſta forma & corporis magnitudine ceteros
gręcos/qui in eo exercitu fuerũt/ſuperaſſe traditur: ſagitta percuſſus ac propemodũ
exaĩatus. Ego quidẽ ĩquit mortẽ nõ lugeo quãdo domo proficiſcens ut pro gręcia
morerer huc uenerĩ/ſed augor aĩo q́ nec ſtrenue nec fortiter dimicãs oppeto. Hic
caſus etiã atq́ etiã grauis erat ubi tãta illoꝝ hoĩum cõtinẽtia fuit ut admiratioẽ dig/
niſſĩa ſit adeo ut irrũpẽtes hoſtes mĩme propulſarĩt/ſed eoꝝ ĩpetũ ab deo atq́ eoꝝ
duce dimicãdi tẽpus expectãtes ſuſtinuerũt. Cũ tamẽ interim hoſtis obnixius
aggrederetur ac pertinacius aciẽ ſuam confundere ac diſſipare niteretur: monu/
mẽtis proditum eſt dum Pauſanias pauliſper extra militum ſtationes rẽ diuinã
faceret ac adoraret nonnullos repente lydos irrũpentes ſacrificiorũ apparatũ diri/
puiſſe ac diſiecиſſe: quos ipſe & qui latus eius cingebant cũ inermes eſſent uirgis
ac loris percuſſerunt. Ideoq́ nunc lacedemonie in huius excurſionis memoriã in
Ephebos plagis circa arã ſeuiũt/& deinceps lidorum celebritatem ſeruãt. Quę cũ
ita eſſent męror ac grauior cura Pauſaniam inceſſit. Cęterum ubi uates ſacrificia
inſtaurauit collacrimãs cõuerſus ad templum oculis & manibus ad cęlũ ſublatis
Iunonem Citheroniam & reliquos deos. in quorum tutela Plateẽſis ager poſitus
eſſet obſecrauit. ſi gręcos uictores fore fatatum non erat ſaltẽ factis ipſis re ſtrenue
geſta hoſtibus oſtendant aduerſus fortes uiros bellicis artibus inſtructos bellũ
geſſiſſe. Poſt Pauſanie orationem qua auxiliares ſibi deos inuocarat ſacrificia &
augures in manu uictoriam eſſe portenderet. Omnibus deĩde iuſſis ut aduerſus
hoſtem ſtarẽt/Phalanx uni aĩati ſimilis uiſa quę ferox & horrens tota in audatiã

ac uigorem conuertitur. . Tum Barbarus cum uiris certamen fore sensit qui non minus acriter q̃ pertinaciter uel ĩ morte pugnaturi essent. Quãobrẽ multis factis sacras sagittas in Lacedemoĩos cõiiciũt qui simul ad testudinẽ instructi hostẽ aggressi persicis repulsis missilibus gradũ acrius intulere. Persarũ uultus ac pectora pilis ferientes cõpluris non ĩpigre nec incassum cadentes prostrauerunt. Nam cõprehensis nuda manu lanceis plurimas confringere, & intrepide nudato ferro procedentes gladiis & acinatibus diutius ex aduerso rem gessere. Athenienses uero Lacedemonios expectãtes quietẽ agere donec magno pugnãtiũ clamore & Pausanie nuntio cognita re mature ad subsidiũ ferendũ impetũ fecerũt. Eis properantibus gręci qui medis fauebãt se se obuios intulerũt. Id ut Aristides cernit ceteris relictis primus procedit & Gręcienses deos testatus ipsos magna uoce rogabat, ne secũ preliũ cõferrẽt, neq; sibi ĩpedimẽto forẽt neq; prohiberẽt laborãtibus auxiliũ ferre qui pro salute grecie dimicarẽt. Postq̃ aũt eos ab huiuscemoĩ cõsiliis alienos & structis in se aciebus infestiuis iter intendere sensit hũc in modũ ab inferẽdo pręsidio reuocatus cũ istis congressus est qui ferme quĩquagĩta milia fuerũt. Horũ pars maxima cũ magis tentassent pręliũ q̃ inissent inclinauerũt & perinde ac Barbaris effusim iam in fugã uersis, abscesserũt. Pugna uero in primis anceps fuit ubi Thebani prõptissime pugnabãt quorũ multitudo nõ ex sua sententia sed potentissimos ac primarios uiros secuta medorũ partes tuebatur. Sic itaq; diuisis copiis collato marte Lacedemonii primum cõnixi persas cedere coactos aduertũt. Mardonius ab Arumnesto spartiata saxo caput saucius ut ab Amphiarai oraculo sibi predictum erat occiditur. Illuc enĩ lidũ hoĩem Carẽ autẽ alterũ ad Trophonium emisit. Cui cariga lingua uates respondit Lydo uero in Amphiarai tẽplo dormienti quidã dei minister per quietẽ astitit a quo illĩc lidus abscendere iussus cũ dicto non audisset magno lapide caput ictus uulnerari deĩde mori iussus est. Hęc ita prorsus euenisse tradũtur. Lacedemonii lignea intra męnia fugientes persas inclusere. Paulo post Athenienses dare terga Thebanos coegerũt ubi trecentos qui primi aduersus se irruerãt inter preliãdũ obtrũcarũt. His fusis iam & fugatis Barbaros ĩtra uallũ inclusos circũsederi nũtiatur. Sic salutis occasiõe gręcis relicta pleno gradu ad hostium castra succedere & Lacedemoniis opem ferre pergunt, qui circa munumẽtorũ expugnationẽ per imperitiã tempus terebant. Aduenientes itaq; Athenienses magna cũ strage hostiũ uallũ ceperũt. Ex trecentis enĩ milibus quadragena dũtaxat milia cũ Artabaço fugisse traditũ est. Eo pręlio ex iis qui pro gręcia pugnauerũt mille trecẽti & sexagĩta ad sũmum cęsi, quorũ Athenienses duo & quĩquagĩta ex Eantide tribu fuerũt quę ut Clidemus auctor est acerrimã pugnã ediderat. Quocirca tenuit cõsuetudo ut sacra uictorię causa Pythio respõso Spargiticis Nimphis stata Eantidis tribules facerẽt quibus impensam resp: daret. Lacedemonii unus & nonagĩta. Tegeate uero sex & decẽ periere. Mirandũ igitur est illud Herodoci quo pacto solos istos omissis ceteris gręcis manus cũ hoste conseruisse scripsit. Cũ esset desideratorũ multitudo & monumenta rẽ cõmuniter magnifice gestã esse testimonio sint. Nec enĩ aram sic inscripsissẽt si ceteris ĩtra castra quietis tres tãtũ ciuitates decertassent. Victores Danai per Marcia gesta, fugatis. Persarũ ducibus generi coĩa gręco. Ista Ioui statuũt altaria libera patri. Hoc preliũ secundũ Athenienses quartadecima Boedromonis secundũ Boecios autem sexta & uigesima panemi mensis factum est.

Quo die nostra etiã ętate plateis frequẽs gręcorũ cõciliũ habetur. ubi uictorię hui/
us causa Ioui liberatori sacrificatur. Hãc dierũ uarietatẽ nemo miretur cũ eos qui
diligentissime astrorũ rationẽ tenere hoc tẽpore profitẽtur aliud & aliud mẽsis pri/
cipiũ & exitũ agãt. Sub ĩde momẽto ferme tẽporis fortũa gręcorũ uersa. Nã cum
Atheniẽses Lacedemõiis nec fortissimę rei gestę pręmiũ darẽt|nec tropheũ erigere
permitterẽt sed utriq; armati disceptarẽt: magno ĩ periculo res fuissent nisi Aristi/
des exercitus duces collegas suos mitigans ac cõmonefaciẽs pręcipue Leocratẽ
& Mironidẽ cõtinuisset: eisq; suasisset ut eã rẽ diiudicandã gręcorũ arbitrio di/
mitterẽt. Hoc loco gręcis ad deliberandũ intentis Theogiton Megarensis alteri
dixit ciuitati pręmiũ dandũ: nisi hoc iudicio intestinũ bellũ concitare uelit. Postq̃
Cleocritus Corinthius assurgẽs quasi Corinthiis pręmiũ postulaturus suspitionẽ
iniecit quorũ ciuitas post Lacedemonẽ atq; Athenas sũma dignitate nitebatur.
Hic aũt grauissima pro Plateẽsibus orationẽ dixit quę uniuersis placuit. Cõsuluit
enim ut ei optimę gestę rei pręmiũ decernentes quorũ honores utriq; bonã ĩ partẽ
acciperent graues lites ac controuersias e medio tollerent. His expositis primus
Atheniensiũ noĩe Aristides deinde Lacedemoniorũ Pausanias in hanc sentẽtiam
iuere. Hunc igitur in modũ conciliati ex manubiis exẽpta octuaginta talenta Pla/
teẽsibus dono dederũt. Quibus ęde minerue locata & simulacro cõstituto pictu/
ris delubrũ exornarũt quę in hoc usq; tẽpus integre uisuntur. Trophea seorsum
Lacedemonii seorsum Athenienses posuerunt. Postea cũ de faciũdo sacrificio per/
cũctarentur Pythius respondit Ioui in cuius tutela libertas est Aram dicato ne
prius rem diuinã faciunto q̃ uniuerse regionis huius ignẽ quasi a Barbaris uio/
latum extinxeritis tũ purũ ex Delphis uelut a coĩbus laribus accensũ capiunto
Ea de causa gręcorũ principes e uestigio circũeuntes oẽs ignes restingui coegere.
Euchidas Plateẽsis pollicitus ignẽ ab deo quãta fieri celeritate possent delaturum
uelocissime Delphos perrexit: ubi Expiato ac Resperso corpore laurea corona
redimitus ex ara igne sumpto citato gradu ante solis occasum uno die mille sta/
dium inter emensus plateas reuertur. Hic ubi ciues comiter cõplexus salutauit
reddito igne stari in terrã prolapsus haud multo post expirauit. cuius cadauer
sublatũ hoc epigrãmate in Euclie Diane tẽplo a plateẽsibus sepultũ est. It Pythiũ
Euchidas & luce reuertitur una. Eucliã multi sunt qui Dianã putẽt appellentq;.
Nonnulli aũt Herculis & Mirtę filiã: quę Patrocli soror menetio patre nata est.
Hęc cũ uirgo e uita migrasset magno in honore pęnes Boetios & Locros fuit eiq;
ara & statuta in oĩ foro dicata: sponsę sponsiq; priusq̃ nuptię cõficiantur ex more
sacra faciũt. Subinde cũ frequẽtes gręci coĩterq; conuenissent Aristides decretum
scripsit. ex cuius auctoritate edictũ est ut gręcię principes & legati ad sacras ce/
lebritates publice missi quot annis apud plateenses conciliũ haberent. quo ĩ loco
liberalia quĩquẽnali certamĩe celebrarẽtur. Expẽsã quę ad hãc rẽ necessaria foret
coĩ collatiõe gręcia suppeditaret. Scutorũ decẽ milia|mille equos naues cẽtũ eius
quod aduersos Barbaros gestũ est belli memoria. Ad hęc Plateẽses qui pro gręci/
cia deo sacrificarẽt sacrosanctos esse. Is pręcone referẽte auctoritate publica con/
firmatis Plateẽses promiserũt se gręcis qui hic ceciderũt & humati essẽt ĩ perpetuũ
parẽtaturos. quod etiã nũc inamacteriõe mẽse quẽ Alalesmeniũ Boecii nominãt
seruari uidemus. Celebrẽ enĩ Cętũ sexto & decimo die ut primũ illuxit emittunt
cui tubicina bellicũ canẽs itineris dux est Vehicula Mircho & Coronis passim

completa/Laurus deinceps colore fusco: subsecuntur lactis & uini libationes in
Amphoris: olei quocꝫ ac ungenti crossos id enī uasis nomē est liberi adolescētes
deferūt. Nam cū uiri quibus parētatiōes fiūt de fendēdę libertatis causa uita
excesserūt: nulli seruo fas est quicq̃ cōtrectare quod ad hoc sacrorū ministerium
pertineat. Sūmus deinde plateēsiū princeps: cui nec alio tēpore ferrū tangere/nec
nisi cādidā uestē induere ius est/puniceam nūc uestitus tunicā e tella litteraria uas
aquarū attollēs/nudato pugione per mediā urbē procedit. aqua de hinc ex fonte
sūpta colūnas abluēs unguēto aspergit postea māctato ante Pyrā Tauro/ubi Iouē
& Mercuriū īfernū adorauit fortes uiros qui pro gręcia mortē obierūt: ad cęnā
& cruentū hoc ministeriū inuitat. Suppositū merū crathere tēperans libāsqꝫ uiris
inquit propino: qui ut fortiter gręcorū libertatē tuerētur fato functi sunt. Plate-
ēses hāc cōsuetudinē a maioribus acceptā adhuc retinēt. Aristides postq̃ Athe-
nienses in urbē regressos ut ciuitatis statū ad populi ditionē trāsferrēt studiosos
aīaduertit: plebis ob res bene gestas merite curā suscipere non iniquū ratus est.
Cū igitur haud facile populū armatū & uictoria exultantē coercere posse uideret:
illius sententię auctor fuit quę remp. cōem fore & ex oī Atheniensiū ordine ma-
gistratus delectū iri decernebat. Tum Themistocles aliquādo cū populo agens
asseuerasset sibi consiliū in mentē uenisse: quod si secreto transigeretur ad ciuitatis
utilitatē & salutē plurmum cōferret. Aristidi soli populus negotiū dedit ut & ad
hāc rē diligenter animū intenderet/& si e rep: uideretur probaret. Cui ubi The-
mistocles uersare aīo dixit nauale gręcorū succēdere: quo pacto Atheniēses uni-
uersę gręcię principes futuros sperabat. Aristides cōtionē habens exposuit The-
mistoclis consilio nihil cōmodius esse sed nihil iniustius. Hęc cū audissent Athe-
nienses: tātū apud eos ęquitatis causa & integerrimi uiri cōstātia pōdus habuit:
ut Themistoclē hac de re nullū deinceps uerbū facere iusserint. Postq̃ Aristides
belli gerēdi causa cū Cymone imperator missus est/Pausaniā ac cęteros Lacede-
monioꝝ principes ob difficiles mores ac ferociā in socii noīnis militē plurimū
in se maliuolētię ac simultatis cōflasse conspicatus benigne/clemēter/hūaniter/mā-
suete cū sociis uersatus est & Cymonē multa dexteritate ad hominū cōsuetudines
concinnū & in expeditiōibus ęquabilē pręstitit. Quibus ex rebus latuit Lacede-
monios cū eos nō armis/non classibus/non ęquestribus copiis sed comitate pla-
cabilitate acqꝫ clemētia principatu gręcię spoliabat. Nam cū Aristides ęquitas &
cimonis facilitas quę apud oēs cōmēdabilia erāt Atheniēses gręcis caros fecissēt:
Pausanię auaricia ac difficultas adhuc cariores rediditt/haud iniuria quādo sociū
primores semper iracūde/semper aspere/semper cōtumeliose alloqueretur/ac mul-
titudinē plagis castigaret/& ferreā Anchorā ceruicibus subnectēs uniuersum diē
ludibrio stare cogeret. Nemini preterea fas esse uellet ut ante spartiatas legendi
stramenta pabulandi aut aquandi potestas esset. Quod ne cuiq̃ obscurū foret per
suos lictores loris uenientes arcebat. Quapropter Aristidi quid facto opus esset
docere ac īcrepare uolēti: Pausanias cōtracto uultu otiū sibi nō esse respōdēs aurē
minime prebuit. Quocirca nauiū prefecti & gręcoꝝ duces in primis aūt Chii/
Samii/Lesbi cum Aristide egerūt ut socioꝝ cāam susciperet: eosqꝫ sibi deuīciret/
quia iā diu a Lacedemonioꝝ īperio liberari & ad Atheniēses trāsferri cuperent.
Quibus cū Aristides in eorū quidē oraciōibus necessitatē ac ęquitatem se facile
intueri respondisset: cęterū ad id cōficiendū fide opus esse: qua deuicti deintegro

inceptum irritum relinquere non possent. Vliades Samius & Antagoras Chius
coniuratione inter se facta primo in cursu Pausanię triremem a se circa Biçantium
rostris incussam reliquã enĩ Classem pręcedebat/inter suas interceperũt. Perculsus
ea re Pausanias etiam atq; etiam iracunde se breui demonstraturũ interminatus
est. eos non in pretoriam nauem/uerum in patriã suam impetum fecisse. Hunc
fortuna qua fretus feliciter apud plateas rem gessisset cõtentũ abire iusserunt quia
tamen sibi uenerationes gręci tribuant/ut ne ęquam ac parem meritis pęnã ab
eo exigere uelint. Hoc deniq; pacto ad Athenienses defecerunt. Qua in re ad/
mirabilẽ Lacedemoniorũ animi magnitudinẽ intelligere licet. Nam ut prĩcipes
suos per summã peccandi licentiam magna atq; magis corrumpi ac deprauari
sensere/sponte principatu cedentes imperatores ad bellum gerendũ mittere desti/
terunt: suis racionibus conducibilibus esse rati ciuius moderatos: qui sanctissimis
maiorum suorũ legibus audirent q̃ totius gręcię principatũ habere. Sub idem
tempus gręci q̃ principe quoq; Lacedemone belli administrãdi cã/pecunias cõ/
ferebant. Ab Atheniensibus Aristidẽ petunt: ut eo auctore singulis ciuitatibus
iustus census describeretur/eiq; ne muneris cura rei familiari detrimẽto esset/fũdũ
ac fructus quos ipse redimeret constituere ut quasi quadam in specula positus/
quantum uniuscuiusq; dignitas & facultas pateretur extimaret. Hic tante licẽtię
creatus dominus quodãmodo enim gręcia omnium suarũ rerum sibi liberũ ius
permiserat cum ad hoc munus obeundum tenuis exisset tenuior ea quoq; existi/
matione reuersus est ut non modo iustissime ac integerrime officio suo satisface/
ret: sed apud omnes quorũ cẽsum descripsit caritatis facilitatisq; perpetuũ monu/
mentum reliquerit. Quippe ut ueteris ętatem saturni: sic Atheniensiũ censum
ab Aristide statutũ diuinis laudibus celebrantes/quandã gręcię felicitatẽ appel/
labant: presertim cum paulo post duplex deinde triplex factus sit. Quem enim
Aristides quater centies & sexagies talentũ expleuit. Hinc pericles tertiã ferme
partem adiecit principio belli. Tuchidides auctor est a sociis sexcenta talenta ad
Athenienses peruenisse. Pericle uero uita functo/duces populi sensim urgentes
ad mille & tricentum summã talentum retulerunt/non quia uel belli diuturnitas
uel aduersa pręlia tantum sumptũ tantũ dispendium postularent: sed ut in plebẽ
publicum ęs diuiderent & statuas & sacras ędes/magnificentissime appararent
ciuitates exauriebant. Quocirca cum Aristides propter census coaptionẽ ingentẽ
& admirabilem esset gloriam consecutus: magnopere. Themistocles irrisisse fertur
quasi id in quo existimationis suę fundamentum iecisset non uiri sed scrinii tuto
aurum seruãtis laus esset. Quo in loco Aristidem parũ apposite ulcisci uisus est:
qui sua loquendi libertate fretus sic paulo ante Themistoclẽ increpuerat. Hi enĩ
cum hostium consilia scire ac pręsagire summã imperatoris uirtutẽ esse diffiniret.
Aristides hoc necessariũ est inquit/o/Themistocle/sed manus abstinentes habere
pulcherimũ & ueri imperatoris munus est. Aristides Atheniensiũ nõ re iuratus
cęteros gręcos sacramento adegit. Vtq; rectum fędus firmaret post exacrationes
quas imperfidos fieri mos erat/ignitos ferreos orbes in mare coniecit: magna
postea ut apparet conuersione rerum facta. Athenienses tenaciorem imperandi
rationem ordiri coactos ipse ut perierationem in caput eius uerterent iussit: &
quęcunq; ad salutem & publicam utilitatem conducerent facere non dubitarent.
Itaq; non ab re Theofrastus scriptum reliquit: in cunctis quę uel ad suam rem

familiarem uel priuatim ad ciues pertinerẽt / nunq̃ enim ab ęquissimi hominis
officio defuisse : In his uero q̃ ad remp : spectarent aliquando ut patrię racionem
haberet / quę salua honestate non nunq̃ saluari non poterant a uitę suę curriculo
deflexisse . Nam cũ uiolatis conuentis / quę cum Samiis haberent ex delo thesaurũ
Athenas delatum iri decerneret / principio oracionis affirmasse dicitur id de quo
uerba facturos erat / tam&si non ęquum / cõmodum tamen esse Ciuitate deniq̃ tot
mortalium ab eo principe constituta inops esse perseuerauit . Nec minori studio
ex paupertate q̃ extropheis gloriã assequi contendit . Quod uel hinc facile demõ-
strauit . Callias Daduchus Id autẽ sacerdotii nomẽ est sibi necessitudine cõiũctus
inimicorũ postulatione capitis reus factus est . Qui postq̃ satis multa de accusa-
tione dixissent / extra causam tali oratione usi sunt Aristidẽ Lisimachi filiũ cuius
sũmam dignitatẽ uniuersi gręci admirantur seuerissimi iudices plane cognoscitis .
Eius quatenus res domestica sit / certo scio pro uestra prudentia cogitatis / cũ ipsũ
trita adeo lacerna indutum in luce omnium in oculis ciuitatis uenire intueamini .
Quis tam male de rebus sentit ut non intelligat cum qui aperte frigus patiatur
domi fame ac multis que ad uitam necessaria sunt etiam atq̃ etiã laborare . Hũc
tamen sũmum uirum patruelem sibi a natura datum uxore ac liberis & egregia
paupertate grauatum . Callias Atheniensium omniũ sine controuersia ditissimus
contempnit . Cuius tamen opera fide ac diligentia sepenumero & intra hos can-
cellos patrocinio fructum est amplissimũ consecutus . Hanc orationẽ eũ ingenti
acerbitate ut ex murmure / Callias aĩaduertit iudices accepissent / Aristidẽ uocat /
rogat ut grauissimo suo testimonio iudicibus certum / ac exploratum faciat / cũ ei
multa / dedisset & ut acciperet orasset / ut caperet nunq̃ adduci potuisse . Tũ Aristi-
des se lõge magis in opia q̃ Calliam maximis opibus gloriari par esse . Cõpluris
enim uidere est qui fortunas quibus abundãt uel turpes uel honestos in usus col-
locent : Qui uero paupertatem generose ferant paucissimos . Quocirca paupertatẽ
uelut malum obiectare mihi desinant / quę nisi quibus inuitis accedit indecora esse
non debet . He cum Aristides sũma cum dignitate Callie testificatus esset / ex his
qui aderant nemo fuit quin eo cõsilio discesserit / ut inops / quẽadmodũ Aristides
q̃ locuples ut Callias esse mallet . Hęc ex monumentis litterarũ quę Eschines So-
craticus conmendauit accepimus . Plato uero tamẽ Aristidi tribuit / ut pręcęteris
cunctis clarissimis uiris qui Athenis floruerunt : eum solũ existimatione / laude /
admiratione dignum demonstrauit . Cum Themistoclem . Cymonem . Periclem
porticibus pecuniis multis deniq̃ deliramentis / ciuitatem complesse / hunc unum
solida & expressa uirtute / ad remp : se contulisse contenderit / quę suę mansuetudinis
& moderationis erga Themistoclem / grauissimum sepe periculum fecit . Nam cũ
in cunctis publicis muneribus eo uno omniũ inimicissimo uteretur & exul ipsius
artibus opera / calũnia / ciuitate cessisset oblata sibi eadem malefaciendi occasione /
officium suum tamẽ & decorẽ seruauit . Themistocli siquidem maiestatis ad po-
pulum arcessito / quasi tristem suorũ temporum memoriam oblitus nullo loco ad-
uersatus est . Quin potius tam&si Cymon & Alcineon aliiq̃ q̃plures accusationi
studiose ac diligẽter incũberent solus Aristides inuentus est qui nec re nec uerbo
quicq̃ fecerit unde afflictis inimici rebus / uoluntatis fructum capere uideretur :
sicut & pristine illius felicitati nunq̃ inuidisset . Aristidem cum in pontum reip :
causa traiecisset / nonnulli ultimum ibi uitę diem obisse : quidam autem ad modũ

grandem natu magno inhonore ac admiratione ciuium habitum Athenis fato functum esse prodiderũt. Cęterum Cratherus Macedo de eius morte quedam huiusmodi refert. Secundum Themistoclis exilium contumelioso facto populo uberrima insimulatorũ multitudo pullulauit, qui cum potentissimis ac optimis uiris diem dicerent eos plebis inuidięq; potentia & secũdissimis rebus insolens esset, obiectabãt. Ex hoc fuisse numero Aristidem scribit. Qui Diophanto Amphitropei populi accusatore subiecto repetundarũ cõuictus est. Quod cũ tributa redimeret ab Ionibus, magnam argenti uim recepisset. hic cõdẽnatione aduersus eum lata cum quinquaginta minas soluendo non esset transfretauit. Deinde circa Ioniam uita excessit. Cratherus nullum ad hãc rem scriptorũ argumẽtũ adhibuit nec curiosissime more suo ullũ decretũ uel indicium attulit nec auctores qui hãc sententiã probarẽt ut ipse consueuit in suis libris adiecit. Reliqui autẽ ut ita dicã omnes qui plebis aduersus imperatores errata litteris mãdauerũt, Themistoclis exilium Milciadis Vincula Periclis Multã & Pachetis miserabilẽ casum, qui in forensis subgesto constitutus ut se conuictũ iri cospicatus est, sibi ipsi mortẽ consciuit. Pleraq; id genus in unũ locũ collecta in uulgus efferunt. Ex Ostracismo quoq; Aristidẽ urbe exactum. Nulla autem huiuscemodi dãnatione affectũ esse cõmemorãt. Apud phareos etiam sepulcrũ eius ostenditur, quod sibi publice constrictum ferunt. Hic adeo inops mortuus est, ut suo sumptu, summo die efferri non potuerit. Ad eius filias perhibent ex curia traductas, maritis datas esse & ciuitatem, ut eas publicę despondit utriq; dotem tria milia dragmarum decreuisse. Lysimacho quoq; filio argenti minas centũ & totidẽ consiti agri iugera populus erogauit, & cotidie quatuor dragmas adiecit quod plebescitum, alcibiade referẽte factum est. Lysmachus uita functus ut Calistenes auctor est, Policritam filiam superstitẽ reliquit. Hic tãtũ alimẽti quãtũ Olipionicis populus decreuit. Demetrius. Phalerius. Hieronimus. Rhodius musicus. Aristoxenus, & . Aristoteles, si librũ qui de nobilitate scriptus est inter ueros eius codices recensuerimus: Mirtham Neptem Aristidis, socrati illi sapienti, qui aliã uxorẽ habebat, matrimonio iunctam esse, memorię tradiderunt. Cum illam ea potissimũ ratione ceperit quia ob fortunarum tenuitatem non modo in uiduitate relinqui, uerũ etiam rebus ad uitam necessariis carere percepisset. His auctoribus Panetius in his quę ab eo desocrate scripta sunt cõmode ac grauiter contradixit. Cęterũ Phalerius in socrate Lysimachum Aristidis ex filia nepotẽ eximię pauperem fuisse memoria tenere se refert qui pęnes Lachiũ sic enim appellant residens ex quadam tabella somnia coniectans alimẽta sibi suppeditabat. Quo rogationem ferente populus matrem ipsius matrisq; sororem quot diebus triobolo donauit. Cęterum lege a Demetrio lata decretum factũ est. utriq; mulieri publicę dragmam dari Nemini mirum uideri debet populum tantam eorum qui assidue in urbe uersarentur, curã egisse. Qui cum audisset apud Leranon Aristogionis ex filia neptem infimo statu esse & augustia rei demestice marito collocari nõ posse Athenas reuehi iusserit & hominem honestissimo loco natũ sibi maritali copula deuĩxerit, eiq; predium quod Potanico populo adiacet dotis nomine dederunt. Qua propter ciuitas multis humanitatis & benignitatis monumentis quę nec ętate nostra intermittit ab omnibus optimo iure & diligitur & admiratione digna iudicatur;

MARCVM AVTEM CATONEM GENERE
Tusculanum fuisse & priusq̃ ad militiã atq; rẽ publicã
se cõferret in agro paterno circa sabinos uixisse memorie
traditum est. Cuius cũ maiores prorsus ignobiles esse
uiderentur ipse Cato Marcum patrem ut uirum bonũ
fortem ac in re militari uersatum efferet laudibus, Catonẽ
etiam proauũ sepenumero per premiorum onera ab im/
peratoribus laudatum & quinq; bellatiũ equorum quos
inter dimicandũ amiserat precium fortitudinis sue testi/
monium a populo sibi restitutum refert. Cum ex more Romani eos qui generis
gloria carentes a se ipsis initiũ caperent nominis sui nouos hoĩes quemadmodum
& ipsum Catonem appellarent, ipse ad gloriam quidem ac magistratus se nouũ
esse rebus uero gestis ac uirtute maiorum uetustissimum predicabat. Principio
autem tertio nomine non Cato sed Priscus uocabatur consequenti tẽpore Cato
ei uirtutis cognomentum extitit. Nam Romni eum in quo multarũ rerũ usus
ac experientia sic Catonem nominãt. Fuit hic de quo uerba facimus Cato specie
subruffus & Glaucus ut poeta quispiam haud amice scribens his uersibus ex/
pressit. Portius hic Mordax Glaucis Subrufus Ocellis. Interiens herebo sedes
non comperit ullas. Verum enim uero corporis habitũ a puero & a laboribus
& moderate uiuendi ratione ex rei militaris consuetudine ad Robur & bonam
ualitudinem constãtissimũ nactus est. Orationem tanq̃ alteram personã magno
studio magna cura componebat, quasi omnibus qui grauibus in rebus non per
secordiam sed cum dignitate uersarentur necessarium id instrumentũ esset. Quo
circa passim per accolarũ uicos & castella se dicendo exercebat quiq; sua indigeret
opera deerat nemini. Qua in re tantum ualuit ut primũ promptissimus discep/
tator postea eloquentissimus orator iudicatus sit. Omnes preterea quibus cum
uiuebat tantam in eo morum grauitatem & animi magnitudinem aĩaduertebãt
ut magnis operibus & magnificẽtissima quadam re publica dignũ arbitrarẽtur
non solum enim forensibus in causis ab opera mercennaria se liberauit, sed nec
eam gloriam maximi facere uisus est, quã ex huiuscemodi cõtentionibus cõsequi
posset. Longe uero magis cum adhuc esset adolescẽs ex pugnis quibus cũ hoste
manum consereret & bellicis artibus laudem uendicare sibi cupiens multis ad/
uersis uulneribus confossum corpus habuit, ipse enim se septem decem ãnos natũ
prima tum meruisse stipendia dicit cũ Hanibal secundis preliis usus incendebat
italiam. Inter dimicandũ autẽ talẽ se prestitit ut manu quidem pugnator egre/
gius: In stataria uero pugna immobilis ac cõstans oculis, fronte, uultu terribilis
uerbis minax esset. Asperitate preterea uocis utebatur cum & si recte suasisset &
cęteros admoneret: plerunq; huiuscemodi res hostibus maiorem terrorẽ inferre
q̃ enses. Cũ iter faceret ipsemet arma uno subsequente ministro ferebat: qui secũ
ea quę uitę necessaria erant comportaret. Huic uel prandium uel cęnã ministrãti
nunq̃ Catonem succensuisse aut male dixisse: quin eum plurimum iuuisse & una
minima quoq; parasse cum res ipsa militaris uacationem sibi liberam concessisse

proditũ est. In exercitu quasi semper aqua utebatur|quod si quando magis atq;
magis calore percitus sitiret aceti frequenter haustu sitĩ sedare|uel si quando uires
pristinas desiderasset uegetandi corporis causa Leuiusculi non nihil uini deliba/
re consueuerat. Penes agrũ suũ ciuis. M. curii uilla fuit qui tertiũ triũphauit.
Hanc cum sepenumero peteret & tenuitatem Agelli & domicilii frugalitatem
cõtẽplaretur|cepit eum illius uiri cogitatio qui tam&si principes inter Romanos
esset & ferocissimas gentes subegisset Pirrũq; de possessione italie reiecisset|Agellum
tamen hunc foderet & post tres honestissimos triumphos ediculã hanc incoleret.
ubi cum illum ad focum sedentẽ & rapas coquentem legati Samnitũ offẽdissent.
magnũ auri pondus dabant. Quo ꝙ̃ primũ repudiati|illius auro minime opus
esse inquit|quibus cęna huiuscemodi satis esset. quiq; aurũ habentes uincere lõge
pulchrius ꝙ̃ aurum habere iudicarẽt. Hęc secum animo uersans Cato discedebat
domũ suam agros seruos & uite formulã diligenter intuẽs in opere faciũdo stu/
diosior erat. & luxum etiã atq; etiã omni ex parte circũcidebat. Cato cum adhuc
admodũ adolescens sub Fabio maximo qui tarentũ recepit militaret Nearcho Py/
tagoreo philosopho & hospite familiariter usus est. cui ut honestissimorũ studi/
orum societate coniungeretur summopere contendit|a quo & cõplura accepit quę
& a Platone qui uoluptatem maximã malorum escam appellat usurpatur & pri/
mariam animo nostro calamitatẽ accedere cum corpori cõiungitur. depurationẽ
autẽ & dissolutionẽ assequi cũ cogitatiões eum a corporis cupiditatibus separãt
atq; disiungunt. His ab ipso plane perceptis Cato longe magis frugalitatẽ ac
continentiã animo complexus est: eum sero gręcas litteras didicisse pleriq; aucto/
res sunt. In sũma enim senectute gręcos libros in manu sumens breues ex tuchi/
dide cõmentariolos plures autem ex Demosthene confecit quos in causis orãdis
magno sibi usui fuisse constat. Scripta quoq; sua gręcis & sententiis & historiis
distincta etiã atq; etiam exornauit. Pleraq; grauiter & sapienter dicta ad uerbũ e
gręco in latinũ traduxit. Erat per id tempus Rome Valerius Flaccus cũ patritio
genere cum potestate primarius: qui cum uirtutẽ a natura datam sagacissime ad/
oriri posset magna beniuolentia liberaliter institutos educabat|& ad gloriã pro/
mouebat. Hic fundo. M. catonis uicina predia nactus a seruis & familiaribus
singulari cũ admiratione moderatissimũ ac operosum eius uiuendi genus accepit.
Catonem ut primũ illuxisset in forũ descẽdere aiebant|quisq; sua fide ac industria
uti uellent presto esse. Cum autẽ domũ reuerteret|hieme quidem tunica demptis
manicis indutũ|estate uero nudũ labore cũ seruis certare quibus cũ sedere solitũ
eodẽ pane eodẽq; uino uesci. Eius cum multis in rebus equitatem moderationẽ
graues cõmemorantibus illis ac sapientes sententias precepisset ad cenam uocari
hominem iussit|quo deinceps usus mãsuetus atq; urbanis ipsius moribus sicuti
uirgulto cultura & preclara loci conditione opus esset animaduertit. Quãobrem
Catonẽ induxit|aĩauitq; ut rẽ Romanã attingeret. Eo igitur profectus nõnullos
statim adeptus est quos & uirtutis ipsius admiratione & forensi patrocinio sui
studiosos fecit. Cũq; Valerius multũ dignitatis ac potestatis in Catonẽ cõtulisset
Cato primũ tribunus militũ deinde questor factus est. Postero autẽ tempore cũ
iam late clarus esset & cognitus foris maximis in magistratibus Valerio comes
fuit. Ex maioribus natu Fabiũ maximũ delegit|cui quoniã gloria rebus gestis
potentia primoribus urbis anteiret se totum dedicauit. Illius mores & uitã uelut

pulcherrimum bene uiuendi exemplum sibi propone̅s eius uestigia ingressus est. Hac de causa Scipionis illius maioris qui cum nec du̅ ex adolesce̅tibus excessisset per quandam emulacionem aduersus maximi auctoritate̅ obsisteret inimicitias & simultates paruifecit. Cum quo bello punico questor missus ubi splendidos illius sumptus & largitiones in exercitum animaduertit. in Scipionem multa cu̅ grauitate locutus est, non quod impensam plurimi faceret, sed quod maiore̅ con- tine̅tiam corrumpi quereretur. Cum militem ad uoluptates ad delitias afflue̅ti rerum usu conuersum cerneret. Ei cum Scipio se questore nimium diligenti ne- quaq̅ egere respondisset, sed qui plenis ad bellum, uelis ageretur, & ciuitati rerum gestarum non pecuniarii rationem deberet. Cato Sicilia excedens una cu̅ Fabio magnis in senatum clamoribus uenit Scipionem inco̅sulte publicum ęs effundere & in palestris ac spectaculis iuueniliter exerceri: quasi nullum istic imperiu̅ gerat sed ludos festos agitet. Qua̅obrem senatui tribunos plebis ad eu̅ dimitti placuit, qui si uera fuisse accusationum capita rescissent ipsum Roma̅ reducerent. Cęteru̅ Scipio uictoriam in apparatu belli significans per otium quidem cum amicis consuetudine comis ac iocu̅dus in re autem seria & magna propter munifice aut liberaliter expende̅di studium nunq̅ segnis uisus esset enauigauit ad bellu̅. Cato quoniam eloquentia plurimu̅ poterat uulgo Romanus Demosthenes dicebatur. At ipsius uita lo̅ge clarior ac spectatior erat. Fuit per id tempus eo in loco pro- posita dicendi facultas ut ad hanc iuuentus ipsa magno studio uelut ad com- mune certame̅ ferretur. Qui uero pristinum illud & laboriosum uite genus susti- neret & tenuem cęnam in coctu̅ prandiu̅ hirtam uestem plebeiam domu̅ libe̅ter amplectaretur. quiq; superuacaneis rebus no̅ indigere q̅ ha̅c minime necessaria supellectilem possidere preclarius putaret ea tempestate rarus erat. Nam imperii, magnitudine priscam illa̅ seueritatem ac puritatem, minime res publica retinebat quę ditionis amplitudine multas & consuetudines uariis ex gentibus exempla uiuendi susciperet. Quo circa iustis ex causis uniuersa ciuitas in Catonem uersa uehementer admirabatur: cum reliquos uel laboribus fractos, uel uoluptatibus eneruatos, hunc utriq; inuictum esse intueretur. Nec id solum adolescens laudis & honoris causa fecisse creditur; sed post consulatu̅ & triumphu̅ iam Grandeuus ut uictor Athleta co̅suetas exercitationes perpetuo seruauit: a quibus no̅ prius destitit q̅ e uita migrauit. Nunq̅ enim ueste maiore centu̅ drachmarum sumptu usum se refert. Et imperator & consul eodem uino quo & operarii defunctus pulmentu̅ ad cęna̅ ex foro assibus triginta comparare solebat; nec id uoluptatis suę sed co̅munis uoluntatis causa fecit: ut rei militari corporis uigor sufficeret. Cum Babilonia supplex hęreditatis iure fortunis suis accessisset: ut q̅ primum uenundaretur curauit, nullam eius uillam tectoru̅ habuisse nec ullum mancipiu̅ ultra mille quingentas drachmas emisse dicit. quasi non delicatis & formosis sed colonis ac robustis ut stabulariis & bubulcis sibi opus esset. quos dei̅de senectute co̅fectos non pasci sed inutiles uendi oportere iudicauit. Pręterea nihil bene co̅- stare quod nequaq̅ necessariu̅ esset. quin uel a se huiuscemodi quippia̅ emeretur pluris q̅ par est constitisse asseuerabat. Pascuum & Seminariu̅ agrum q̅ floreum & irriguu̅ maluit. Hęc nonnulli nimie paruis in rebus diligentie tribuu̅t, quę ple- riq; in eam partem accipiu̅t ut in emulandis ac moderandis cęteris factu̅ pute̅t. Verum illud institutu̅ nimis rigidum quo seruos senioru̅ debilitatos que̅admodu̅

mutos aīantes eicere ac uendere conſueuerit: quaſi cōmoditate e medio ſublata
nihil humanitatis ipſis hominibus debeamus. quanq̄ latiorem benignitati q̄
iuſtitię locum concedi uideamus. Natura nāq; nobis datum eſt ut in homines
dumtaxat iuſtitia legittime utamur. in eos autem quibus aut gratia/aut beneficio
deuincti ſumus/etiam ſi rationis uſu priuati ſint/manſuetudo uelut ex habundāti
quodā fonte plerūq; defluat. Equis enim & canibus cum confracte labore uires
ſunt non modo pabula: ſed etiā quędā ſenectutis indulgentia a bono uiro debē/
tur. Athenienſes cum Heccatonpedon exedificarent quotquot ex mulis egregie
laborē tollerassent uinclis ſolutos libere paſci ſinere/quibus quodāmodo libertate
donatis cum ſponte quiſpiam ad operam deſcenderet & iumentis quę currus ad
arcem urbis uectarent exortantis ſpecie ducis pręcurreret/ut publice ad extremū
uitę finem nutriretur decreuerunt. Ad hęc equarum Cimonis ſepulcra/quibus
Olimpia tertium uicit/pęnes ipſius monumētū uidentur. Quid canes familiares
ac domeſticos & alii multi et Xantippus ille Priſcus diligentiſſime humādos cu/
rauerūt. Is enim canem qui eo tempore quo ciuitas urbe relicta Salamina tranſ/
mittebat Triremi ſecum enatauerat in arce ſepelliuit: cui loco etiam ętate noſtra
Cinthaphium cognomentū eſt. Indecorum enim nos animantibus uelut calceis
aut uaſis uti: quę ubi uſu fracta & attrita ſunt abicimus. Quod ſi nulla alia ra/
tione ſaltem exercendę humanitatis cauſa noſmetipſos conſuefaciamus oportet: ut
in hoc genere manſueti/faciles/iocundi ſimus. Nam ut de me ipſo dicā nec bouē
laboris ſocium ſenectutis iam urgentis gratia uenderem: ne dum hominē grandē
nato ex loco in quo educatus eſt/& ex inſtituta uiuendi conſuetudine uelut ex
patria relegatum: iis pariter qui emunt & iis qui uendunt in utilem factū parua
pro ſtipe uenire oportere cenſeam. Cato uero huiuſcemodi rebus gloriari ſolitus
equum quo Conſul in rē militarē uſus eſt in Hiſpania reliquiſſe ſe dicit/ne uecturę
illius rei publice rationem redderet. Quę ſiue magnitudine animi ſiue tenuiſſimę
diligentię tribui debeant iudicio diſputari licet. In cętera uero continentia Cato
magnopere admiratione dignus fuit nūq̄ enī imperator & ſui & cōtubernalium
cōmeatus cauſa/nūq̄ inq̄ amplius q̄ tres tritici mendinos Atticos & ī ſingulos
dies iumentis unicum & dimidiū ordei mendinū cepit. Hic cū Sardineā pro/
uintiam obtinuiſſet ſua parſimonia plurimū a cęteris qui ante ipſum pręturam
illam adminiſtraſſent differre ſe demonſtrauit. Nam ut illi publicis tabernaculis
lectis ueſtimētis/magnifico apparatu/numeroſa ſeruorū ac amicorū multitudine
cōuiuiis graues erāt. Sic ipſi nullā ad rē publico ſumptu opus fuit. Cū urbes
adiret ſine rheda proficiſcebatur/unus autem publicus ad miniſter ueſtē & turibiū
ferens quo cum ſacrificaret ſequebatur. In his adeo tenuis/adeo facilis ſubditis
uiſus/alia ex parte grauē & elatum ſe gerebat. Nam & ad ea quę ad iuriſdictionē
ſuam pertinerent inexorabilis: & in his quę ad imperium ſpectarēt adeo ſeuerus
& integre fuit/ut nunq̄ populi Romani maieſtas illis terribilior nunq̄ carior ex/
titerit. Ipſius orationis genus haud ſane diſſimile fuiſſe perſpicuū eſt. In eius enī
ſermone comitate grauitas/terrore iocunditas/& ſalibus auſteritas condiebatur.
Qui ſi exterius in congreſſus ſpectaretur nullius dignitatis imaginem ſed ſatiricū
carpēdi ſtudium prę ſe ferebat. Sin interius ſeriis & dignitate rerum refertus erat:
ut iis quibus cum loqueretur lacrimas mouere: & animum quo uellet trahere
poſſet. Quo circa haud ſatis ſcio quod nōnullis in mentē uenerit ut genus dicēdi

quod a Catone uſurpatum eſt Lyſię conferrent. Verum hęc uiderint qui uarias
orandi formas diiudicare ſuũ eſſe officium putant. Nos uero breuia quędã ſcri-
bemus: quę memorię prodita ſunt: cum lõge ſignificãtius ac apertius ex ſermo-
nibus q̃ ex liniamentis oris ut pleriq; arbitrantur de moribus hominũ cẽſeamus
Hic aliquando cum populum Romanum importune tumultuantẽ a partiendo
ac diuidendo frumento auertere ſtatuiſſet huic in modũ orſus eſt. Difficile quidẽ
eſt Quirites ad carentem auribus uentrem uerba facere. Ciuitatis rurſus mores
increpans inquit. Laborioſum eſt illam rem publicã ſaluam fore ubi piſciculus
pluris q̃ bos uenit. Romanos etiam mutis pecudibus conferre ſolebat: nam ut
illę ſingulę nemini obtemperant, uniuerſę autem gregis principẽ ſecuntur. Sic &
uos ab iis quos priuatim nequaq̃ cõſiliarios habere uelletis. Hic frequentes co-
acti agi ęquo animo permittetis. De uxoria poteſtate ſic eum locutum accepimus.
Omnes homines uxoribus imperant nos oĩbus hominibus nobis autẽ uxores.
Hoc enim eſt ex eorũ genere quę a Themiſtocle grauiter ac prudenter dicta ſunt.
nam cũ ſibi filius matris interceſſione pleraq; iuberet. O uxor inquit Atheniẽſes
gręcis imperant, ego Atheniẽſibus, tu mihi tibi filius. Quare licentiã moderetur
qua fretus imprudens plus poteſt q̃ uniuerſa gręcia. Populum Romanũ Cato
non modo purpure ſed ſtudiis atq; exercitationibus conferre magiſtratus dixit.
quẽadmodũ enim tinctores eum maxime colorem inducũt, quo paſſim delectari
mortales intuentur: Sic adoleſcentes ea magno ſtudio diſcunt & conſequi cupiũt
quę uos honore ac laude digna iudicatis. Eos exhortabatur ut ſiquidem uirtute
ac moderatione magni facti eſſent ne ad deteriora ſe conuerterẽt. Sin incõtinẽtia
ac improbitate amplitudinem eſſent conſecuti ad meliora ſe referrent. Satis enim
exploratum habebat ſuperioribus illis rationibus eos non mediocres honores
adeptos eſſe: qui ſumma cura ac diligentia ſępe magiſtratus ambirent: eos uelut
ignaros uie dicere ſolebat ne errarent. Lictores quibus cum incederent ſemper
queritare, ciues grauiter increpabat, qui eoſdem frequenter publicis muneribus
pręficerent. ſic enim uel non multi facere principatum uidemini: uel non multos
qui principatu digni ſint exiſtimatis. Ex inimicis cum quiſpiã turpiter ac igno-
minioſe uiueret huius mater inquit cum deos immortales precaretur, ut hic ſibi
uita functę ſuperſtes ſit, execrari non orare ſe putat. Paternum quidam fundum
maritimũ uenum dederat, quo facto Cato magis atq; magis ſe mirari ſimulauit.
q; longe amplius ipſe q̃ mare potuiſſet. nam quę uix pontus alluebat iſte facile
abſorbuit. Cum Eumenes rex Romam ueniſſet & a ſenatu comiter ac honori
ficentiſſime ſuſceptus eſſet: & clariſſimorum circa eum ciuium frequentia certatim
uerſaretur Cato non obſcure tantum erga regem ſtudium ſuſpectum habens eũ
declinabat: dehinc cum ipſi diceretur Eumenem frugi uirum amiciſſimo animo
in remp: Romã eſſe. Eſto inquit ceterum hęc ipſa belua rex ſcilicet natura forax
canis eſt. Neminẽ ex regibus qui per beati putantur inuenies quem Epaminõde
Themiſtocli Marco Curio & amilcari cognomento Barce optimo iure cõferre
poſſis. Inimicos inuidia ſibi affectos dictitabat, quia quotidie noctu exurgens
rei ſuę familiaris rationes negligeret: ut rei publicę dignitati ac commodis omni
cura uigilantiaq; cõſuleret. Is quoq; dicere cõſueuerat ſe gratia quã ex benefactis
expectaret priuari malle q̃ penam non dare quę ex malefactis ſibi deberetur. Oĩ-
bus qui ab officio deſtitiſſent ſe dũtaxat accepto facile ignoſcendum eſſe ĩdicabat

Postea ꝙ tres in Bithimiam legati rome delecti sunt quorum unus podagra alter capite uulneribus confosso/ tertius uecordia laborare uidebatur: ridens Cato po-
pulus Romanus ĩquit legationẽ emittit quȩ nec pedes nec caput nec cor habet. Scipio polibii gratia super iis qui ex Achaia relegati fuerãt cũ Catone collocutus est. Postea cũ multis sermo de illorũ reditu in senatu haberetur & pleriqꝫ accu-
ratius ꝙ par erat contradicerẽt hunc in modũ Cato disseruit. Quasi nihil habea-
mus quod dignũ factu sit uniuersũ diẽ de grȩculis senibus altercãdo cõsumimus ac si multũ intersit utrũ pȩnes nos an in Achaia sepeliantur. quibus simul ac ex senatus consulto domũ reuerti concessum est. Polibius in senatũ introduci moli-
ebatur ut exulibus illis qui grauissimi ordinis decreto ĩ patriã redibãt pristinos honores & magistratus restitueret. qua de re cũ Catonis sẽtẽtiã rogaret/ subridẽs Cato respondit: Polibiũ quẽadmodũ ulixem speluncam Ticlopis subire uelle: ut pileum & cingulum quȩ illic oblitus erat/ repeteret. Affirmabat preterea stultos prudentibus uiris maiori emolumẽto esse ꝙ prudentes stultis. nam qui prudẽtia ualent illorum errata facile deprehendere ac uitare/ stultos uero quȩ a prudẽtibus recte facta sunt imitari non posse. Se quoqꝫ longe plus adolescentibus delectari: quorũ uultus rubore potiusꝙ pallore prefundaretur. Eo milite sibi opus nõ esse qui inter eundũ manus inter confligendũ pedes agitaret: quiqꝫ stertendo ꝙ hos-
tibus inclamitando longius sentiretur. Cũ in pinguẽ quẽpiã acerbe maledictis inueheretur/ quibus in rebus huiscemodi corpus ciuitati fructuosum ac cõmodũ futurũ rogauit/ cuius inter guttur & inguẽ cũcta sub uentris ditione posita forẽt. Libidinoso cuidã inter familiares suos esse cupiẽti concessurũ se negauit/ quoniã cũ eo uiuere nõ posset qui melius ac subtilius palato ꝙ corde sentiret. Animũ eius qui a moribus teneretur in alieno corpore uiuere dicebat. Tribus itẽ in rebus per omnes uitȩ suȩ partes pȩnitentiã egisse: primũ si mulieri quicꝙ archanũ aliquãdo credidisset: secũdum si aliquo naui transmisisset/ quo pedestri itinere sibi proficisci licuisset: tertiũ si qua dies ei per incuriã inanis effluxisset. Deprauatũ quoqꝫ quã-
doqꝫ senẽ cõspicatus de magnopere inquit rogo ut cũ pleraqꝫ turpia senectutem circũueniat/ des operã ne te auctore malignitatis accessio fiat. Ad tribunũ plebis qui in suspitionẽ ueneficii uenerat iniquã legem ferentẽ adolescens ait nedũ scio utrũ haurire quod temperas an approbare quod scribis deterius sit. Cato cuius-
piam qui multis intẽperantie ac impotentie notis inustus erat probris uexatus impar mihi tecum ait certandi conditio est/ nam ut & male audire & male dicere tibi facillimũ simul & promptissimũ est: sic & mihi & maledicere insuaue & male audire insuetũ est. Quȩ uel ab ipso dicta prudenter uel responsa acute mandata litteris extant huius generis sunt. Verũ enim uero cũ Valerio Flacco cuius ami-
citia & consuetudine familiarissime utebatur consul designatus citeriorẽ Hispaniã sortitus est. Huius ubi complures populos in potestatẽ redegisset cõplures dex-
teritate atqꝫ humanitate sibi uendicasset aduentantibus multis ac maximis Bar-
barorum copiis eo in discrimine res erat ut turpiter uim inferri posse putaretur. Quãobrẽ celtiberos finitimos ab belli societatẽ accersiuit: quibus ducẽta subsidii gratia talenta stipẽdii nomine deposcẽtibus: cȩteri quidẽ minime tollerãdum esse censebant Romanũ auxilia Barbarorũ tutelȩ suȩ causa mercede conducere. Tũ Cato nec graue nec durũ esse respondit/ nã si uicissent non suis opibus sed mani-
bus hostiũ facturũ satis: si uicti essent/ nec eos qui repeterẽt/ nec a quibus repeti

deberet superstites relictum iri. Hanc pugnam cum summa ui conflictum esset
uicit|magnoq; cū splendore reliqua procedebāt. Omniū urbiū muros|quę intra
Betin amnem sunt|a Catone uno die solo ęquatos fuisse Polibius auctor est. Has
plurimas & multitudine & genere militū munitissimas extitisse cōstat. Ipse Cato
plura se oppida cępisse q̃ in Hispania dies egisse cōmemorat: eaq; haud sane iactā-
tia est si re uera quadringēta numero fuerūt. Multi itaq; ex ea expeditione locu-
pletati|singulas etiā argēti libras uiritim diuisit: illud adiecēs melius esse multos
ex Romanis argētū q̃ paucos aurū habentes in urbē reuerti. Ex captiuis hostiū
rebus pręter cibū & potū nihil ad se peruenisse dicit. Quod ab ipso factū est tā-
&si nemini uitio daret: si huiuscemodi oblata occasione cōmodis suis fortunisq;
seruiret: quia cū uiris optimis mallet de uirtute q̃ cū ditissimis de pecunia & aua-
rissimis de lucri quęstusq; cupiditate certamē īire. Nec se ipsū mō uerū etiā admi-
nistros suos ab oī prędę noxa liberos seruabat. In castris quinq; secū seruos ha-
buit: quorū uni Pacho nomē fuit: is tres puellas ex captiuis qui sub hasta ue-
niebant emit. quod cū rescisset Cato prętimore Pachus anteq̃ ad eius conspectū
ueniret: sibimetipsi mortē consciuit. sic seruis deinde uenditis precium eorū Cato
in ęrarium retulit: Hunc cū adhuc in Hyberia esset Scipio maior inimico animo
insectabatur. & rebus ipsius fęliciter gestis impedimēto esse cupiēs|ut in illa pro-
uintia sibi succederet perfecit. Subinde ut q̃ primum Cato magistratu decederet
magno studio contendit|ipse uero cū quiq; militū cohortibus & quingētis auxi-
liaribus equitibus lacentanos subegit sexcētos transfugas in manū suā redactos
ultimo supplicio affecit. Quibus ex rebus infestū sibi Scipionē mordēs Cato sic
sic Romā maximā fore per simulationē dicebat. Siquidē claro loco nati primas
uirtutis partes ignobilibus minime cōcederēt & plebei ordinis homines quorū
in numero ipse esset cū genere & gloria primariis de uirtutis laude certarēt. Quo-
circa cū pleraq; aduersus eū Scipio moliretur senatus decreuit ne quid eorū quę
a Catone constituta essent permutaret aut abrogaret. Huius magistratus initio
Scipionis potius q̃ Catonis amplitudini ac auctoritati detractū est. Nam ita
quiete res fuere ut cū nihil memorabile gereretur per ociū mora segnis militibus
esset. Cato ubi triūphans urbē inuectus est|aliud uiuendi genus q̃ cęteri solēt in-
stituit|qui non uirtutis sed glorię causa magno spiritu contēdūt. Cūq; triūphos|
cōsulatus ac spectatissimos honores adepti sunt: ad uoluptatē atq; otiū deinceps
se conuertūt: & ea uitia quę a rei publice dignitate & cōmuni utilitate seiūcta sūt.
Non sic Cato non sic uirtutis neruos remisit|sed tāta cura & uigilātia|quāta qui
primū rei publicę procurationē suscipiūt & honores & magistratus siciūt cupidi-
tate incredibili|quandā aliā rationem de integro ingressus est. ut enī amicis & ci-
uibus usui esset neq; patrocinii neq; militię labores unq̃ repudiauit. Tiberiū si-
quidē Semproniū consulē qui circa Histrū & Thraciā ductabat exercitū legatus
iuuit|deīde cū Mannio Acilio tribunus militū aduersus Anthiochū illū magnū
in gręciā uenit: qui tantū Romanis terrorē quantū nullus alter post Hanibalem
iniecit. Asiam sane quantācūq; Nicator Seleucus habebat uniuersam ferme sub
nutū ditionēq; suā recipiēs simul ac plurimas feroces ac pugnacissimas Barbaras
nationes domuit|elatus animo cū Romanis belligerare cogitabat. quoniā solos
eos dignos ratus est|quibus cū de imperio armis decerneret. Is nequaq̃ īdecorā
belli causam cōmētatus ut gręcos scilicet Romanorū beneficio iam a Philippo &

Macedonibus liberatos ac suis pristinis legibus uiuentes uano titulo liberaret:
cũ copiis in gręciã transmisit: quę per id tempus in certis fluctibus iactabatur:
quod partium duces regiis pollicitationibus aĩos innouãdarũ rerũ cupiditate
suspensos in deteriorẽ partẽ exciuissent. Quãobrẽ Mannius ad ciuitates legatos
mittere. Titus quoq; Flãminius ut in eius uita scripsimus multa|quę res nouas
moliebatur sine tumultu cõtinere ac sedare. Cato Corinthios & Patrẽses ac Agi/
enses Romanis asciuit. permultũ etiã temporis Athenis cõsumpsit. cuius adhuc
oratio quędã extare fertur|quã gręce ad populũ habuit|quasi miro quodã amore
ueterũ Atheniẽsiũ uirtutibus affectus singulari cũ uoluptate urbis pulcritudinẽ
ac ciuitatis amplitudinẽ spectatũ uenisset: id aũt falsũ est. per interpretẽ enim cũ
illis locutus est quãq̃ ita gręce sciret ut interpretis officiũ minime sibi necessarium
esset latinis litteris adeo contẽtus fuit ut eos non magnopere probaret qui gręca
admirarẽtur. & Postumius Albinus qui gręce scriberet historiã ueniã depreca/
tus morsibus eius uacuus nõ fuerit. Sibi enim ignoscẽdũ fuisse si amphictionũ
decreto coactus illas res gestas scribere adortus esset. Acerrimã eius indicendo
celeritatẽ magnę Atheniensibus admirationi fuisse traditũ est. Nam quęcũq; ipse
breuissima oratione expediret: interpres multo uerborũ ambitu uix renũctiabat.
Quo circa rati sunt gręcis quidẽ sermonẽ ex labiis: Romanis autẽ ex corde pro/
ferri. Anthiocus ubi Thermophilarũ angustiis ualido pręsidio firmatis uallo
& muro locũ|qui natura sui iniquus & difficilis erat|stationibus etiã armatorũ
obiectis cõmunisset: quasi opinione sua iam bellum explosisset confidebat. Quo
factũ est ut a fronte quidẽ fauces expugnare Romanus penitus desperaret. Illũ
uero persarum circuitũ uersans animo Cato noctu quibusdã acceptis copiis ire
pergit. Cęterũ cũ superiorẽ semitã primi tenuissent captiuus quidam itineris dux
errore uię captus militi dubiis in locis ac pręcipitibus constituto męrorẽ simul ac
pauorẽ iniecit. Conspicatus hoc discrimẽ Cato cęteris oĩbus quiete manere iussis
& .L. Manlio uiro ad conscendẽdos montes aptissimo comite ascito per loca cõ/
fragosa laboriosum & multis obiectũ periculis iter ingressus est: nocte enĩ intẽ/
pesta nihil lucente luna proficiscẽtibus oleastris saxis aspretis late dispersis singu/
laris incertitudo & obscuritas prospectũ ademerat: donec in tramitẽ incidere:
cuius ut assequebatur coniectura in hostiũ castris finis erat. Tũ ubi signa non/
nullis apertis ac conspicuis truncis apposuere: quę supra Calidromum id enim
cacuminis nomẽ erat eminerẽt ad suos reuersi sunt. Mox ad insignis illas uotas|
copias adducentes eam ingressos|callem|cũ paulũ processissent|eo deficiẽte cõuallis
quędã excepit. ubi denuo uniuersi metu ac trepidatione uix mente cõstabãt|ig/
nari quod prope hostẽ essent dilucescente iam die & uox quędã audiri uisa & re/
pente gręcorũ uallũ despici cęptũ. qui pręcipites illas rupes custodes seruabant.
Hoc loco firmatis cohortibus Cato Firmianis ad se uocatis: quorum perpetua
fide ac prompta opera usus erat: hisq; ex templo dicto parentibus hunc maxiẽ
inmodũ loquitur. Vnũ ex hostibus ut uiuũ in manũ meã adducatis opus est.
qui me doceat: quibus hęc prima custodia data sit|quanta hostiũ multitudo|quę
omnium dispositio|quis ordo|quis apparatus quo nos excepturi sunt|ad eum
corripiendũ tota in celeritate ac audacia spes esto|eodẽ modo leones inermes fi/
ducia & spe pleni horrenda immaniũ ferarũ lustra ingredi solent. Quę cũ dixis/
set Cato firmiani ut erãt per mõtes ad speculatorias custodias discurrũt. quibus

& gratia apud se tãtum potuit : quantum quicũq; superiori tempore beniuolẽtia
& familiaritate sibi deuinctus esset : penes ipsum igitur consulari prouincię pre-
fectum aliquando in conuiuio ex more discumbens multis blandimentis Lutiũ
qui uino facile uincebatur alliciebat / quem cum a se diligi plurimis uerbis ostẽ-
deret / hoc testimonio usus est . Omnibus domi gladiatorio spectaculo intẽtis cui-
us tam&si uisendi desiderio afficerer quod obtruncari nunq̃ hominem uiderim /
tamen sub ipsum spectaculum ad te properaui . Lutius autem indulgẽs amator
cum parẽ sibi gratiam referre uellet . huius inquit rei causa ne mecum sub tristis
sis / hoc enim męrore te q̃ primum liberabo . Extemplo igitur unum ex iis qui rei
capitalis crimine damnati erant ad se in conuiuium adduci imperat : & accersito
cum securi carnifice amasiolum denuo rogitat utrum hominem percuti spectare
cuperet : qui cum se uelle respondisset : collo caput eximi iussit . Ad hęc quę plu-
rimi tradiderunt / accedit Ciceronis testimoniũ : apud quẽ in dialogo de senectu-
te Cato talia disputat . Liuius autem eum qui interfectus est Gallum transfugam
fuisse : nec Lutium feriendi negotiũ carnifici dedisse sed propria manu in corpus
illius seuisse commemorat / idq; in oratione Catonis scriptum extare . Moto itaq;
Lutio ex ordine senatorio Titus frater id ęgre passus ad populum confugit rati-
onem offerre iubens cur adeo ignominiose fratrem eiecisset . At ille cum cõuiuii
turpitudinem exposuisset & . L . negaret ad iusiurandum a Catone reuocatus / ter-
giuersatus est . Id ubi multitudo perspexit dignas dedisse pęnas sciuit : deinde cũ
spectaculo ciuitas frequens interesset Lutius consularem locum pretergrediens
procul consedit / qua re populus uehemẽter misericordia cõmotus magno plausu
reuerti & in honestiore sede collocari coegit . quasi quoad sibi liceret quod in eum
factum esset emendaret : & uulnus quod inflixerat hoc studio hoc beniuolentię
testimonio mitigaret . Manilium quoq; uirum clarissimum consulem futurum e
senatorio loco mouit : qui interdiu pręsente filia dissuauiasset uxorem / quę cum
increparet testatus est / se nũq̃ nisi cũ aliquãdo tonaret a sua cõplexũ : unde per iocũ
dixisse ferunt / tonante Ioue se beatum esse . Lutius etiam Scipionis Africã frater
Catoni causam attulit ex qua sibi singularem inuidiam contraxit . haud enĩ ęqui-
tate causę sed Africam contumelia potius a Lutio Scipione uiro triumphali equũ
ademisse creditus est . Ad hęc molestia magnopere multos eius seueritas affecit :
qua sumptuosos apparatus quos nemo penitus rescindere potuisset / circũcidebat .
Quoniam plurimos in ciuitate luxuries iam ęgros reddiderat ac propemodum
labefactauerat . Vt igitur in omnes animaduerteret coegit uestis carpenti mundi
muliebris & domesticę supellectilis decuplum amplius incensum referri : q̃ earũ
rerum pretium sineret . si mille quingentas drachmas excessisset : alioquin in ani-
mum induxerat ut maiori censu grauati plus in erarium conferrent . Insuper tria
singulis milibus ęra attribuit / ut cũ frugi uiros & moderatos sibi fortunis pares
pauciores pecunias in fiscum persoluere cernerẽt a luxu desisterent . Grauiter aũt
Catoni succensebãt quicũq; ut instituerãt laute uiuentes tributi nomine suas opes
exhauriebant aut qui delicias / quibus capti & demoliti erant propter pecuniarũ
collationes exuebant . Leges enim quibus diuitiarum ostentatio interdicitur nõ-
nulli diuitiarum ademptionem esse arbitrantur . Eas autem nequaq̃ rebus quę
ad uitam necessarię sunt sed superuacaneis ostẽtari . Quapropter omniũ cõsensu
Aristonem philosophum maxime admiratum ferunt homines potius superfluis

fortunę bonis : q̃ necessariis ac commodis beatos esse. Vnde scopas Thessalus cū
quispiam familiaris qui ab eo quicq̃ assequi contenderet quod neqꝫ necessariū sibi
neqꝫ ualde commodum esset : huiuscemodi rebus inquit & felix sum & locuplex/
superuacuis inq̃ & usui minime necessariis. Sic uehemens opum studiū nequaq̃
nobis a natura datum ex uulgari & aliena opinione introductū est. Quę quāq̃
ita essent/ Cato tamē tales incusatores nihilifaciens etiam atqꝫ etiam seuerius aīum
intendit. Aquę ductus enim quibus aquam publicam priuatim in domicilia &
ortus subductā usu capiebāt abscidit. Et quęcūqꝫ in loca publica porrecta essent
ędificia/ diruit ac demolitus est. Operarias artes ad mercedem prauam cōtraxit:
uenditionibus supremo pręcio uectigalia extimauit. Ex quibus haud mediocris
in eum delata est cōmoditas. Qui uero cum Tito Flaminio sentiebant aduersus
Catonem conspirantes impensas & sacrarum ędium & urbanorum operum lo-
cationes uelut inutiles irritas fecerunt. Tribunos etiam plebis impudentiores &
ad omne facinus propēsiores solicitauere ut Catonem ad populum prouocantes
duobus talentis mulctarent : eiqꝫ in apparatu basilicę magnis altercationibus
refragati sunt : quam ex ęre publico uicinā foro sub curiam a se in ędificatā portiā
basilicam appellauit. Populus mirum inmodū Catonis censuram gratā habuit.
cui cum statuam cōsularem in templo collocasset/ nec Catonis pręturas/ nec īperia/
nec triumphum : sed hunc titulum inscripsit. Rem Romanam iam prolabentem
& in deterius uersam Cato creatus censor modestissimis institutis/ optimis mori-
bus ac pręceptis pristinū in locum restituit. Huiuscemodi honoris ambitiosos
initio contempsit/ eos nanqꝫ latere dicebat quod fabrorum aut pictorū operibus
gloriantur. Cū honestissimas & pulcherrimas eius imagines populus Romanus
animis circumferret : nonnullis admirantibus quod ignobiles & mediocres ho-
mines statuas haberent : Cato uero nullam/ queri inquit malo/ q̃obrem Catonis
simulacrum hic nō positum sit/ q̃ cur positum sit. Neminem pręterea bonum ciuē
laudari ac celebrari passus est : nisi id communi utilitati coniunctum esset. pluri-
mum uero pręter cęteros de se ipso pędicauit. cui magno illud argumento est/
quod qui in uita ab officio defecissent/ si quando reprehenderentur eos minime
uituperatione dignos/ quia Catones non essent dicere solitos refert. Illos etiā qui
eius acta nec magna cura nec singulari diligentia imitari conarentur/ sinistros
Catones appellari. Vniuersum senatū periculosis reip : temporibus ī se ut in sęua
tēpestate uectores in gubernatorem oculos cōuertere. Quapropter eo absente
res grauissimas ad quas abeundas magnam sibi partem celeritas uendicabat:
sępe tamen in aliud tempus prorogari : quę non solum suo sed aliorum quoqꝫ
testimonio uera fuisse constat. In ciuitate igitur cum uitę institutione/ eloquentia
ętate multum anteiret magnos honores/ ac singularem dignitatem consecutus est.
Fuit bonus in liberos parens. In uxorem maritus frugi/ & rei pecuniarię procu-
rator non uulgaris. Namqꝫ huiuscemodi curas cogitationesqꝫ non perinde/ ac
paruas & humiles a se alienas iudicauit. Quāobrem oportere arbitror/ ut quę-
cunqꝫ de his ab ipso bene constituta sunt summatim dicam. Foeminam quę lōge
magis generis antiquitate q̃ diuiciis polleret uxorem cępit : quāq̃ utranqꝫ grauē
& molestam censeret/ tum honesto loco natam natura potius turpitudinē uereri.
& ad ea quę recta essent marito ob sequētiorem fore cogitabat. Eos qui uel uxorē
uel liberos uerberassent/ quasi in sanctissima deorū tēpla manus intulissent/ impios

irruentibus omnes tale nihil expectantes tantus undiq; pauor circũuasit/ut quid in rem esset ignari passim fuga dispersi sint. Ex iis unus ipsis cum armis prẽsus in manus Catonis defertur: a quo explorat cum reliquę copię in angustiis cum rege sedeant sexcentos ętholos ibi delectos esse: qui extremas collium partes pro statione tenerent. Horum simul negligentia Cato & paucitate contempta ex tẽplo iussit canere tubis ĩgẽti clamore ac strepitu: primus stricto pugione suos admouit quod cum ex preruptis montibus repente inuectos cernerent in regia castra fugientes omnia tumultu ac terrore complent. Manius interim munimenta quę fauces illas tutabantur uniuerso admoto exercitu ex inferioribus oppugnat. Tũ Anthiochus os lapide ictus excussis dentibus doloris acerbitate equm auertit. exercitus nulla ex parte uim Romanorũ ac impetu sustinere sed effusa fuga terga dare & per ancipites saltus palustri limo & uoraginibus inuios ac preruptos & lubricos colles iter habere. Ad hęc intra angustias illas inuicem occurrentes ita circumfuso undiq; terrore ac hostili ferro obtorpescere/ut Romanus eos passim cederet. Cato usq; quaq; minime parcus suarum laudum prędicator a iactantia quę res magnifice gestas sequeretur nõ abhorrebat. Tum Hisce pręclaris factis suis magnum cumulum adiecit. Is enim qui eum insectantem ac cedentẽ hostes uiderat dixit nullo pacto tantum populo ro: Catonem quantũ Cato in populũ ro: debere. Ipse quoq; Manius consul ardentem adhuc ex uictoria Catonem aliquãdiu complexus singulari cum lęticia clara uoce testatus est/neq; se neq; uniuersum populum ro: maximis ac ĩmortalibus Catonis beneficiis meritam laudem & gratiam referre posse. Haud multo post Cato certus rerum gestarum nuntius Romã missus prospera nauigatione Brundusium traiectus est. Illinc autẽ soluẽs uno die Tarentum delatus quatuor consequẽtes iter habens quinto Romam ab ora maritima profectus: primus uictoriam nuntiauit. quare gaudio & sacrificiis ciuitatem reuersit: eiq; magnos spiritus iniecit ut maria ut terras suo uendicare posset imperio: Hęc ferme bellicis artibus ęgregie a Catone acta sunt. Accusationes ac uituperationes in improbos reip: partes singulari quidem studio dignas esse ratus & accusationibus aliis opem tulit/& quosdã qui in iudiciũ uocarẽt ut perilium in Scipionem comparauit/quem cum amplitudine familię & uera aĩ magnitudine calumpnias calcare percepisset missum fecit: quoniã quod in eius pernitiem constituisset/consequi desperaret. Lucium autem fratrem inito cum accusatoribus consilio grandi ęre in publicum referendo mulctauit. Quod cũ luere nõ posset/nisi ipsum prouocatio ad tribunos plebis ęgre liberasset/in uincla coniectus esset: Cum adolescens quidam patris iam uita functi ignominia inimicũ affecisset/cũ deinde per forum deambulantem obuium sibi factum Cato comiter complexus ęquum est inquit non agnis non edis sed emulorum lacrimis ac dãpnationibus sic exequias parentũ celebremus. Quę quãuis ita se haberent/calũpniarum tamẽ in rep: expers non fuit/nam ubicũq; inimicis accusationis argumentum accusationemq; prestabat in causa dicenda magno cum discrimine uexabatur. Ferme enim quinquagies ei diem dictam esse ferunt. postremo sex & octuaginta natus annos accusatus/uulgatum illud dixisse aiunt. Difficillimũ esse cum inter alios homines uixeris pęnes alios: de his criminibus respondere quę ab aduersariis obiecta sint. nec in ea ętate forensibus causis ac contentionibus modum statuit. Nonagesimo enim anno Seruilium Galbam ad populi iuditiũ

adduxit. ex quo satis constat ipsum uelut Nestorem patrię operam nauasse: dum tertiam uiueret ętatem. Is enim ut diximus Scipioni maiori infẽsior suis in rep: conflictationibus in Scipionem usq; minorem perrexit: eius quidem pauli filiũ qui Perseum & Macedonas bello uicit: illius autem adoptionis iure nepotem annos decem Cato post consulatum censuram ambiuit: quę cum omnium magistratuũ facile princeps sit: uniuersę reip: supremum & perfectissimum locum habet. Hęc cum alias res tum uero ut mores uitasq; discutiat, plurimo imperio ac potestate est: utiq; de nuptiis, deliberorum procreatione, de uiuendi ratione, de conuiuiis diligenter inquirat. Nullam deniq; omnium cupiditatum ac institutionum esse: quam adoriri ac indagare non oporteat. His enim putabant longe facilius ꝗ publicis muneribus, aut iis quę in oculis omniũ fiunt, hominũ mores eum posse deprehẽdere: qui seueritate disciplinę, ne quis ad uoluptatẽ uerteretur custodiret: & acerrime coherceret, ne quis patriam ac consuetam uiuendi disciplinam trãsgrederetur. Ad hoc igitur munus alter Patritius alter uero Plebeius diligebãtur quos censores appellabant. His licebat & integrum erat e senatu eos eicere & illis equm adimere: qui flagitiose ac intemperanter degerent. Ipsi quoq; sacrificiorũ pręcia curabãt & descriptionibus genera & reip: officia distinguebãt multas pręterea potestates hic magistratus habet: quapropter in petitione cẽsurę nobilissimi & primores patrum Catoni obstiterunt. Patricii quidem inuidia stimulari cum hoc pacto nobilitati maxime detractum iri putarẽt, si ignobili loco nati ꝗprimum summum honoris gradum obtinerent. Hac re etiam uehemẽter eos commoueri: quibus ex multorum malefactorum conscientia & prisci moris transgressione uiri austeritas terrori erat. Quam difficilem & in exorabilem fore sibi suadebant: si censorii muneris ius & auctoritas accessisset. Id circo studiis partium ex composito paratis septem cãdidati in campum deducti cum Catone magna cõtentione petierunt. Hii quidem bona spe multitudinem colere: ut quę mollem & uoluptuosum iam magistratum expeteret. Contra Cato aliã petendi rationem ingredi, nullã facilitatis aut comitatis significationem prę se ferre. Verũ potius ex suggesto improbis minitabundus aperte & palã testari: ciuitati maxima expiatione opus esse. Hunc in modum populũ rogare ut si prudentes essent: non blandissimũ ac asperrimum medicũ deligerent. Se quidem illum esse, alterũ autem ex patriciis Valerium Flaccũ quo uno collega delitias ac mollitiem uelut ydram excindens atq; concremans: ut opinio sua ferebat pleraq; quę in re essent facturus erat. Cum cęteris uero minime sibi liberũ fore pro dignitate rei publice administraret, quoniam optimos preceptores formidarent. Qua quidem in re populus Romanus magnis sane principibus dignus: sic excelso animo fuit ut nec rigidos nec elatos Catonis mores extimesceret. Verum cęteris omnibus popularibus, & qui cuncta ad gratiã facturi uidebantur, repulsis cum Catone Flaccum censorem designarit. cui non uelut candidato sed iam principi & imperitãti paruit. Cato. L. Valerium Flaccum collegam amicissimum senatus principem discripsit e quo cum alios complures tum Lutium Quintium Flaminium eiecit, qui septem annos antea consul fuerat, & quod longe sibi gloriosius fuerat. T. Flaminii frater qui armis Philippum debellauerat. causam autẽ cur e senatorio loco motus sit hanc accepimus. Lutius adolescentem liberali forma scortũ deperibat: quem semper secum habuit. Hic cum imperator rem gereret & honore

eſſe putabat : eumq́ꝫ maiori laude dignabatur qui bonum maritum ſe ageret : q̃
qui in ordine ſenatorio magnus eſſet . Quo circa Socratis illius Priſci nihil am/
plius admiratus eſt q̃ qꝫ difficilem & contumacem coniugem & inſanos liberos
nactus cum eis comiter atqꝫ humaniter uixiſſet . Vbi Cato filiolo auctus eſt niſi
reſp : impedimento eſſet| nullũ officiũ ſibi antiquius fuit q̃ ut in tẽpore quo infans
lauaretur| & uelamentis inuolueretur uiſendi cauſa domum ueniret| hunc ſuo lacte
uxor aluit quẽ ut ſeruorũ beniuolẽtia & caritate muniret ancillarum puellos in/
terdum uberibus ſuis admouit haud ignara quanta neceſſitudine pleriqꝫ cibi ſo/
dalicio coniuncti ſunt . Cato uero filiũ q̃ primũ per ętatẽ intelligere potuit litteris
erudiuit| tam&ſi Chilonem gratioſum ſeruũ grãmaticũ haberet . qui cũ pluribus
pueris ludum aperuerat indignũ ut ipſe perhibet ratus natũ ſuũ ſi diſcendo tar/
diuſculus eſſet ab eo qui ſeruiret reprehendi ac aurẽ diſtorqueri . Doctrinę huius
quoqꝫ cauſa mancipio debere gratias noluit . Ideoqꝫ ipſe litterarũ pręceptor fuit .
Ipſe leges edocuit : ipſe exercendi corporis magiſter| non modo iaculãdi| tractãdi
arma| equitandi| ſed etiã pugno dimicandi| & calorẽ & frigus tolerãdi ac rapidos
gurgites & aſperrimos fluuios intrandi artes inſtruxit . Ipſe etiã propria manu
hiſtorias Maiuſculis litteris exaraſſe teſtatur ut domi maiorũ uirtutis exempla
filiolo uſui & adiumẽto forent . a Verborũ turpitudine preſente puero ſic tẽperauit|
quaſi ueſtalibus uirginibus arbitris locuturus eſſet Nec cũ eo unq̃ lauit id quod
a Romanis factitatũ eſt . Generos enim cũ ſoceris balneũ ingredi| uitio dabant :
quoniã membrorũ nudationẽ inſpectantibus illis cum decore fieri non poſſe iu/
dicarent . Poſtea cũ a gręcis Romani nudari didiciſſent| ipſi ſubinde gręcos ut id
cum uxoribus uſurparent docuerunt . Omnia igitur quę ad ingeniũ & ſolertiam
pertinerẽt| Cato qui filiũ perinde ac pulcherrimũ quoddã opus ad uirtutẽ forma/
bat ac effigiebat| ex ſentẽtia perfecit . Cum uero corpus natura mollius q̃ labori
ſufficiẽs appareret| ſtricte ac caſtigate leges uiuendi ſibi remiſit . Qui quãq̃ natura
talis eſſet ſtudio tamẽ & ĩduſtria adeo in re militari ſtrenuus fuit ut in ea pugna|
qua pauli Emylii auſpiciis aduerſus Perſeũ dimicatũ eſt maxima cũ laude certa/
uerit . Vbi cũ ictu pugio reiectus ex ſudore manu excidiſſet : męrore affectus ad
familiares ac cõtubernales conuerſus inclamitans cũ eis inconfertiſſimos hoſtes
ſe coniecere . Tum magna dimicatione magna ui nudato loco inter armorũ & ca/
dauerũ quę utrinqꝫ ceciderant aceruũ gladiũ uix inuenit . Hoc cũ Paulus impe/
rator animaduertiſſet magna cũ admiratione delectatus eſt . Quędã inſuper Ca/
tonis ad filiũ extat epiſtola in qua eius cupiditate ac uehemens menſe recipiendo
ſtudiũ| magnopere laudat . Hic adhuc adoleſcens tertiã Pauli Emylii filiã Scipi/
onis ſororẽ| cępit uxorẽ cũ nõ tã patris dignitate q̃ ſua ſingulari uirtute clariſſime
adeo gentis affinitatẽ ſibi cõparaſſet : talis deniqꝫ uir fuit| ut ſedulitas| induſtria|
diligẽtia| quibus eũ pater excoluit ipſius expectationi reſpõdiſſe uideatur . Multos
ſeruos Cato ex captiuis mit pueros preſertim ut aptius & facilius uelut Catulos
& pullos educare ac erudire poſſet . Hos ſic inſtitutos accipio ut minime alienam
domũ niſi Catonis aut uxoris iuſſu introirent : a quibus ſequeretur quid nã Cato
faceret| ſe nihil niſi| neſcire reſpondebãt . Oportebat ut ſibi perſuaſerat ſeruos domi
uel aliquod neceſſarium munus obire uel quiete corpus reficere . Quapropter eis
magnopere delectari ſolitus eſt quos ſomno deditos uideret| qꝫ ipſos mãſuetio/
res & preſtantiores futuros q̃ multis uigiliis affectos putaret . Seruos cõgreſſus

& coitus cã ingrauissima facinora illabi ratus/statuit ut de finito ęre cũ ancillis
congredi possent. Cũ cęteris aũt mulieribus ne liceret/interdixit. Horũ incuriam
atq; ĩprudẽtiã in his quę ad cibũ spectarẽt initio cũ tenuis adhuc & inops mili-
taret moleste nunq̃ tulit. Indecorũ eũ uentris/aut gulę causa graues lites & cõtro-
uersias cũ pueris & administris habere. Postea uero fortunis auctus cũ amicorũ
& collegarũ cõuiuiũ celebraret: cõtinuo post cęnã eos loro castigauit qui ab ob-
sequio/aut apparatu per negligẽtiã defuissent. Vnde pręterea mutuę semper inter
ipsos seditiones essent cõmẽtabatur/ꝙ illorũ uolũtatẽ aĩorũq; cõsensũ & suspectũ
haberet/& maiorem in modũ formidaret. De seruis qui capitalis noxę rei essent
presẽtibus cęteris iuditiũ agi & de dãnatis supliciũ sumi uoluit/dũ accuratissime
prouẽtus ad ĩtẽtissimã formã referret. Agriculturã delectationẽ potius q̃ fructũ
extimabat. Vt autem tuto in loco fortunas suas collocaret/Paludes/Lucus/aquas
calidas/loca fullonarię accõmodata prędia quę cũ opere rustico facile colerẽtur/
cũ sua spõte siluis & pabulationibus referta essent/cõparabat. Ex quibus multũ
pecuniarũ caperet/eisq; iupiter/ut ipse dicere solebat nocere nõ posset. In nauiga-
turis eo fęnore utebatur/quod ĩ primis reprehẽsũ est. Iubebat enĩ quibus mutuo
dederat ut multos coĩter in societatẽ asciscerẽt/qui quinquagĩta numero facti to-
tidẽ dispertiti nauibus cũ Quintione Leberto/cui suę & sotiorũ particulę negotiũ
dabatur enauigabãt. Erat enĩ haud uniuersam ĩ sortẽ sed magno cũ emolumẽto
paruam ĩ rẽ discrimẽ. Seruis etiã lucri cupidis argẽtũ prebebat/ut pueros emerẽt
quos ĩpẽsa Catonis educatos/ac instructos post annũ uenũdabãt. Ex his Cato
cõpluris detinuit/quos tanti suppeditauit quãti ab ẽptoribus sũmũ extimati sũt.
Cũ huiusęemoĩ quęstus studiũ filio persuadere conaretur/nõ uiri uerũ uiduę mu-
lieris esse dixit extenuatas facultates dimittere. Illud aũt lõge magis eius aĩ uehe-
mẽtiã dederat ꝙ illum hoĩem admirabilẽ ad gloriã ac diuinũ appellauit qui ra-
tiones suas ampliores q̃ accepisset relinqueret. Ea tempestate qua Cato iã grãdis
natu erat/Carneades Achademicus & Dyogenes Stoicus philosophus legati a-
Thenis Romã uenre: ut Atheniensiũ ciuitatẽ quĩgẽtis talẽtis/quibus Cycropiorũ
postulatione a Sycioniis ĩ dicta causa multata fuerat/liberarẽt. Mox adolescẽtes
huiuscemodi legatos uisendi & salutãdi gratia frequentes cõuenerũt: quos cum
disputãtibus interfuissent/laudibus & admiratione extollebãt. Carneades preci-
pue gratiosus habitus est in quo sic sũma uirtus cũ sũma extimatione iũgebatur
ut maxima comitate deuinctis auditoribus quẽadmodũ spiritu sic rumore ciuitas
subito cõpleretur. Vnius gręci hoĩs eloqnẽtia pariter ac sapiẽtia singulos demul-
ceri ac teneri & incredibili quodã studio iuuẽtutẽ cũctis posthĩtis uoluptatibus
ac reliquis exercitationibus quasi diuinitus afflatam ad philosophiam conuerti.
Quod cũ cęteris Romanis iocũdũ spectaculũ esset/quãdo cõplures adolescentes
optimis gręcis artibus erudiri & cũ spectatissimis uiris uersari cernerẽt: prĩcipio
ipse Cato huiuscemodi doctrinę studiis uniuersã ciuitatẽ abundare grauiter fe-
rebat. Verebatur enĩ ne ad hãc humanitatẽ conuersa iuuẽtus sic dicẽdi laude duce-
retur ut rerũ gerẽdarũ ac milicię gloriã cõtẽnerẽt. Vbi uero philosophorũ nomen
passim per urbem celebrari cęptũ est & uir clarissimus .C. Atilius magno studio
exorato senatu primã eorũ orationẽ uerbis latinis interpretatus esset. Cato secum
statuit uniuersos philosophos quadã honestatis specie Roma dimitti. Quo circa
in curiã ueniẽs primoribus patrũ grauiter questus est/ꝙ diuturno tẽpore infecta

re legati in urbe sedeant: quin tanto ingenio, tanta facultate dicendi sunt ut facile
quęcūq; uelit persuadeāt. Quāobrē reip: saluti cōducere quoddā senatus cōsul-
tū mature decerni, quo hinc abeūtes ad scholas reuertātur. Vbi liberos gręcorum
suis artibus instituāt. Romani uero adolescētes more maiorū legibus & princi-
pibus audiāt. Huius sentētię auctor fuit Cato non quia Carneadi ut nonnulli
suspicabātur īfēsus esset, sed quia philosophye & oī gręce doctrinę penitus aduer-
sus quātū in ipso erat insectabatur. Quippe cū socratē loquacē & uiolētū hoīem
appellaret. Qui cum in patria sua plus posse q̃ leges paterētur affectaret: Priscos
mores ac ueteres cōsuetudines antiquare ciuesq; suos ad cōtrarias pristinis insti-
tutis opiniones traducere molitus est. In Isocratē inuectus eius in scolis disci-
pulos cōsenescere aiebat, ut apud īferos cās quas in fidē suā recepissent patrocinio
tuerētur. Ad hęc cū gręcorū studia ad filiū maledictis incesseret. qui curā & ui-
gilantiā ad gręcas artes cōtulerat: grauiori sono uocis q̃ sibi per senectutē liceret,
quasi minime afflatus oraculū ederet. Romanos tūc īperio spoliatū iri dixit cū
se gręcis litteris dedissent. Cęterū hęc ipsius maledicta falsa atq; inania fuisse cō-
sequēs tēpus ostendit. In quo cū ciuitas rebus gestis amplissima facta esset: oī
cōmēdatione humanitatis gręcarū disciplinarū etiā atq; etiā infloruit. Nec gre-
cos philosophos solū Romę uerū medicos odio & suspitione persecutus est. Cūq;
illud ypocratis qui a rege Persarum multorum pollicitatione talentorū accitus,
nūq̃ Barbaris gręcorū hostibus sui facultatē facturū dixerat. Hoc inquit cōmne
medicorū iusiurādū est. Quapropter satis hortari filiū nō poterat ut tales hoīes
declinaret: ad quē scripti eius extant cōmētarii: quibus aperte cōmonefacit quo
pacto uel īcolumis seruari uel egritudine liberari posset. Siquis ex familia aduer-
sa ualitudīe laboraret neminē ūq̃ per īediā seruauit. At oleribus & leuissima uelut
nessarū fassarū, ac leporis carne domesticos īfirmos aluit. Hęc enī cū cocta facilia
stomacho sint, ęgrotis cōferūt, nisi q; mādacātes per mille somniorū species uersari
cōtigit. Hac itaq; uiuēdi ratione fretus, cū ipse quidē optime ualuisset & suos in-
columes aliquādiu cōseruasset, sibi tamē nō parū īuidię cōflauit cū uxorē & filiū
perdidisset. Ipse uero corpus robore firmissimū nactus, adeo prospera ualitudine
diutissime fuit ut etiā grandęuus mulieri magnopere cōgrederetur, & huiuscemoī
causa pręter ętatē uxorē cęperit. Nā ubi Pauli filiā, Scipionis sororē filio cōiugē
dedit. ipse uxorē destitutus, cuiusdā puellę coitu quędā ad eū uentitabat utebatur
Id facile per angustias domus perceptū est. Filius cū mulrieculā impudētius ac
tumultuosius ad patris thalamū profectā ītellexisset uerbū nullū factū: sed quasi
rei turpitudine affectus grauius in eā oculos coniecit. Quod simul ac cognouit
Cato nulla exparte questus uultu ac frōte nullū uestigiū doloris expressit. Cęterū
cū ex more gręge amicorū stipatus in forū descēderet, a Solonio scriba, qui cum
cęteris eum domo deducebat, magna uoce accito sciscitatus est utrū filiolā marito
collocasset: cui nihil adhuc actū esse: nec se nisi ex cōsilio ipsius facturū respōdēti:
uideor inquit ydoneū tibi generū inuenisse: cuius nisi grādiorē ętatē repudies cę-
tera ut spero facile probabis. Tū Salonius Catonem cohortatus est quo puellę
cogitationem susciperet, & arbitratu suo collocaret: quę in clientelā ipsius recepta,
gratia, fide opera eius indigebat. Nihil tardatus Cato eam sibi cōiugē expetere
docuit. Quo circa Salonius primū nō minus obstupuit q̃ postea lętatus est. Ca-
tonis enim ętas annis iā grauis & familię dignitas quę cōsulares ac triūphales

ymagines prȩferret a puellȩ suȩ nuptiis/alienȩ uidebātur. Verum Catonem Serio locutū perspiciēs libēter sibi filiā despōdit. Deīde in forū procedētes/mox spōsa/lia rite fecerūt. Hȩc res ubi ad Catonē filiū perlata est/accersitis sociis patrē cō/uenit/ueniā deprecatur/siquid ī eū patrauisset/quo subiratus ac dolēs sibi nouer/cā induxisset. Cui Cato. Meliora die inquit fili carissime. Oīa sane tua iocūditate me quadā afficiūt. Et ꝙ tibi succēseā nihil est: sed huius rei cōsiliū cepi cū multis mihi quidē natos/patriȩ uero tibi per similes ciues relīquere cuperē. Hac ratione superiore tēpore Pysistratus Atheniēsiū tirānus quēadmodū litteris proditū est pubescētibus iā liberis argolicā chimonasā sibi cōiugē desūpsit. Ex qua Iophon & thesalus editi sūt. Ex his nuptiis Catoni filius ex matre cognomēto Solonius ortus est. Alter uero maior natu cū īperator rē gereret extremū obiit uitȩ diem. Cuius ut uiri optimi Cato pater sȩpe suis ī libris meminit. Huius mortē modice ac sapiēter tulit & cōsequēti tēpore nihil minus reip: intētus fuit. Nec enī ut. L. Lucullus post & Metellus pius/onere iā urgētis senectutis se a cōmunibus mu/neribus abdicauit. Nec ut anima Scipio africanus Liuore/quē ī se maximarum rerū gestarū gloria cōflauerat/permutato uiuēdi ordine: rebus urbanis permissis reliquū ȩtatis inotio egit. Cȩterū sicut dionisius tyrānidē honestissimas exequias ita Cato decorā ȩtatis iā senescētis occupationē reip: ratus cū laxmētis & quibusdā quasi iocis in cōtexēdis libris & agricultura quotiēscūꝗ sibi uacuū tēpus osten/deretur utebatur. Varias enī orationes & historias descripsit & rei rusticȩ curā ac studiū adhibuit. Ante ꝗ̄ uirilē togā susciperet duobus dūtaxat prouētibus agri/cultura silicet/& parsimonia usum se refert. Tūc ex urbe in uillā se recipiēs & ra/tionibus & studiis suis cōsuluit. De agricultura quoꝗ librū edidit ī quo de plātis cōficiūdis & de pomis asseruādis pleraꝗ scripta sūt. Quo in loco ad eo laudis auidus uisus est/ut in singulis/proprius/elegās/copiosus/esse uoluerit. In agro quoꝗ abūdātes cȩnas instituit. Vicanos & Accollas ȩquales & familiarissimos suos passim cōuiuas hūit/Cuius cōsuetudo nō mō coȩtaneis/comis/uerū etiā a/dolescētibus grata & iocūda fuit: ut qui per longā experiētiā multis in rebus & memoratu dignis sermonibus obuersaretur. Ipse mēsā maxīe amicorū/parentē/atꝗ procreatricē existimauit. Vbi ciues bene de rep: meritos oratione/ac predica/tione ornare ac celebrare cōsueuit. Cūctos aūt obliterare quos īprobos uel īutiles iudicasset. Id adeo diligēter a Catone usitatū est/ut nullū eorū laudi ac uituperati/oni additū incōuiuio prestiterit. Extremum quod in rep: fecit opus Carthaginis euersio ac desolatio fuit. Hanc & si manu & opere Scipio minor exciderit/cōsilio tā & snīa Catonis aduersus eā ex huiusmodi cā/bellū susceptū est. Is ad Carthagi/nēses & Masinissā numidiȩ Regē armis inter se disceptātes missus est/ut cōtro/uersiarū cās inspiceret. Masinissa quidē ab initio p: ro: studiosus erat. Cartha/ginēses uero post cladē/qua a Scipione duce fuerāt uicti graui stipēdio multati/& imperio exuti/inducias agebāt. Ciuitatē itaꝗ preter senatus expectationē nec multis affectā incōmodis/nec inopē inuenit. At militari iuuētute diuitiis/armis bellico apparatu florētissimā & moderatū nihil aīo uersantē offēdit. Quapropter haud tēpus esse putauit/Romanos de numidarū aut masinisse fortunis/ac legi/bus decernere. Sed Cartaginē olī inimicissimā cūctis uiribus opprimere: quȩ iā copiis suis aucta & ad defectionē suspēsa maximū in discrimē ut prius rē dedu/ceret. Magno igitur studio reuersus docuit senatum superioribus cladibus:

Cartaginenses prudentiores q̃ infirmiores esse. Nec tamen armis debilitatos q̃ bellicis artibus instructiores factos esse. Bellũ numidicũ Romano quoddã pre/ludiũ extare. Pacẽ atq; inducias duelli prorogationẽ rectius appellari posse. Ad quod gerẽdũ nihil preter tẽpus expectari. Africanas sub ĩde ficos quas clãculum subter togã de ĩdustria detulerat palã ostẽdit. Quarũ magnitudo, ac pulchritudo cũ admiratiõi multis esset. Fũdus ĩquit ex quo hęc lecta sũt poma triũ dierũ na/uigatione ab urbe Romana distat. Illud uehemẽtius cũ de totius sũma rei sñiam diceret ac clamasse fertur. E rep: nihil uidetur Cartaginẽ deleri. A quo quidẽ cũ P. Scipio nassica dissentiret perrexit ĩ hũc modũ cõtrariã sñiã tueri ut sẽper haberet ĩ ore, E re p: mihi uidetur Cartaginẽ nõ deleri potissimũ quoniã populus ro: ob fęlicitatẽ elatus & insolẽs per multa iã flagitia cõtineri nõ posset. qui secũdissimis adeo rebus fũgitur, ut quo ĩpetus aĩorũ ferat, eo ui ac ĩpotẽtia perueniat. Hũc ergo sibi metũ quasi frenũ quoddã multitudinis temeritati, moderatorẽ & salutarem ĩpẽdere cupiebat. Carthaginẽses enĩ quẽadmodũ Romanos profligare nõ possẽt sic cõtẽni nõ debere. Id aũt periculosissimũ Catoni uisũ est: cui satis exploratũ erat populũ ro: debachari & uariis in erroribus per multã licẽtiã uersari dũ ciuitatẽ magnitudine prestãti inimicissimã haberet: quę suis fracta malis moderatior in/gruat. Nec profecto timere nõ poterat donec eo in loco rei p: status esset, ut quo/ad domi male uiueretur, foris terror sublatus esset. Hoc pacto tertii & ultimi belli punici Cato auctor fuit. Cuius ipse ĩ prĩcipio mortuus est, cũ multa sapiẽter ac diuinitus de eo uno prędixisset. Cui potissime illius urbis excidẽde, palmã ser/uari aĩo multos ãnos ante preuiderat. Hic tũc erat adolescẽs & tribunus militũ profectus tãte prudẽtię ac ĩdimicãdo uirtutis signa declarat: ut his Romã per/latis homericũ illud Cato cecinerit. Iste sapit solus, reliqui uelud umbra uagãtur. Hoc eius oraculũ paulo post re ipsa uerissimũ fuisse cõfirmauit. Cato progeniem hãc superstitẽ reliquit unũ scilicet filiũ, quẽ ut superius dictũ ẽ ex posteriore uxorẽ natũ cognomẽto saloniũ appellauit, unũq; ex defũcto Catone filiũ nepotẽ. Solo/nius quidẽ dũ ĩperator esset, mortẽ obiit. Eius filius Marcus cõsularẽ dignitatẽ ad ministrauit. Iste Catonis philosophi uirtute ac gloria ętate sua clarissimi auus fuit.

CVM DE HIS QVE MENTIONE DIGNA VIDE/bãtur exposuerimus si totã unius uitã uniuerse alterius cõfera/mus quoniã multis egregiis ĩ locis pares sũt: quibus in rebus uarietas ac dissimilitudo sit difficile percipiemus: si utrãq; par/ticulatĩ quasi carmẽ aut pictã tabulã sincero & subtili iudicio discernere uoluerimus: dispiciemus esse utriq; coẽ quod sua uirtute, suis optimis institutis innixi magna cũ gloria ad rẽp: accesserũt: quãquã nec maiorũ splẽdor nec externarũ rerũ facultas eos promoueret. Aristides ut no/bis cõiectura colligere licet cũ nec dũ Athenę magnopere creuissẽt: & opes ciui/tatis mediocritatẽ ęqualitatẽq; seruarẽt: factionũ prĩcipibus & ĩperatoribus ob/sistẽs, clarus ac spectatus ciuis factus est. Eo sane tẽpore quo florere ĩ re p: cępit. Quĩgẽtũ Medininũ cẽsus maximus erat. Secũdus aũt trecẽtũ equestris ordinis hoĩbus. Tertius & extremus ducẽtũ fuit his quos ęeugitas alias teugitas appel/labãt attributos: Cęterũ Cato cũ paruo ex municipio & rusticana uiuẽdi cõsue/

tudine in uastum quasi pelagus se ĩmitteret Rem Romanã ingressus est. Quę
tunc haud quaq̃ ut patrum memoria Curios, fabritios, Hostilios ex agris duces
deligeret, nec ĩops & operarios ab aratro & ligone primores & primarios ciues
ĩ curiã accerseret. Verũ quę generis nobilitatẽ, diuitias, largitiones, ambitionẽ ĩ ore
suo magnificaret: & tumore iã & ĩperio freta, cãditatorũ studio perfastidiũ quod-
dã delectaretur. Haud simile ẽ Themistoclẽ inimicũ huisse: qui minime splẽdore
generis clarus mediocribus fortunis nitebatur. Tria enĩ uel quinqꝫ sũmũ talẽtũ
possedisse traditur cũ initio ad rẽ p: se cõiecit & cũ scipionibus africanis Seruiliis
galbis Quĩtiis, Flaminiis pro sũmo loco ciuitatis iniisse certamẽ. Cui nihil mo-
mẽti, nihil facilitatis, nisi iustitię cã & loquẽdi libertas aditũ daret. Aristides quoqꝫ
Marathone & rursus plateis Vnus ex decẽ ĩperatoribus designatus fuit. Cęterũ
Cato secũdus cõsul & aduersus ac refragãtibus multis preteritis septẽ clarissimis
& nobilissimis uiris cõpetitoribus secũdus cẽsor factus est. Aristides nulla inre
quę magnifice gesta sit primas partes huĩt. Milciades enĩ apud maratonẽ apud
salaminã Themistocles, prĩceps fuit. Apud platheas Pausanias ut refert erodo-
tus oĩum pulcherrimã uictoriã uicit, cũ Aristide ut secũdas sibi uẽdicẽt sophane
a nume calimachi & cinegiri disceptant: qui in his certaminibus fortiter ac stre-
nue depugnauerũt. Cato uero nõ solũ cũ imperio in hyspania cõsul & manu &
prudẽtia cęteris anteire iudicatus ẽ: sed etiã tribunus militũ circa thermophilas
alterius auspiciis uictis perduellibus uictorię gloriã adeptus ẽ, cũ romanis ad-
uersus Anthiochũ magna claustra recluserit: & aduersus regem, qui solũ ante se
prospectabat, a tergo partẽ exercitus clã circũducẽs oppugnauerit. Ea enĩ uictoria
quę sine cõtrouersia Catonis opus fuit, gręcia excedere coegit Asiã. In quã item
Scipioni patefecit aditũ. Bellicis ĩ rebus ambo foris ĩficti fuere, sed ĩ re p: domi
nõ sic. Aristides enĩ studiis partiũ quibus cũ themistocle dissidebat decẽnii exilio
ex urbe deturbatus ẽ. Cato uero tã&si cũctos potẽtissimos & primarios ciues in-
imicos haberet usqꝫ ad senectutẽ uelut athleta decertãs oĩ se casu & calamitate ua-
cuũ liberũqꝫ seruauit, cũ sepissime publicis ĩ iudiciis aduersarios accusasset: ac pro
se cãs dixisset, multos quidẽ oppressit. Ipse uero existimatione uitę suę optime in-
stitute ac eloquẽtia cõmodissimo ad res transigẽdas ĩstrumẽto munitos ab oĩbus
accusatiõibus absolutus ẽ. Quare quidẽ iustis de causis lõge magis casu aut for-
tuna factũ esse quis dixerit, nequit ei pręter suã dignitatẽ ceciderit, pręclarũ & hoc
antipatri testimonio qui aristidẽ philosophũ uita quoqꝫ fũctũ pręter cętera per-
suadẽdi uĩ huisse perscripsit: nullã perfectiorẽ uirtutẽ q̃ ciuilẽ cõseq mortales posse
certũ ẽ. cuius nõ parua pars a multis auctoribus ratio rei fãiliaris punitur. ciuitas
enĩ quędã domiciliorꝝ cõstitutio ẽ. Hęc cũ sit caput moribus ciuiũ bene cõpositis
publicis ĩ rebus uires ac robur capit. Hinc ligurgus, argẽti & auri quicquid la-
cedemone fuit abigẽs, ac exterminãs usu ferrei nũmi igne deprauati introductos
ciues cura domestica minime liberauit. Sed pręter cęteros legislatores prospexit
ut oẽs delitiis, simultatibus, diuitiarũ affectionibus circũcisis ea quę ad necessitatẽ
& cõmoditatẽ uitę cõducũt facile cõsequerẽtur. Pauperẽ etiã sine laribus sine pe-
natibus & mẽdicũ familiarẽ plus ĩ rep: q̃ opulẽtũ & ĩsolẽtẽ timẽdũ esse iudicauit.
Cato itaqꝫ tãtũ ĩ hoc genere ualuit, ut nõ minus prudẽter & accurate priuatis ne-
gotiis q̃ publicis prefuisse cẽseatur. Nã & fortunas suas ampliores fecit: & ple-
risqꝫ in primis utilibus unũ in locũ quasi sub uno aspectu positis de re domestica

& rustica posteris perceptionē reliquit. Cęterum Aristides tenuiter uiuens ęqui-
tatem ac iustitiā falsis criminibus subiecit/ cū per uulgus eā domorū pernitiem &
mendicitatis parentē appellarent. Cęterisq; potius q̃ his in quibus esset cōmodā
putarent. Multa preterea ab hesiodo/ ut nos ad iustitiā pariter ac ad diligentem
rei domesticę rationē cohortaretur/ dicta sunt/ & in segnitiē ac oī opere liberā uaca-
tionē uelut iniurię principiū acriter inuectus est. Vnde pręclare in hunc modū
Homerus scripsit. Non mi operis studiū aut augendi cura peculi Quo pulchros
alerē natos ego semper amaui Remigio celeres undis agitare carinas. Pręlia cū
iaculis colui uolucresq; sagittas. Quasi domesticę facultatis securos ac negligētes
per iniuriā fieri diuites admoneret. Nam ut Phisicis placet nihil oleo si corpori-
bus exterius admoueatur salutarius si interius nihil pernitiosius est. Sic iustos
aiunt/ cęteris oībus emolumento esse/ cū sibi ac suis facultatibus per incuriā detri-
mento sint. Hac re ciuilis Aristidis dignitas posteris eius intercisa fuit: si quē-
admodū a multis proditū est/ neq; de dote filiabus/ neq; de funere sibi relinquēdo
cogitauit: Econtra Cato: cuius domus ad quartū usq; genus. Romę impera-
tores & consules edidit. Eius enī nepotes/ ac pronepotes sūmis magistratibus
functi sunt. Aristidis autē qui gręcorū princeps fuit stirpem ingens paupertas
partim ad circūforaneas tabulas reiecit partī cū extremę mendicitatis onus ferre
non possent ad ciuitatis largitionē suplices manus subiicere coegit. Quo factum
est ut occasione e medio sublata nihil a posteris suis splendide nihil magnifice
gestū sit. An hoc ipsius cōsiliū indubitatione & controuersia poītū est? Pauper-
tas quidē perseipsam nulli turpitudini coniungitur. Quod si negligētię intēpe-
rantię luxus imprudentię speciē pre se ferat probro ac uituperatione non uacat.
Cęterū in uiro modesto industrio iusto ac forti qui oī cū laude in rep: uersetur
graue magnitudinis aī testimoniū est. Quis enī eū putet magnas res posse con-
ficere qui in humiles cogitationes aīum dimittit. Nec profecto multos iuuabit
indigentes/ qui multis indigeat. Ego magni momēti uiaticū in rep: non diuitias
sed perse sufficientiā existimo. Quę quia luxuriosum omnē apparatū repudiat/
nullius uoluptatis causa grauissimū ciuitatis munus intermittit. Deus siquidem
nulla re simpliciter eget. Hinc illā hominis uirtutem/ cui minimū alterius accessio
necessaria est perfectissimam ac diuinissimam putamus. Nam ut corpori optima
ualitudine temperato/ nec luxurioso uestitu/ nec deliciis opus est/ sic uita & domus
quę bene ualent non ex quisitis sed uilibus copiis contente sunt. Necessitatis enī
rationē habere pro facilitatibus oportet/ uelut siquis plurimas opes cumulat/ cū
paucissimis utatur ei/ & multa deesse constat. At si cupiditate rerū tenetur qui sibi
nulli usui sint uanus. Sin tenuissima earū rerū quas appetit diligentia fructū nō
capit/ miser censeri debet. Ideoq; libenter a Catone quererem. Si diuitię in usum
referuntur quod nā sibi ornamentū attulerunt/ qui in maxima copia mediocriter
ac tenuiter uiueret. Si uero quemadmodū par est in primis splendidū putamus
quocūq; pane contentū esse & eo uino uti quod operariis & seruis comune sit nec
purpura nec tectoria domus egere. Nihil horū Aristides nihil epaminūdas nihil
M. Curius/ nihil. G. Fabricius/ quod natura postularet relinquere: sed ea possi-
dere uoluerunt quorū usum īprobarent. Quid opus tanta cura/ tanta uigilantia
tot unius assis causa loqui & scribere? quo pacto quis breui locuplex fiat? qui sic
frugi sit/ ut & obsoniū sibi iocundissimū rapis manu sua appararet: & eius uxor

pinsendi munus a sua dignitate alienum nō putaret. Non ab re frugalitas per se ipsam plurimum posse fertur: qua fit ut superuacanearum rerum appetitu & cogitatione liberemur. Qua propter Aristidem in Callię iudicio dixisse perhibēt eos probe paupertate erubescere qui pręter eorum uoluntatem pauperes essent. Qui autem ex sententia ut ipse optimo iure gloriari. Aristidis profecto tenuitatem indesidiam referre ridiculum est. Qui non modo si quicq̄ turpe, aut indecorū perpetrasset, uerum si barbarum unum spoliasset, aut unum hostium tabernaculū uiri suo uendicasset, facile locupletari potuisset. Hęc hactenus. M. Catonis imperia maximis rebus nullum ferme monumentum attulerunt. Aristide uero rem gerente, Maratona, Salamina, platеę, pulchritudine, splendore, magnitudine inter res a gręcia magnificētissime gestas facile sibi principatum obtinuere. Nec Anthiochus dignus est qui eum Xerxe conferatur, nec urbium eis hiberum męnia solo ęquata, cum tot miriadibus, qui pedestribus naualibusue pugnis ceciderūt comperanda sunt. In quibus Aristides nulli uirtute secundus fuit. Hic gloriā hic coronas quemadmodū diuitias aspernatus laudis cupidus quibus omnibus sine dubitatione anterior ibat Catoni cōcessit. Catonem equidem non accuso qui primū semper sibi locum in omni genere uirtutis attribuit: cum tamē in quadā oratione seipsum collaudare nō minus deforme esse q̄ uituperare demostrauent. Quę cum ita sint eius qui ut alterius testimonio laudetur non indiget. Virtus meo iudicio perfectior est, q̄ qui seipsum laudibus effert, ac predicat. Nam ut hi qui a studio ambicionis remoti sunt, honestissimum presidium & non mediocre ad ciuile ac facile uiuendi genus uiaticum adepti sunt: sic qui honoris cōtentione ac cupiditate cōflictantur difficiles extant. Quę res omnium maxime liuorē atq; inuidiam paruit. A quo alter prorsus liber fuit, alter satis superq; laborauit. Aristides quidem Themistoclis, maximis in rebus socius & adiutor fuit, eiusq; principatum ac dignitatem quasi stipator quidam tutatus Athenas erexit. Cato uero Scipioni refragatus, illius aduersus Carthaginēses imperium pene subuertit atq; labefactauit: quo Hanibalem uictum uicit & profligauit. Multas deniq; calūpnias commentatus, eum de ciuitate eiecit: & . L . fratrem turpissima repetundarū mulcta circumuenit. Continentiam autem a Catone plurimis & pulcherimis laudationibus exornatam. Aristides puram & inmaculatam omni ex parte seruauit. Cęterum Catonis nuptię pręter ętatē ac dignitatem suam celebrante nec exiguas nec leues sibi maculas asperserunt. Nam ualde indecorum uidebatur q̄ iam grādęuus adolescenti filio & nurui, clientis qui magistratui seruiens publice mercedē merebatur, filiam uxorē adduxisset: uerum siue uoluptatis causa fecerit, siue pellicis gratia ira percitus, filio sue censuerit: & res ipsa & occasio turpitudini coniuncta fuit. At ea excusatio qua per dissimulationem cum filio utebatur uerisimilis non est. Siquidem tales liberos certo iudicio relinquere cupiebat: initio generosam fęminam sibi matrimonio coniugem facere par erat, nō aūt donec occultum fuit cum ea muliere per libidinem congredi: quę sibi iure copulata non esset. Quod ubi perspicuum factum est, socerum sibi fecit eum cum facilime dicto suo parere non autem prestantissimum generum deligere propositum fuit.

MVLTOS EX DVCIBVS NOSTRIS : QVI
nuper in re militari uniuersa italia glorię nomen
assecuti sunt : in Pompeio . P . Emilio multisq; aliis
comparare auderem : si in eadem urbe iisdemq;
temporibus quibus illi nasci contigisset : multosq;
pręterea quorum gesta & in rep . & in senatu nunc
uigent : Demostheni atq; Aristidi ęquipararem : si
tantam talemq; remp . habere euenisset . Nam quē-
admodum Prisci illi consulares uiri atq; senatorii :
magnitudine animi : rerum tolerantia, consilio ac prudentia magnos exercitus
multa cum laude gubernabant : & omnia bene iusteq; administrabant : sic no-
stri . Cum uideamus hac nostra tempestate nobilissima in omnibus artibus in-
genia florere : & artes atq; clarissimorum facinorum cumulatissima exempla
uigere . Sicut enim pręstans ingenio artifex in tenuitate ac paucitate materię
bene & secundum artem agit : sic in amplitudine copiaq; ac rerum uarietate :
q; in peritis & pręstantissimi pictoribus prospicere licet quibus si hominē unū
simpliciter pingere contingat : ducte ut ars iubet illum pingunt . Sic etiam si
plures homines : aut nauigantes : aut pulsantes citheram : aut armatos in acie
aut aliquid aliud agentes rei : ac facti dignitatem : arte & ingenio consecuntur :
quanq̃ antea uim tantam artis exprimere non euenerit . Et hoc clarissimus ille
pictor ęeusis ostendit : qui postq̃ Helenam in porticibus Philippi : & in delu-
bro concordie optime pinxisset : puerum uuas ferentem ęgregię depinxit . Que-
quidem uue adeo sui similes erant propter summum hominis & artificium
& ingenium : ut aues ad illas euolassent . Et Theodorus qui ab horeste
matrem interfici pinxit : bellum iliacum pluribus tabulis designauit . Itaq; pla-
ne rei militaris peritissimus imperator : pro tempore & locis iisdem pręceptis
uiisq; in magno & paruo exercitu utitur . Et uigilantissimus prudentissimusq;
uir senatorius : consilio & prudentia & eloquentia paruam & magnam remp .
gubernat : quid igitur dubii est pręstantissime Cosma . Vt quemadmodū non
solum in hac rep . tua : sed tota italia consilio : auctoritate opibus : ac nominis
claritate : q; apud omnes nationes celebratur : omnibus pręstas : sic si Romę
aut Athenis natus fuisses . Cum diuino ingenio summa integritate : summaq;
grauitate, omnibusq; uirtutibus ut uno uerbo absoluam pręditus sis : & dii atq;
homines pręter quos liuor edax excruciat, te ament : te obseruent . Quis dubi-
tat hanc remp . in bello lucensi tua uigilantia consilio prudentia tuisq; opibus
seruauisse . Quis neget neminem nunq̃ fuisse qui plus glorię in redditu ad pa-
triam habuerit : q̃ tu : in quo tanta bonorum Ciuium beniuolentia : tam incre-
dibili populanimū uoluntate, una cum fratre tuo summo uiro & singulari recep-
tus es . Cum iam omnes admirabili desiderio tui tenerentur : atq; animi auge-
rentur : ut senatus omnes inuidos : omnesq; qui contra te egerant in exilium
eiecerit . Necnon infinita nomina multorum quos in inuidiosa illa & nepharia

relegatione tua aduerſus te ſenſiſſe creditum eſt a ſenatu ac magiſtratibus abdi/
cata ſunt : atq; deleta . Continere non poſſum me quin in hoc ſermone noſtra
uerſetur oratio . Quanquam multis forte uidebitur me amore ac beniuolentia
ductum plura dicereq̃ ſint . At iis id reſpondere in bona fortuna non uerebor :
ꝙ ſępe & multum in aduerſa odioſaq; rerum c onditione obieci : me cum beni/
uolentia cum ipſa ueritate ad hunc ſermonem laudabilemq; ſententiam adduci
alia certe plura multoq; maiora de te dici poſſent . Nam nec continentia nec pi/
etate nec iuſtitia nec ullo genere uirtutis quenq̃ in hac urbe & hac ętate cum te
conferendum puto . Sed nec illud quod magna admiratione dignum eſt prę/
tereundum . Quod neſcio quomodo illis qui contra reditum tuum : contraq;
remp . arma capeſſerant nullis repugnantibus e manibus arma ceciderunt . Ve/
rum profecto deum immortalem hoc & cetera quę ad te ſpectabunt egiſſe arbi/
tror : ut pietati auxilium ipſe pręſtaret : & huic reip . quę iam in faucibus tyrãni
indies prolabebatur : proſpiceret atq; conſuleret . At tu pro dignitate tua extra
patriam uitam ducere poteras : patria autem ſine te libera eſſe non poterat . Sed
haud longius hunc ſermonem producendum cenſeo : cum mihi in animo non
ſit, tua nunc geſta tuaſq; uirtutes a capite uſq; ad calcem : ut aiunt : diſcribere .
Quare clariſſime Coſma ut ad rem ipſam nunc ueniam : quanq̃ priſci illis ſum/
mis uiris qui remp . regere aggreſſi ſunt : equiparari poſſis : ut oſtendimus : &
eo ingenio ſis : eo conſilio : ea animi magnitudine : ut militares & iam uiros
illos exuperaſſes : ſi talibus artibus te dediſſes : nec externa exempla legere
multum indigeas : oro te : & maiorem inmodum obſecro : ut geſta huius prę/
ſtantiſſimi uiri : quę ad te mitto libenti animo ſuſcipias : & interdum colligendi
tui cauſa legas . Nec eum quia multis bonis artibus multiſq; uirtutibus Vnicas
paruifacias . Verum noui humanitatem manſuetudinemq; ingenii tui, ac pruden
tiam . Noſti enim maximas artes longe apud omnes poſſe : ſi cum exemplis
conuicte ſunt : hinc eſt ꝙ multi ſapientiſſimi uiri parentem uirtutis & uitę ma/
giſtram hiſtoriam appellauere : quę quantum auctoritatis & fidei in foro : in
curia : in comitiis habeat ad impellendos homines ad prudentiam, ad iuſtitiã
ad fortitudinem ad temperantiam, ad fidem, ad pietatem . Tu qui in rep . quo/
tidie uerſaris reor probe noueris . Tantam quidem uim habet rerum geſtarum
memoria . Vt ſummos ſępe uiros imitemur . Vt Fabius Periclem Cato Curiũ
Cęſar Alexandrum . Vnde noſtri maiores Socratis Platonis Ariſtotelis mul/
torumq; aliorum imagines non ſolum in tabulis, & uaſis pictas habuere : ſed
in foro & in templis ęneas ſtatuas collocarunt . Vt admiranda illorum facinora
ſuę uitę exemplum eſſent . Quare Lygurgus ille uir diuinus poſtq̃ Lacedęmo/
niis leges edidit Ariſtoteli ſtatuas . xxx . erigi iuſſu . Sed de his ſatis . Nunc
ad Thimoleonem parumper animum aduerte : hic ille Timoleon corinthius eſt
qui nobiliſſimam Sicilie inſulam profligatis Karthaginenſium copiis expulſiſq;
omnibus tyrannis in libertatem redegit : & pulcherrimas illas Syracuſas, mul/
taſq; alias Sycilie Vrbes rurſus habitandas prębuit . In quo uiro ſingularem
erga matrem pietatem admirabilemq; caritatem in patriam inuenies . Qui tãti
fuit ut Plutarchus diuino ingenio uir atq; iudicio . P . Emilio clariſſimo impe/
ratori comparare non dubitet . Pręterea in rebus ab eo geſtis maximam tyran/
norum pernitiem : maximumq; rerum humanarũ exemplum comperies . Nam

postq̄ Dionisius qui in opulentissima amplissimaq; tyrannide duobus & uiginti annis regnauerat : e Syracusis atq; Sycilia abire coactus est : maxima calamitate compressus Corinthi in Ganeo & inter mulierculas obsoniorum tabernā agentes quasi uniuersum diem uersabatur . Quanq̄ multa etiam alia quę lectione ingenui & nobilis uiri digna sunt ab eo gesta cognoscere . Quę si leges eum animum eum ardorem qui inte est aduersus tyrannos tanq̄ faces quasdam ardentissimas in eos efficies . Cęterum humanissime Cosma non ita hoc munusculum suscipias . Vt existimes me non multo maioribus muneribus te prosecuturum. Nam cum pro summa beniuolentia tua in me summisq; meritis tuis uehementer optarem quicquid efficere possem in te ac pręstantissimū uirum fratrē tuum Laurentium conferre : hunc tibi librum interpretari uolui . Non ut hac paruula re quanq̄ respectu nouitatis & hominis magna est satisfacere arbitrer. Sed ut primitias quasdam studiorum meorum degustandas traderē & Timoleonem cuius fama apud latinos usq; in hunc diem obscura iacuit : tibi qui nominis & splendoris in italia principatum obtines cognitum facerem gloriosumq; tua cognitione redderem

ANTEQVAM TIMOLEON IN SICILIA traiiceret : res Syracusanorum sic se habebat . Postq̄ Dion tyrannum Dionisium expulit statimq; dolo interfectus est : insurgentibus ad libertatem qui cū Dione senserant : parum abfuit quin ex malorum ingruentium multitudine ac tyrannorum frequenti mutatione urbs derelicta ac deserta fuerit . Reliqua quoq; Sicilia turbulenta atq; tumultuosa existens iā omnino propter inimicos sine rep . erat . Nam plurime ciuitates potentioribus urbis res nouas aggredientibus a Barbaris atq; militibus sine stipendio merentibus faciliter occupabantur . Dionisius decimo post exilium anno aduenas milites conducens : Niseumq; tunc in rep . principē expellens rem iterum aggressus tyrannum sese Syracusanis ex integro constituit Admirandum profecto paruum exercitum & tyrannide Dionisium tūc omniū tyrannorum maximum expulisse . Admirabilius uero exulem ipsum atq; deiectū tyrannidē recuperasse . Itaq; Syracusani qui in urbe erant inseruitutē redacti eo crudelius a tyrāno opprimebātur : q; nuper exiliū calamitatesq; animū uehemēter exasperauerant . Optumates ac nobiles adicerem Leontinorum principem diuertunt : ducemq; sibi in bello eligunt : quanq̄ nec meliorem : nec fortiorē cęteris belli ducibus esse cognoscerent . Sed ad quem alium confugerent : quem ue sibi imperatorem dicerent : non habebant . Accedebat &iam q; genere Syrasanum arbitrabantur : necnon quia copias in tyrannum aptissimas bellicosissimasq; sibi comparauerat . Interim Carthaginensibus magna classe in Siciliam traiicientibus : Siculi timore perculsi in gręciam legationē mittere : & Corinthiis auxiliū petere decernūt : non solum amicitia freti : neq; q; ab illis sępe beneficiis

affecti . Verum &iam ꝙ perſpicuum erat : corinthios libertatis amatores|&
tyrannorum Oſores ſemper extitiſſe : ſuſcepiſſeqꝫ ſępius maxima bella non reg/
nandi|aut auaritię gratia : ſed gręcorũ libertate : Icetes uero qui militię cauſam
tyranndem fecerat : non Syracuſanam libertatem : oculte apud Carthaginenſes
hoc aſſerebat : Syracuſanos autem manifeſte laudabat : & quoſdam in Pelopo/
neſſum legauerat . Non ꝙ illinc auxilia optaret : ſed ꝙ conſentaneum erat : ſi
Corinthii propter grecię turbationes atqꝫ tumultus auxilia negarent . Sperabat
facilius ad Carthagineſes rem traducturum|& ſociis in bello contra Syracuſa/
nos uti : q̃ contra tyrannum hęc paulo poſt in lucem emerſerunt . Nam cum
legati rediiſſent : Corinthiorum nomine retulerunt : Corinthios ſemper exter/
narum ciuitatum : & maxime Syracuſanorum pro eorum conſuetudine curam
ſuſcepiſſe : nec forte fortuna tunc aliquo gręcorum bello uexari . Verum in pace
ac otio uitam ducere . Qua re ex animo ac prompte auxilium illis pręſtaturos
eſſe . Itaqꝫ cum de imperatore eligendo conſultarẽt : proſcriptis potentioribus
relegatiſqꝫ : qui in rep . cęteris pręſtare ſtudebant : unus ex multitudine aſſur/
gens Thimoleonem Timodimi filium qui nondum in rep . emerſerat : nec ut
emegeret : nec ut imperator crearetur unq̃ animo uolutarat : nominauit . Verũ
numine quodam afflante hominem : ut uidetur ſtatim bona fortuna in ſuffra/
gis reddendis : cęteriſqꝫ in rebus gratam atqꝫ propitiam ſeſe pręſtitit . Virtutiqꝫ
hominis ornamento fuit Timoleon profecto in urbe claris parentibus ortus
patre Timodimo|matre Dimariſtia|tanto amore manſuetudineqꝫ in patrem
afficiebatur : ut contraqꝫ tyrannos|contra improbos haud maximo inflãmaretur
odio . In bello &iam adeo honeſto ingenio utebatur : adeo quieto ut multam
in iuuentute prudentiam|multam inſenectute fortitudinem in rebus agendis
oſtendere . Fratrem uero Timofanem maiorem natu omnino ſibi diſſimilem
habuit . Qui cum temerarius maloqꝫ animo eſſet & regnandi cupidus : ſemper
minus honeſtis amicis ac ſatellitibus ſeſe ſtipauerat . Quem cum audaci animo
promptiſſimoqꝫ in aggrediendis periculis eſſe ciues perſuaderentur : tanq̃ belli/
coſum uirum ac ſtrenuum militarem ſibi ducem elegerunt . Et his in rebus Ti/
moleon ſuum pręſtitit officium : nam cum uitia eius diſſimularet atqꝫ tegeret
ut minus illa apparerent operam dabat & urbanitate|ac facetus exornando au/
gebat : fucabatqꝫ : ſi nam pauloplus retegerentur . In bello ꝙ contra Argiuos
Pleoneoſqꝫ gerebatur : cum Timofanes ęquitibus pręeſſet : Timoleon uero pe/
ditidus : Timofanes ab equo inter excuſſus : & pedibus calcibus ue preſſus
magnum incidit in periculum . Nam ſociis partim fugientibus|partim pręſenti
animo utentibus : pauci contra multos manus conſerunt : ipſumqꝫ magno cũ
periculo defendunt . Quod poſtq̃ Timoleon perſpexit acurrens|ut auxilium
afferret : Timofanemqꝫ proſtratum ſcuto protegens|multis telorum uulneribus
multis percuſſionibus cum armis tum in corpore acceptis|cum labore inimicos
fugauit : fratremqꝫ redemit . Deinde Corinthi timentes ne idem ꝙ prius|a ſociis
patarentur : ut ciuitatem amitterent : quadringentos aduenas milites alere :
hiſqꝫ Timofanem pręficere decernunt Timofanes uero iuſti contemptor atqꝫ
honeſti ſtatim operam dedit : ut ciuitatem ſub eo male afficeret : multoſqꝫ expri/
moribus ciues indemnatos necaret : & ſeſe tyrannum declararet . Quam rem
cum Timoleon egro animo ferret : & illius uitium ſuam calamitatem duceret :

illi persuadere conatus est : ut hanc insanam animi cupiditatem exueret : &
malefactorum erga ciues emendationem quereret . Neglectus Timoleon atq;
expulsus cum ex necessariis Eschilum uxoris Timofanis fratrem accepisset : ex
amicis uero augurem quam Theopompus Satyrum : Ephorus autem atq; Ti-
meus orthagoram appellabāt : paucis diebus elapsis rursus ad fratrem ascen-
dit : quem cum illi circūstarent : & Timofanes emendationis signa ostenderet
suppliciter rogabant . Vbi primum illos ridiculos habuit : deinde rem grauiter
ferens ad iram irritatus est : Timoleon uero paulululum se cedens : & seipsum
tegens lacrimas effudit . Illi autem strictis gladiis subito Timofanem interfi-
ciunt : q; postq̄ in uulgus passim dissipatum est : optimates urbis / odium Ti-
moleonis in tyrannos atq; magnanimitatemq; laudibus extollebant . Quoniā
&si optimus esset fratremq; amaret : tamen patriam necessitudini : honestum
atq; iustum utilitati preposuit . Nam cum de rep . bene meritus esset : eum salute
donauit : cū uero illi insidias tenderet inseruitutēq; redigeret : morte mulctauit
At qui in ppoulari statu uitam agere nequibant : potentes timere assueti mag-
num gaudium magnamq; lęticiam simulabant & Timoleonem conuitio in-
sectantes impieq; ac crudeliter egisse predicantes dolore moestitiaq; afficiebant
qui postq̄ accepit matrem animi sese augi : & graues uoces horrendasq; execra-
tiones in eum effundere : ad eam consolaturus accessit . Cuius aspectum cum
illa nullo modo ferre posset in frontem hostia clausit . Quare Timoleon multa
animi egritudine affectus ac mente alienatus eo animo discessit : ut mortem asci-
sceret : & a potu ciboq; abstineret . Qui &si eum amici salutarent : amicasq;
exortationes in medium adducerent & necessaria omnia / quę sunt aduictū affer-
rent . Statuit tamen in solitudine uiuere : & ab ipsa rep . atq; hominū cetu sese
abducere . In principio nunq̄ in urbem proficiscebatur . Sed extra humanorū
consortium errans per desertos agros uersabatur : consultationes atq; delibera-
tiones quę in rebus agendis stabilissimum robur a ratione atq; philosophia nō
sumpserint . Sic facilime ac contingentibus laudibus ac infamia quatiūtur atq;
feruntur . Oportet enim operationem ipsam non solū honestate : iustitiaq; prę-
ditam esse : sed etiā opinione ex qua aliquit operari compellimur stabilissima :
ut operatio nostra consensu omnium comprobetur : neq; similes illis qui uētri
guleq; dediti sunt uideamur . Nam hi celeri auiditate : ac odore suauiū ciborū
allecti : & ad repletionem usq; sacietatemq; adducti / statim abhorrent atq; sto-
machantur . Nos quoq; post nauatam operā labefactata propter imbecillitatē
honesti opinione atq; fantasia pęnitentia tristitiaq; afficiamur . Nam pęnitentia
ipsa res etiam benegesta deturpatur . Electio autem quę ex certa scientia certaq;
ratione proficiscitur : nullam ab errore suscipit mutationem . Quapropter Foci-
on Atheniensis rebus sub Aleostene gestis obuersatus : ubi rem bene gestam
animaduertit : uiditq; Athenienses Ioui Martiq; hostias mactare : & uictoria
letari / atq; gloriari : inquit uelle se hęc gesisse : & consilium adhibuisse . Aristi-
des quidem Locrus ex Platonis familiaribus unus uehementius atq; grauius
Nam cum superior Dionisius unam natarum ei in uxorem peteret : respondit
suauius sibi fore illam mortuam / q̄ tyranno nuptam aspicere . Paulo post cum
Dionisius eum morti damnaret : & contumelię causa illum interrogasset : si quē-
admodum prius de collatione filię sentiret : respondit rerum gestarū męstitia

affici : dictorum autem nulla pęnitentia detineri : hęc forsan maiori perfectioriq;
uirtute gesta sunt : Timoleon siue fratris morte siue matris pietate animi ange/
retur : adeo mente fractus est : adeo attritus : ut uiginti fere annis extra huma/
nam consuetudinem uiuens nunq̃ remp . attigerit . Cum igitur de imperatore
designando suffragio in contentione quęrerentur : & Timoleon nominaretur :
populo cum prompto animo amplexante : assurgens Telecrides tunc in senatu
& potentia & auctoritate clarissimus persuasit Timoleonem circa res agendas
& bonum & generosum esse . Disserebat enim si id quod fecit laudi tribuendum
est : tyrannū occidisse putabimus : si autē uitio : fratrē . Parata classe collectisq;
militibus ut nauigaret : litterę Icetis nomine Corinthiis redduntur . In quibus
litteris eius proditio atq; perfidia significabatur . Nam postq̃ celerrime per
legatos docuit se Carthaginensium socium futurum : palam cum illis curabat .
Vt Dionisio ex Syracusis expulso ipse tyrandem compararet . Timens ne prius
Corinthiorum copie in Siciliam aduentarent : & spe rerum gerendarum frusta/
rent : litteras Corinthiis in quibus hęc extabant scripta transmisit . Non dubi/
to labores ac expensas summo cum periculo uobis accidere : si in Siciliam naui/
gaueritis : pręsertim Carthaginensibus aduersantibus : & mare nauiū multitu/
dine custodientibus : quos ego ipsis ęgre ferentibus atq; inuitis tyrāno socios
adiunxi . Lectis litteris Icetes primum a Corinthiis infans atq; imperitus
circa rem militarem habitus est . Deinde omnes ita ad iram contra ipsum pro/
uocati sunt . Vt q̃ celeriter Timoleoni uiaticum ac nauigationis pręparationem
struxerint : paratisq; nauibus : paratisq; his quę proficiscētibus militibus neces/
saria erant : sacerdotibus quę Proserpinam colebant in somnis uidere uisum est
deas in peregrinationem quandam ire : & cum Timoleone in Siciliam naui/
gare . Quapropter Corinthiorum resp . sacram Triremem struxit : & duabus
cognomen deabus indidit : Timoleon in delphum traiiciens facta re diuina :
cum in templum Appollinis : atq; in aditum uenisset : miraculum sibi euenit .
Nam uicta quędam coronis tropheis insignis de suspensis donariis defluxit : &
caput Timoleonis ut adeo coronatus ad res gerendas pręmitti uideretur coro/
nauit . Cum itaq; naues decem haberet : Corinthias septem : Corchireas duas
Vnam Leucadam iter ingressus est . Cui noctu Pelagus ascendenti : & secūdis
uentis mare percurrenti repente cęlum scindi uisum est : & supra nauem mul/
tum lucidissimumq; ignem infundi . Deinde cum lampas quali in misticis sa/
crificiis utuntur eleuaretur : & cursu italiam uersus dirigeretur : quo nautę ma/
xime intenti erant in terram ueluti fulmen irruit . Quare Timoleonē augures
docuere : hoc approbationem testimoniumq; sacrorum esse summorum : & ꝙ
deę Timoleoni auxilio proficiscebantur : ex cęlo signum iubarq; dedisse : esseq;
Siciliam proserpine dedicatam : quoniam illic raptam fuisse homines fabula/
rentur : & insula tanq̃ nuptiali dono in ipsis nuptiis donatam extitisse hęc deo/
rum signa ita militum animos ad spem fiduciamq; erexerunt . Vt cęleri cursu
emenso Pelago in italiam delati sint : illa uero quę ex Sicilia nuntiata sunt : Ti/
moleonem dubium atq; curiosum : milites autem męstos reddidere . Nam Ice/
tes uictum a se Dionisium atq; fugatum in aere quę insula cognominatur obsi/
debat : & capta maiore urbis parte illam muro ac fossa circumdederat : Car/
thaginenses autem bono animo esse iusserat . Quoniam Timoleon ne dum in

Siciliam ascensurus esset : uerum etiam longe nauigantibus illis ipsis mox in-
ter se insulā partientur . Interea Carthaginensium cum uiginti triremibus legati
ad Timoleonem captandi fallendiqꝫ gratia nauigarunt . Qui fraudulenter atqꝫ
improbe callida consilia machinati Timoleonem rogabāt . Vt pro cōmuni om-
nium pace Iceti sese socium adiungeret : & naues ac milites in Corinthum re-
mitteret : tanq̃ parum absuerit : quin in bello uictus succubuerit : Carthaginen-
sibusqꝫ eum manus conserere cogentibus : neqꝫ Corinthū remenso pelago pedē
referre potuerit : Postq̃ Corinthię naues ad regnum appulerunt : & ea quę per
legatos exposita erant accepere : & Phęnices non longe nauigantes aspexere :
affecti iniuria doluere : contraqꝫ Icetem omnes odium conuertere . Necnon pro
Siculis quos manifeste intuebantur Iceti pręmiū proditionis Carthaginēsibus
mercedem tyrannidis relinquere timor inuasit : impossibile enim uidebatur ho-
stes superare posse : cū perspicerent longe plurimas naues barbaris Iceti multo
maiores copias esseq̃ sibi . Tamen Timoleon cum legati ac principes Cartha-
ginensium sibi obuiam darentur : mansuete sermonem cum illis habuit : dixitqꝫ
obedire quibus uelint : quid enim perficere potest non obediens : hanc enim
mentem esse Corinthiorum . Et cum multa econtra audiuisset|inquit reginorū
publicam amicitiam dissolui . Nam si hoc ad tutelā pręstaret : illos in his rebus
quas Syracusanis promiserunt constantiam retinere : uidelicet et publice & corā
populo pacta deponerent : hęc illis ita locutus est ut discessus dissimulationē in
qua etiam reginorū duces una dolum fabricabant strueret : Barbarorū enim
in ciuilitatem pertimescentes omnes optare Sicilię regnum Corinthios compa-
rare . Itaqꝫ aduocata contione portas clauserunt : ne ad aliud agendum ciues
progrederentur : sed ad multitudinem uenientes diu contionem detinerent : &
alter in alterum nullo fine dum tempus tererent materiam dicendi transferrent
donec Corinthiorum triremes parate essent & Carthaginenses existimantes pręs-
sentem Timoleonem paulo post orationem habiturum sine suspitione detinerēt
Postq̃ Timoleon clam certior factus est de discessu triremiū|unam autem sibi
relictam esse : stantibus circa suggestum reginis : qui huius rei conscii erant :
discedens per turbam transiuit : & in mare descendit : atqꝫ in taurominiū Sici-
lie oppidum celeri cursu nauigauit : ibiqꝫ ab Andromacho in rep . principe
qui iam ad se illum accerserat : susceptus est : hic ea tempestate omnium potētū :
iustissimus unus fuit in Siculis Timei qui historiā scripsit pater erat . Enimuero
suos ciues legibus ac iustitia gubernabat : & contra tyrannos apertissimas ini-
micitias exercebat : itaqꝫ urbē Timoleoni tanq̃ asylum prębuit : & ciuibus per-
suasit . Vt una cum Corinthiis pro Sicilie libertate bellum susciperent . Dimissa
igitur contione cum Timoleon discessisset Carthaginenses qui regii morabātur
sic decepti grauiter ferre reginos admonere : qꝫ si Phenices sint iis qui per frau-
dem abierunt inimicentur . Quare Taurominium ad triremes legatum mittūt
qui Andromachum inimice ac Barbarice alloquatur : & interloquendū diducta
& extensaqꝫ manu : & uersa atqꝫ reuersa minetur urbem talem existentem talē
futuram . Quod cum legatus apud Andromachum fecisset : Andromachus ri-
dens nihil aliud respondit : nisi manum ut ille nunc supinam : nunc reuersam
extendens iussit eum discedere : nisi uellet nauem pro tali fieri talem : Icetes
interi cū discessum Timoleonis audiuisset : atqꝫ timuisset multas Carthaginēsiū

triremes accersiuit. Ex qua re ubi Syracusani Carthaginenses portum Icetem
urbem occupasse uident: arci dyonisium dominari: Timoleonem uero tanq̃
tenuissime ore ac fimbriis taurominio paruo sicilie oppido ĩbecilli spe paruisqꝫ
copiis affixum|salutis desperabant. Nam mille secũ milites Timoleon habebat:
& his nihil alimenti: nihil rerum necessariarum amplius aderat. Preterea ciui/
tates plenę: & contra belli duces exasperate|nihil iam illis fidei tribuebant prę/
sertim propter Calippi & Farmaci perfidiã. Quorum alter Atheniensis: alter
Lacedemonius cum dicerent pro Sicilię libertate aduentare: ut Monarchias
delerent: persuaserunt calamitates sub tyranno|Sicilię conducere: & beatiores in
seruitute: q̃ suis legibus uiuere. Itaqꝫ Timoleonẽ haud meliorem illis expecta/
bant. Sed rursus eadem sophismata easdem captiones sibi afferre|spem optimã
beniuolentiamqꝫ pollicentem. Itaqꝫ de rebus nouis male sentientes Corinthios
a se omnes Sicilie ciuitates preterq̃ Adranite excludebant. Hi enĩ paruã urbem
habentes|& deum Adranum: qui maximo in honore per uniuersam Siciliam
habebatur: colẽtes intestinas seditiones agitauere. Nam partim Icetem & Car/
thaginenses|partim Timoleonem accersentibus contigit forte fortuna ut ambo
celeriter iter ingressi uno eodemqꝫ tempore ad urbem aduolarent. Verũ Icetes
quinqꝫ milia militum: Timoleonem uero non plures q̃ mille & ducentos ha/
bebat. Quos cum Taurominii accepisset: qꝫ ab Adrano quadraginta stadiis
ac tricentis distat: primo die non multã uię partem occupauit. Postridię per
loca Senta situ & aspera iter ingressus: pęr uniuersumqꝫ diem proficiscens iam
inclinato die|accepit Icetem ad urbem appropinquasse: & iamiam castrorum
loca metatum fuisse: qua ex re Centuriones & cohortis duces. Vt promptiori/
bus ad pugnam militibus uterentur corpora reficere uidebant: Timoleon aũt
ipsos adiens docuit ne ista fierent: quin imo statim milites ducerent: & hostes
incautos imperatosqꝫ inuaderent: qui ut consentaneum erat: nuper labore uię
defessi intentoriis otio atqꝫ somno operam impenderent: his dictis sumptisqꝫ
militibus tanq̃ manifeste uictoriam presagiret: primus ad hostes contendit.
Milites audatiores facti ad illos qui paucioribus triginta stadiis aberant Ti/
moleonem sequebantur: illi ut primum Timoleonem aduentare seusenrunt:
impetu ab eo preuenti ac turbati fugam arripuere: itaqꝫ occupatis castris non
plures trecentis ferro occubuere. Capti autem uiui Bistotidem fuere: Adranitę
apertis portis Timoleonẽ petunt: & ut bellũ intus instaret: cum horrore atqꝫ
admiratione rem exponunt. Visum enim erat hostiis templi sponte patefactis
deum pili cuspidem quatisse: multumqꝫ ex eius facie sudorem emenasse: hęc
ut uidetur non solum pręsentis pugne signa fuere: sed futura etiam bella qui/
bus bona fortuna aspirauit protendere. Nam & alie ciuitates decretis subito
legationibus Timoleoni sese urbem agrosqꝫ dedere. Mamercus quoqꝫ Catanie
tyrannus uir sane clarus in bello: & qui magnum argenti pondus & auri ha/
bebat: cum Timoleone societatem iniit: Dionisius qui non multum abfuit ne
militibus pręda fuisset: Mamerco bello maior & armis|spe omni abiecta: Icetẽ
turpiter uictum neglectui habens Timoleonem admirans illi: & Corinthiis
legatos misit: seqꝫ ipsum atqꝫ artem dedit: Timoleon pręter spem bonam for/
tunam suscipiens Euclidem: Thelemachumqꝫ Corinthios homines in arcẽ cum
quadringentis militibus: sed non una neqꝫ palam ire iussit. Nam occupato ab

hostibus portu impossibile uidebatur illuc posse ascendere : itaq; clam atq;
paulatim ad Dionisium ueniunt : & arcem ac suppellectilem omnem quę bello
usui foret in potestatem suam redigunt . Magnus profecto equorum numerus
magna telorum multitudo uniuersa etiam machinarum Idea inerat . Armorũ
quoq; quę diu reposita erant adeo affluens atq; opulentur seruabatur thesaurũ
ut septuaginta hominum milia ad bellum illis armari potuissent : milites quidẽ
quos quemadmodũ cętera Timoleoni Dionisius prębuit : duo milia : ipse autẽ
sumptis pęcuniis / sumptisq; quibusdã ex amicis clam Icete nauigans ad Timo-
leonem in castris delatus est . Quem statim Timoleon ut priuatum ac deiectũ
hominẽ cum una naui paucisq; pecuniis in Corinthum transmisit . Qui in ty-
rannide maxima atq; clarissima natus decem annis anteq̃ a Dione expelleretur:
duodecim autem post Dionis mortem regnauit . Sed hoc uniuersum tempus
in bello contriuit . Quę uero in tyrannide gessit : queq; passus est : diligenter
accurrateq; in Dionis uita pręscripsimus . Nam filiorum pubescentum mortẽ
filiarum uirginum scortationes : sororis uxorisq; corpus ab hostibus lasciuis li-
bidinibus uiolentiaq; deturpatum despexit . Et hec cum filiis in mare de-
merse sunt : Dionisius postq̃ in Corinthum nauigauit : nemo ex gręcis erat :
qui & uidendi illum : & alloquendi desiderio non teneretur : alii propter odiũ
lęticia affecti / aspiciendi gratia congredientes ludibrio illum fortuna distitutum
habebant . Alii ad mutabilitatem fortune conuersi condolebant : & multã rerũ
humanarum imbecillitatẽ : multã occultarũ diuinarũq; causarũ potentiã animo
uolutabãt . Non enim ea tẽpestate natura neq; ars tantas illi uires quantas for-
tuna demonstrauit . Vt qui paulo ante Sicilię tyrannus esset : Corinthi in miro-
polio sederet : & apud mulierculas obsoniorum tabernam agentes uersaretur
potatorq; ab iis qui uinariam agebant uocitaretur : necnon in medium ac pa-
lam mulieribus sese admisceret : & in uiis musicos doceret : studeretq; per cõ-
temtionem theattrales cantus / Armoniasq; suauiores reddere . Quidã hęc ideo
fieri a Dyonisio coniecturis assequebantur : q; homo ignauus ac perdito inge-
nio illecebris deditus esset . Quidam uero ne Corinthiis terrori existeret : sed
sese negligendo : animi molestiam & minus secunda fortuna dissimularet tyran-
nidisq; recuperande suspitionem tolleret : & sic pręter naturam in otio multam
fingendo componeret iustitiam . Verum multa ab eo dicta memorię traduntur
quę generosi sapientisq; animi signa potius esse uidentur : q̃ insulsi . Nam cum
in Leucada ut Syracuse Corinthiorum colonia relegaretur : inquit eadem pati
& quę adolescentes . Quemadmodum enim illi si peccauerint hilari uultu fra-
trum consuetudine utuntur : patres autem ob pudorem fugiunt : sic ei accidere
quod in Metropoli uitam agens uerecundia quadam detineretur . in Leucada
uero cum uoluptate uitam traheret : Cum etiam Corinthi miles quidam stipẽ-
darius contra philosophorum familiaritates : quibus in tyrannide letabatur :
acrius ageret : & eum ridiculũ haberet : tandemq; interrogaret : quid utilitatis
ex philosophia platonis cepisset : inquit num tibi nihil adiumenti suscepisse ui-
demur : sic fortune mutationem tollerantes . Pręterea Arestoxeno musico & qui-
busdam aliis interrogantibus unde & quo iure aduersus platonie quęrelas ha-
beret respondit : tyrannidem multorum malorum plenam esse : & nec inuita
tale aliquid existere : neminẽ amicorum apud eum aperta usum fuisse oratione

Nam propter illos Platonis beniuolentia priuatum fuisse : insuper eum quidã
prestans ingenio uideri uellet cum Dionisio scommata agens ad illumq́ acce/
dens pallium deposuisset ut mos erat : Dyonisius e contra scommatibus usus
iussit quotiens ad eum accederet : hoc idem ut faceret ne aliquid primarum rerũ
sibi deficeret : Philippus Macedonum rex : cum post conuiuium quoddam in
sermonem de carminibus atq́ Tragediis quas senior Dyonisius reliquerat :
incideret : & in tempore quodam dubitare fingeret : tardaretq́ hoc agere : Dy/
osius probe obuiam iuit : dixitq́ in quo tu & ego : atq́ omnes beati esse opinã/
tes circa potationes uersamur . Sed Plato Dyonisium Corinthi non uidit : acci/
derat enĩ Paulo ante diem suum obiisse : Sinopeus Diogenes Dyonisio obuiã
factus primum inquit o Dyonisi tanq̃ uita indigens uiuis . Cum ille gradũ siste/
ret diceretq́ o Diogenes & tu quoq́ facis per pulchre nostra conuitio afficiens
in fortunia : ad hec Diogenes respondit : quid putas an uis mei tecum una
contristari : nec tibi molestiam afferre cum huiusmodi mancipium sis : in tyran/
nide tanq̃ optimus pater : iam senio confectus mortem oppetas : hic iocans
molliterq́ uiuendo uitam ducens : ut mihi his rebus Philisti uoces quas pro
filiabus Leptini lamentando emisit assimilanti : tanq̃ ex magnis bonis tyranni/
dis in humilem uitam deductis : lamentationes mulieris alabastos & purpurã
& aurũ cupientis manifestentur . Verum hec a proposito nostro haud aberrare
uidentur . Neq́ auditoribus uel ociosis uel multa agentibus inutilia fore arbi/
tramur . Sed Timoleonis bona fortuna non minori admiratione prosequenda
est : q̃ Dyonisii infortunium . Nam postq̃ in Siciliam ascendit : intra quinqua/
ginta dies arcem Syracusarum in potestatem suam redegit : & Dyonisium in
Peloponessum transmisit . Vnde Corinthii maiori manu coacta duo milia pedi/
tum & ducentos equites Timoleoni miserunt . Qui usq́ ad thurios delati naues
Carthaginensium ineuntes pulchram nauigationẽ remorati sunt . Nam Thuriis
aduersus Brettos expeditionem agentibus eorum urbem ut patriam sincere
fideliterq́ seruauerunt : Icetes interim arcem Syracusanam obsedit : prohibuitq́
ne Corinthiis frumentum importaretur : & in Adranum duos milites qui Ti/
moleonem per insidias ferro trucident ire iubet : Timoleon eo tempore cum
Adranitis sine aliqua suspitione sacrificiis intentus nulla militum sese stipauerat
custodia . Qui ab Icete paraturi necem missi fuerant ubi audiuerunt Timoleo/
nem diuina facturum in templum uenire : gladios sub uestibus habere : inter
eos qui ad aras stabant : sese admiscere : pedetentimq́ propius accedere : &
paulo post rei inceptande statuto tempore unus eorum Timoleonis socio in ca/
pite gladium crispat . Quo mortuo qui uulnus infixerat in altissimam quandã
petram : ut erat euadit : huius uero socius aram amplectens Timoleonem ob/
secrat si ueniam det rem omnem aperiturum . Qua impetrata summam rei
aperit : docetq́ ut ab Icete missi fuerant eum interfecturi . Interea cum socii eũ
qui petram ascenderat ad Timoleonem traheret : nullam intulisse iniuriam ex/
clamat . Verum merito hominem interfecisse : cum ille apud Leontinos patrẽ
necauisset . Quam rem testimonio quorundam adstantiũ comprobauit : qui
magnopere machimenta fortune admirabantur : que propter alias causas alia
componens ac simulans longius alia mouet : atq́ adducit : quam promisisse
uideatur : illisq́ plurimũ abesse uidentur sese implicat : & nihil cõmune adinuicẽ

habentibus semper adinuicem in principio & in fine utitur . Itaq; decem minis
hominem Corinthii donauere : q numini Timoleonis curam habenti cladem
uaticinatus : id quod in animo multo ante fuisset in nauanda opera : non absol/
uisset : sed priuata causa fortuito illius uitam seruauisset · Quibus rebus presens
bona fortuna in specie optimam futurarum rerum animos hominum coniecit :
quod timoleonem ut pium sane sanctumq; uirum comitantibus diis ad sicilie
auxilium ac libertatem uenisse prospicerent : Icetes uero postq̃ preter animi sui
cupiditatem conamina eius accidisse uidet : & Timoleoni multos ad herere : se/
ipsum accusans : q tales tantasq; Carthaginensium copias habebat : & ipsis nõ
strenue non impigre utatur : clam sociorum auxilia aduocans : cum uniuersa
classe ducem accersiuit magonem : Mago cum centũ & quinquaginta nauibus
portum petit atq; occupat . qui sexaginta milibus militum Syracusas ingressus
castra in urbe posuit . Cuius classis adeo magna internauigandũ esse uidebatur .
Vt omnem priscam futuramq; Barbariem in Siciliam traiicere putares . Enim/
uero Carthaginensibus in Siciliam superiori tempore infinita bella gerentibus
nunq̃ Syracusas capere data copia est . Sed tunc Icetis opera erat : q Syracu/
sas Barbarorum castra intueri euenerat : Corinthii qui in arce erant in summa
rerum difficultate positi rebus aduictum necessariis deficientibus occupatoq;
a Carthaginensibus portu cotinuo circa murum tumultuarias pugnas ac uni/
uersa bellandi genera quibus obsessi consueuerunt ad summas uires agebant .
Sed Timoleon cimbis paruisq; nauiculis frumentum ex Catania transmisit :
Quę ut Barbaricas triremes uitarent per loca fluctuosa cursum nauigationẽq;
facere . Quas Icetem ac Magonem intuentes capiẽdi Cataniã cura atq; libido
ceperat . Quod inde Corinthiis necessaria in arcem asportarentur . Itaq; sumptis
qui uirtute bellica cęteris pręstare uidebãtur : solutisq; ex portu nauibus Syra
cusis abeunt Neon Corinthius qui arcis pręfectus erat : cum uideret hostes
custodię gratia relictos ociose negligenterq; se in urbe custodiẽda habere subi/
to ruit in urbem : & partim cęsis : partim dare terga coactis : Syracusarũ partẽ
quam Achradinam uocant occupauit : atq; in suam potestatem redegit . Quę
cum cętetis partibus urbis melior uisa esset : atq; munitior & quodamodo plu/
ribus urbibus composita atq; structa : necnon frumenti ac rerum omniũ abun/
dans minime hunc locum reliquit : nec pedẽ in arcem retulit . Sed uacua deserta
loca muro circundans coniuncta arci Achradina custodia illũ muniuit : Mago
atq; Icetes : qui iam prope Cataniam uenerant : per nuntium ex Syracusis rerũ
facti certiores | multo dolore multaq; animi egritudine ad Syracusas discedunt .
Qui neq; operã suam pro animi cupiditate nauarunt & Syracusas quę in ma/
nu erant amiserũt . Sed hęc prouidentie uirtutiq; fortunę quę dubia est tribuũt
Nam omnino hęc quę a Timoleone gesta sunt bona quadam euenisse fortuna
uidentur : Corinthii milites qui apud Thurios morabantnr : timentes Cartha/
ginensium triremes quę eorũ discessum obseruabant : ex multis diebus pelago
uentis agitato : partim ui partim sponte cedentibus Barbaris per Bratheos pe/
destri itinere profecti in regium uenerunt . Ad huc fluctibus mare agitãtibus
princeps nauiũ Carthaginensium qui Corinthiis tendebat insidias : unã anim/
aduertẽs expectationẽ : sibi ipsi persuasit ut callide nouũ aliquid ad deceptionẽ
strueret : iussit itaq; ut omnes nautę coronis capita ornarent & rubeos scutos

ac grecorum insignia triremibus figerent. Deinde Syracusas nauigans cum
arci appropinquasset risu usus: ac plausu Corinthios quos perdere curabat quo/
niam uictoria potitus sit: ut descenderent exclamat. Interea cum ille his nugis
& hac decipiendi arte uteretur: Corinthii qui per agrum Bratthiorum in regiũ
uenerant: ubi cum uentis tum nauibus maria uacua uident: summam in celo
serenitatem nacti summamq; in mari quietem: q̃ propere naues atq; aquas in/
gressi in Siciliam delati sunt: & tanta securitate atq; serenitate usi: ut internaui/
gandũ extra naues equos nantes habenis traxerint: quos omnes cum Timole/
on suscepisset: & statim Messanã urbem cepisset boni fortuna magis q̃ exercitu
confisus ad Syracusas structis pergit ordinibus. Nam secũ non plures quatuor
milibus militum habebat. Quod cum Magoni denuntiaretur: tumultuare:
ac timere: & magis ex hac occasione insuspitionẽ uenire: in locis limosis circa
Syracusas multam ex stagnis atq; fluminibus: que in mare prorumpunt aquã
suscipientibus anguillarum multitudo pascitur: ita ut lata piscari uolentibus
preda adsit: hic dum utriusq; exercitus stipendariis militibus otium dabatur:
una piscabantur. Quod apud grecos usurpatum est. Nam si inter eos priua/
tas inimicitias non habent: extra aciem una deambulando fabulantur: in acie
uero strenue & pro sua dignitate manus conserunt. Tunc cum simul piscarẽtur:
uillarum magnificentiam admirantes, de maris prestantia sermone instituto:
quidam ex Corinthiorũ militibus ita locutus est. Et uos greci in hac urbe tãta
magnitudine totq; ornamentis elaborata Barbaris hominibus crudelissimis
summo studio ut Barbaros mores inserant: & nobis propinquiores fiant ope/
ram auxiliumq; accomodatis: aduersus quos optandum esset multas Sicilias
grecie subiectas esse: qui putatis eos: qui hunc exercitum collegerunt: ab iisq;
columnis Herculeis atq; a mari Athlãtico: ut pro Icetis gloria pericula aggre/
diantur: huc accessisse. Quod si recto ducis officio Icetes uteretur: non patres
expulisset: neq; contra patriam hostiles milites collegisset. Sed pro eius honore
& gloria dimicaret: & ut suarum partium est: Corinthiis atq; Timoleoni obe/
diret. Ex his uerbis tumultuantibus in castris stipendariis militibus Magoni
ne insidie sibi tenderentur magna est iniecta suspitio. Quapropter cum Icetes
ne discederet illum obsecraret: doceretq; q̃to hostes uiribus ac fortitudine ante
irent: & Timoleonem magis uirtute atq; fortuna q̃ militum multitudine ipsos
superare: Mago statim castra mouens, & Siciliam ex manibus dimittens, tur/
piter ac temere in Libiam contendit. Postridie Timoleon ut pugnas obiret:
in ordinem milites redigebat. Postq̃ uero Magonem corripuisse fugam acce/
perunt: & deserta nauibus maria animaduertere: ridiculã habuere Magonis
fortitudinem. Itaq; circumeuntes dicenti, quo Carthaginensium classis aufugisset
in urbe per preconem premia posuerunt. Sed Icetes adhuc etiam bellandi cu/
pidus intentusq; animosiis partibus quas occuparat munitis & ex pugnatu
difficillimis nondum de capienda urbe desperauerat: Timoleon eius copias
diuidens quas maiori uirtute esse animaduertit ad Anapim fluuium ire uoluit.
Eas autem quarum Corinthius dux erat Hysias ex Achradina egredi iussit.
Tertiam uero militum partem aquam Dimarchus atq; Dimaretus per nouis/
sima ex Corintho attulere: ad uertices dixerunt. Eodem tempore quo hec fiũt:
multi ex castris Icetis fugiunt. Ex eo q; urbs q̃primum capta esset: & in potestatẽ

eorum redacta : expulsis hostibus par erat militū fortitudini|ac ducis probitati
immolare . Quod autem nemo ex Corinthiis aut mortem obierit : aut uulnere
lesus fuerit hoc tantum Timoleonis fortunę tribuendum : tanq̄ cum uirtute
uiri illa certauerit . Vt qui eius laudes & res ab eo bene beateqꝫ gestas audiue/
rint ad maiorem traherentur admirationem . Non enim solum per omnem Si/
ciliam atqꝫ italiam fama eius cucurrit : sed per uniuersam gręciam euolauit : &
ita res effrenuit : ita fortuna celeritatem quandam rebus bene gestis apposuit .
Vt Corinthiorum ciuitas : quę cum adhuc an in Siciliam appulissent incertior
esset : una die saluos in insulā uenisse|& hostes uicisse audiuerit Timoleon arce
in potestatem suam redacta : nec eius pręstantia quemadmodum Dion cōmo/
tus : haud illi ob loci pulchritudinem uel structure opulentiam magnificentiāqꝫ
pepercit . Sed Dionem accusans : ꝙ illam non euerterit publico pręconio Syra/
cusanis significauit . Vt cuicunqꝫ uolenti ad delendum tyrannorum receptaculū
ferro adesse liceret . Postq̄ eo die pręconium asseruerunt : & libertatis principiū
aggressi sunt : non solum arcem : sed domus ac sepulchra tyrānorum funditus
euerterunt . Deinde popularem statum pręstantiorē tyrannide ducens|adęqua/
tis solo muris ut ciuibus grata ageret : forum quo iura dicerentur : exedificari
iussit . Vbi uacuam ciuibus urbem animaduertit : ꝙ alii in bello & ciuili sedi/
tione perissent : alii tyrannos fugissent : & in foro propter solitudinem ita mag/
na atqꝫ profunda excreuisset silua ut letus pabulo ager esset : & equicolę in her/
bis altos somnos caperent : cęterę quoqꝫ urbes|pręter admodum paucas|ceruis
agrestibusqꝫ porcis plenę essent : & ante urbem circumqꝫ muros|insuburbanis
rerum gerendarum uacui persepe uenarentur : habitantium etiam in pręsidiis
atqꝫ in castris nemo obediret : neqꝫ in urbē horrore quodam atqꝫ odio in sub/
sellia in forum|ex quibus plurimi tyrannorum ipsis pullularant ascenderet : ui/
sum est Timoleoni & Syracusanis ad Corinthios scribere . Vt ex gręcia Syra/
sas coloniam mitterent : ꝙ urbs ciuibus uacua esset : & magnū ex Libia bellū
expectarent : cum audiuerint corpus Magonis qui seipsum morte affecisset :
iratos Carthaginenses exercitus gratia cruci affixisse : ipsos autē ut uerno tem/
pore in Siciliam traiiciant magnas parare copias : Timoleonis nomine reddi/
tis litteris ubi Syracusanorum legati Cortnthios rogauerunt|eis Syracusanam
ciuitatem curę esse : & iterum in prouintiam coloniam mittere : Corinthii nulla
auaritia : nulla urbis dominatione allecti atqꝫ impulsi : q̄primum per gręciam
sacris in certaminibus ac magnis in nundinis per pręcones denuntiant Corin/
thios qui Syracusarum tyrannidem aboleuere : Syracusanos cęterosqꝫ extorres
siculos ad libertatem inuitare : & Syracusis uolentem habitare iuste sancteqꝫ in
libertate suis legibus parta ciuitate uicturum : deinde per Asiam atqꝫ per insu/
las : ubi passim multis ex Siculis uitā agere audiuerant : nuntios mittunt hor/
tanturqꝫ omnes in Corinthum traiicere & Corinthios naues cōmeatus auxilia
atqꝫ duces prębituros esse : necnon Syracusis tutos saluosqꝫ posituros his rebus
Siracusani magno erga Corinthios amore affecti : honestissimis pulcherrimisqꝫ
laudibus in cęlum efferebant . Quoniam libertatem atqꝫ salutem adepti tyran/
norum iugum Barbarorum crudelitatem euasissent . Qui igitur Corinthū ue/
nerunt : cum perpauci essent : Corinthios rogauere . Vt ex Corintho cęteraqꝫ
gręcia socii sibi adiungerentur . Itaqꝫ non pauciores decem milibus Syracusas

nauigarunt. Vbi iam ex italia atq; Sicilia Timoleon multos in unum college-
rat. Quibus sexaginta milibus existentibus: ut retulit Vthanes: Timoleon
urbem diuisit/atq; partiuit & domos mille talentis uendidit. Primoribus uero
domos quas illorum esse cognouit: reddidit: & populo cui adeo res augusta
erat: & ad bellum & ad cętera: ut statuas publico decreto delataq; accusatione
tanq̃ hominibus penas dantibus uendiderit: pecuniarum habundantiam ex-
cogitauerit Getonis autem antiqui tyrani statuam cuius memoriam cum beni-
uolentia cum honore prosequebantur: q Carthaginenses apud Imeram flu-
uium uicisset: populi sententia seruauere. Itaq; cum ciuitas reuiresceret: & ci-
uibus undiq; confluentibus repleretur. Cupiens Timoleon uniuerse Sicilię
libertatem uendicare: & ad uiuum tyrannos resecare: ad cęteras urbes exercitũ
ductauit & Icetẽ a Carthaginensibus deficientẽ/ut arcem demoliri promitteret:
& apud Leontinos priuate uiuere coegit: Leptinus qui Appolloniam multaq;
alia finitimorum Oppidula per tyrannidẽ occuparat: preterq̃ summis uiribus
summisq; periculis pugnauit: Timoleoni sese captũ prębuit: quem data uenia
in Corinthum Timoleon exportari iussit. Nam Sicilię tyrannos in exilio ac ca-
lamitate Corinthi uitam uiuere pulchrum gręcis ducebat spectaculum. Sed cũ
stipendarii milites merendo bellica pręda frui potius/q̃ in otio degere optarent
ipse Syracusas contendens urbanis rebus mentem applicaturus: & unacum
legislatoribus Cęfalo atq; Dyonisio qui ex Corintho uenerant: firmissimã hone-
stissimamq; remp. compositurus: Dinarchum atq; Demaratum aduersus Car-
thaginensium potentiã misit. Qui deficientibus multis ex Barbaris ciuitatibus
non modo in rerum copia abundare: uerum etiam pecunias ex captiuis
raptas ad bellum parare. Interim Carthaginenses cum septuaginta millibus
militum & ducentis triremibus ac mille nauibus in Lybiam traiiciunt. In qui-
bus multum frumenti Machium currus cęteraq; ad bellum necessaria defere-
bantur. Quorum omniũ adeo ingens numerus erat: ut non amplius in bello
particulatim congressuri essent: uerum ex uniuersa Sicilia gręcos simul electuri
Tantis enim uiribus hic exercitus erat: Vt ad capiendos Siculos: q̃uis unani-
mes ac fortissimos sufficeret: Hasdrubal atq; Bomilear: qui classi preeant audi-
entes suos oppressum iri: subito contra Corinthios atq; Timoleonem: impetu
quodam ac celeritate feruntur. Cum Syracusani celeriter hoc per nuntium audi-
rent: ita animi terrore perculsi sunt copiarum magnitudine. Vt Timoleon uix
cum tribus millibus militum contra tot tantasq; copias congredi ac manus cõ-
serere ausus sit. Nam ex quatuor milibus militum: sub stipendio merentium
mille intereundum timentes secesserunt: Timoleonẽ non sane mentis: sed extra
hominem insanumq; pręter ętatem dicentes: q quinq; milia peditum habens:
& mille equites contra septuaginta milia concurrere audeat: & a Syracusis tãto
longius exercitũ ducere uelit: q̃to octo dierum uia ac spacium distat: unde nec
salutis fugientibus nec sepeliendi morientibus facultas daretur. Quibus ante
pugnã sic eorũ animũ detegentibus magnopere sibi Timoleon cõduxisse putauit
Cęteros autem milites postq̃ persuasionibus exhortationibusq; firmiter ad pre-
lium induxit: ad Crinisium fluuium: quo Carthaginenses uenturos audiuerat:
adduxit. Qui cum collem superaret: unde inimicorum castra uidendi potestas
erat: mulis appium ferentibus obuiauit q infaustum milites augurũ putauere

Quoniam Appii coronas sepulchris imponere usurpatum esset. Vnde hoc prouerbium natum est. Mala ualitudine summo periculo fruentem Appio indigere. Postq̄ igitur Timoleon uestigia pressit: & falsa opinione ac mala spe liberos facere uellet aliter ut tempus postulare uidebatur rem interpretratus est. Ostendit enim ante uictoriam ipsis coronam esse prelatam: & sua sponte in manibus uenire. Nam apud Corinthios in Ischinis ludis quemadmodū nunc in neniis corona Appia. Vt patria & sancta coronabantur: & tunc in Ischiniis ludis quēadmodū nunc in neniis corona Appia utebantur. Pinea autē non diu factum erat q̄ in usum uenerat. Cum igitur Timoleon ut dictū est mulis obuiaret: & ex Appio summeret. Primo ipsum deinde duces: qui circa ipsum adstabant cęterosq; coronauit. Augures cum duas aquilas uolantes prospicieret: quarū altera draconē unguibus confixū ferebat: altera uolans horrendę clamabat: militibus illas ostenderunt: Itaq; omnes ad regressionem conuersi non iam amplius armis: sed uotis pręcibusq; deos prosecuntur. Cum autem ęstiuum tempus esset atq; solisticium: in conuersione nebula quam flumen exalabat ita planitiem omnem obtexerat: ut inimicos intueri non liceret: nisi q̄ quidam sonitus indiscretus atq; commixtus de uertice collis a Corinthiis audiebatur quanq̄ cominus castra iacerent. Postq̄ Corinthii collem ascenderunt atq; steterunt scutosq; colligendi sui causa deposuerunt: iam sole uapores attrahente aer spissus ac turbidus factus montium summitates obtenebrauit: locis autem inferioribus nebula expurgatis Crimisus fluuius apparuit. Quare Corinthii hostes illum traiicientes intuentur. Qui quoniam in prima fronte ad pugnam currus collocarant q̄ stuporē uisui afferebat: & post hos infinitos milites albos scutos habentes: cum splendore apparatus tum ordine ac incedendi tarditate Carthaginenses per coniecturam esse animaduertunt. post hos cętera multitudine cum impetu ac tumultuatione confluente & flumen traiiciente: cum Timoleon uidisset tot iam in flumine esse: quot cum ipsi manus conserere uellent dixissetq; militibus. Vt phalangem dissolutam in flumine prospicerent: cuius pars flumē euaserat pars ut egrederetur futura erat: iussit Dimareto ut acceptis contra equitibus Carthaginenses irrueret: & ordines eorum qui non dum in acie redacti erāt corrumperet ac disturbaret. Ipse autem ex colle in planitiem descendens mixtī nonnullos stipendarios milites cum Siculis in utroq; cornu constituit: & in medio a Syracusanis atq; ab electissimis: fortissimisq; stipendanis militibus stipatus paululum gressum continens: quid equites agerēt obseruauit. postq̄ illos uidit: curribus ante aciem discurrentibus manus cum hoste conserere non posse: sed continuo coactos circumuolare: & crebras incursiones facere: sumptis militibus & maiori quadam uoce q̄ consueuisset usus siue q̄ affectu quodam ac ardore ad bellum intentus baccharetur: siue q̄ numen quoddā ut tunc uisum est in eo loqueretur: peditibus statim apropinquātibus atq; reclamantibus absq; mora in aciem duci: equitibus signum dedit: cornua extra ordinē curruum contra Carthaginenses impetū facere: ipse quoq; collectis propugnatoribus signa canere iubens Carthaginenses aggreditur illi primis congressibus pręsenti animo obstiterūt: & cum quia corpora Thoracis ferreis: atq; ęreis caleis induti erant: tum quia ingentibus scutis tegebantur: iacula resilire coguntur. Itaq; postq̄ gladiis res agi cepta est: & non minus

ingenii q̃ corporis uiribus bellū agitur : ſubito ex montibus ſtupenda tonitrua ſonuere : & ardentia fulgura cęlo delapſa ſunt . Deinde ubi nebula quę colles & montium cacumina tegebat : ad locum pugnę acceſſit : atq; nimbus gręcos atergo Barbaros in facie ac oculis pulſat ſpirante ſimul uento humido delataq; aſſidua a nubibus flamma . Quę multum quidem & pręſertim iis qui rerum imperiti erant : aduerſabantur . Nam non parum nocumenti tonitrua ac soni-tus armorum : quę ab aqua & grandine pulſabantur attuliſſe uidentur . Cum imperatorum iuſſa nec audire nec exequi milites poſſent : Carthaginenſibus nō expeditis . Sed multis armis utentibus ut diximus : cęnum maximū inferebat impedimentum . Sinus ueſtimentorū qui multa aqua erant dum manus conſe-rerent : ipſos graues ineptoſq; reddebant ydoneos autem ut a gręcis ſuperarē-tur : & ſi caderent inreleuabiles ex cęno faciebant . Nam fluuius Crinisius cum iam aquarum irruptione magnopere excreuiſſet : ac tumuiſſet propter traiicien-tium multitudinem aggerem erupit : & planities quę ad fluuium iacebat ex multis faucibus currentibus aquis quę non ſuo tramite ferebantur repleta eſt . A quibus quidem aquis Carthaginenſes inuoluti maxima cum difficultate li-berabantur . Tandem cum inundatio & aquarum fluctus inſtaret : & prima gręcorū acies quę ex quadringentis hominibus conſtabat contra Carthaginēſes irruret in fugam gręci Carthaginenſium multitudinem uertunt : quorum multi in planitie capti periere . Multi etiā flumen traiicientes a fluctibus tracti mortē obiere . Plurimos collem ad euntes ne aſcenderent uelites currendo prohibuere . Erunt itaq; inter decem milia hominū qui deſiderati ſunt : tria milia ex Cartha-ginenſibus cecidiſſe . Quibus nec generis ſplendore nec diuitiarū amplitudine nec glorię claritate alteri ſuperiores in Carthagine erant . Quę res adeo magnā urbi inflixit calamitatem : ut nunq̃ antea una in pugna ex Carthaginenſibus tot occubuiſſe a maioribus memorię traditum ſit . Nam ut plurimum Lybicis Hiberis ac Numidis in bello uſi aliena calamitate uicti ſuperatiq; fuerāt . Quā-tus mortuorum ſplendor in uita fuiſſet : quanta gloria gręci ex raptis ſpoliis cognouerunt . Tanta enim auri atq; argenti copia fuit : ut ab iis qui ſpolia ex-traxerint : de ęrea atq; ferrea ſuppellectile ratus atq; tenuis ſermo haberetur . Nam & caſtra & iumenta impedimentaq; cęperant . Ex captiuis autem magnā partem milites expilauere . In medium uero atq; in publicum quinq; milia in-uenti ſunt . Ex curribus capti ducenti . Vnde pro Timoleonis tentorio poſita coadunataq; multiplicia ſpolia pulcherrimum certe ac magnificentiſſimū prę-bebant ſpectaculū inter quę mille Thoraces cū arte tum pulchritudine pręſtātes & decem milia ſcutorum ſuſpendebantur . Quę q̃uis multa paucorum tamen preda fuere . Itaq; gręcis magnam predam aſſecutis : uix tertio die poſt pugnā tropheum abſoluitur : Timoleon unacum uictorie nomine pręſtantiora arma : quę hoſtibus detraxerat in Corinthum mittit : ut patriam eius omnibus homi-nibus : qui in ea ſola clariora gręcię templa cernerent non gręcorum aut finiti-morum ornata ſpoliis triſtem memoriam facientibus : ſed Barbarorum caram atq; amabilem redderet . Quę pulchris in ſcripta litteris uincentium fortitudinē atq; iuſtitiam declararent . Quoniā Corinthii atq; Timoleon imperator gręcos in Sicilia a Carthaginenſium manibus liberarunt : diis hęc munera ſuſpēderūt Poſt hęc Timoleon milites ſtipendarius qui Carthaginenſium ſpolia ac predā

omnem ferrent ducerentq; : in agro inimicorum dimittit. Ipse uero Syracusas contendit : & mille milites : qui ab eo ante pugnam secesserant e Sicilia cedere iussos a Syracusis anteq̄ sol occideret/abire coegit. Qui ad italiam sine fide pu. nauigātes Blettis prȩda fuere. Quas pȩnas pro proditione contra Timoleonē diis soluere. Cum Icetes atq; Mamerchus Catanie tyrannus/siue inuidiȩ secūdȩ fortunȩ Timoleonis : siue timore quodam : ne contra tyrannos perfidus esset : societatem cum Carthaginensibus iniissent : persuasissentq; ut exercitū atq; ducē mitterent : nisi uellent omnino e Sicilia pelli : Gisco cum septuaginta nauibus nauigauit : & milites grȩcos conduxit q̄q; qui antea sub Carthaginensibus grȩci nunq̄ meruissent : Sed tunc Carthaginenses uehementer illos admirati sunt : & fide dignissimos atq; bellicosissimos omniū hominum esse putauerunt. Cum autem in Messana urbe cōmuniter adinuicem omnes conspirarent : tercentos milites aduenas a Timoleone auxiliarios missos interfecerunt. Qui autē circa Ireas quȩ sub Carthaginensium imperio erant : insidias posuere/milites stipen/ darios cum Eutimo Leucadio merentes necauere. Ex quibus maxime Timole/ onis secundam fortunam gloriosam fieri contigit. Nam hi ex illis erant : qui cum Philodimo Phocense & Onomartho Delphico sacrȩ illius legis & inuento/ res & participes fuerant. Qui cum omnibus odio essent : atq; ut execrabiles obseruarētur : circa Peloponessum a Timoleone capti sunt. Sed cȩteros milites minime capere potuit. Cum autem in Siciliam proficiscerentur unacum Timo/ leone omnium certaminum uictores euasere. Cum uero plurimorum ac maxi/ morum certaminū iam finis esset : & ad alias obeundas pugnas auxiliari mitte/ rentur : & capti & mortui sunt. At non una omnes sed discrȩtim. Verum antea Timoleonis prospera fortuna eos tutata est : ne aliquo modo per punitionem malorum bonis etiam detrimentum impenderetur. Itaq; deorum beniuolētia erga Timoleonem : non minus inuitandis aduersis q̄ inagendis prosperis ad/ miratione digna est. Populus Syracusanus qui a tyrānis iīuria affectus pressusq; fuerat ȩgro animo ferebat. Nam Mamerchus q; milites stipendarios inice/ rat : elatus inscribēdis poematibus iactatione quadā usus est. Qui scutis in ho/ nore deorum suspensis elegia carmina & superbia & contumeliosa subscripsit. Vilia nos ferimus dū scuta micātia multo Detrahimusq; auro : eletroq; ebo/ re atq; elephanto. His actis cū Timoleon in Calabriā castra moueret : Icetes in Syracusano agro discurrere/predari/depopulari/iniuria afficere. Deinde Ti/ moleonem paucos habentem milites paruifaciens in ipsam Calabriam exercitū duxit : Timoleon ubi illum iter preoccupare : permisit cum equitibus : pediti/ busq; Icetē uersus proficiscitur : Icetes cū hoc sensisset : audissetq; Timoleonē iam Damiriam flumen transiturum : citra aquas repugnaturus castra firmauit. Cui cum traiiciendi difficultas : tum prerupte utrinq; atq; precipites ripȩ animos faciebant : Timoleonis duces cum uehementi quadam pugnandi libidine tene/ rentur : & contentio quȩdam inesset : omnesq; postremum traiiciendi locum atq; aggrediendi tenerent : pugne immoratio facta est. Nam unusquisq; primo acierum ordine sese dignum existimabat. Quare impetu quodam traiicientes/ ac concurrentes nullum in transitu ordinem habuerunt. Cum Timoleon rem sortibus decernere uellet : & cuiusq; ducis anulum in casside eius iniecisset atq; permiscuisset : primus qui ab urna extrahi contigit trophei insignia habebat.

Quod postq̃ audierunt non expectata altera sorte|cum gaudio atq; clamore ut
quisq; stabat flumen irrumpit : & manus cum hoste conserit : Illi cũ uires gre/
corum ferre non possent : & dimissis armis fugerent mille in bello cecidere.
Paulo post Timoleon motis aduersus Leontinos castris|uiuum cepit Icetẽ nec/
non bellicosissimũ eius filium atq; Euntimii uinctos sibi milites detulere : Icetes
atq; adolescens ut tyranni ac proditores morte mulctati sunt : Euntimius uero
uir clarus in bello|atq; audax|propter blaphemiam quandam aduersus Corin/
thios misericordiã minime consecutus est : ferunt enim Corinthiis contra Le/
ontinos militibus in Corinthios contionem ad populum habentem dixisse : si
Corinthie mulieres domos egrederentur : nihil molestum fore nihil timẽdum.
Multi eo ingenio & ea natura sunt. Vt iniuria lacessiti molestius uerba|q̃ facta
ferant : Grauius enim contumeliam : q̃ detrimentũ ferendũ esse arbitrantur :
& hoc quidem factis repellere : tanq̃ necessarium bellantibus concessum est.
Blasphemię autẽ plus odii q̃|uicii habere uidetur. Cum igitur Timoleon Syra/
cusas contendisset : Syracusani uxorẽ Icetis ac filias in contione ad iudiciũ de/
ductas morti damnarunt. Verum enimuero hęc Timoleonis moribus atq; re/
bus ab eo gestis dissimilia esse uidentur. Nã si ille hoc dissuasisset : ac prohibuis/
set nunq̃ mortẽ obiissent. Sed uidetur Timoleonem illas neglexisse : & uolũtati
ciuiũ qui Dionem aquo eiectus Dionisius expulsusq; fuerat uindicare querebãt
proiecisse : Icetes enim hic ille erat : qui Aretam Dionis uxorem sororemq;
Aristomacham & filium adhuc puerum in mare uiuos demerserat : de quibus
in Dionis uita perscripsimus. Post hęc cum aduersus Mamerchũ apud cataniã
castra posuisset : & in fugam illũ uertisset : supra duo hominũ milia ferro neca/
uit. Quorũ magna pars erat ex phenicibus : quos Gisco auxiliarios miserat.
Deinde Carthaginenses regionem intra Licum Timoleonem occupaturũ timẽ/
tes cum eo pacem ineunt|atq; componunt & ex ea migrare Siracusas uolẽtibus
snppellectilem ac sobolẽ restituũt : tyrannisq; societatem renuunt. Mamerbus
cum de re sua male sepctaret : in Italiam ut Leocanos contra Timoleonem atq;
Syracusanos adduceret nagauit. Postq̃ qui cum eo erant : cum triremibus re/
menso pelago in Siciliam sese retulere : Timoleoni Cataniam tradiderunt : Ipse
coactus in messanam urbem ad Ipponem tyrannum fugam arripuit. Quã Ti/
moleone mari terraq; obsidione pręmente Ipponem fugientẽ in naui milites
capiunt : quem Mamertini unacum filiis alitterarum magistris abductis tanq̃
pulcherrimũ spectaculum ad cruciatus in theatrum rapuerunt : atq; interfece/
runt. Mamercus autem Timoleoni se dedit : ut iudicium atq; cruciatum non
accusante Timoleone Syracusis subiret. Nam cum Syracusas deductus fuisset :
& apud populum uenisset compositã iam diu ab eo orationem dicere aggressus
est. Cum autem in tumultum incideret : & inexorabilem contionem animad/
uerteret : proiecto pallio per mediũ theatrum cursu delatus sub sellia tanq̃ mo/
riturus capite pulsat. Verum huiusmodi mortẽ obire non cõtigit : sed ulterius
uitam agens eandẽ pęnam quam prędones dedit ac persoluit. hoc igitur mo/
do Timoleon tyrannos & hostes extirpauit atq; deleuit : & uniuersam insulam
quam rebus aduersis incultam atq; horridam ab incolis acceperat : ita placa/
bilem ita desiderbilẽ reddidit ut quam prius ciues deseruerãt|aduene habitaturi
accederent. Nam agrigentum & gelam magnas in Sicilia urbes post atticum

bellũ a Carthaginensibus depopulatas atq̧ euacuatas tunc habitari ac frequẽ-
tari contigit. Alteram enim Megelus atq̧ Feriscus Exelca uenĩetes & priscos
ciues adducentes. Alteram Grogus Exchio nauigans habitauit. Quibus in
urbe domos instaurantibus: non solum ex tanto bello securitatem ĩmunitatẽq̧
ac tranquillitatem Timoleon prębuit: uerum etiam alia tanq̃ eius multa animi
promptitudine, multaq̧ caritate pręparauit: aliis quoq̧ omnibus dispositis nõ
bellorum propulsio, non legum compositio, non regionis habitatio, non r. p.
dispositio bene se habere uisa est: quam ipse non attigerit atq̧ ordinauerit: &
tanq̃ omnium architector absoluto opere gratias deo pro dignitate egerit. Cũ
igitur multi & magni uiri ex gręcis: qui rerum gestarum splendore illustres
erãt: apud Timoleonem essent: inter quos Thimotheus & Agesilaus & Pelo-
pidas erant: necnon Epaminũdas: in quẽ magno amore Timoleon afficieba-
tur res eorũ geste splendore & gloria: quęuirtute & laboribus permixta erant:
pręstantiorem Timoleonem reddiderunt: itaq̧ quid tum in pęnitentiã adducti
sese accusare. Sed illis prętermissis quę erga fratrem Timoleonem gessit. Nihil
est ut inquit Timeus ꝙ ex iis quę sunt apud Sophoclem inclamare oportune
non liceat: Odii quę uenus? qui cupido huic auxiliabitur. Quemadmodum
enim Antimachi poema: & Dionisii pictura: quę Colofoniorum uires ac
fortitudinem habet: laborem atq̧ duritiem habere uidentur: Homeri autem
carmina & ea quę a Nichomacho scripta sunt: pręter alias uirtutes ac gratiam
facilitatem & leuitatem: sic Epaminundę atq̧ Agesilai res militares multo la-
bore multaq̧ cum difficultate ab eis geste sunt: Timoleonis uero res bellice
diligenter iusteq̧ inquirentibus atq̧ animaduertentibus multam consequenda
uictoria facilitatem habuisse apparebunt. Quibus non fortuna sed uirtus cũ
bona fortuna uires administrauit. Et ille omnia ab eo fauste acta ad fortunã
referens cum ad amicos quos Corinthii habebat: litteras dedisset: & orationẽ
apud Syracusanos habuisset: gratias deo habere sępius inquit. Quoniam cum
saluam Siciliam esse uellet eum decreto & suffragiis populi imperatorem desig-
nauit. Cum domi templum conderet sua sponte uoluit ut euenit: rem diuinã
fecit domum uero ipsam sacro numini consacrauit: habitauit autem edes quas
ei tanq̃ de re militari benemerito Syracusani donauerant. Verum ex Corintho
accersita uxore ac filiis, plurimum temporis in agro pulcherrimo atq̧ amenissi-
mo: quem ab eisdem acceperat ociose uitã duxit: non enim Corinthum rediit
nec gręcorum tumultui sese admiscuit: neq̧ ciuili inuidię se prębuit At plurimi
imperatorũ ambitione bonorũ atq̧ potẽtię inexplenda libidine tanq̃ in scopulũ
naues impellunt atq̧ frangunt sed ibi rerum gestarũ memoria letus rurauit:
atq̧ permansit. Ex quibus maximũ sibi gauidum afferebatur, tot urbes tot ho-
minum milia intueri: quibus ipse uiuendi fęlicitatẽ comparauerat. Postq̃ satis
dispositum erat ut uidetur: ꝙ non solum Galericis: ut apud Simonidẽ conus
atq̧ christa inesset: uerumetiam uniuerse reip. duo qui populi studium atq̧ au-
ram uenebantur: Laphistius ac Demenetus Timoleoni calumniam machinã-
tur: Laphistius enim Timoleonem in quadam causa ad fideiussionem coegit:
Timoleon uero tumultuationem impetumq̧ contra Laphistium ciues agere quo
minus legibus uteretur: non permisit sed dixit de industria ac sua sponte tot
labores tantaq̧ pericula subiisse: ut unicuiq̧ Syracusanorum legibus uti liceret

Demeneto autem ipsum multis rebus quas inductando gubernãdoqꝫ exercitu
gessit : accusanti nihil contra respondit sed inquit diis quibus uota feci ut Syra/
cusanos in libertate constitutus aspicerem : gratias ago . Postq̃ igitur maiora
pulchrioraqꝫ facinora q̃ ii qui secum erant gessisset : & solus ac prestantior esset
in laudibus : quę apud gręcos celebrantur : quibusqꝫ gręci ad uirtutem prouo/
cantur : & mala quę iam pridem gręciam occupauerant sine sanguine propul/
sasset : ostendissetqꝫ Barbaris & tyrannis terrorem ac fortitudinem gręcis autem
atqꝫ amicis iustitiam & mansuetudinem : necnon ciuibus absqꝫ luctu & la/
crimis plurima trophea comparasset : Siciliam uero quę octo annos assiduis
malis uexata fuerat : ab omni labe purgasset : iam grandior Aeuo cum ex ocu/
lis laborare cępisset : tandem cęcus factus est . Paulo post nullam nec sibi : nec
fortunę huius rei culpam attribuebat sed gentile sibi hoc ac paternũ & pro ęta/
te accidisse aiebat . Ferunt enim multos ex suo genere iam senio confectos simili
morbo laborasse : Athanes autẽ refert cum Timoleon aduersus Ipponem atqꝫ
Mamerchum militaret oculos albos esse factos : & cęcitatem manifestam om/
nibus fuisse : non tamen propter hoc obsidione pedem retulisse . Sed cum per/
geret : tyrannos cępisse . postq̃ uero Syracusas rediit : subito monarchiam de/
posuit : ciuibusqꝫ persuasit : pulcherrimam remp . esse futuram . Quod ille sine
animi molestia calamitatem illam tulerit : minus fortasse admirandum .
Quod autem Syracusani honore & beniuolentia uirum iam cęcum coluerint :
admiratione hoc dignum . Qui rus ac domum eius petentes aduenas hospites
Vt benefactorem suum : ac patrię patrem aspicerent : secum ducebant letantes
atqꝫ admirantes : ꝙ apud eos diem suum obire elegerit : & claros splendidosqꝫ
apparatus : quos sibi in suo reditu gręci re benegesta prępararint neglexerit :
multis pręterea ac magnis rebus honoris sui gracia decretis : nemo ex Syracu/
sano populo defuit : qui non assereret : ut quotiens bellum cum exteris genti/
bus gerendum accideri : Corinthio duce uterentur . Illud etiam quod in con/
tionibus in honore eius factum est : pulchrum prębuit spectaculum . Nam cũ
de rebus paruis consultandum esset : inter ipsos decernebant . Cum uero gran/
dia disceptarentur : illum accersiri iubebant . Ille per forum in lectica delatus
ad theatrum proficiscebatur : & dum ueheretur . Vt sedebat populus eũ una
uoce humanissime appellabat : atqꝫ salutabat : ipse identidem faciens & paulu/
lum immoratus paululumqꝫ laudibus prestitis auribus auditisqꝫ deinde ea quę
eum consulebant sententiam dicebat . Vbi hęc suffragiis agitata iterum per the/
atrum a ministris eius delatus erat . Ciues autem illum discedentem uoce atqꝫ
plausu dimittentes iam reliquum quod reip . erat decernebant . In tali senectute
tanq̃ pater : patrię honore ac beniuolentia nutritus parua occasione tempori ad/
hibita diem suum obiit . Itaqꝫ Syracusani diem funeris protrahunt : ut ipsis
quę ad funus pertinebant pręparandi facultas peregrinis autem atqꝫ finitimis
proficiscendi oportunitas accomodaretur . Pręparatis omnibus quę honestãdi
funeris gratia erant delecti iuuenes feretrum subiere & per regiam Dionisii tũc
solo adequatam iter habuere : multis milibus hominum atqꝫ mulierum coronas
albasqꝫ uestes habentium pręcedentibus . Quorum spectaculum festis diebus
similitudinẽ comparasse uidebatur . Voces autem lacrimis commixte illum be/
atum dicentes non honoris aut administrationis alicuius retributionem . Sed

desiderium atq; gratiam uerę beniuolentię ostendere uidebantur. Tandẽ postq̃
collapsi cineres & flamma quieuit: Demetrius qui ea tempestate uocis magni/
tudine omnes anteibat: huiusmodi pręconium diuulgauit. Populus Syracu/
sanus Timoleonem Timodimi filium ducentis minis in funere honesta uit:
necnon per omne euum musica equestria ac Gymnastica certamina sui honoris
gratia instituit. Quoniam profligatis eiectisq; Sicilie tyrannis: debellatisq;
Barbaris: necnon repletis magnis desertisq; urbibus leges Siculis edidit. De/
inde sepulchrum in foro structum porticu circumdant: palestras edificant:
Gymnasium adolescentibus faciunt: Timoleoniumq; appellant. Ipsi deinde
utentes & rep. & legibus quas Timoleon sancierat: diu optimam atq; fęlicem
rempublicam habuere.

EMILIORVM FAMILIAM IN VRBE RO/
ma patritiam sane ac uetustam fuisse plurimi tradunt:
quod uero primus qui nomen ei familię reliquit. M.
Emilius propter sermonis lepiditatem: quam Emiliã
gręci uocant appellatus Pythagore philosophi puer fue/
rit nonnulli ex iis tradunt: qui doctrinã Numę Pom/
pilii regis in Pythagoram auctorem referunt. Ex hac
igitur familia multi pręstantes uiri & claritatem assecuti.
Virtutem fęliciter adamarunt. Sed. L. Pauli aduersa
apud cannas fortuna prudentiam ac fortitudinem eius ostendit: nam postq̃
collegam suum a consilio dimicandi remouere suadendo non potuit: inuitus
licet pugnę quidem particeps fuit: fuge uero nequaq̃ particeps: sed auctore
periculi ac pugnę fugam arripiente ipse manens aduersus hostes pugnando
interiit. Hic filios habuit Emiliam quę Scipioni magno nupta fuit: & Paulũ
de quo hęc scribimus: qui in ętate florenti gloria & uirtute clarorum uirorum
effulsit: non ea secutus quę tunc cętera iuuentus sequebatur: nec per eandem
uiam ingressus. Non enim se in causis orandis: nec in salutando ac prensan/
do homines quibus artibus pleriq; fauorem sibi popularem captabant: cum
tamen ad utrunq; foret non ineptus exercuit: sed ut pręstantiorem utiq; forti/
dinis & integritatis gloriam sibi quęrere studuit primum e magistratibus edi/
litatem petens duodecim competitoribus: quos omnes posteris temporibus
consules fuisse tradunt: suffragiis populi Romani prelatus est. Augur deinde
factus: sic patriis moribus intendit sic ueterum circa diuina obseruantiam di/
sciplinamq; cognouit. Vt nominis & honoris dumtaxat gratia concupitum
prius auguratum inter supremos magistratus habendum ostendit philosophis
astipulatus qui religionem scientiam cultus diuini esse diffiniunt. Cuncta enim
faciebat cum peritia & studio: eiq; uni rei cęteris omissis cum ad hoc erat ani/
mum intendebat: nihil pretermittens uel addens: sed & aduersus collegas:
semper etiã pro minimis insistens & docens quod & si maxime quis rem diuinã

facilem existimet: & sine querela negligentię: tamen nequaq̃ esse ferendam ciui/
tatem quę illam negligi paciatur. Neminem ab initio magno excessu remp.
turbare: sed magnarum rerum custodiam tollerare: qui in paruis ac minimis
diligentiam abitiunt. Eo modo disciplinę militaris ac morum custodem, & ob/
seruatorem se pręstitit: non gratiam militum captans in exercitu: nec ut ple/
riqꝫ illius ętatis homines secundos magistratus per gratiam priorum sibi com/
parans: sed ueluti sacerdos aliorum sacrorum circa mores dux: & exemplar
cuiqꝫ existẽs, sic administrabat. Vt secũdarũ parti existimaret hostes uincere.
Primarũ uero ciues dirigere: durante aduersum Anthiocũ bello & peritissimis
rei militaris hominibus ad illud cõuersis alterũ ab Hesperia exortũ ẽ bellũ mag/
nis in Hiberia motibus suscitatũ. Ad hoc bellũ Emilius missus nõ cũ sex ut cę/
teri pretores sed cũ duodecĩ securibus: ita ut dignitas cõsularis ĩperio eius ĩesset
bis signis collatis hostes superauit: interfecitqꝫ circiter. xxx. hominum milia
manifesteqꝫ apparuit uictoriam ex industria eius partam fuisse: habilitate loco/
rum & transitu amnis facilitatẽ uincendi militibus pręstans. Vrbes uero. ccl.
in deditionẽ recepit pacatãqꝫ prouintiã relinquẽs: ne unaquidẽ dragma ditior
q̃ profectus fuerat: reuersus est. Erat & in cęteris haud quanq̃ pecuniarum
studiosus: sed sumptuosus ac liberalis: nec multa habebat: sed cum dos mu/
lieri reddenda fuit uix patrimonium eius suffecit. Vxor fuit illi Papiria Naso/
nis uiri consularis filia: quam post longum coniugii tempus repudiauit: licet
pulcherrimam sobolem ex ea suscepisset. Hęc enim gloriosissimum Scipionem &
maximum peperat: quę autem causa Diuortii fuerit: non exstat sed uidetur
aliqua efficax ratio affuisse: illud autem constat cum amici familiaresqꝫ Diuor/
tium grauiter improbantes. Emilio dicerent nonne hęc modesta: nonne for/
mosa: nonne fecunda? porrexit ille pedem, & calceum ostendens: nonne pul/
cher hic calceus? nonne nouus? sed nec quisq̃ uestrum nouit: qua ex parte in
eum contorquet pedem. Sic enim se res habet. Magna quidem plerunqꝫ &
manifesta errata mulierum causam Diuortii pręstiterunt. Non nunq̃ etiam ex
quadam diuersitate morũ frequentes & paruę offensiones latenter exorte uiros
abalienarunt: post Diuortium Papirię aliam uxorẽ accepit: ex qua cum duos
filios suscepisset: eos quidem domi habuit: alios uero duos priores maximis
& clarissimis domibus per adoptionẽ inseruit: quorum maior a Fabio maximo
quinquies consule: minor a Scipione Africano adoptatus est. Ex filiabus uero
alteram. M. Catonis filius. Alteram Elius Tubero uxorem accepit. Erat
autẽ Tubero uir optimus magneqꝫ in rep. auctoritatis: sed ita tenui patrimo/
nio: ut sex & decem uiri ex Tuberonũ familia omnes simul in unis ędibus &
quidẽ modicis cum coniugibus & liberis habitarent. In has edes Pauli Emilii
bis consularis & triumphalis filia deducta est: in eisqꝫ habitauit: nec puduit
eam paupertatis uiri: sed uirtutẽ admirata est per quam pauper erat. At uero
ętatis nostrę fratres cognatiqꝫ, nisi clausuris & fluuiis & muris cõmunia diuidãt
nisi magnis spatiis interiacentibus seperentur: litigare adinuicem non cessant:
hęc secum cogitandi considerandiqꝫ facultatem historia prębet. Consul autem
factus Emilius bellum gessit aduersus Ligures, homines bellicosos & ob uicini/
tatem romanorum bellandi peritos. Incolunt enim extremam Italię oram: quę
ad Alpes pertinet ipsarũqꝫ Alpium quantum tirreno obluitur pelago, & contra

Lybiam consurgit permixti Galliis | & Hiberis Maritimis : tunc autem prędatoris nauigiis mare usq; ad Herculeas columnas infestabant. Contra eos igitur Emilius consul cum . viii . milibus militum missus : hac paucitate copiarum aduersus triginta milia hostium conflixit : eisq; in fugam uersis : & intra menia compulsis spem bonam humanitate pręstitit : neq; enim uolebant Romani Ligurum gentē omnino delere : sed ueluti sepem ac pręsidium aduersus Gallicos tumultus : qui Italię continue īminebant relinquere : Emilii igitur fiducia adducti Ligures naues & oppida illi dediderunt. Ipse uero diruptis menibus nec genere ullo iniurię aliter illato urbes quidem restituit : naues uero omnes ademit : nec illius multitudinis nauigium supra triscalmum eis reliquit. Homines autem tam mari q̄ terra a Liguribus antea captos. Ciues peregrinosq; liberauit. Hęc in primo consulatu digna memoratu ab eo gesta. Sequenti uero tempore. Cum sępius consulatū petisset : nec suffragia ciuiū uotis eius responderent : quasi spretus ac repulsus quietem sibi agendam putauit : solum auguris & erudiendis filiis intento. Docuit autem ipsos & romanam disciplinam : qua ipse doctus erat : & gręcas insuper artes non enim solū grāmatice sophiste & rhetores uerum etiam fictores pictoresq; & equorum canum uenationumq; magistri circa adolescentes uersabantur. Ipse uero pater nisi quid publici muneris impenderet : eorum exercitationibus studiisq; intererat : miro amore erga natos affectus. Ea tēp estate bellū aduersus Persem Macedonię regem populus romanus gerebat. Duces uero ad id belū missos pręmebat infamia quod eorū ignauia imperitiaq; turpiter ac ridicule res gererēt sustinerentq; potius q̄ inferēt bellum. Nuper enim Romani Anthiocum ultra thaurum depulsum Syriāq; inclusum quindecim milibus talentis pacem redimere coegerant : ac paulo ante in Thessalia Philippum profligarint & gręciam a dominatu Macedonū liberauerant. Vicerant etiam Hanibalem cum quo nullum utiq; regem conferendū bello existimabant. Non ergo ferendū uidebatur : ut contra Persem ex equo pugnarent : tam diu cum reliquiis profligati patris resistentem. Ingnorabant enim Macedonicam rem post Philippi profligationem multo q̄ ante fuerat ualidiorem effectam fuisse : de qua superius repetens pauca narrabo : Antigonus qui inter Allexandri successores potentior fuit : quiq; etiam genere sibi regum nomen uendicabat : filium habuit Demetrium. Hic Antigonum : qui Gonatus cognominatus est ille alterum Demetriū genuit : qui & ipse breui tēpore regnauit & filium reliquit Philippum puerum. Veriti igitur principes Macedonum ne defectu regis turbarentur res : Antigonum nepotem eius : qui obierat induxerunt : traditaq; ei uxore Philippi matre : primo tutorem & ducem : post ipsius benignitatem experti etiam regem appellarunt. Fuit autē eidem cognomen Doso : quod multa promitteret : pauca impleret. Post hunc regnans Philippus ab ipsa adolescentia ęgregię floruit : fuitq; de illo expectatio quasi in antiquum culmen restituturus Macedoniam foret : & romanorum potentiam : quę super alias creuerat depressurus. Sed hic ingenti pugna apud Scotusam. A. Q. Flaminio superatus tunc sese contraxit : romanorumq; potestati omnia permittens mediocri muclta contentus remansit. Postea uero penitentia ductus | ac existimans romanorum nutu regnare : captiui deliciosi esse : potius q̄ uiri alte sentientis | & animum habentis : mentem ad bellum conuertit

clamq; & astute rem prędparauit . Vrbes enim omnes quę in itineribus littori/
busq; erant debilitari/ac exinaniri patiens ut sic omnino suspitionem auferret:
contemneretur q; : magnas superioribus Macedonie partibus/copias parauit:
mediterrania oppida castellaq; & urbes armis opibus hominibusq; muniuit:
exercuitq; obscure atq; latēter . Armorū enī fecerat . xxx . milia octingenta mo/
dia tritici intra muros asseruabat : pecuniarum tantum coegerat : quantū decē
annis sufficere . x . conductorum militum stipendio posset . Sed ipse anteq̃ ea
quę agitabat animo : ad effectū produceret dolore & penitentia Demetriū filiū
ob calumniam fratris iniustę necauisset : uitā amisit . At perseiis qui ei successit:
statim unacum regno inimicū aduersus romanos animum patefecit : nequaq̃
idoneus ad tantam molem belli sustinendam/obsecordiam & morum improbi/
tatem/multaq; alia uitia inter quę auaritia plurimum dominabatur . Et creditur
quidem non legitimus filius : sed subdititius fuisse : Et ex hoc machinatus
Demetrii mortem ne domus legittimo successore cognito alienum reiceret . Sed
quanq̃ ingenerosus ipse & humilis tamen ob robustas regni opes longo tēpore
aduersus romanos restitit : ducesq; eorum consulares & exercitus & classes cō/
truit . Nam . P . Licinio qui primus Macedoniam ingressus est : equestri cer/
tamine superato duo milia & quingentos ex romanis occidit : sexcentos autem
uiuos cępit . Apud Oreum uero exinsperato stationem romanorum aggressus
xx . magnas naues onustas/& alias multas ui cępit : hostilium uero alias re/
iectum per Thesaliam irrumpere conantem ad pugnam prouocando cōterruit
ac in eo ipso bello : quasi parum sibi negotii & facile contemnendum a roma/
nis esset . Contra Dardanos : cum exercitu profectus decem millia hominum
occidit : prędaq; ingenti ditatum exercitum reduxit . Concitauit & Galatas cir/
ca Histrum incolentes Barsterne hi nominantur gentem pugnacem & equitatu
maxime ualentem . Illirios etiam sibi coniungere : Per genthium regem temp/
tauit . Fuitq; rumor Barbaros mercede adductos per inferiores Galatie partes
iuxta Adriaticum sinum Italiam irrupturos . Hęc romę nuntiata effecerūt . Vt
homines reiecta petentium gratia . Virum idoneum tantis rebus gerendis :
huic bello pręficerent . Hic erat Paulus Emilius ętate quidem senior : quippe
sexagesimum iam habebat annum : sed Robusto corpore : & filiorum adoles/
centulum amicorumq; & necessariorum multitudine circumseptus : qui omnes
uoluntati . P . R . ad consulatum ipsum inuitantis parere Emilium suadebant .
Ipse uero a principio contatus suasiones reiiciebat eorum studium & cupidita/
tem arguens : quasi sibi non expediret consulatum gerere . Sed tandem con/
cursu populi qui singulis diebus ad eius ianuam conueniebat : & addescendē/
dum in forum prouocabat : uociferabaturq; : confirmatus adpetendū descēdit
nec in eius petione tam affectare consulatū q̃ ciuibus suis uictoriā repromittere
uisus est . Designatus fuit consul cum summa spe ac uoluntate populi romani :
nec expectatum ut sortitio fieret : sed statim Macedonia prouintia sibi cōmissa
bellumq; demandatum fuit . Ferunt cum ipse post hęc domum magna ciuium
frequentia reductus tertiam filiam adhuc paruulam lacrimare comspexisset/eāq;
cōplexus/causam luctus peteret : respondisse illam/quia Perseus mortuus esset :
erat autem Catulus puelle sic nominatus . Tunc Emilius : Accipio inquit omen
filia : Dii bene uertāt . Hęc Cicero orator in libris de diuinatione scribit . Cum

uero mos esset. Vt qui designati consules erant: gratias populo agerent: be-
nigneq; alloquerentur: Emilius aduocata contione inquit: se primum quidem
consulatum gratia sui ipsius: secundum uero gratia populi Romani: qui id
flagitabat petisse. Itaq; se nullas eis habere gratias: quinimmo si censerent: id
bellum melius per alium geri posse lęto animo se concessurum: quod si in ipso
fiduciā haberent: ne turbarent: nec uerba facerent: sed cum silentio quę opor-
tuna forent subministrarent. Nam si imperatori imperare uellent: magisq̃ ante
ridiculos in suis expeditionibus futuros. Per hęc uerba plurimum auctoritatis
sibi apud. P. R. comparauit: magnamq; expectationem prębuit futuri euē-
tus: letantibus cunctis: quod gratiosos adulatores transgressi uirum elegissent:
qui fiduciam sui prudentiamq; haberet: ita inuincendo & aliis dominando. p.
R. ipse uirtutis & honestatis seruus erat: Emilius Paulus ut ad bellum pro-
fectus est: quod facilitate naguiationis usus tute ac celeriter ad exercitū perue-
nerit: fęlicitati eius imputo: sed quę in bello gessit: partim audatię & prompti-
tudini eius partim rectis consiliis: partim amicorum obsequiis ascribo: nec
uideo: cur fęlicitati tribuendum sit. Vbi boni consilii & constantis animi rati-
onem uidemus: nisi fortasse quis dicat persei auaritiam: Emilio bonam in
rebus agendis fuisse fortunam: qui rem Macedonicam magnifice roboratā
per auaritiam eneruauit: ac subuertit. Accedebant ad eum ex Basternis decē
milia equitum totidemq; auxiliares. Viri stipendia facere consueti: quibus nec
agrum colendi: nec nauigandi, nec pascendi pecoris scientia erat: sed unum
opus artemq; unam dumtaxat norant, pugnare scilicet, ac uincere: qui postq̃ cū
exercitu regis circa medicam coniuncti fuerunt: proceris corporibus & mira-
bili uirtute ferotiaq; ad pugnam tanta spe Macedones implerunt: ut existima-
rent Romanos nullo modo expectaturos pugnam. Sed uel ad ipsum aspectū
& motum terribilem, & insuetum conterritos esse fugituros hanc igitur societatē
auxiliumq; tanta spe plenum Perseus ob pusillaminitatem auaritiamq; abiecit.
Nam cum pro singulis ducibus mille supra id quod actum fuerat ab eo quęre-
rentur: stulto consilio soluere recusauit: quasi non aduersus Romanos bellum
gereret: sed pro Romanis pecunię parceret: ueluti illis cum quibus bellum
gerebat: rationem redditurus: de his quę in bello ipso assumpsisset. Atq; hoc
fecit non Lidus quidam: nec Phęnix. Sed qui Alexandri ac Philippi uirtutes
per consanguinitatem sibi uendicabat: qui res pecuniis: non rebus pecunias
emi existimantes omnia possiderunt. Dictū est enim apud antiquos non Phi-
lippū sed philippi aurū gręciā subuertisse & Alexander contra Indos profectus
cum uideret exercitum grauem onustumq; persica Gaça: primum ipse regios
currus cremauit. Deinde alios monuit ut idem facerent: leuesq; & sine impe-
dimentis ad hostes euaderent. At Perseus pluris existimans aurū: q̃ se ipsum
ac filios & regnū noluit pro salute sua paucas abicere pecunias. Vt eum multis
diuitiis asportatus captiuus locuples Romanis ostenderet: quāta fretus parsi-
monia aurum eis custodisset: nec solum Galatas auertit: sed etiam in Genthiū
Illyricum: quę sub spe trecentorum talentorum in societatem belli asciuerat:
cuius legatis cum pecuniam numerasset: & assignandam permisisset: ac ipse
Genthius: his confisus in societatem belli uenisset: facinus indignum ac impiū
molitus est Perseus. Captis enim Romanornm legatis, & in uincula coniectis

quoniam ſperabat ea de cauſa ad confectionem belli non amplius peregrinis opus fore : in tantas compactum inimicitias Genthium dimiſit : & contra fidē pecunias abnegauit : & paulo poſt ipſum cum liberis & cōiuge regno pulſam a . L . Annio prętore / contra eum miſſo deſpexit . Aduerſus hunc igitur talem hoſtem profectus Emilius : ipſum quidem contempſit : potentiam tamen eius copiaſq; admiratus eſt . Habebat enim quatuor milia equitum : peditum uero in phalangem redactorum circiter . xxx . milia cum his copiis iuxta litus ſub ipſo Olimpo monte conſederat : locis & natura inuiis : & ab ipſo dedita opera undiq; ſeptis / aggeribuſq; munitis : ratus productione temporis & inopia rerū ſe conſulem fatigaturū . At Emilius ea quidem induſtria erat : Vt nihil intēp/tatum relinqueret . Et milites quidem : nam hoſtem non metuebat : & ſe con/ſiliis admiſcentes rem perturbabant increpuit . Eiſq; edixit : ne ſe ſuperuacuis onerarent curis : ſed corpora ſua dumtaxat armaq; curarent . Vt ſic prę͂ſto forēt cum tēpus foret : uterēturq; gladio Romano more cum dux iuberet . Noctur/nas autem uigilias ſine armis fieri iuſſit : ut magis attente uigilarent : & metu hoſtium ſublata reſiſtendi fiducia aduerſus ſomnum pugnarent . Cum uero ex/ercitus aquarum penuria laboraret : nam paucis in locis & ea ipſa mala in ipſo littore ſurgebat : proſpiciens Emilius magnū multiſq; arboribus contectum montem olimpum ſupereminentem : atq; coniectans ex uiriditate ſiluarū Lati/ces aquarum ſubeſſe : lacus & exitus pluribus locis ſub ipſo monte confodit : qui ſtatim affluenti aqua repleti fuerunt . At qui negant quidam aquarum fon/tes his locis ſubeſſe : ex quibus fluunt : nec patefactionem eruptionemq; eſſe : earum : ſed generationem atq; concurſum illic fieri liqueſcentis materię : lique/fieri autem denſitate ac frigiditatem humidam diſtillationem cum ex abditis fluit . Veluti mulierum ubera : non quemadmodum uaſa ſunt lactis fluere pa/rati : ſed conuerſo in illa nutrimento lac faciunt : & emittunt : ſic frigida & ca/uernoſa terre loca aquam non continent latentem neq; ſinus habent fluxus & undas ex prę͂parato ac ſubiecto manētes principio : ſed ſpiritum & aerem prę/mendo condenſandoq; in aquam conuertunt . Verum enim dum loca fodiūtur magis emergit : ac profluit : propter contractionem : quemadmodum ubera manu agitata magis reſoluuntur . Qui hęc dicunt materiam tradiderunt ambi/gendi : utrum ſanguis animalibus inſit : an ad ipſa uulnera ſpiritus cuiuſdam aut carnis mutatione generetur / ac profluat ? Argumentantur autem ob flumina dum fodiuntur metalla : ſub terram reperta : non paulatim collecta ut deceret ſi generationem ſubitaneam haberet . Sed pleno gurgite fluentia : & non nūq̄ ex petra per uim fracta fluxus aquarum exiliuit / ac ſubinde deſiit : ſed hoc ſatis Emilius quoſdā dies quietē egit & tradunt in magnis exercitibus ita propiquis nūq̄ tantam fuiſſe quietem . Cum uero omnibus agitatis perquiſitiſq; unam dumtaxat uiam : qua ad hoſtes iri poſſet : per Pithium & petrā ſine cuſtodia relictam comperiſſet : plus ſpei quod non cuſtodiebatur : q̄ deſperationis ob aſperitatē locorum aſſumens / retulit ad conſilium quid ſuper hoc agendū eſſet . Primus omnium qui aderāt : Scipio Naſica qui poſtea princeps ſenatus fuit : negotium ſuſcepit : ut per ea loca ad hoſtiū caſtra euaderet . Secūdo loco Fabius maior inter Emilii filios : & erat admodū adoleſcens prę͂ſto ſe obtulit : eos col/laudatos Emilius dimittit militeſq; illis dat nō quot Polibius ſcribit . Sed quot

ipse Nasica accepisse : dicit in quadã epistola quã de his ad quendã regẽ perscri-
bit inquiẽs . Erãt extra ordinẽ sociorũ & latini nominis tria milia : sinistrũ uero
cornu circiter quinq; milia . Pręterea . ccxx . ęquites / & Cretenses Tracesq; per-
mixti ducẽti hiis copiis Nasica acceptis uersus mare iter tenuit : atq; ad Heracliũ
castra posuit quasi nauibus circumferri ad hostem deberet . Sed cum cenauissẽt
milites & iam tenebre forent exorte . Patefacto primoribus consilio per contra-
riam partẽ longe a mari eos ducit : ac totam noctẽ profectus sub ipsum Pithiũ
consedit . Hic Olimpi montis altitudo supra decẽ stadia attolitur : idq; signatur
epigrãmate in hunc modũ : Olympi uertex ex qua parte est Apollinis Pithii
templũ : altitudinẽ habet ad subiectũ ex Amusim mensuratam decẽ integra &
unũ Pletio minus quadrupedali: Xenagoras Eumelii Celeuti filius mensuram
posuit . Tu uale Apollo & da nobis bona . At qui dicunt Geometre : neq;
altitudinẽ montis : neq; profunditatẽ maris ultra decẽ stadia protendi Xenago-
ras tamen non temere sed certa ratione & organis uidetur mensurã posuisse .
Nasica igitur in hoc loco pernoctauit : Perseo nihil tale suspicante : utpote qui
Emiliũ quiescentẽ suo loco cernebat : Cretensis quidam transfuga circũuentio-
nem Romanorũ patefecit : ad cuius nuntiũ turbatus Perseus castra quidẽ non
mouit . Sed decẽ milia conductorũ militũ alienigenarũ & duo milia Macedo-
num Milone duce ad ea loca transmisit : qui pręuenire & siluas occupare pręp-
parent : in hos dormientes adhuc impetum ab Romanis factũ Polibius tradit
sed Nasica acrem pugnã in montibus cõmissam : magnũq; periculũ fuisse scri-
bit : & ab sese quendam Thracem in manus profectum mucrone transfixum
cecidisse . Superatis itaq; hostibus / & Milonẽ abiectis armis turpiter fugientẽ
persecutus Nasica simul milites ad quẽ uolebat locũ perduxit . Magna ex hoc
trepidatione apud hostes exorta . Rex confestim retrorsum castra mouit : non
satis bona spe : sed haud ibi ante Pidnam subsisterę : & fortunam experiri pug-
ne necessariũ erat : aut diuiso per urbes exercitu bellũ suscipere . Amici regem
ad pugnã cohortabantur : abundare illum multitudine hominũ : eosq; pro cõ-
iugibus & liberis fortiter pugnaturos rege ipso pręsente & se periculis obiectã-
te . His rationibus confirmatus se ad pręliũ cõparauit & loca delegit oportuna
ac duces pręfecit quasi confestim pugnturus locus planiciẽ habebat phalangi
aptam / & tumulos frequẽtes . Vt ex alio in aliũ lęuis armaturę miles progredi
& sese recipere ualeret : Eson per mediũ fluebat annis & Leucus qui licet non
nimiũ profundi : estatis enim tunc erat extremũ . Videbãtur tamẽ quoddã im-
pedimentũ Romanis allaturi . Sed postq̃ Emilius cum Nasica se cõiunxit : &
uersus hostẽ ire perrexit : cõspecta multitudine & structura ad pugnã : parũper
substitit : secũ ipse cogitãs : at iuuenes qui aderãt pugnę auidi ad ipsum prope-
rantes ne tẽpus tereret rogabãt . Maxime uero omniũ Nasica ob recentẽ uicto-
riã elatus : Emiliũ perurgebat . Sed Emilius ridẽs : si tua inquit iuuẽta mihi fo-
ret : at multę quidẽ uictorię eorũ qui uicti sunt errrata docẽtes prohibẽt me ex
uia cõtra phalangẽ instructã paratãq; dimicare . His simul dictis eos qui prima
in fronte erãt incohortes ordinari . Vt sic spem pugnę aduersari is nõ auferret .
Postremos castra munire : & uallũ iacere iubet : atq; inde sine aliquo tumultu
intra uallũ omnes reduxit . Ea nocte cũ iã cenassent : & quieti somnoq; indul-
gerẽt milites luna obscurari cępit : ac deficiẽte lumine multisq; coloribus mutata

tandem nuſq̃ apparuit . Romanis ut conſuetudo eſt : tīnitu ęris lumen eius re/
uocantibus : & ignes multis facibus ad cęlū tollētibus : nihil ſimile a Macedo/
nibus factū : ſed metus & horror caſtra eorū habebat : ac ſermo clam per multos
ierat : defectū regis per id oſtentū ſignificari : Emilius aūt licet non ignarus
uariorū defectuū & quomodo luna in umbrā terre delata certis ſpatiis abſcon/
deretur donec iterū relucesceret tamē ut religioſus ſacrorū cultor. Vt primū lunā
deductā proſpexit undecī tauros ei mactauit . Inde prima luce Herculi ſacra fa/
ciens, non litauit uſqꝫ ad uiginti hoſtias in uigeſima prima apparuerunt ſigna
uictoriā ulciſcētibus promittētia . Sacro igitur centū boū & ludis deo uotis aciē
per primores ſtrui iuſſit : ipſe declinationē ſolis expectās ne aduerſus milites
impediret : tēpus trahebat : ſedēs in tabernaculo ex ea parte, qua ad hoſtes re/
ſpectus erat aperto . Circiter horā uero nonā alii dedita ab Emilio opera ut ab
hoſtibus initiū pugnę foret equū effrenē īmiſſū : & ex huius perſecutione prīcipiū
prelii exortū : alii dū pabulatu redirēt impetū iniumēta factū a Thracibus dicūt
his ſeptingētos primū Ligures auxiliū īpigre tuliſſe aliis deīde aliis ſuccurrēti/
bus quouſqꝫ pugnari iuſto prelio ceptū ſit Emilius igitur uel uti gubernator prę/
ſenti tēpeſtate ac motu caſtrorū magnitudinē futuri certaminis iā īde proſpiciēs
ex tabernaculo proceſſit : ac legiones adiēs pro tēpore cohortatus eſt . At Naſica
per ea loca ī quibus pugnabatur obequitās : cernit hoſtiū q̃tū nūq̃ antea pugnā
capeſſere . Primi erāt Traces quorū aſpectū īquit ſe permaxime horruiſſe : ho/
mines proceris corporibus albis ac lucētibus ſcutis armatura ocrearū nigras ī/
duti tunicas graues ēſes & rectos ab dexteris humeris quatiētes . Iuxta Thraces
cōducti milites ſubibāt : quorū uaria erāt & permixta tela . Tertiū erat agmen
macedonū delectorū hi fulgebāt auratis armis : & nouis ac rutilātibus ſagis :
quibus cōſtitutis in ordinē, ſplēdore quidē cāpū clamore aūt adhortātiū etiā col/
les cōpleuerāt : tāta enī audatia & īpetū ānitentiū : ut prima cadauera nō āplius
duobus ſtadiis lōge a Romanorū caſtris accūberēt : facto primo īpetu cōſpexit
Emilius macedones qui ī agmine erāt, Sarriſſas in clipeos Romanorū adigētes
nec ita cominus pugnātes, ut gladiis attigi poſſēt, nō nūq̃ uero reiectis Peltis uno
oēs ſigno Sarriſſis īcūbere ac Romanas acies propellere . Hoc igitur robur pha/
lāgis & īpetū cernēs obſtupuit, formidantqꝫ & poſtea quidē cōmemorare crebro
ſolebat ſe nūq̃ ſpectaculū terribilius cōſpexiſſe . Sed tūc hilarē ſe ac lętū pugnā/
tibus oſtēdēs abſqꝫ Caſſide & Thorace obequitabat Perſeū uero, ſcribit Polibi/
us, dū iniretur preliū, pręmetu in urbē ſe retuliſſe, uelato receſſu quaſi Herculi ſa/
cra facturus, qui ignauia ſacra ab ignauis nō recepit, neqꝫ cōtra fas uota exaudit :
Fas & enī nō eſt : neqꝫ eū qui nō iaculatur ſigno potiri, neqꝫ eū qui nō permanet
uīcere, nec eum qui nihil agit bene agere : neqꝫ malū fęlicē eſſe . Sed Emilii uotis
aderat deus . Orabat enī uictoriā belli, arma uibrās & pugnās . Scribit tamen
quidā Poſſidonius qui ſe illis tēporibus ac rebus interfuiſſe affirmat & hiſtoriā
huius belli pluribus libris explicuit : Perſeū non timore nec per occaſionē ſacri/
ficii acie exceſſiſſe : ſed quod ei pridie equino calce percuſſum crus fuerat : & in
prelio quanq̃ nō bene haberet : & ab amicis prohiberetur inermē ſeſe falāgi per/
miſcuiſſe . Vbi cum uaria utrinqꝫ uolitarent tela : ferreum pilum incidiſſe in ip/
ſum ex tranſuerſo in latus dextrū : citra uulnus pręteriſſe carnem : tamen ita per/
ſtrinxiſſe : ut multo tēpore nota remaneret . Hęc Poſſidonius de Perſeo tradidit

Romani cum aduersus phalangē acriter resisterent: nec propellere eam possent Saius Pelignorū prefectus raptū signū in hostes proiecit: Pelignis uero|neq̄ enī fas est italis signū deserere: ad eū locū impetū facietibus|graue erat certamē magnūq̄ utrinq̄ discrimē: nā hi perfringere sarissas ēsibus: & scutis repellere conabātur|& ipsis quidē manibus apprehēdebāt: illi ipetu Sarrissarū ānixi|& Romanos cū ipsis armis trāsuerberātes: nec tegmē clipei|nec Thorax resistere poterat in corpora Pelignorū supra caput proiciebāt nulla ratione|sed ferarū ritu se in uulnera mortēq̄ certissimā precipitātū. Sic iā qui primo loco pugnabāt cōfectis|mota est loco secūda acies|nec tamē fuga erat sed relatio pedū uersus collē: qui locrus appellatur|adeo ut Emilius hec cernēs uestē pre dolore absciderit. Vt Possidonius scribit. Sed cū loca iiqua essent: & ob id phalanx utpote in longū protēsa cōtinētiā nō haberet. Sed quibusdā in locis rupta atq̄ inflexa foret|ut cōuenit in magno exercitu ac uariis pugnātiū insultibus: Emilius re animaduersa cohortes celeriter diuisit|easq̄ nō aduersus totā phalāgē una pugna; sed spatia que inter hostiū aciē uacua erāt occupare|& pluribus simul locis manus cōserere iubet. Hoc primores ab Emilio ac milites a primoribus docti: ut primū subeūtes interceperūt loca|aliorū ex obliquo nuda fodiētes latera|alios circūuenietes: robur & cōmune phalangis opus stati deperiit in congressibus aūt in quibus uir aduersus uirū aut pauci aduersus paucos certabāt: Macedones paruis gladiolis pedestria ac solida Romanorū in cassū ferietes scuta|ac leuibus ipsi Peltis aduersus graues ictus gladiorū|pondere & ui ad corpus usq̄ per oīa arma descendētiū resistere nequeūtes uertebātur. Hic dū acriter pugnaretur. M. filius Catonis Emilii gener cū multa fortitudinis ac audacie facinora pugnādo edidisset: tandē gladiū amisit. At ipse utpote adolescēs alti cordis multisq̄ disciplinis nutritus|& magno patri magne uirtutis opera reddere ob noxius nequaq̄ sibi uiuēdū existimabat: si eius spolio potirētur hostes. Itaq̄ per preliū discurrēs ubi quē amicū aut familiarem cōspiceret: eū sibi cōuocabat per hūc modū collecta iuuenū manu ipetū facit: multisq̄ uulneribus & cedibus hostem repellūt; nudatoq̄ loco gladiū querūt: quē postq̄ tandē i magno armorū ac cadauerū aceruo iuenerūt: exultātes leticia rursus maiori ipetu in hostes ferūtur ac tandē delectorū acies tria milia hi fuerūt. Dū acriter resistūt: & ordinē seruāt ad unū interficiūtur oēs aliorū uero fugiētiū magna fuit strages. Vt cāpus quidē undiq̄ cadaueribus|Leucus aūt fluuius sanguine cōpleretur. Tradūt in ea pugna supra. xxv. milia hominū cesa fuisse Macedonū Romanorū uero ut Possidonius scribit cētū. Vt aūt Nasica octuagīta ceciderūt. Celeriter aūt hec pugna magna trāsacta est. Hora enī nona pugnari ceptū decima uictoria parta Reliquū diei in persequēdo hostē cōsumptū. Persecuti aūt per centū & uiginti stadia; nocte iā facta redierūt|aderātq̄ obuiā ministri cū luminibus: & leti atq̄ exultātes magno clamore ad sua quenq̄ tabernacula|edere & lauri ornata sertis reducebāt. Sed in ceterorū leticia ingēs ipsum ducē habebat luctus: quoniā ex duobus filiis|qui cū eo militabāt: iunior nec ubi apparebat|quē maxime amabat: & quem uirtute inter fratres prestare cernebat: quod autē audax & glorie cupidus & tunc etiam admodum adolescens erat: omnino eum temere hostibus pugneq̄ permixtum periisse suspicabatur. Ad luctum ducis uniuersus exercitus hoc sentiens commotus est: & ex cena prosilientes: partim ad ipsum ducem|

partim ad perquirendum adolescentis corpus inter cadauera cum luminibus cucurrerũt: mestitia exercitũ clamor cãpos habebat: Scipionẽ uocitantiũ. Nã ab ipsa puericia ĩter ceteros adolescẽtes natura lõge excellebat: dabatq; expectationẽ future tã domi q̃ militię probitatis. Diu perquisitus cõclamatusq;|sero tãdẽ cũ iam desperatus esset: cũ tribus aut q̃tuor familiaribus plenus recẽti hostiũ sanguine a persecutione reddibat: tanq̃ generosus Catulus ob auiditatẽ pugnãdi tractus. Hic est ille Scipio qui Carthaginẽ Numãtiãq; euertit. Virtute ac potẽtię ętatis suę longę princeps Emilio itaq; ĩuidiã presentis fęlicitatis in aliud tẽpus fortuna differẽs|tũc plenã ex uictoria lęticiã pręstitit: Perseus ex Pidna in pellẽ aufugit: equitu sibi adhuc ĩtegro. Sed cũ pedites ut ignauos & proditores equites obiurgarẽt: rixaq; exorta eos ferirẽt: & equi detrabarẽt|ueritus eã turbã Perseus|e uia declinauit: ac purpurã ne cõspicuus ob eã foret rescissam|ãte se posuit & diadema ĩ manibus gestabat. Vt uero descẽdit ex equo: & ipsũ manu trahebat: ex amicis alter per occasionẽ quasi solutũ religaret calceũ|alter equũ stabulari fingẽs|alter potu indigere|nõ tãtũ hostes q̃ ipsius insolẽtiã metuentes|quęrebat enĩ in eos referre crimẽ: cur uictus esset: aufugerũt. Cũ uero iã sub nocte pellã uenisset|ac duo pręfectos ęrarios obuiã sibi uenĩetes|& partim reprębẽdẽtes|partĩ intẽpestiue cõsulẽtes: ipse propria manu citato equo ambos necasset: nullus ex amicis apud eũ remãsit pręter Eundrũ Cratẽsem|& Archedanũ Etholũ & Memonẽ Bohetiũ. Ex militibus etiã nulli pręter Cretẽses remãserũt: nõ beniuolẽtia aut fide|sed auro regio inhiãtes. Permiserat enĩ illis in prędã multa pocula: Craterasq; aliãq; auri & argẽti supellectilẽ in ratione quinquagĩta talẽtorũ: In Amphipolĩ ĩde profectus|ac postea in Alepsũ metu aliquãtulũ remissio in familiarẽ recidit auaricię morbũ. Quęrebatur enĩ apud amicos quod quidẽ Alexãdri magni pocula ob ignorationẽ Crethẽsibus dedisset rogabatq; multis lacrimis|ut sibi redderẽtur: pecuniãq; pro eis policebatur: sedaturũ|nec latuit illos|qui probe ipsum norãt|aduersus Cretẽses cretica arte uti: eos uero qui hęc crediderũt decępit: & poculis receptis nihil reddidit|sed amicis auferẽs quę mox hostes habituri erãt in Samothratiã nauigauit. Vbi ad tẽplũ cõfugiẽs a Sylo se tutabatur: Macedones semper alias fidi regibus dicũtur fuisse: sed tũc ueluti stipite fracto|oẽs simul ruẽtes infra duos dies totã Macedoniã Emilio dediderũt. Videtur hoc attestari illis qui fęlicitate quadã res illas gestas affirmãt. Attestatur & illud quod in Amphioli accidit: nã ibi sacra faciẽte Emilio|fulmẽ arã percussit sacraq; cõbussit. Sed oĩa signa quę supra memorauimus lõge supererat famę miraculũ: quę quarta post pręliũ die profligatũ esse Perseũ Romę uulgauit. Populo enĩ Romano sedẽte in spectaculo equestrium ludorũ|subito rumor a prima Theatri parte manauit: Emiliũ superatis magno certamine hostibus totã Macedoniã cępisse: isq; sermo confestĩ per totũ diffusus Theatrũ lęticia exultatione & gratulatione ciuitatẽ repleuit. Postridie cum eius famę certus nõ extaret autor: resedit. Paucis uero postea diebus cum certissimus nuntius uenisset: miraculi fuit loco res antea Romę audita: quę in mẽdatio ueritatẽ habuerat. Dicitur etiam eius pugnę quę apud Sagram cõmissa est: ea ipsa die in Peloponesso fama fuisse & plateis: eiusq; in Michaele. Tũc quoq; cum Romani Tarquinios latinosq; profligarunt. Conspecti sunt paulo post ab exercitu uenientes uiri duo proceris ac uenustis corporibus: ea quę in

prelio gesta fuerant nuntiantes creditumq; est fuisse illos pollucem & Castorem ac primus qui obuiauit ipsis in foro equos multo fluentes sudore siccantibus cum illa quę de uictoria nuntiabāt nō crederet/ ipsi leuiter arridētes barbā eius manibus attrectasse dicūtur/ & ex fusca in flauā cōuertisse. Per hūc modū & assertioni suę fidē & uiro cognomētū enorbarbi fecerūt. His uero omnibus id quod ętate nostra cōtigit fidē arrogat. Nā cū Antonius a Domitiano defecisset magnūq; a Germania bellū cōcitasset: Romęq; trepidaretur: ex insperato fama uictorię apud populū Romanū uulgata est: Antoniū ipsum cū oībus copiis interisse: tātāq; habuit fidē hic rumor/ ut multi ex primoribus īmolarent. Sed cum paulo post auctor huius nūtii quęreretur inuētus est nemo. Sed alter alterū allegabat tandē uero quia in plebē ueluti in uastū quoddā pelagus sermo referebatur: apparebatq; nullū certū habuisse prīcipiū/ subito huiusmodi fama prolapsa ceciderat/ sed postea Domiciano cū exercitu ad bellū proficiscēti: in ipsa uia certus nūtius & litterę de uictoria aduersus Antoniū habita uenerūt. Dies pugnę idē fuerat quo Romę uictoriā fama uulgauerat. Vltra distātiā uigīti miliū stadiorū. Hec ita fuisse nemo ętatis nostrę ignorat. Cū igitur in Samtohratiā sese Perseus recipisset. GN. Octauius Emilii legatus ad ea loca profectus a uiolatione quidē Asili ob honorē deorū abstinuit/ a fuga tamē ac demigratione Perseū acerbat. Sed ille clā per Oroandē Cretēse Lenibū quēdā habētē latēter pactus ut asportaretur/ cū aurū & argētū ad litus peruenisset Oroāder arte Crethica fretus/ gaçā quidē suscepit/ ipsum uero Perseū cū liberis & cōiuge ac necessariis noctu ad mare certa hora uenire iussum. Anticipata nauigatione reliquit Perseus igitur/ qui paulo āte miserabiliter cōfectus erat propter angustiā fenestrę ex qua cū liberis & cōiuge laborū insuetus euaserat/ miserabilibus in ipso litore afflictus est/ cū Oroādē iā altū tenentē aspexit/ & iam dies eluxerat: itaq; omni spe orbatus. Vnacum cōiuge fugit ad muros: nec latuit quidē Romanos sed pręuenit. Natos aūt capiēs Antosion quidā antea Persei familiaris tūc proditor Romanis tradidit: per quos cohactus est/ ueluti fere captis earū pullis in manus uenire & suū corpus: iis permittere qui natos tenebāt. Fiduciā aūt super oēs in Nasica habēs: illū ut se ei dederet uocabat. Sed cū Nasica nō adesset: quęstus fortunā suā: tādē necessitate cōpulsus se Gneo Octauio tradidit: tunc maxime patefaciēs eē in se uitiū quoddā auaricitia ignobilibus cupiditatē scilicet uiuēdi/ per quā misericordiā quę sola cadētibus a fortuna nō aufertur: amisit: Orās enī ut ad Emiliū duceretur: cū id factū esset: & Emilius utpote uiro ex alto dignitatis gradu prolapso assurgeret: & obuiā cū amicis procederet: ac ad illius casum illacrimaret: Perseus turpiter in terrā procūbēs: & genua Emilii āplectēs uoces emisit degenere/ quas nō tulit Emilius: nec audire pręces sustinuit. Sed tristi uultu illū intuēs/ quid fortunā inquit crimine liberas/ sic te gerens: ut non pręsentis sed superioris fortunę indignus existimeris. Cur meam deturpas uictoriā: & res a me gestas īminuis: ostendēs te ipsum degenerē: nec ullo modo tāti aduersus Romanos īdignus hostis fuisse uidearis. Virtus profecto cadētiū magnā habet reuerētię partē etiā apud hostes. Ignauia uero etiā si fortunata sit tū uituperatione non caret. His simul dictis attollēs Emilius eum ac dextera capiens illum Tuberoni tradidit. Ipse uero natis ac generis & aliis necessariis iuuenibus in partem se uocatis/ multo tempore secum tacitus stetit.

Vt pleriq; ex his qui aderant mirarentur : exorſus deinde ſermonem de huma/
narũ rerũ cõditione . An debet quiſq̃ inquit pręſenti fęlicitate cõfiſus ſuperbire:
quod gentẽ aut ciuitatẽ aut regnũ aliquod ſubegerit . Pręſens quidẽ fortunę
mutatio exẽplũ nobis ãte oculos ponit cõmunis ĩbecillitatis humanę : & nihil
durabile nec firmũ eẽ docet / quod enĩ tẽpus cõfidẽdi hominibus eẽ poteſt / cum
etiã eo tẽpore / cũ aliis dominãtur fortuna maxime ſit formidãda quę lętis rebus
tãdẽ ĩmiſceat calamitatẽ : Alexãdri ſucceſſionẽ qui in altiſſimũ dignitatis culmen
euaſit . Vnius hore particulã euerſam cõſpicitis . Nõne tot exercitibus tot ſeque/
ſtribus pedeſtribuſq; copiis nuper circũdatũ regẽ nũc proſtratũ & euerſum ex
manibus hoſtiũ cibũ atq; potũ Clietim capere cernẽtes / ob uictoriã partã inſo/
lecere deſinetis : nõne humiles uos ac remiſſos pręſtabitis : ſemper cũ tremore ex/
pectãtes in quẽ finẽ pręſentis fęlicitatis inuidiã fortuna cõuertat . Multa huiuſ/
modi diſſerẽs Emilius iuuenes dimiſit : mirũ ĩ modũ iactãtia ac ſuperbia eorũ
tãq̃ freno quodã repreſſa . Poſt hęc exercitũ ad quietẽ / ſe aũt ad ſpectaculũ gra/
tiarũ ciuitatũ cõuertit / populos releuauit . r . p . eorũ ſtabiliuit muneraq; eis de/
dit : aliis frumẽtũ ex regiis horreis aliis oleũ tãtũ enĩ repertũ tradũt ut rogãtes
ſumẽteſq; prius defuerĩt : q̃ loca ĩ quibus poſitũ erat uacua fierẽt : In delphis ſu/
per colũnã magnã quadratã ex cãdidis lapidibus cõpactã : ſuper quã Perſei
ſtatua ex auro poni debuerat : ſuã poni iuſſit nã uictos uictoribus cedere equũ
erat . In Olympia illã celeberrimã emiſit uocẽ Homeri Iouẽ fidiã effinxiſſe . Inde
cũ decẽ legati Romam ueniſſent / Macedonibus agros reddidit : & ciuitates li/
beras ſuis legibus reliquit : Cẽtũ talẽta . p . r . pẽdere iuſſit qui ſupra duplũ re/
gibus pẽdere cõſueuerãt . Spectacula uero multiformia / & certamina & ſacrificia
& inſuper epulũ ac cęnas edidit : ſuppeditãte copia rerũ ex regia : ĩ quibus or/
dinẽ ornatũq; prẽſationes & gratulationes & cuiq; ſecũdũ dignitatẽ beniuolẽtię
ſenſum ſic diligẽter & curioſe oſtẽdit : ut gręci admirari cõpellerẽtur q; nec iocos
expertes ſtudii accurationiſq; reliquerit / ſed tãtis rebus geſtis : etiã minima dili/
gẽter curaret . At Emilius ob hoc ipſum gaudebat quod in magno ſplẽdidoq;
apparatu dulciſſimũ ipſe ſpectaculũ pręſentibus erat : & admirãtibus eius curi/
oſitatẽ dicere ſolebat : eiuſdẽ eẽ aĩ & aciẽ & cõuiuiũ bene ſtruere : illã / & formi/
doloſus hoſtibus hoc ut amicis gratus eẽt : laudata eſt magnitudo animi ac li/
beralitas eius quod multũ auri multũq; argẽti ex regia gaça coactũ / nec aſpicere
quidã uoluit / ſed quęſtoribus negotiũ dedit . Vt in publicũ referrẽt libros dũ/
taxat regios natis litterarũ ſtudioſis deligere cõceſſit . In donãdis uero militi/
bus quorũ opera in bello claruerat : Tuberoni genero Phialã quinq; talẽtorũ
põdo largitus eſt / hic eſt ille Tubero quẽ diximus cũ ſedecĩ cognatis modicis
ediculis & paruo fũdo uixiſſe idq; argẽtũ ferũt primũ meorũ familiã deueniſſe :
uirtute & honore partũ . Cũq; oĩa bene ordinaſſet : cõplexus gręcos & Mace/
donas / ut memores forẽt libertatis quã a . p . r . habebãt : ac ut eã cõcordia &
beniuolẽtia cõſeruarẽt hortatus / in Epirũ trãſiuit ex decreto ſenatus militibus
prędã in his partibus cõceſſurus . Vt aũt oẽs ſimul inuaderẽt : ex quaq; ciuitate
primores uiros decẽ a ſe uocauit : iuſſitq; ut argẽtũ & aurũ quod in tẽplis do/
mibus ue foret ſtatuta die cõferrẽt : ſinguliſq; cuſtodes dedit / ex tribunis mili/
tibuſq; : quo facto milites pręcatum diſcurrere iuſſit : ita ut una hora cen/
tum uiginti milia hominum captiua : ſeptuaginta uero urbes / direpte fuerint : ex

hac tãta uastitate nõ plusq̃ .xi. dragmas in singulos milites peruenisse dicunt. Hęc Emilius cõtra naturã suã mitẽ & bonã perpetratus in oricũ descẽdit: atq; inde in Italiã cũ exercitu trãsgressus: per tibrĩ nauigauit ĩ pretoria naui sedecĩ remi ornata armis ac spoliis hostiũ. At milites clã infẽsi: quod nõ tãtũ prede quãtũ cupiebãt ex regiis pęcuniis suscepissent Emiliũ criminabãtur superbe & imperiose in bello se gessisse: quod cũ sentiret Sergius Galba Emilii ĩimicus: qui tribunus in eo exercitu fuerat: illos cõcitauit ut triũpho aduersarẽtur. Sic igitur calũniis in Emiliũ iactatis militibusq; ad maiorẽ indignationẽ cõpulsis: postulauit a tribunis plebis aliã diẽ ad dicẽdũ: quãdo illius q̃tuor horę dũtaxat superassent: nec tam breui tẽpore explicari cã posset. Sed cũ assentirẽtur tribuni: ac iuberẽt ut siquid Galba dicere uellet: tũc presens diceret: ex orsus plenã cõuitii orationẽ tẽpus diei cõsumpsit: & ob noctẽ tribuni cõtionẽ dimiserũt. Milites apud Galbã cõcursu facto albescẽte die Capitoliũ occuparũt ibi nãq; tribuni cõtionẽ habituri erãt: ibi cũ prima luce in suffragiũ iretur: prima tribus Emilio triũphũ denegauit: quã rẽ cũ & patres & pars plebis grauiter ferrẽt & fraudari triũpho Emiliũ ĩdignarẽtur. Cętera multitudine ĩutiliter uerbis querẽte: primores senatus se ĩuicẽ castigabãt & nisi sceleri & petulãtie militũ obiurgaretur: eorũq; audatia reprimeretur: nihil nõ attẽtaturos posthac pr̨edicabãt. Facto igitur agmine ĩrumpũt petũtq; ut suffragia parũper demorẽtur subsistẽtibus itaq; cũctis ac silẽtio facto. M. Seruilius uir cõsularis qui Vigesies tricies singulari certamine pugnauerat: & semper hostẽ trucidauerat tũc pro Emilio assurgens dixit: qualis ĩperator fuerit Emilius Paulus tũc maxime se intelligere quãdo ita ĩprobo ac malo milite fretus res tamẽ ãplissimas gesserit: admirari aũt se si ab Illirio ac Lybia triũphis. p. r. cõtentus Macedonię regẽ & Alexãdri & Philippi gloriã Romanorũ armis sibi captiuã duci paruipẽdãt: eẽ uero absurdũ quod nuper cũ uictũ esse Perseũ in certa fama uulgasset supplicationes diis ĩmortalibus ut hęc uera forẽt prestiterit. Reuerso aũt ĩperatore populus Romanus cũ certa uictoria & deos honore & se ipsos lęticia ac festiuitate priuare uelit. Quasi uenti magnitudinẽ reũ gestarũ aut speciẽ regis ĩtueri. At qui pręstabat ob illius misericordiã ĩquit q̃ ob inuidiã ducis triũphũ ĩpediri. Vsq; adeo corruptos esse mores ac prolapsã disciplinã. Vt Sergius Galba hõ nitida cute & corpore propter cõtinuã umbrã molli nec unq̃ uulnus perpesso: de re militari ac de fortitudine & ignauia ĩperatorũ uerba facere audeat cõtra eos qui uulneribus ĩnutriti sunt & simul hęc dicẽs pectus aperuit ĩcredibili cicatricũ multitudine repletũ ac deĩde cõuersus: nõnullas ex his partibus quę nõ satis decore nudari possunt: cõpressit. Tu inquit ob hęc rides Galba: ego aũt glorior apud. p. r. nã pro his noctu dieq; militãdo hęc uulnera suscepi. Sed age uoca istos ĩ suffragiũ: ego aũt descẽdẽs: sequar eos ut cognoscã ĩprobos & ingratos ciues: his uerbis ita decidisse ac repressos fuisse illorũ aĩos. Vt statĩ oẽs tribus Emilio triũphũ decreuerit. Triumphũ uero in hũc modũ egisse dicitur. Populus Romanus nitidis uestibus ornatus: in equestribus theatris quos arcus appellant & in locis circa forum ad hoc ipsum ex ligno fabricatis & in aliis urbis partibus per quas transiturus erat sese ad spectandum triumphum comparauerat. Omnia urbis templa erant aperta: & sertis uaporibusq; repleta suauibus: multitudine ministrorum baculos manibus gestantium: ex medio dimouebat turbas: & uias

puras apertasq; prestabant. Transmissio in tres dies diuisa fuit. Prima enim dies uix signis tabulisq; & colossis transmittēdis suffecit: quę uehiculis ducētis quinquaginta portabātur. Secūda die pulcherrima & ornatissima Macedonū arma multis curribus delata fuerūt splēdētia ęre & ferro absterso|atq; ita disposi/ta ut casu maxime cecidisse uiderētur Geleę scuta Thoraces ocreę & Crethēses Pel/tę: & Traicia Gerra Pharetrę|& equorū frena|ac enses nudi per hęc iacētes & Sa/rissę infixe: ita ut nec uictorū quidē absq; mętu foret aspectus. Post hos armorū currus tria uirorū milia sequebātur: qui numismata ferebāt argētea uasis trecē/tis quīquagīta. Vas erat quodlibet triū talētorū. Quatuor uiri singula uasa porta/bāt. Alii crateras argēteas & Phialas calicesq; ornatissimos & ingētes certo or/dine deferebāt. Tertia die prima luce tibicines nō mire nec suaue: sed bellicū sonātes primi ibāt. Post eos cētū & uigīti boues auratis cornibus ducebātur: uictis ornati & sertis ducebāt eos adolescētes succīcti ad īmolādū: & pueri au/reas & argēteas patinas sacrificii grā deferebāt. Post eos sequebātur qui aurea numismata gerebāt in uasis triū talētorū: & supra de argēteis numismatibus dictū est: numerus uasorū fuit tria & octogīta: his succedebāt qui aureā Phia/lā decē talētorū quā Emilius ex lapillis effecerat. Itē qui Antigonea & Seleutia & Theridia & Persei uasa aurea portabāt. post hęc persei currus & arma & diadema super armis positū. Deinde post modico interuallo: nati regii duce/bātur: & cū ipsis alūnorū & magistrorū & pedagogorū lacrimās turba: qui & ipsi manus tēdebāt ad ciues: & pueros eadē facere & pręcari docebāt: Erant masculi duo & una fęmina nō satis infortuniū propter suū ętatē ītelligētes quę res magis homines ad misericordiā cōmouebat multiq; lacrimas ciues ad illorū aspectū demiserūt. Fuitq; leticię & doloris plenū spectaculū: donec infantes trāsierūt. Ipse aūt Perseus post filios & ministros ibat fusca ueste amictus: & crepidas more patrio habēs: propter magnitudinē malorū ad omnia trepidus ac mēte turbatus. post eum ibat amicorū & familiarū mesta turba miserabiliter ipsum intuētes lacrimātesq;: ut etiā pleriq; ex Romanis lacrimare ob misericor/diā cōplerētur. At qui postulasse perseū ab Emilio ferūt: ne in triumpho duce/retur. Sed Emilius ignauiā eius irridēs respōdisse fertur: olim id in ipsius po/testate fuisse: ac etiā tūc esse ostēdēs morte hāc ignominiā esse fugiēdā: quā non sustinuit uir ignauus: sed uana quadā spe ductus pars suorū spoliorū esse ma/luit. Post eum deferebātur aureę coronę: quibus Emiliū uirtutis gratia grecę donauerāt ciuitates. Erat numerus coronarū quater cētū. Deinde Emilius ipse sequebatur ornatissimo curru inuectus. Vir & circa huiusmodi honorē specta/culo dignus purpurā auro contextā indutus|& lauri ramū dextera gerēs ferebat & laurum milites currum Emilii secundū legiones cohortes & manipulos sub/sequētes partim carmina patria salibus permixta & risu: partim Emilii laudes cantātes: quem intuebantur & admirabantur omnes: nec quicq̄ ex his quę homini optanda forent: sibi deesse arbitrabantur: nisi forte demonium aliquod magnificis & amplissimis rebus sortem habet detrahendi: ac ita miscendi hu/manam uitam: ut malorum omnium nullo modo sit expers. Sed iuxta Homeri sententiam cum iis optime actum esse uideatur: quos fortuna ad utranq; par/tem conuertit. Erant Emilio quatuor filii|duo in adoptionem aliarū famliarum dati: Scipio uidelicet & Fabius: duo etiam in potestate retenti: quos ex alia

uxore postea susceperat. Horum alter quinq; diebus ante triumphum mortuus est sexdecim annorum etatę alter qui duodecim annorum erat, tertia die post triumphum decessit. Nec fuit quisq̄ ciuis qui hunc filiorū Emilii casum nō dolenter ferret: horrens fortunę crudelitatē: quę non uerita sit tantū luctū in domum lęticia festiuitate & gloriā plenā induxisse: lacrimasq; & dolores & luctus uictoriis gaudiis & triūpho admiscuisse: Emilius tamē recta ratione fretus fortitudinē & constantiā non solū aduersus arma & Sarissas: sed aduersus omnē fortunā pariter habendā ratus: ea moderatione mortes filiorū tulit: ut secundis aduersa & domestica publicis obscurata dignitatē & magnitudiuē rerū nequaq̄ deturparēt. Primi ex filiis qui defunctus est stati post funus triūphauit: alio deide post triūphū defuncto: p. r. incontionē uocauit: ibiq; uerba fecit non hominis qui indigeret cōsolatione: sed qui plane ciues suos ob eius incōmodū lugētes cōsolaretur. Dixit enī humanarū quidē rerū nihil se unq̄ pertimuisse: sed diuinarū ut infidā & uariā rem semper fortunā expauisse: ac pręsertim in tanta obsecunditate pręsentis belli: tantoq; prosperitatis cursu mutationē quandam & refluxum continuo formidasse: Vnius inquit diei spatio Ioniū a Brundusio trangressus Corcire applicui. Quinta deinde die in Delphis sacrificio peracto, aliis quinq; diebus copias ex Macedonia suscepi. Lustratoq; exercitu ac rem gerere adortus quinta decima post hoc die bellum confeci: suspecta mihi erat fortuna propter tantam prosperitatem. Et cum uictorem exercitum & spolia & reges captiuos rediens deportarem in ipsa nauigatione aduersum aliquē casum formidauit. Sed cum iam saluis rebus, incolumisq; ad uos delatus urbem lęticia & festiuitate compleri aspicerem: adhuc fortunā suspectam habui: quam sciebam nihil purum nil sine inuidia hominibus gratificari consuesse: nec animus meus pro. r. p. prius timere destitit: q̄ aduersus casus me priuatim inuasit. Optimos filios quos mihi solos delegerē successores continuatis prope funeribus extuli. Nunc autē sine periculo esse uideor: ac bonā spem mihi propono: & arbitror iam. p. r. fortunam sine labe permansuram: quando satis inuidię mihi ac meis pro anteriori prosperitate illa inflixit. Nec est iam insigne minus humanę fragilitatis exemplum, is qui triumphauit: q̄ is de quo triumphatum est: Perseus siquidem etiam uictus filios habet: Emilius autem uictor suos amisit. Huiusmodi generosam ac magnificam orationem non ficte, sed ex uero animo ferunt Emilium incontionem habuisse. Pro perseo autem omni studio adnixus nihil obtinere potuit: ut ex carcere in letiorem ac minus sordidū traduceretur locum: ubi cuditus quemadmodum plerīq; tradunt merore animi confectus est. Alii mortis eius nouum scribunt modum: nam milites custodię pertesos: & aduersus eum infensos: postq̄ aliter nocendi, & affligendi potestatē non habebant: somno arcere constituisse: & uices inter se partitos, diligenter obseruasse ne dormire posset: quoad per hunc modum confectus interiit. Interierunt & filiorū duo. Tertium uero Alexandrum nomine Igneniosum circa toreumata, & subtilis diligentię opera fuisse tradunt: doctumq; etiam latinas litteras, & sermonem Romanum scribam fuisse magistratuum seq; in eo ministerii genere aptum inprimis: ac perurbanum pręstitisse. Ob res in Macedonico gestas bello summa. p. r. gratia Emilio accessit. Tantum enim auri argentiq; in ęrarium Emilius retulit: ut nullum tributum persolui a ciuibus opus fuerit:

uſqꝫ ad Hircii & Panſę conſulatum : qui circa primum Cęſaris & Anthonii bel-
lum conſules fuerunt : illud quoqꝫ admirabile eſt : ac pręcipuum Emilii factum
quod q̄uis ęgregie cultus obſeruatuſqꝫ a plebe . r . tamen in optimatium perſe-
uerauit partibus : nec ob gratiam plebis quicq̄ dixit aut fecit unq̄ : ob quod po-
pularis haberetur . Quod uticqꝫ poſteriori tempore Appius Claudius Scipioni
exprobauit . Cum enim ipſi duo totius ciuitatis ampliſſimi uiri cenſuram peterēt
Appius ſenatum & optimū quenqꝫ ſecum trahebat : hę nanqꝫ . r . p . partes Ap-
pię familię ueteres erant . At Scipio & ipſe per ſe potens & ſtudio plebis Ro-
manę plurimū utebatur : deſcendentem igitur in forum ſtipatum hominibus in
generoſis quidam ac ſeruilibus / & maxime turbulentis popularibuſqꝫ : qui am-
biendo & clamando cuncta uiolenter exequebantur . Vt conſpexit Appius :
magna uoce o Paule inquit Emili nonne apud inferis ſiquis illic noſtrarū rerū
ſenſus eſt indignaris : quod filium tuum Mallius tonſor & Licinius declamator
ad cenſuram perducūt . Sed Scipio extollendo . p . r . eius ſibi beniuolentiam
compararat : Emilius autem licet aſſertor optimatū eſſet : nihilominus a plebe
amabatur : q̄ is qui maxime popularē ſe pręſtabat . Animaduerſum eſt pręter
cęteros honores incenſura ſibi demādata : qui magiſtratus maxime omnium
reuerentię eſt plurimęqꝫ poteſtatis : cum in aliis rebus tum ad morum emenda-
tionem . Nam ſenatu remouere īmeritos poteſt : & principē perſcribere auferre
equos / notare infamia cenſum agere / luſtrū condere . Cenſa ſunt autem ſub Emi-
lio cenſore . Ciuium capita . cccxxxvii . milia . cccclii . in ſenatu . M . Emilium
Lepidum pretulit : qui quater antea princeps fuerat : e ſenatu tres ammouit : in
recenſendis equitibus Romanis etiam mediocritatem ſeruauit tam ipſe q̄ colle-
ga eius Martius Philippus . Sed cum cenſuram iam magna ex parte geſſiſſet :
in morbum incidit : ab initio quidam periculoſum tractu autē temporis abſqꝫ pe-
riculo : attamen longum atqꝫ moleſtum . Fretus inde conſilio medicorum : cum
ueliam : is eſt Italię locus / nauigaſſet : ibiqꝫ plurimū tempus in oris Maritimis
quietiſqꝫ regionibus moram traxiſſet / deſiderabat pręſentiā eius po . ro . ac ſepe
in theatris uoces gliſcentiū uidere illum emittebātur : itaqꝫ cum iam ſatis cōua-
luiſſe uideretur : & ſacrificia quedam neceſſaria inſtarent : in urbem rediit : cura-
uitqꝫ ſacra ęgregie una cum cęteris collegiis : circumfuſio ac plaudente ro . po .
Poſtridie ipſe pro ſua ualitudine ſacra fecit : quibus confectis reuerſus domum :
cum accubuiſſet : priuſq̄ ſentiretur quicq̄ mente alienatus eſt : ac ſubinde tertia
die e uita migrauit : nullius earum rerum expers / quę ad fęlicitatē earum rerum
pertinere putatur . Nam & funus eius ita celebratū eſt : ut optimus ac beatiſſi-
mus ornatus adeſſet . Hoc autem erat non aurum : non ebur non magnificentia
ſumptus apparatuſqꝫ : ſed beniuolētia : caritas / gratia : non ſolum ciuiū uerū etiā
hoſtiū . Quot quot enī aliquo caſu Romę aderāt ex Hiberia Liguria Macedonia
iuniores quidē natu robuſtis corporibus feretro ſubeūtes ipſum extulerūt maio-
res aūt ſequebātur uocitātes benefactorē & ſeruatorē ciuitatū ſuarū / nō ſolū enī in
uictoria ſeſe mitē & humanū pręſtitiſſe dicitur : ſed in oī reliqua uita eos tutatus eſt
& ueluti pro domeſticis ac neceſſariis habuit . Patrimoniū uix trigintaſeptē miliū
reliquiſſe tradūt : in hoc ambos ſibi filios heredes inſtituit : a Scipione tamē qui
erat minor natu integra hereditas fratri conceſſa eſt : cum ipſe in familiam Afri-
cani locupletiorē adoptatus trāſiſſet . Tales mores uitaqꝫ pauli Emilii fuiſſe dicūtur.

HIXIONIS FABVLAM NONNVLLI CONTRA
inanis glorię ſectationes compoſitã arbitrantes nibil ab-
ſurdum aut alienum a ratione ſenſiſſe uidentur : ut enim
illum pro Iunone quam amabat nubi permixtũ centau-
ros ex eius concubitu genuiſſe tradiderunt : ſic hi gloriã
quaſi uirtutis imaginem amplectentes, nibil ſincerum aut
ſibi ipſi conſentiens operantur : ſed affectibus uariis ir-
retiti : & modo has, modo illas perturbationes ſequentes
idem pati manifeſte uidentur quod bubulci ab ouium
paſtoribus perferre queruntur : nos enim inquiunt, cum illorum domini ſimus :
ſeruire tamen eis cogimur : atqꝫ ipſos etiã ſilentes audire : quis igitur hoc idẽ illis
euenire negabit : qui ad arbitriũ uulgi remp : gubernantes infimis etiã quibuſqꝫ
ſeruire coguntur : ut principes ac ductores populi nuncupentur : uelut enim qui
ſtantes in prora nauis mentem aſſidue, atqꝫ oculos ad puppim : ubi gubernator
ſedet intentos habent : omniaqꝫ ad illius nutum atqꝫ arbitrium peragũt . Eodem
modo qui reip : gubernandę rationem ad gloriam dirigunt : miniſtri quidẽ ſer-
uiqꝫ multorum euadunt : nomen uero dumtaxat principum ſortiuntur . At qui
perfecte bonum ueriſqꝫ uirtutibus inſtructum, nibil hac externa gloria indigere
manifeſtum eſt : niſi quatenus per eam maiorẽ fidem ab externis acquirens, aditũ
ad res gerendas habeat faciliorem : quod ſi quis adoleſcentior ambitionis amore
teneatur . Huic ego permittendum arbitror, ut ex bonis operibus queſita gloria
ſeſe exornans : paululum ſe iactitet efferatqꝫ, naſcentes enim in his & tum primum
pullulantes uirtutes : tum honeſtatis innata cupiditas laudibus confirmatur, ut
Theofraſtus inquit : ipſi etiã ad reliqua ſuſcipienda procliuiores efficiũtur : ſi pru-
denter moderateqꝫ fuerunt laudati . Nam ſupra modum laudare, cum ſemper &
ubiqꝫ ſit inutile : tum in ambitione ciuili pernicioſiſſimum eſſe cõſtat : ſic enim illi
magna licentia potiti ad manifeſtam deducentur inſaniam : quotiens non ipſum
bonum ſuapte natura glorioſum, ſed ꝗ maxime glorioſum ſit : id quoqꝫ maxime
glorioſum eſſe ſibi perſuaſerint : quod igitur Antipatro reſpondit Phocion : cum
aliquid minus boneſtum ab eo petiſſet Antipater : nõ ille inquit Phocione amico
ſimul & adulatore uti potes . Idem ad multitudinem uulgi dicendum uidetur, nõ
eundem principem & aſſeclam habere poteſtis . Alioquin idem euenire neceſſe eſt,
quod fabuloſe cuidam ſerpenti contigiſſe narratur : cuius aliquando caudã ferũt
aduerſus caput ſeditione facta petiſſe, ut ſibi uiciſſim quandoqꝫ ducẽ reliqui cor-
poris eſſe liceret : nec ſemper caput ducem ſequi cogeretur . Igitur accepta ducẽdi
poteſtate fiebat ut & ipſa ſine intuitu ſeſe mouẽs grauiter offenderet : & caput in-
ſuper quod certum ſurdumqꝫ ducem pręter naturę inſtitutũ ſequebatur, in eandẽ
ſecum pernitiem traheret . Hoc idem permultos in adminiſtranda rep : ad mul-
titudinis arbitriũ reſpicientes paſſos fuiſſe reſpicimus : qui temere populari aura
ſubleuati eo imprudentes deuenere : unde nec ſe tuto recipere, neqꝫ peruerſum iam

reip : ordinem corrigere possent . Hęc pauca nobis contra gloriam dicere libuit :
quam pleriq; ex arbitrio multitudinis captare laborant . Facile enim quã habeat
uim : ex his quę Tiberio & . C . Gracchis contigerũt animaduertimus : hos enim
ęgregia stirpe oriundos sub optima disciplina educatos . Pulcherrimum quoq;
nactos reip : statũ | non tam glorię inmoderata cupiditas perdidit : q̃ ignominię |
non sane turpis aut illiberalis metus . Nam cum ciuium beniuolentiam suis me-
ritis nacti fuissent : hanc turpiter amittere ut par est uehementer illos pudebat .
Itaq; benignis erga populum institutis sibi delatos honores superare certabant : at
uicissim populus gratiam benefactis illorum referens | maiores etiam ob id ipsum
honores illis deferebat . Hac igitur inuicem emulatione fag rantes in eam cõditi-
onem rerum imprudentes deuenere : quas cum perficere non possent : ꝗ satis ho-
nestę non uiderentur : eas etiam amittere turpissimum arbitrabantur . Verũ hoc
melius tute ipse historiam legens diiudicabis : comparationem uero his opponi-
mus Lacedemoniorũ regum Agidis & Cleomenis : qui & ipsi populum studiose
fauentes | cum remp : pulchre iusteq; ex multo tempore institutam suscepissent : po-
tentioribus ciuitatis aduersari cęperunt : ꝗ illi diuitiarũ quibus assueuerãt abun-
dantiam relinquere minime uellent : & Lacedemonii quidem reges fratres inuicẽ
non fuere : sed quod eadem in reip : gubernatione senserunt : fraternã propemodũ
beniuolentiam contraxisse uidentur : ab huiusmodi causa principium capientes .
Cum primum diuitiarum nimia cupiditas Lacedemoniorũ ciuitatem occupauit :
atq; ex illarum possessione superbia : ex usu autem luxuria | & mollities animos in-
uasit . Repente maximis bonis priuata ciuitas concidit : multaq; pręter dignitatẽ
abiecte nimis atq; humiliter operata | ad ea tẽpora deuenit : quibus Agis & Leo-
nidas reges in ea sunt constituti . Horum Agis ex eudamidum familia oriundus
sextus numeratur : ab Agesilao : qui cum in Asiam penetrasset : maximã est inter
gręcos potentiã consecutus . Agesilai nanq; filius fuit Archidamius : qui apud
Mandoniũ Italię ciuitatem a Mesapiis est interfectus . Archidami uero filius
natu maior Agis dictus est : minor autem Eudamidas est nuncupatus . Hic fra-
tre ab Antipatro apud Megalipolim interfecto | cũ ille nõ relictis filiis decessisset
regnum occupauit : huius filius fuit Archidamus : ex quo alius rursus Eudami-
das genitus est . Huius Agidis pater de quo nũc scribere instituimus . Leonidas
uero Cleonimi filius alia ex familia ortus | octauus a Pausania censebatur : qui in
pugna apud plateas Mardonium superauit . Pausanias enim filium habuit Pli-
stonactem : qui alterum genuit Pausaniam . Cunq; hic Lacedemone Tegeam con-
fugisset . Agisipolis eius filius natu maior regnum occupauit | cui sine liberis de-
functo Cleombrotus frater iunior in regno successit . Hic duos procreauit filios
Agisipolim & Cleomenem : ex his Agisipolis non diu regno potitus absq; filiis
decessit . Cleomenes autem illi succedens ex duobus filiis quos habebat | acrotatũ
maiorem natu uiuens adhuc e regno pepulit . Regnumq; Cleonimo filio iuniori
reliquit : in quo non diu potuit permanere | sed Areus Cleomenis ex Acrotato ne-
pos regnauit . Postmodum Areo apud Corynthũ defuncto | Acrotatus eius filius
regnum possedit . Hic ab Aristotimo tyranno circa Megalipolim prelio supe-
ratus interiit : grauidam ex se se uxorem relinquens | quę cum puerum peperisset .
Leonidas Cleonimi filius pupilli tutelam suscepit . Inde priusq̃ ad uirilem ętatem
puer deuenisset interiit : & per hunc modum regnum ad Leonidam peruenit non

ſatis reliquorum ciuium moribus congruentem : quanq̄ enim propter cõmunem ciuitatis labem omnium animi in deteriorem partem flecti cepiſſent . Quidam tũ erat in Leonida uiuendi modus ęgregie a cęteris differens : utpote qui diutius in Satrapũ aulis uerſatus pręcipue Seleucum coluiſſet : exquo faſtum quendam non ſatis gręcorum moribus conuenientem & nimiã imperandi licentiam haud quãq̄ legibus congruam traxiſſe conſtabat . Agis autem ingenuitate animi atq; prudentia non hunc modo longe ſuperauit : ſed omnes qui poſt magnum Ageſilaũ regnarunt plurimum exceſſiſſe perhibetur : hic in ſummis delitiis ab Ageſiſtrata matre & auia Archidamia nutritus : quę apud Lacedemonios ditiſſime habebãtur : anteq̄ uigeſimum attigiſſet ętatis annum delitias atq; omnem uoluptatem adhorrere monſtrauit : maximeq; formoſitati qua plurimum excellebat aduerſatus cultum omnem atq; ornatum fugiebat . Lautiores epulas & balneorum uſum & Laconicam qualis tunc erat uiuendi conſuetudinem grauiter accuſans : quin etiã illud frequenter habebat in ore : nequaq̄ ſe regno potiri uelle / ſi non per illud antiquas leges / & priſtinos uiuendi mores in patriam reuocaret . Labis autẽ huius & ueluti morbi principium accepiſſe Lacedemoniorũ reſp . uidetur : exquo primũ ſoluta per ipſos Athenienſium poteſtate / auro atq; argento ſe ſe ac domũ expleuere. Cui Licurgus quendam numerum in ſucceſſionibus ſeruandum prefinierat : cum pater hereditatem filio relinquere cogeretur : eiuſmodi igitur ordo / atq; ęqualitas multis malis ciuitatem ſeruauit incolumem . Verum Epitades quidam uir in ciuitate potens : ſed moribus inſolens cum Ephorus eſſet : exorta aduerſus filium cõtentione : rogationem tulit ut liceret cuiq; & domũ / & hereditatẽ ſuam / cui libuiſſet relinquere . Is igitur proprię iracundię indulgens legem tulit : quam cęteri cupiditatis gratia ſantientes optimam uiuendi ſoluerunt diſciplinam . Ex eo enim qui in ciuitate potentiores erant propinquos e ſucceſſionibus pellẽtes omnes ferme ad ſe facultates breui tempore coegerunt . Vnde paupertas repente ciuitatem inuaſit : ex qua ſeruitus quędam & a bonis operibus uocatio popularium mentes inceſſit. Tum odiũ quoddã ex inuidia aduerſus ditiores coborta . Cunq; ſpartiate circiter ſeptingentos relicti eſſent : ex his centum ferme agros / atq; omnes fortunas poſſidebant . Cętera multitudo egens atq; adiecta in urbe manebat ocioſa : externa bella ſegniter & inuite gerens : ſemperq; ad ciuiles motus intenta / & concitandę ſeditionis tempus obſeruans / pręſentium rerum mutationem facere cupiebat . His de cauſis permotus Agis rem optimam qualis & ipſe erat perficere aggreſſus eſt : omnes uidelicet ad ęqualitatem redigere : atq; Vrbem hominibus replere . Iuuenes igitur q̄ primum pręter omnium ſpem illi paruerunt : ſtudioſe cũ illo ad uirtutem ſe ſe accingentes / & cum ueſte pariter uiuendi conſuetudinem ad libertatem reſpicientes permutarunt : ſeniorũ uero maior pars / quod in hac ueluti labe diutius permanſiſſent : non ſecus ac ſerui infuga deprehẽſi ad dominũ : ſic ad Licurgum reduci reformidabant / ac propterea Agidem pręſentium rerum conditionem deplorantem cupientemq; in antiquã uiuendi dignitatẽ ſpartã reſtituere / grauiter accuſabant . Lyſander uero cognomento Libius & Mandroclidas efanis filius atq; inſuper Ageſilaus negotio ſuſcepto / adoleſcentis ambitionem magiſq; incitabant . Horum Lyſander magne apud ſuos ciues auctoritatis habebatur . Mandroclidas uero orationis uehementia inter omnes gręcos excellẽs / aſtutiã ſummã non mediocri permixtam audacię habere putabatur . Ageſilaum autem regis

auunculum ſatis oratione potentem : uerum natura mollem & pecunię cupidum
filius concitabat Ippomedon : qui bellicis operibus inſignis magnã inter ęquales
laudem fuerat |& gloriam conſecutus . Verum non alia magis cauſa impuliſſe ui/
detur Ageſilaum : ut ſe ſe rebus innouandis admiſceret q̃ ęris alieni magnitudo :
quo ſe facile ſolui ſperabat pręſenti ſtatu ciuitatis ĩmutato · Vt primũ igitur Age/
ſilaum ſibi conciliaſſe animaduertit : non ultra cunctandum arbitratus : matrem
quoq; ſuam quę Ageſilai ſoror erat : in ſententiã trahere aggreſſus eſt . Ea ſiquidẽ
clientum ob eratorumq; & cognatorum multitudine plurimum potens in ciuitate
reip . quoq; adminiſtrationẽ quadam ex parte attingere nõ dubitabat. Hęc primo
filii propoſitum audiens a tali ſententia iuuenem deterrere conata eſt |tanq̃ inania
quedam ſupraq; uires agere cupientem : Vbi uero Ageſilaus illã cohortatus bene
de ſucceſſu rerum ſperare perſuaſit : filii uoluntati facile acquieuit : cum pręſertim
ex altera parte filius inſtaret : rogans ut facultatibus quas haberent ad gloriam &
honorem adipiſcendum uti ſe pateretur : quod alios reges diuitiis adequare im/
poſſibile ſibi eſſet : ſingulos enim Satrapũ familiares ac ſeruos : pręterea qui Pto/
lomei Seleuciq; tutores eſſent : omnes qui unq̃ ſparte regnauerint reges longe di/
uitiis ſuperare . Quod ſi ipſe modeſtia ac magnitudine animi illorum delitias
ſupergreſſus |ęquabilitatem atq; concordiam in ciuitatem reduxiſſet |fore : ut boni
ueriq; regis nomen |& gloriam conſequatur : his adhortationibus mulieres im/
pulſę |adeo priſtinam ſententiã mutarũt : ut ipſe quoq; glorię cupiditate flagrãtes
ultro iuuenem ad rem peragendã impellerent : atq; honeſtatis amore tanq̃ diuino
quodam numine afflate |& Agidem properare aſſidue hortarentur : quin etiam
conuocatis amicis conſilium aperientes |illos ad ferendum auxilium hortabantur
Idem quoq; mulieribus aliis predicabãt : cum ſcirent Lacedemonios mulieribus
obſequentes |non minus publica q̃ priuata conſilia cum illis ſolitos cõmunicare :
atq; ad agendum etiam ſocias adhibere . Erat autem per id temporis diuitiarum
maxima pars apud mulieres : quod ſane plurimum ad rem peragendam difficul/
tatis Agidi afferebat . Reſiſtebant enim mulieres non modo propter delitiarum
quibus aſſueuerant cupiditatem . Verum etiam ꝙ potentia & honore quem ex di/
uitiarum poſſeſſione conſequebãtur : eo modo priuari ſe penitus animaduertebant.
Omnes igitur ad Leonidã conuerſę |quod is maior natu eſſet : hortari ut ſe Agidis
conſiliis opponeret : eiuſq; impediret conatus |& exoptabat ſane Leonidas ferre
diuitibus auxilium : ſed ueritus potentiam plebis |quam rerũ mutationẽ affectare
cognouerat : nihil palam contra Agidem tentare auſus eſt : ſed Clanculũ pertur/
bare illius incepta conabatur : & crebris illũ apud diuites calumpniis criminari :
dicens illum eorum bona quaſi tyrannidis mercedem pauperibus diſtribuere : &
agrorum diuiſione |ac miſſione debitorum plures ſibi ſatellites quam ſparte ciues
comparare . His tamen nihilo deterritus Agis : ut Lyſander Ephorus crearetur |
effecit : quo facto ſtatim contra ſeniores rogationem tulit : in qua capita pręcipue
continebantur huiuſcemodi : Vt debitoribus omne penitus debitum dimitteretur
& agrorum per hunc modum particio fieret : ut quicquid agri intra conuallẽ quę
pellene adiacet uſq; ad Taigetam & Selaſiam continetur | in quater mille & quin/
gentas partes diuideretur . Quod uero extra hos terminos relinquitur : in partes
quinquies mille tribueretur : & hęc quidem colonis qui arma ferre poſſent adſcri/
berentur . Illa uero his qui urbẽ incolerẽt ſpartiatis : quorũ numerus ex finitimis

accolis expleri posset: eos legẽdo qui liberaliter ingenueq; nutriti ętate ac corpore roboris uigerent. Hos in quindecim classes opportere distribui: quarum aliqua ducentos dumtaxat aliqua uero quadringentos uiros contineret: atq; ii uiuendi consuetudinem seruare cogerentur: quam olim maiores spartiatarum habuisse cõstaret. Latam perscriptamq; rogationem cum senatus minime comprobaret. Lysander populo ad contionem uocato multa pro suadenda rogatione uerba fecit. Post eum Mandroclidas & Agesilaus oratione habita admonebant: ne propter hominum paucorum luxuriam & delitias antiquam spartanorum dignitatem iacentem negligi paterentur. Et cum antiqua deorum oracula in memoriam reuocarent: iubentia ipsos auaritiam tanq̃ rerum omnium pernitiosissimam cauere. Tum nouissime ex Pasiphea responsum acceptũ diligenter animaduerterent: huic templum erat & sacrificium in Vrbe constitutum. Ipsam uero nonnulli unam ex Athlantiadibus ex Ioue genitam fuisse tradunt: quę Hammonem peperit. Alii uero Cassandram Priami filiam eo n loco mortuam atq; sepultam hoc nomine uocatam fuisse perhibent q; omnibus petentibus oracula pręberet. Filarcus autẽ refert Amiclę filiam Daphnem: cum Appollinem uim afferre uolentẽ aufugeret: in plantam fuisse conuersam atq; ab eodem deo diuinandi accepisse potestatem. Ab hac igitur plurimi spartiatis responsa fuisse tradebantur: iubentia cunctos ad ęqualitatem redigi secundum legem: quam de hoc ipso Licurgus tulerat. Post illorum orationem Agis ipse rex in medium progressus quantum essent utilitatis allaturi ciuitati: si hanc rogationem confirmassent breui oratione monstrauit: ac se primum omnium facultates proprias in mediũ ponere uelle: non sane exiguas ob agrorum multitudinem: quos partim ad colendum partim ad pascẽda pecora ydoneos haberet. Insuper talenta sexcenta argenti signati: idem quoq; matrem atq; auiam amicos pręterea& domesticos omnes: quos ditissimos esse spartiatũ constaret facere paratos esse. His auditis obstupefacta multitudo adolescẽtis regis magnanimitatem admirabatur: summãq; propterea gratiam est a populo consecutus: asserentibus cunctis uix tandem post annos trecentos hunc solum qui merito Spartanorum rex dici posset inuentum esse. Leonidas autem tunc maxime summis uiribus contra Agidem nitebatur: non ignorans si comprobata esset rogatio: fore ut ipse quoq; eadem facere coactus: non idem apud suos ciues gratię esset habiturus: sed cum omnes ciues diuitias proprias in medium contulissent: ei soli gratias a populo referendas: qui huius rei princeps atq; auctor extitisset. Igitur spectantibus cunctis Leonidas Agidem rogauit: num uirum iustum ac studiosum fuisse Licurgum putaret. Id cum assentiretur Agis Quando igitur Leonidas inquit: aut debitorum dimissiones Licurgus cõstituit: aut peregrinos administrandę reip: uoluit esse principes: quippe qui non satis fore saluam ciuitatem arbitratus est: nisi peregrini ex ea pellerentur. Ad hęc Agis nil mirum est inquit uiri spartiate: si apud Exteros educatus atq; eruditus Leonidas utpote qui ex Satrapum aulis sumpta uxore filios procrearit. Licurgũ atq; eius ignorat instituta: qui debitum atq; usuram una cum nũmis expulit e ciuitate. Peregrinos quoq; eiiciendos censuit: qui non eam quam ipse instituerat uiuendi normam & institutum seruare uellent: non sane corporibus illorũ hostis existens: sed uiuẽdi eorum modum reformidans: ne ciuibus suis permixti eos quoq; luxurię & diuitiarum inficerent cupiditatem. Constat enim eundem ipsum Thersandrum atq;

Thaletem | Tum etiam Pherecidē quanq̃ peregrini essent libenter habuisse in ciui/tate: quod eadem secū philosophari atq; sentire illos animaduertit. Tu uero qui eum plerumq; laudare cōsueuisti: quod cum Ephorus esset: duas ex nouē cordis quas in cithara musicus Phronides habebat dolabra abscidit. Tum eos qui po/steris temporibus idem in Thimotheo fecere: quonam pacto uituperare nos au/des qui mollitię atq; luxuria tum superbia atq; omni cupiditate purgare spartam studiose conamur? quasi illi ipsi non ob hanc causam in musicis cantibus licentiā| ac uoluptatem nimiam compescere uoluerint: ne ab huiusmodi cantibus deliniti ciuium animi ad eos mores uitamq; prolaberentur: quę dissonā sibi ipsi atq; dis/cordem ciuitatem efficeret. Ex eo primum omnis ad Agidē applicuit multitudo: diuites autem Leonidam sequebantur: ne se in tanto discrimine desertos esse pate/retur orantes: iidem etiam seniores quorum maxima erat in cōsultando auctori/tas |ut rogationi aduersarentur cōpulere. Quapropter euenit ut rogationem pars maior abrogaret. Inter hęc Lysander adhuc in magistratu constitutus. Leonidā e ciuitate pellere tentauit: legem quandam peruetustam aduersus illum excitans: quę prohibebat Heraclidē quempiam ex peregrina muliere filios procreare. Eadē quoq; plectendum capite statuebat eum: qui sparta discedens apud Exteras gētes habitasset. Hęc aduersus Leonidam proferri Lysander instituit. Ipse autem una cū reliquis collegis cęleste signum obseruabat. Erat autem huius rei consuetudo quę/dam talis: singulis enim nouēniis Ephori noctem serenam & luna carentem ob/seruantes taciti sub diuo considebant cęlum respicientes. Si quando igitur stella ex parte aliqua discurrens in oppositam sese partem contulisset: Inditum id esse putabant |reges aliquid cōtra deos īmortales deliquisse: ac propterea magistratu illis interdicebant: quoad ex Olympia aut delphis referretur oraculum| interdictis regibus afferens auxilium. Hoc igitur sibi signum apparuisse Lysander predicās| Leonidę diem dixit. Productis testibus obiiciens illum ex Asiatica muliere duos filios procreasse: atq; inde crebris iniuriis contumeliisq; ab uxore lacessitū redisse in patriam: & regnū per id temporis forte successoribus uacuū occupasse. Insuper Cleombroto persuasit ut regnum quod ad se iure pertineret | reposceret. Erat autē Cleombrotus Leonide gener ex regia stirpe generis originem ducens. His rebus perterritus Leonidas. Cum statuta die uocatus ad iudicium non uenisset: absens regno priuatus est. Atq; in eius locū Cleombrotus rex institutus. Postq̃ Lysan/der peracto tempore magistratu decessit: Ephori qui illi in magistratu successere Leonidam supplicem miserati. Lysandrum & Mandroclidā in iuditiū uocauere: quod aduersus legum instituta |debitorum missiones & diuisiones agrorum fieri decreuissent. Illi igitur īminens periculum formidantes regibus persuaserunt: ut cōmuni consensui in idem tendentes Ephororum decreta irrita facerent. Inerat enim peruetustum sane institutum. Vt si quando reges inter se dissiderēt: in eius sententiam quę utilior uideretur decreta fierent: quāuis altero aduersante|q; si cō/muni consensu aliquid ambo reges statuissent: contra hoc pugnare nemini licere. Si quis uero aliquid facere tentasset: hunc contra leges facere uideri. His igitur permoti rationibus ambo reges amicorum multitudine coacta in forū descēdētes Ephoros e sellis deturbant. Ephoris aliis in eorum locum suffectis e quorum numero fuit Agesilaus. Inde armata multitudine ad eos qui in carcere erāt soluē/dos processere. Ob hoc iam terribiles aduersariis facti: plurimos interfecturi

putabantur : quod tamen longe secus euenit . Nemo enim illorū iussu interfectus est : quin etiam Tegeam proficiscentem Leonidā .Cum missi ab Agesilao milites occidere statuissent . Agis id presentiens alios qui eum tutarentur celerrime sub-
misit : qui eum circumstantes Tegeam usq; incolumem perduxere . Rebus igitur in hunc modum constitutis .Cum iam omnia prospere succederent : ac nemo iam ceptis obsistere auderet . Agesilaus unus cuncta subuertit / pulcherrimam legem & Laconum moribus maxime congruentem ob turpissimum auaritię morbum corrumpens . Nam cum ipse pręceptoris agros q̃ plurimos eosdemq; pulcherri-
mos possideret . Insuper magno ęre alieno esset obstrictus : cum neq; creditoribus soluere : nec agros quos habebat dimittere uellet / Agidi persuasit : si utranq; rem eodem tempore efficere aggrederetur : ęris scilicet alieni missionem / & diuisionem agrorum nimis illum ciuitati nouationis allaturum : quod si primo debitorum missione facta his qui agros possident indulgere uisus fuerit : fore paulopost ut animis iam ab odio quodāmodo residētibus facile diuisionem agrorum adiuuā-
tibus illis conficiat . Hęc & qui circa Lysandrum erant ab Agesilao decepti fieri suadebant . Itaq; tabulas quibus debitorum nomina continebantur omnes ī forū quod Clarium appellant comportare iussi sunt . Hisq; in unum coaceruatis ignis iniectus est . Exorta igitur flamma cū diuites ac feneratores qui adstabant tristes abirent . Agesilaus quasi calamitatibus illorum insultans / nunq̃ se clarius lumen aut ignem puriorem uidisse iactabat . Inde cum plures diuisionem quoq; agrorū fieri postularent : regesq; etiam id fieri oportere censerent . Agesilaus causas quas-
dam cūctandi in medium proferens & alias ex aliis iugiter nectens eo usq; tem-
poris rem differendo protraxit : quoad Agis ab Acheis Lacedemonum sociis accersitus in expeditionē proficisci coactus est . Etoli nanq; per id temporis opi-
bus florentes per Megarenses in Peloponnesum traiecerunt : quorum uiribus obsistere cupiēs Aratus Acheorū imperator studiose copias parabat : atq; Epho-
ros missis litteris huius rei fecerat certiores : qui amore beniuolentiaq; in socios cōmoti : Agidem repente ferre auxilium compulere : presertim cū Lacedemonum iuuentus promptissime militiam posceret . Iuniores igitur e quibus maxime con-
stabat exercitus tum quidem pauperes : attamen ęre alieno soluti ut ostendimus . Cum post reditum ex militia diuisionem agrorū fiendā sperarent mirabili quodā-
modo Agidem obseruabant : eiq; in omnibus libenter obsequebantur .Adeo ut finitimis populis admirabile uideretur ꝙ illos nemini nocētes mansuetecq; & sine ullo propemodum strepitu per Peloponnesum facientes iter intuerentur : multiq; gręcorum uetusta tempora in memoriam redigentes mutuo sese interogabant : qualem fuisse Laconici exercitus obseruantiam : putandum esset : cū Agesilaum / aut Lysandrum / aut ueterem illū Leonidā habebat imperatores ?Quando quidē erga impuberem adhuc imperatorem tanta sit exercitus reuerentia & obseruatio . At uero adolescens ipse frugalitate / & laborum tollerantia / Cum uestium atq; ar-
morum ornatu nihil a quouis Gregario milite diferret : mirabile in se cunctorū studium concitabat : ditioribus tamen haud quanq̃ hęc rerum placebat permu-
tatio . Verentibus ne finitimis populis motus causam huius exēpli nouitas pre-
staret . Interea penes Corynthū Arato cōgressus Agis cum de belligerādi ratione consultarent / promptitudinem quandam non leuitati permixtam : & audatiam nequaq̃ rationis expertē sibi inesse monstrauit . Dicebat enim sibi optimū uideri

ut hostibus intra illorum fines bellũ inferrent : nec permittendum ut Pelloponnesi
claustra ingrederentur : se tamen in cunctis Arati cõsiliis obtemperaturũ : utpote
ętate grandioris ac imperatoris Acheorum : quibus ipse non imperaturus sed
auxilium laturus aduenisset. Verum de his Bato Sinopeus aliter scripsit. Tradit
enim Agidẽ Arato iubente uoluisse pugnare : sed hũc ego Arati scripta de rebus
his rationem afferentis legisse non arbitror. Scribit enim Aratus cũ omnes pro/
pemodum fructus ab agrorum cultoribus in loca tuta conuecti sint : longe sibi
melius uideri hostes intactos relinquere : quam pugnando summam totius rei in
discrimen adducere. Postꝗ igitur Aratus hostiũ congressum deuitãs collaudatos
socios dimisit. Agis magna in se admiratione concitata domum rediit : & iam
sparte tumultus haud mediocris magnaq; rerũ cepta erat perturbatio. Agesilaus
enim Eforus iterũ creatus nullis erga ciues iniuriis abstinebat : dũmodo pecu/
nias quacunq; ratione pararet. Itaq; mensium tredecim exegerat tributa : quãuis
aperte legibus id agere prohiberetur, nulla temporum necessitate poscente. Post
hęc illorum quibus iniurias attulerat metu perculsus. Cum se omnibus odiosum
esse animaduerteret : milites cũ armis custodię causa circa se habere cępit, Quibus
stipatus ueniebat in curiam : e regibus alterum penitus contempnens. Agidem
uero affinitatis potius ꝗ regni causa mediocriter honorans. Itaq; uix dum finito
magistratu rationem inibat : ut in proximũ quoq; tempus Eforus crearetur. Ea
res inimicis properandi causam attulit : quo ĩminens ab eo periculum euitarent.
Facta igitur conspiratione Leonidam palam e Thegea reuocantes in magistratu
constituere : lętis animis negotium spectante multitudine : q; ob prohibitam ab
Agesilao agrorũ diuisionẽ sese delusos deceptosq; fuisse putabant : attamen Agesi/
laum filius Hyppomedon qui propter eximias uirtutes cũctis ciuibus clarissimis
erat. Clanculum e periculo subtractum seruauit incolumẽ : e regibus autem Agis
quidem in Asilum quod Calchychon appellant. Cleõbrotus autẽ in Neptumni
templum confugit : huic iratior Leonidas omisso tunc Agide ad eum capiendum
cum armatis militibus accessit : iuste se illi irasci clamitãs. Quod cum gener eius
esset insidiis comparatis exutũ regno etiã e ciuitate pepulerat. Ad ea Cleombrotus
nihil respondere ualens : tacitus incertusq; consilii sedebat. Chilonis erat Leonidę
filia quę cum pater a Cleombroto dampnatus est : grauiter illius iniuriam ferens
auxilium afferre conata fuerat : & a uiro discedens atq; apud patrẽ habitãs opera
sua quoad poterat, illius leuabat calamitatem. Illo autem ex urbe depulso discedẽte
męsta lugubrisq; & aduersus Cleombrotum indignabanda uixerat. Ea tũc igitur
in contrarium uertente fortuna apud patrem pro uiro supplicare cogebatur. Itaq;
inter paruos alios filios media supplexq; manus tendens : apud eum consedit.
Admirantibus cunctis mulieris tũ benignitatẽ, tum pietatẽ erga uirũ pręcipuã :
atq; ob id ipsum lachrimantibus ipsa ut erat peplum in composito trahens, comis
nullo ornatu aut ordine fluentibus. Hunc mihi inquit habitum atq; hanc formã
o pater non Cleombroti misericordia imposuit : sed luctus qui post exilii tui cala/
mitatem perpetuus mihi comes adhesit. Verum igitur decet uictore te rege & in
patriam restituto in huiusmodi squalore uersari? an uero splendidas & maiestate
regia dignas uestes accipientem. Paulopost uirum cui uirgo etiã nupsi interẽptũ
aspicere : qui nisi filiorum atq; uxoris lachrimis flexerit seueritatẽ tuam : maiores
etiam ꝗ tu ipse uoles temeritatis suę pęnas dabit : si quidem me quam uehemẽter

amat in conspectu suo morientē uisurus est. Qua enim iam iam ultra fiduciā inter cęteras mulieres mihi uiuere licet: quippe cui nec apud uirum, nec apud patrē supplicanti misericordię locus ullus relinquitur. Verum ea me conditione genitā puto: ut & uxor & filia semper apud meos misera atq; contempta fore debeam. Quod si qua est idonea ratio deprecandi: illa me tunc usam fuisse arbitror. Cum uiri iniustitiam accusans illius erga te seuitiā detestabar: sed tu nunc omnes eius iniurias iniustissimas fuisse comprobas: si quidem regnum tanti faciendum esse demonstras: ut eius potiundi causa & generos, & filios necare fas esse arbitreris. Hęc magna cū grauitate locuta Chilonis faciē supra Cleombroti caput deposuit: oculos uero lachrimis & merore graues in eos qui circum adstabant defixit. Leonidas uero pauca cum amicis locutus Cleombrotum exulem esse iussit. Filiā autē ut secum maneret orabat: quod eum usq; adeo sibi deditum agnosceret: ut uiro qui tam grauiter contra se deliquisset sui gratia pepercerit: nec tamen id filię persuadere potuit: sed surgenti uiro filiorum alterum in manus tradens: alterū uero ipsa ex manu ducens: aram dei iuxta quam consederant: uenerata una cum uiro e templo digressa est. Magnum profecto uirtutis exemplum, ut nisi penitus inanis glorię tumiditate Cleombroti mens obcęcata esset: sibi fęlicius exiliū q̄ regnū ob talem mulierem existimare deberet. Plus igitur Cleombroto Leonidas e foris quoq; magistratu se abdicare iussis: aliisq; in eorum locum suffectis. Ipse insidias Agidi parare adortus est: ac primo leuibus uerbis hortari ut omni timore deposito secum una regnare uellet: facile enim a ciuibus ueniam impetraturum, quod intelligant eum cum propter adolescentiam, tum propter ambitionē ab Agesilao fuisse deceptum. His uerbis cum nihilo magis e sententia dimoueretur Agis, atq; in ciuitate uitam duceret. Leonidas aperte illū insectari destitit: uerū Amphares & Demochares unaq; cum his Archesilaus frequenter illum adire, multaq; secum loqui assueuerunt: & iam eo usq; familiaritatis processerant: ut e tēplo digressum ad balneum, quod non procul aberat plerumq; deducerent: atq; inde lotū rursus usq; ad templum prosequeretur. Erant enim iam pridem ob diuturnam consuetudinem summa illi familiaritate coniuncti. Pręcipue uero inter cęteros, Amsares qui uestes plerumq; ab Agesistrata dono capiens conuiuo quoq; ab eadē persępe excipiebatur. Is maxime insidias Agidi comparans uehementer Leonidam atq; Eforos e quorum numero ipse erat unus contra Agidem irritabat: mulieribus facile se Leonidam placaturum esse dictitans. Cum igitur Agis assidue se intra templum contineret: nisi cum forte ad balneū quod antea diximus proficisceretur ibi eum deprehendere cum extra templum esset statuerunt. Igitur lauantem illum aliquando cōspicati redeuntem postea ad templum obuiam facti salutauere: atq; inito ut antea consueuerant sermone iocis risuq; fraudē dissimulantes perducebāt. Cunq; ad obliquum uię quę ad carcerem ducit peruenissent. Amphares qui ob magistratum quem gerebat Agidi intereundum propius adstabat: apprehensa ueste ego te inquit, ad Eforos Agis deduco: rationem eorum quę in magistratu gessisti dicturum. Demochares uero & robore, & magnitudine corporis pręstans ueste circa eius collum obuoluta reluctantem trahebat: cęteri uero ad id negotium pręparati retro prosequebantur. Cunq; nemo auxilium ferre auderet omniū ope destitutus in carcerē coniectus est. Iamq; Leonidas mercenarios milites cū armis ducens aderat, & totam domum armatis circumsepserat. Efori autē ad Agidem

ingressi cum senatoribus aliquot quos una secū sentire nouerāt: ut iudicii speciem quandam prębérent: iusserunt Agidē de rebus a se in administrāda resp: gestis dicere. Cum ad hęc Agis illorū cognita simulatione subrisisset. Amphares ipudentię illum se dixit accusare, alius uero quasi euadendi periculi occasionem monstrare uolens, interogauit: an quę gesserat ab Agesilao, & Lysandro coactus gessisset. Cum ille se a nemine coactum ea gessisse fateretur: sed Ligurgi amore atq admiratione commotū, eandem reip: gubernandę rationē inire uoluisse. Rursus idem Eforus an talia se aggressum fuisse peniteret interogauit. Agis uero nulla se tangi penitentia pro his dixit: quę prudenter honesteq consuluisset, q̄uis mortem sibi ea de causa subeundam animaduerteret. His auditis, Efori morte dampnatum ut in Dechada ipsum deducerent ministris pręcepere. Est autem Dechas in carcere locus: in quo morte dampnatos strangulari consuetudo fuit. Animaduertens autem Demochares ministros Agidem attrectare non audere, nec non & conductos milites id muneris refugere: quod nefas arbitrarentur corpori regio manus afferre: ipse minitabundus & aduersus illos conuitia iactans in eum quē diximus locum Agidem traxit: & iam captiuitatis huius ad populum fama peruenerat: & fluctuantis multitudinis strepitus ante carceris ianuam audiebatur. Iamq Agidis mater & auia ad carceris fores peruenerant: clamoribus atq ullulatibus petentes ut Lacedemonum regi apud suos ciues dicendi causam potestas fieret: quibus rebus Agidis hostes perterriti supplicium de ipso summere properabant: ueriti ne futura nocte frequentior cōueniens multitudo e carcere ipsum diriperet. Deductus igitur ad supplicium Agis: cum littorem plorantē & circa opus titubantem animaduertisset, omitte pro me has lachrimas amice inquit. Sic enim iniuste, contraq ciuitatis leges moriens longe melior sum: q̄ qui me nuper morte dampnarunt: atq hęc dicens ultro collum laqueo in nectendū prębuit. Amphares post hęc ad carceris ianuam ueniens cum Agesistratam ob doloris magnitudinem humi prostratam offendisset propter eam quam secum habuerat familiaritatem, manu illam subleuans nihil est inquit, quod de Agide pertimescas: nulla enim sibi uis, aut crudelitas affertur: quin etiam si placet ad filium ingredi potes. Ipsa uero ut matrem quoq ducere liceret rogante: nihil inquit Amphares ipsam etiam tecum ducere prohibent. Ambas itaq de manu summens cum introduxisset: carceris fores post se claudi imperat: & Archidamiam sane pręcedere iussit: mulierem iam propemodum senio confectam. Sed quę maximo honore, summaq apud ciues dignitate & de publicis rebus peritia haberetur. Hanc igitur ut dixi pręcedentem, cum interfici Amphares pręcepisset: Agisistratā ad filiū ingredi iubet: quę ut primo locum ingressa est, humi iacentem filium ac matrem mortuaam quidem Verum adhuc e laqueo pendentem conspexit: atq ipsa ministros adiuuans cum propriis manibus e laqueo matrem deposuisset, iuxta Agidis corpus extensam composuit: utrunq una & eadem contegens ueste. Tum supra filii corpus procumbens diuq faciem illius exosculata: nimia fili in patriam caritas, nimiaq humanitatis ac mansuetudo te simul inquit, & nos perdidit. Amphares autem ab ostio carceris ista prospiciens, ac simul uoces exaudiens, locum in quo ipsa erat ingressus iracundia exestuans: ꝙ talia inquit filio suasisti Agisistrata eadem tu quoq es passura: & Agisistrata sese laqueo submittens in hoc dūtaxat inquit sparte utilis fui: cum tanti sceleris fama in populum manasset, & tria

essent elata cadauera : non tantum apud ciues poterat timor |quin palam de his quę gesta fuerant quererentur : atqꝫ apertum odium in Leonidam Ampharemqꝫ demonstrarent : nihil scelestius |nihil magis mpium sparte gestum esse dictitātes: exquo Dorii Peloponnesum tenuere . Lacedemoniorum enim regi ne in pugna quidem obuiantes hostes temere manus afferre audere :sed retrocedere potius cō/suesse regiam maiestatem uenerantes . Itaqꝫ cum per multa aduersus grecos Lacedemonii bella gesserint : unum dumtaxat Cleombrotum ante Philippi tempora in Leutris uulneratū occubuisse memorię proditū est . Messenii uero Theopompum quoqꝫ ab Aristomene interfectum afferunt : quibus minime assentiuntur Lacedemonii : neqꝫ enim interfectum |sed uulneratum dumtaxat fuisse perhibent . Verum hęc ambiguitatis nonnihil habent :sed sparte quidem primum Agidem ex his qui regnarunt ab Eforis interfectum fuisse constat . Opus sane pulcherrimum | & sparta dignum in ciuitate moliri ausum : cum & in ea esset adhuc ętate constitutus in qua homines si quid errauerint facile ueniam consequi solent : atqꝫ ab amicis potius q̄ inimicis accusandus |quod & Leonidam periculo liberauerit : & tantum cęteris adhibuerit fidei : quod esset ingenio mitis ac perhumanus . Interfecto Agide Leonidas fratrem eius Archidamum quod repente ex Vrbe aufugerat comprehendere non ualuit. At uero Agidis uxorem cum infanti filio relictā: cum ex mariti domo inuitam abstrahi iussisset . Cleomeni filio quanq̄ admodum adolescenti in matrimonium dedit : neqꝫ enim illam alteri nubere uolebat : quod cum esset Gilippi filia magnas ex illius hereditate diuitias possidebat : pręterea corporis formę cęteris ętatis suę mulieribus pręstare dicebatur . Hęc igitur Cleomeni coniuncta q̄uis extremo odio Leonidam odisset : summo tamen amore |& beniuolentia Cleomenem complexa est : qui & ipsam mutuo diligens non parum eius sortem miserebatur : si quando Agidis memoria incidisset :atqꝫ eo magis illam amabat quo magis defuncti uiri memoriam colere animaduertebat . Itaqꝫ sępius illam de rebus ab Agide gestis interogabat diligenter : his quę ab ea dicerentur mentem adhibens : cum Agidis mentem consiliaqꝫ referret . Erat autem glorię appetens : magnanimusqꝫ natura Cleomenes ad frugalitatem uero modestiamqꝫ non minus Agide procliuis : cautione uero ac mansuetudine nequaq̄ par: sed inerat animo stimulus |& appetitus quidam uehementior ad id quod honestū sibi uidetur assidue ipsum compellens . Itaqꝫ optimum fore putabat si uolentes ciues ad honestam uiuendi normam redigere posset : sin minus non absurdum esse arbitrabatur ipsos per uim ad meliores mores compellere : nec sane placebant ei desidia |uoluptasqꝫ ciuitatis |quibus plerosqꝫ deditos animaduertebat .Regis uero mores nulli negotio animum intendentis |modo nequis otium cui uacabat interpellaret . Pręterea delitiarum prosecutionem summopere damnabat . Nam ex hac regis negligentia fiebat ut publicarum rerum cura post habita quisqꝫ lucro | & commodis propriis indulgeret . Exercitationis uero modestięqꝫ iuuentutis | pręterea ęqualitatis ac fortitudinis |quę omnia simul cum Agide interierant ne meminisse quidem satis tutum putabatur . Traditur adolescentem adhuc Cleomenē philosophię operam dedisse . Cum Spherus quidam Boristenes Lacedemonem ueniens erudiendis adolescentibus uacaret . Hic Spherus inter ȝenonis Citiei discipulos princeps habebatur .Hic igitur magnitudinem animi ac fortitudinem quam in Cleomene deprehēderat uehemēter amās : magis magisqꝫ illius ābitionē

excitauerat. Nam Leonidam illum uetustiorem memoriȩ proditum est: interogatum aliquando qualis sibi poeta fuisse uideretur Tyrtheus: respondisse bonum ad iuuenum animos incitandos. Illius enim carminibus permoti tanq̃ aliquo furore correpti nullis parcentes periculis in pugnas ruunt. Verum Stoicorum disciplina acumen habet quoddam: quo magna & acuta ingenia facile ad securitatem eriguntur: ita ut nihil pertimescere consuescant: quod si in facilem ac mansuetum animum inciderit: illum in proprio bono conseruat atq̧ coroborat. Igitur post Leonidȩ mortem cum regnum Cleomenes suscepisset: ciues omnino moribus solutos animaduertit. Cum diuites luxuriȩ delitiisq̧ uacantes reip: curationẽ contempnerent. Plebs autem erga priuatas res male sese habens ad bellũ penitus inutilis: procul ab omni dignitatis aut honoris cura uitam duceret: & regiȩ quidem potestatis nomen dumtaxat apud se esse conspiciebat. Potestatem uero omnium rerum statum permutare constituit. Erat ei inter amicos pręcipuus quidã nomine Xenarus: qui cum illum in adolescentia adamasset: quod inspirare appellant Lacedemonii: postea semper in eius permanserat amicitia. Huius igitur animum explorare cupiens Cleomenes consilium dissimulans rogitabat qualis illi rex uisus fuisset Agis: & quo pacto quorunq̧ consilio eam reip: instituendȩ uiã ingressus esset. At Xenarus primo non inuitus talia meminisse & libenter singula quonam pacto gesta essent enarrare. Post ubi Cleomenem his rebus magis permoueri atq̧ adhibere animum intellexit: quod eadem sępius narrata rursus etiã peteret audire: iratus ei quasi non satis mentis compos esset: paulatim sese ab eius colloquio consuetudineq̧ remouit nulli tamen dissensionis causas aperiens. Igitur abnuente negotium Xenaro: Cleomenes alios quoq̧ amicos idem animo habituros existimans. Ipse intra se rei totius peragendȩ modum componere statuit. Cunq̧ in bello faciliorem q̃ in pace ad res permutandas occasionem fore putaret: aduersus Acheos ciuitatem concitauit: ipsis ultro calumniȩ materiam subministrantibus. Aratus enim plurimum inter Acheos ea tempestate potens Peloponnesum omnem in unam conferendi tributi redigere societatem conatus est: atq̧ hunc sibi multorum laborum & diuturnȩ militiȩ finem proposuerat: putans ita demum ab externis hostibus Peloponnesios insuperabiles fore. Cum huic reliqui ferme omnes assentirentur. Elienses Lacedemoniiq̧ aduersabantur: & pręterea Archadum pars quȩ Lacedemoniis fauebat. Igitur post Leonidȩ obitum Aratus Archadibus bellum intulit: eos maxime qui Acheorum finibus adiacent cladibus premens. Lacedemonios uero & Cleomenem quod esset admodum adolescens contemnebat. His de causis Efori commoti Cleomenem cum exercitu misere: ut Palladis templum in Veluina positum occuparet. Illinc enim in agrum Laconicum ingressus patet: & tũ forte Lacedemoniis de eo loco aduersus Megalipolitanos erat disceptatio. Hunc igitur locum Cleomenes occupatum cũ muris pręsidiisq̧ muniuisset. Aratus nulla prius belli denuntiatione facta noctu exercitum ducens in Tegeatas & Orchomenios proficiscitur: sperans per proditiones eas urbes occupare posse. Verum proditoribus ob timorem promissam operam haud quaq̃ pręstantibus. Aratus eodem quo uenerat itinere regressus est Putans profectionem hanc ob celeritatem latere: ad hũc Cleomenes hironia quadam & dissimulatione utens tanq̃ ad amicum scripsit: rogans quam in partem noctu duxisset exercitũ. Ad hęc Aratus rescripsit nuntiatũ sibi esse uelle Cleomenẽ

Veluinam munire : se uero ut id probiberet noctu cum exercitu profectum . Ad ea Cleomenes alio misso nuntio se quidem his quę ille respondisset fidem adhibere inquit : sed rogare nisi quid forte sit inpedimento ut rescribat : qua nam de causa laternas secum & scalas detulisset . Ad hoc dictum subridens Aratus qualis iste esset adolescens interogauit . Tum Democrates Lacedemoniorum exul ego tib i inquit / si quid aduersus Lacedemonios moliris properandũ censeo : anteq̄ pullus hic per ętatem aculeo uti possit . His peractis Cleomeni cum paucis admodum equitibus & peditibus trecentis in Arcbadiam ad concitandum bellum profecto Efori magnitudinem belli formidantes ut retrocederet imperarunt : quorum ille pręceptis cum paruisset. Aratus repente Caftas occupauit . Tum Efori Cleomenē rursus ad ea loca exercitum ducere pręceperunt : qui cum Metbidrio capto Argolicum agrum peruaderet : Acbei uiginti milium peditum / & equitum mille exercitum emisere . Quibus copiis Aristomacbus pręerat imperator : qui cũ apud Palantium se se Arato coniunxisset . Cleomenes pugnandi copiam bostibus fecit . Verum Aratus eius audaciam reformidans imperatorem a certamine deterrens retrocedere bortatus est . Quapropter multis probris ab Acbeis lacessitus : a Lacedemoniis uero delusus atq; contemptus abiit : quod eos tantopere metuisset / cũ non amplius quinq; milibus militum per id temporis in exercitu babuissent . Ex boc magna Cleomenis audacia uir baberi cępit. Ipse quoq; maiore iam inter ciues fiducia uersabatur . Cum pleriq; illius gesta considerantes ueterum regum sibi uenire in memoriam assererēt : sub quibus Lacedemonii nunq̄ de numero bostiũ sed ubi nam consedissent percunctari soliti fuerunt. Post bęc Eliensibus ab Acbeis bello pressis Cleomenes auxilium ferens / primo aduentu circa Liceum Acbeorum exercitum fugauit : & fugientes insecutus permultos occidit : plurimos etiam uiuentes cępit / atq; ita fusus fugatusq; exercitus est : ut Aratum in ea pugna cecidisse apud plerosq; fama uulgauerit . Verum ipse diligenter occasione captata repente ex pugna Mantineam se contulit : atq; eam Vrbem nibil tale suspicantibus ciuibus improuiso adortus : cũ occupasset pręsidiis firmauit . Igitur Lacedemonii cum belli cepta baud quaq̄ succederent : Cleomenem eorum quę in exercitu gesserat rationem reddere postulabant . His causis permotus Cleomenes Arcbidamũ Agidis fratrem Messana Lacedemonem reuocare constituit : quod ad eum ex altera familia successionis iure regnum spectabat : existimans ita demum Efororum potestatem imbecilliorem futuram / si regnum omni exparte profectum stabilitũq; fuisset . At bi qui interficiendi Agidis causa fuerant : ueriti ne regnum capiente Arcbidamo perpetrati sceleris pęnas darent : Clanculum uenientem lęti excepere / atq; in urbem deductum interfecerunt : siue inuito Cleomene ut Pbilarcus arbitratur : siue amicorum consiliis persuaso . Magna & enim facinoris buius culpa in eos redundauit : quod Cleomenem buic sceleri per uim assentiri coegissent . Post bęc rursus ad permutandum statum ciuitatis intendens animum Eforis pecunia delinitis : ut sibi exercitum decernant persuadet : multos sibi per matris bumanitatem liberalitatemq; concilians : Ea siquidem pecunias assidue filio subministrãs : apud omnes gratiam inire conabatur : quin etiam quo maiorem filio conciliaret beniuolentiam : quanq̄ penitus a nuptiis eius animus abborreret . Tum uiro qui plurimum per id temporis in ciuitate poterat / in matrimonium iungi passa est : ut per eum stabiliorem filio potentiam constitueret . Educens igitur exercitum

Cleomenes Leutas Megalipolitani agri ciuitatem occupauit. Aduersus hunc
Achei Aratum cum exercitu proficisci iubent: & sub ipsa urbe structis aciebus
cum dimicassent: parte dumtaxat exercitus Cleomenes superatus est. Nam uallē
quandam satis profundam/ Aratus Acheos transire persequendi causa prohibuit.
Id Lidiades Megalipolitanus cum animaduertisset ira simul atq; indignatione
parcitus equites qui secum aderant cohortatus in hostes emisit: qui dum fugiētes
persequuntur incautius in locum multis arbustis uinetisq; pręterea fossis & muro-
rum ruinis impeditissimum deuenere: quod ubi Cleomenes animaduertit Ta-
rentinos & Cretenses milites impeditos hostes inuadere iubet: a quibus Lidia-
des cum omni equitatu circumuentus fortiter dimicans occubuit. Hac uictoria
sublati Lacedemonii magno clamore in Acheos ferebantur. Cunq; non procul
iam abessent omnem exercitum in fugam uertere: in qua cum plurima etiam ceci-
dissent reliquorum corpora ad sepulturam petentibus hostibus concessit Cleome-
nes: uerum Lidiadę cadauer ad se portari iubēs cum purpureo amictu/ coronaq;
ipsum ornasset/ ad Megalipolis portas deferri pręcepit. Hic Lidiades uir ma-
gna uirtute atq; animo fuit: qui etiam deposita tirannide ciuibus in libertatem
restitutis persuasit: ut se se ac ciuitatem Acheis permitterent. His ita gestis Cleo-
menes maiora iam animo percipiens non dubitabat: quin facile Acheos esset su-
peraturus: modo rebus domi pro suo arbitrio uti posset. Igitur Megisconum
uictricum suum admonet opus esse/ ut pulsis e magistratu Eforis & priuatorum
ciuium fortunis in cōmune positis atq; omnibus ciuibus ad ęqualitatem redactis
totius grętię principatum Lacedemoniis uendicent: quibus ille cum facile assen-
tiretur: paucos pręterea ex amicis huius consilii participes assumpsit. Talia me-
ditante Cleomene forte accidit/ ut ex Eforis cuidam in Pasiphę templo dormienti
somnium appareret huiusmodi: uidebatur enim quo in loco Efori uiri dicendo
conuenire assueuerant: unam dumtaxat sellam existere. Quatuor autem quę antea
fuerant deiectas esse: quo spectaculo cum ipse attonitus miraretur uocem e templi
adito uisus est audire quę diceret: hoc sparte fatale esse. Hęc ut gesta fuerant cum
Eforus Cleomeni nuntiaret. Primo quidem turbatus Cleomenes ne forte sui ten-
tandi gratia hęc ab Eforo fingerentur suspicabatur. Postq̃ uero nihil illum men-
tiri animaduertit maiori fiducia destinatum iam animo opus aggrediens/ quot
quot in ciuitate suspectos habebat & quos ceptis suis censebat aduersari/ secum in
exercitu ducens/ Hiream & Alseam Acheorum ciuitatis cępit: & frumenti pluri-
mum Orchomenium importari iussit. Inde contra Mantineam duxit exercitum.
Itaq; multis magnisq; negotiis ciues implicans/ & modo huc modo illuc rapiens
exercitum effecit: ut magna pars illorum quos secum duxerat ultro ab ipso pete-
rent: ut in Archadia subsistere liceret. Post hęc mercēnarios milites secum ducēs
spartam rediit: atq; in itinere plurimos quos sibi fidos esse nouerat/ consilia cum
ipsis cōmunicando rei gerendę socios adiunxit. Tantaq; celeritate iter illud con-
fecit: ut pene cenantes oppresserit Eforos. Cum enim ciuitati iam propinquaret
Euriclidam ad locum ubi Efori conuiuabantur premittit: quasi noua quędam
ab exercitu nuntiaturum. Tyrichium uero ac duos ex hiis qui secum fuerāt edu-
cati: quos Lacedemonii Semotracas appellant: cum paucis militibus subsequi
iubet. Cunq; adhuc Euriclidas apud Eforos in colloquio uersaretur: superueni-
entes qui a Cleomene missi fuerant. Nudatis gladiis Eforos inuasere. Itaq; primus

omnium Agileus in ipso impetu grauiter saucius cum sese mortuum simularet diu immobilis humi prostratus iacuit: demum nemine animaduertante in Sacellum timori dicatum: quod triclinio proximum erat clanculum se proripuit. Id cũ semper alias clausum esse consueuisset tunc forte quadam Agilei bono homine patebat. In id igitur ingressus Agileus ostio clauso delituit: quatuor uero interfectis Eforis supra decem etiam ex his qui auxilium ferre uoluerãt cecidere. Eorũ uero qui inermes quietiq; spectabant nemini omnino uis est allata: nec uolentiũ ciuitate egredi quisq̃ prohibitus est: quin etiam Agileus postridie a sacello digressus ueniam meruit. Sunt autem apud Lacedemonios non timori tantum: sed morti etiam / & risui & aliis huiuscemodi affectibus templa dicata. Timorem autem non sicut alios demonas uenerantur: quos tanq̃ noxios abesse procul a ciuitate uolunt: sed remp. maxime timore contineri arbitrantur. Idcirco Efori cum primo ineunt magistratum: ut Aristoteles inquit / dimisso per Vrbem precone ciuibus pręcipiunt ut singuli barbam circa mentum tondeant: & legibus obseruandis intendant animum. Ne forte contra quempiam seuire cogantur: atqui ut arbitror de tondenda barba pręceptum eo spectat: ut iuniores etiam in rebus minimis obtemperare magistratibus assuescant: quin etiam fortitudinem non cauẽtiam metus: sed ignominię ac turpitudinis timorem quendam existimasse prisci uidentur. Qui enim maxime leges timent: hi aduersus hostes audacissimi sunt: & aspera laboriosaq; perpeti minime formidant: qui male audire plurimũ timẽt. Recte itaq; dixisset uidetur poeta inquiens: hinc timor / illinc urgebat uerecũdia / Homerus quoq; dicentem inducit Helenam. O metuende mihi semper semperq; uerende / care socer / & alibi tanti ac tremebundi uerebantur ductores suos: nam uereri timereq; pręcipuum multitudinis esse uidetur. Propterea Lacedemonii iuxta Efororum triclinium timoris sacellum positum est. Postridie Cleomenes octuaginta ciues proscriptos in exilium misit. Disiectisq; Efororum sellis unam dũtaxat stare permisit: in qua sedens ipse iura populo dicturus erat. Post hęc aduocata contione de his quę ab eo fuerant acta disseruit: & a Licurgo narrandi principiũ faciens / dixit eius regis temporibus seniores quosdam regibus ad consultandum adhibitos fuisse: atq; eo pacto diu remp: diligenter administratam nullo alio eguisse magistratu. Procedente uero tempore cum bello Messinensi magno sane ac diuturno reges ad exercitum impliciti tenerentur: nec domi iuri dicundo uacare possent: quosdam ex amicorum numero a regibus fuisse delectos: qui domi apud ciues interea regis uicem gerentes / Efori sunt appellati: diutiusq; hanc permansisse consuetudinem ut Efori pro ministris regum haberentur: inde paulatim omnem in se transtulisse potentiam: eoq; iam licentię peruenisse ut seorsum a rege magistratum proprium Eforiam constituerint. Eorum uero quod antea dixisset: signum esset q; accersentibus regem Eforis: nec primę / nec secundę uocationi rex paret. Tertio uero uocatus exurgens ad eos proficiscitur: ac primum quidem Asteropeium quendam fuisse qui maxime Efororum potentiam auxerit: quem multis post Licurgum ętatibus hunc magistratum gessisse constat: Verum se arbitrari satius fuisse potentia quam habebant uti moderate: q̃ omnem sibi licentiã arrogantes legittime a rep: institutam legis potestatem soluere conari: quod eos iam sępenumero temptasse non est obscurum: cum regum alios e ciuitate pepulerint: alios ĩ dicta causa extremo affecerint supplicio: quod sane haud quaq̃ ultra

fuerat tollerandum : ut pulcherrima diuinissimaqꝫ omnium quę unq̃ sparte fuerint
potestas horum superbia licentiaqꝫ interiret . Quod si mihi inquit sine cuiusq̃ cęde
licuisset inueteratos ciuitatis morbos sanare nimios uidelicet sumptus ,atqꝫ delitias,
insuper ęris alieni magnitudinem ,atqꝫ usuras : tum his etiam antiquiora mala
diuitias ac paupertatem ,fęlicissimum utiqꝫ regum omnium me fuisse arbitrarer :
quod tanq̃ medicus absqꝫ dolore patrię mederi uoluissem . Nunc autẽ necessitatis
huius Licurgum testem imploro : qui cum neqꝫ rex esset ,nec ullum omnino ge-
reret magistratum : sed priuatus regnum occupare uolens : cum armis in contio-
nem processit : cuius timore parcitus Charilus rex confugit in templum . Inde
quod erat ingenio mitis & amator patrię repente Licurgo in rebus agendis sociũ
se se prębuit : eumqꝫ in permutando statum ciuitaits adiuuit . Satis igitur ipsa re
comprobauit Licurgus : non facile posse absqꝫ ui ,& timore statum ciuitatis per-
mutari : quibus ego tamen modestissime usus sum : eos dumtaxat eiciens e ciui-
tate quos Lacedemoniorum saluti impedimẽto futuros esse cognoueram . At uero
omnes qui sunt in ciuitate oportet agros ,reliquasqꝫ fortunas in commune cõferre:
atqꝫ omne ęs alienum debitoribus condonare : pręterea ex peregrinis eos eligere
qui nobiscum una in ciuitate habendi sunt : ut hoc pacto optimi omnium euadẽ-
tes spartiate ciuitatem a periculis tutari possint : utqꝫ Etholis & Illyriis prędas e
Laconica abigendi finem imponamus : si quidem ipsi ob id dũtaxat talia audẽt:
quod uacuam defensoribus regionem conspiciunt . His dictis primus ipse fortu-
nas omnes in medium contulit . Idem & uictricus eius Megistonus & amicorũ
cęteri fecere : quos omnes subinde ciues subsecuti sunt : ager etiam omnis ęqua in
singulos portione diuisus est : cuius partem his etiam quos in exilium miserat
adiudicauit . Tum ciues omnes incertos distribuit ordines ,ac rebus iam quiete
constitutis : colonis quos fidissimos esse arbitrabatur : quiqꝫ ingenio pręstabant
ciuitatem suppleuit : & militum quatuor milia ex iisdem conscripta docuit pro
lanceis sarissis uti : quas utraqꝫ manu & gestare & torquere assuefecit . Pręterea cli-
peum non ex anulo suspensum : sed brachio insertum gestare docuit . His peractis
ad iuuenum disciplinas & uiuendi normam instituendam conuertit animum : in
quo Sphero pręcipue adiutore usum fuisse tradunt : & repẽte gymnasia palestrasqꝫ
satis congruo erexit ornatu . Pauci igitur necessitate coacti : sed hi etiam q̃uis inuiti
uerum pars maior uolens in generosam & ueterem Laconicam uiuendi consuetu-
dinem rediere : quin etiam quo Monarchię nominis insolentiam leniret: Euclidã
fratrem secum regnare iussit : & tunc dumtaxat apud spartiatas duos ex eadem
familia regnare contigit . Rebus igitur urbanis ita ut diximus constitutis : cum
audisset Aratum atqꝫ Acheos maxime se per id tẽporis ciues esse arbitrari : quod
Cleomenem propter regni nouitatem ab Vrbe nequaq̃ discessurum putarent : ne
tanta rerum perturbatione cõmotam atqꝫ adhuc suspensam relinqueret ciuitatem:
non indecorum nec inutile fore putauit ,sui exercitus promptitudinem & feroci-
tatem hostibus ostentare . Igitur agrum Megalipolitanum ingressus lateqꝫ cuncta
populatus ingenti pręda ditatum exercitum reduxit : cum plurimum detrimenti
hostibus intulisset . Inde uenientes Messana Bacchanalium artifices apprehendẽs
constituto pro temporis & loci oportunitate Theatro in hostili terra minas cõferẽs
quadraginta per integrum diem ludos instituit : eosqꝫ sedens ipse spectauit : non
quod spectaculi admodum uoluptate ,aut cupiditate teneretur : sed tanq̃ hostium

dedecori insudans : ac simul licentiam & contemtum ostentans suum . Constat ex
regiis grecorum exercitibus hunc solum neqꝫ mimos / aut psaltrias neqꝫ fidicinas
habuisse : sed omni penitus adulatione ac scurilitate / omniqꝫ petulantia carebat :
cum iuuenes perdiscendis moribus : senes uero iisdem edocendis opere plurimũ /
ac temporis impertirent . Quod si quando relaxationis aliquid affectarent : eam
facetiis liberalibus iocisqꝫ non turpibus inuicem certantes assequebantur : quod
uel maxime laconum esse uidetur : quid uero utilitatis habeat huiusmodi iocandi
genus / in his quę de Licurgo scripta sunt enarrauimus . Verum inter omnes rex
ipse cęteris erat pręceptor ęgregius : modestam & frugalem uitam ducens nihil
fastus / aut delitiarum habentem / ac uelut optimum exemplum uiuendi quod sibi
ad res gerendas adiumenti plurimum attulit . Si quis enim alios ad reges acces-
serit : non tam diuitiarum & luxus magnitudine obstupescet : q̃ superbiam / atqꝫ
insolentiam oderit : quibus fastidiose atqꝫ aspere in eos qui sua opera indigent uti
consueuerunt . Qui uero Cleomenem adibant : cũ tamen rex dici simul & haberi
uellet : non purpuram / non laticlauum / non tricliniorum aut sellarum ingentes
apparatus conspiciebant : non littorum / aut ianitorum turbam : non scribarum
multitudinem : qui diu multumqꝫ rogati uix tandem per litterulas respondere
dignantur : sed ipse breui tunica amictus ultro se se uenientibus offerens aderat /
petentibus comiter benigneqꝫ respondens : summaqꝫ humanitate & loqui & au-
dire paratus . Itaqꝫ inter populares homines utrunqꝫ sors tulisset / humaniter be-
nigneqꝫ uersatus : carus acceptusqꝫ omnibus erat : solum hunc dignum qui ab
Hercule natus existimetur dictitantibus . Cęnandi uero quottidianus apparatus
uno dumtaxat posito triclinio erat . Isqꝫ exiguus sane Laconice parsimonię conue-
niens . Quod si seniores quosdam / aut hospites conuiuio adhibuisset : lecti alii
duo sternebantur : ac paulo lautius ministri mensam struebant : non aromatum
dulcedine / aut uariorum saporum genere conditis dapibus : sed tantum ut copia
largior paulo & uinum aliquanto suauius esset . Nam amicorum cuidã aliquãdo
subiratus est : quod hospites conuiuio suscipiens uinum nigrum dumtaxat : &
panem duratum igni apposuisset : sicut in Lacedemonum celebritatibus : quam
fiditiam nuncupant fieri consueuit . Non enim oportere inquit erga hospites tam
exacte Laconicum morem seruare : sublatis autem mensis tripes Eneus cũ Eneo
cratere qui uino plenus erat inferri consueuit . Duę pręterea ex argento Phialę Co-
tilas binas capientes : & argentea pocula admodum parua : his quantum cuiqꝫ
libuisset bibere licebat : nolenti autem nemo poculum porrigebat : Aurium uero
oblectatio nec aderat sane / neqꝫ admodum expetebatur . Ipse enim sermone suo /
potationes oblectare consueuit : nunc ab aliis quispiam interrogans : nũc aliquid
ipse narrans / quod nec seria grauitate uacaret : & esset grata festiuitate iocoqꝫ non
petulanti conditum . Largitiones autem quibus alii reges ad capiendos homines
uti consueuerunt : iniustas penitus ac rege indignas arbitrabatur : at sermone
blando / atqꝫ humanitate complecti homines pręterea fide / atqꝫ integritate ad se
amandum eosdem allicere : honestissimum & maxime regi conueniens existima-
bat . Primi igitur Mantinenses ipsum noctu uenientem in Vrbem introduxere :
pręsidioqꝫ Acheorum deiecto se se atqꝫ Vrbem illius arbitrio permiserunt : quibus
ipse remp : & reges restituens eadem die Tegeam est profectus : & paulopost per
Archadiam iter faciens feras Achaię urbem peruenit : eo proposito ut uel pugnã

cum Acheis decertaret: uel Aratum pugnam detrectantẽ quasi uictũ superatũq;
ex Achaia pelleret. Erat autem Arati apud Acheos potentia maxima. Igitur
populariter egressis in campum Acheis cũ castra in Dimis Eccatonueum posu/
issent: accedens Cleomenes medium se inter Dimas & hostium exercitum colloca/
uit. Inde audacter Acheos prouocans ut secum congrederetur effecit: ipsisq; su/
peratis | & in fugam uersis plurimos in pugna interfecit: multos etiam uiuentes
cępit. Post hanc pugnam motis ad langum castris: atq; inde Acheorum pulso
pręsidio ciuitatem Eliensibus restituit. Sic igitur afflictis Acheorum opibus cũ
singulis annis exercitum educere Aratus consueuisset: tunc militiam recusabat.
Excusationes quasdam sane inualidas petentibus atq; hortantibus Acheis pre/
tendens: quod ipsum non satis honeste facere uidebatur: qui in tempestate gu/
bernaculum | deteriori concederet: & traditam sibi a ciuibus negligeret potestatẽ.
His auditis Cleomenes | missis ad Acheos legatis nihil asperum | aut superbum
postulabat. Verum paulopost alios submittens ut se se in eius dederent potestatẽ:
sibiq; principatum concederent ciuitatis petebat. Aliud nihil eis allaturum esse
promittens: nam & captiuos reddere | & adẽptos agros restituere se uelle dicebat.
Cum ad ea consultanda indutias Achei postulassent: & Cleomenem in Lernam
ad colloquium uocarent: quod ibi totius gentis concilium indixerant. Accidit
ut cum in itinere aquam bibisset Cleomenes | sanguinis fluxu repente commoto
propemodum suffocaretur: & uocis usum penitus amitteret. Quapropter nobi/
liores ex captiuis ad Acheos remittens: & colloquio in aliud tempus dilato: ipse
ad curandam ualitudinem Lacedemonem ingressus est. Creditur hanc uiri cunc/
tationem extremam rebus gręcię pernitiem attulisse: quę illius ductu & auspicio
presentibus malis liberari & certe Macedonum superbiam atq; auaritiam euitare
facile poterat. Aratus enim siue quod Cleomeni diffideret: siue ꝙ eius formidaret
potentiam: siue ꝙ illius inuideret fęlicitati: qua illum pręter spem auctum ani/
maduertebat: cum sibi etiam turpissimum fore putaret: si diuturnam gloriam &
gręcię principatum | quem annos tres & triginta tenuisset: subito ab adolescente
sibi eripi pateretur: principio Acheos quin se Cleomeni coniungerent per uim
prohibere conatus est. Post ubi parum id succedere animaduertit: ꝙ audacia
Cleomenis Achei perculsi: nequaq̃ ab eo desciscere auderent: presertim cum nihil
iniustum petere uideretur: si in antiquum uiuendi morem Lacedemonii Pelopon/
nesum redigere temptarent animum ad opus conuertit cum omni gręco hom ne
indignum | tum sibi propter res domi forisq; gestas turpissimum minimeq; con/
ueniens. Id autem erat ut Antigonum in gręciam reuocaret: & Macedonibus
impleret Peloponnesum | quos inde adolescens ipse pepulerat: Corinthi arce ex
eorum manibus liberata | cunctis regibus omnibus infensus esset: tum pręcipue
Antigonum ipsum maledictis probrisq; lacerare consueuerat | ut ex eius adhuc
monumentis apparet quibus multa se se egisse multa etiam fuisse perpessum pro
Atheniensium salute testatur: ut eorum ciuitate custodia Macedonum liberaret:
quos tamen in patriam suam atq; intra domesticos parietes tũc armatos inducere
properabat: ne Spartanorum regem ab Hercule oriundum qui uetustum patrię
morem uiuendi in usum reuocans tanq̃ dissolutam armoniam moderabatur: &
ad sanctas modestasq; Licurgi leges | & uitam reducebat. Sitonum quoq; regem
inscribi pateretur. Cunctis Laconici uictus | ac uestitus asperitatẽ refugeret: & id

quod inter Cleomenis instituta tanq̃ durissimum accusabat : diuitiarum & pau/
pertatis ad ęquationem diademati purpureq̨ Macedonice & imperiosis satrapum
iussis se se atq̨ Achaiam omnem subdere non dubitabat : ac ne Cleomenis prę/
ceptis obtemperaret Antigono sacra facere coronatusq̨ peana decantare in eius
honorem /qui a postematis morbo paulopost interitus est /poterat sustinere . Verũ
hęc non accusandi Arati gratia scripsimus . Fuit enim uir alioquin gręcia dignus :
& summis uirtutibus prędıtus /sed ut humanę naturę imbecillitatem miserantes
explicaremus : quę nec etiam tantis ornata uirtutibus & tam sanctis moribus in/
structa fructum inuidia carentem efferre potest . Interea cum Argos ad conuentũ
peragendum Achei uenissent : eodemq̨ Cleomenes e Tegea mouens properaret .
Magna erat spes omnium fore ut quę agenda erant inter eos componerentur .
Igitur Aratus conuentionibus cũ Antigono iam peractis ueritus ne si Cleomeni
multitudinem alloquendi potestas fieret : aut ui aut suasionibus in suam sententiã
traheret : Acheos a Cleomene petere compulit : ut uel triginta obsidibus acceptis
solus ipse ad colloquendum ingrediatur ciuitatem : uel ad gymnasium quod Cil/
larauium appellant extra ciuitatem cum exercitu ueniens colloquatur . His man/
datis auditis Cleomenes magna se iniuria ab illis affici querebatur : quod opor/
tuerat talia sibi statim a principio mandari . Non cum iam ad portas eorum esset :
promissis fraudantes uenientem expellere : epistolã quoq̨ super hac re ad Acheos
misit : cuius maxima pars accusationem Arati continebat . Multa etiam Aratus
e contra de Cleomene apud plebem conquestus omnium animos a conditionibus
pacis alienauit . Misso igitur precone Cleomenes repente bellum Acheis indixit.
Exquo magna apud Acheos exorta est rerũ permutatio : multęq̨ ab eis ciuitates
defecere : cum plebs agrorum partitionem /& debitorum missionem speraret . Pri/
mores multis de causis Aratum grauiter ferrent /nonnullis etiam sibi propterea
infensis /quod Macedones in Peloponnesum traducere temptaret . His rebus cõ/
fisus Cleomenes exercitum in Achaiam traiecit . Primoq̨ aduentu pellenẽ Acheo/
rum pręsidio pulso occupauit . Inde infertos & Penteleios mouit castra . At Achei
proditionem Corynthi formidantes equites plurimos atq̨ una cum his externos
milites /quos Argis habebant subtractos e ciuitate ad custodiendum Corynthũ
misere : ipsi uero per Nemeam descendentes argos ducebant exercitum . At Cle/
omenes id quod accidit arbitratus fore : ut magnam turbationem incuteret : si
Vrbem imperita multitudine refertam /& Theatrorum ludis assuetam improuiso
adoriretur . Noctu ciuitatis męnibus admouit exercitum : & penes locum quem
ipsi aspidem appellant murorum partem quę Theatro adiacet occupauit . Est autẽ
locus asper sane ac deuius : quem cum occupatum Argiui sensissent : ita omnes
animo perculsi sunt : ut nemo ad reliquam ciuitatem tutandam adhibuerit mentẽ :
sed pręsidium accipere atq̨ obsides dare se se paratos esse nuntiant : urbem uero
illius permittere potestati . Pręterea societatem cum Lacedemoniis inire uelle : quę
res non parum sane ad Cleomenis gloriam & potentiam augendã profuit . Nunq̃
enim priores Lacedemonum reges eam Vrbẽ capere potuerunt : quin etiã Pyrrhus
imperatorum omnium bellicosissimus habitus per uim illam ingressus tamen ca/
pere non potuit : sed in ea occisus /omnem etiam quam eatenus adeptus fuerat
potestatẽ amisit . Omnes igitur Cleomenis uehementiã /& fortitudinẽ mirabãtur .
Cunq̨ ridentes antea non suo ingenio sed Licurgi Solonisq̨ pręcepta imitatum :

& debitorum dimissionem, & diuisionem agrorum sparte constituisse dicerent. Tunc ipsum subito apud Lacedemonios permutationis causam fuisse palam fatebantur: quos usq; adeo impotentes antea fuisse constabat: ut Etoli fines Laconicos aliquando ingressi quinquaginta milia seruorũ adduxerint: unde facete dictũ senis cuiusdam Lacedemonii refertur. Plurimum Laconicam regionem hostibus debere: quod se tanta leuasset multitudine: tunc non magno temporis interiecto spatio: patriis tantum legibus moribusq; reuocatis cum in antiquis uestigiis uiuendi non secus ac si adesset Licurgus consisterent: eo glorię fortitudinis quod processerant: ut sibi totius gręcię principatum destinarent. Captis argis Fliontes & Cleoni, subito se se Cleomeni tradidere. Forte per id temporis Aratus Corinthi uersabatur: quosdam qui Lacedemonum partibus fauere dicebantur, adhibitis questionibus perquirens. Igitur de Argorum captiuitate nuntio accepto cũ ciuitatẽ omnem ad Cleomenem inclinatã depellendis Acheis agitare sensisset: ciuibus in Curiam conuocatis ipse Clanculum inter homines dilapsus ad portã ciuitatis peruenit. Ibi paratum iam antea equum conscendens Sitionẽ confugit: asserens omnes Corinthiorum equos usq; ad necẽ fatigatos: cum ipsis inuicem decertarẽt ut alter alterum ad nuntiandam defectionem Argos preueniret. At Cleomenem accusasse Corinthios aiebat: q Aratum non cępissent: sed permisissent abire incolumem. Pręterea Megistonum a Cleomene missum fuisse dicebat: petentem ut Corinthii arcem quam Acheorum pręsidio tenebant: magna pecunia accepta sibi traderet: se uero ad ea respondisse id sibi esse consuetudinis, ut diuitias habere quã ab eisdem haberi malit: atq; hęc Aratus ipse scripta reliquit. Interea Cleomenes Treogeniis Epulaneris atq; Hermionibus in amicitiam ascitis. Corinthũ ueniẽs arcem fossa ualloq; circumdedit: cum illam sibi Achei tradere noluissent. Arati uero amicos & curatores qui Corinthi erant in Vrbe permanere iussit. Omnem ab illis iniuriam prohibens & domos fortunasq; omnes illis intactas relinquens: Tritimallum quoq; Messinensem cum his mandatis ad Aratum misit: ut si ita sibi uideatur communi Acheorum Lacedemoniorumq; predidio munitam Corinthi arcem custodiant: priuati ipsi Arato duplum q̃ a rege Ptolomeo acceperat stipendium pollicens. His cum reiectis conditionibus Aratus repente filium, ac pręterea e nobilitate adolescentes aliquot pro obsidibus ad Antigonum mittit: simulq; Acheis persuadet: ut uenienti Antigono Corinthi arcem se se daturos polliceantur. Quibus rebus permotus Cleomenes in festo agmine Sitionium agrũ ingressus omni clade belli populatus est. Res insuper quę Arati fuerant Corinthiorum decreto sibi traditas dono suscepit. Inter hęc Antigono magnis copiis Geraniam ingresso non uniuersam Ithsmum: sed loca tantũ oportuna uallo fossaq; munire Cleomenes decreuit: & locorum oportunitatibus utẽdo magis ipsos conterere Macedones, q̃ aperto Marte cum phalange pugnare statuit. His igitur artibus utens in magnam anxietatem Antigonum compulit. Neq; enim paratũ antea frumentũ exercitui suppetebat: neq; tuto rapere licebat cõmeatus, Cleomene semper collatis castris imminente. His igitur angustiis pressus Antigonus intempesta nocte mouens castra per Liceum, & Cleomenis manibus dilabi frustra temptauit: militibus aliquot in ipso tumultu amissis: qua uictoria elatus Cleomenes, cęteriq; qui circa se aderant ad capiendum cibum discurrere: cõtempnẽtes penitus Antigonũ, qui asperrimis locis inclusus urgente necessitate inania quedã

agitare animo uidebatur. Statuerat enim in promõtoriũ quod hireo ĩminẽt motis
castris omnes copias nauibus sitionem traducere: quod opus & temporis longi/
tudinem & non mediocrem apparatum efflagitabat. Eadem die nuntii ab Arato
missi ad Antigonum uenere: petentes ut omni studio Argos pergere properaret:
statuisse enim Argiuos a Cleomene deficere: huius autem defectionis princeps
Aristoteles erat: qui facile multitudinem concitarat: indignatam quod speratam
debitorum dimissionem Cleomenes non instituisset. Igitur acceptis ab Antigono
mille & quingentis militibus Aratus in Epidaurum uenit: sed eius aduentum
Aristoteles non expectans conuocatis factionis suę ciuibus pręsidium quod in
arce erat expugnare adortus est. Iamq; aderat Sitione Timoxenus cum Acheorũ
copiis auxiliũ ferens: hęc secunda uigilia cũ essent Cleomeni nuntiata: iracundia
percitus | Megistonum q̃ primo ferre auxilium Argiuis imperat. Is enim plura
Cleomenem pro Argiuis fuerat depręcatus: suadens ut illorum fidei permitteret
ciuitatem: quin etiam uolentes suspectos quosdam e ciuitate pellere prohibuerat.
Hunc igitur cum duobus milibus armatorum proficisci iubens: ipse aduersus
Antigonũ constitit: simul Corinthios in fide continens | nec suis rebus diffidere
suadens. Nihil enim aduersi Argis contigisse: sed tumultum dumtaxat ab homi/
nibus paucis esse concitatum. Interea ueniens Argos Megistonus cum in pugna
occubuisset: uix qui in pręsidio erant constituti arcem tutari poterant. Itaq; fre/
quentibus nuntiis ad Cleomenem missis propere afferre auxilium postulabant.
Veritus igitur Cleomenes ne Argis potiti hostes aditus sibi in patriã interclude/
rent: atq; impune Laconicam regionem populati: Spartam defensoribus uacuã
obsiderent: Corintho exercitum adducens repente ciuitatem amisit. Nam subito
post eius discessum ingressus Antigonus pręsidiis illã firmauit. Ipse uero Argos
ueniens & per muros ciuitatem ingressus primos qui pro muris in statione erant
loco deiecit. Inde fornices qui circa Aspidem erãt demolitus pugnam cum fau/
toribus Acheorum qui intus erant conseruit. Post hęc scalis admotis interiora
urbis loca occupauit: cum sagittariis Cretensibus in prima acie constitutis defen/
sores in propugnaculis consistere non permitteret. Postq̃ autem Antigonum cum
phalange e sublimi loco in planos campos descendentem conspexit: equitatũ uero
cursu effuso ciuitatẽ petere animaduertit: diffisus illam ultra iam tutari posse suis
omnibus ad se conuocatis incolumis abiit | penes muros ciuitatis iter faciẽs: cũq;
rebus maximis breui temporis spatio potitus esset: quippe qui omnem fere Pelo/
ponnesum subegerit breuiori etiam tempore eadem omnia amisit: militum nanq;
magna pars q̃ primũ abeuntem deseruere: cęteri non multo post urbes in quibus
pręsidii causa locati erant Antigono tradiderunt: tantis belli anxietatibus presso:
cum Tegeę reliquias copiarum colligens substitisset: sub ipso ferme crepusculo
nuntii Lacedemone uenientes nihilo minore calamitatis nuntium attulere: unice
sibi delectam uxorem interiisse: quam usq; adeo amauisse constat: ut in medio
uictoriarum cursu plerunq; ab exercitu discedens: Spartam ad eam uisendã redire
cõsueuerit: nam cum Agidis cuius antea uxor fuerat ueneratione: tũ uirtutibus
propriis quibus erat ornata supra q̃ dici potest illam amabat: quanq̃ igitur ma/
gno dolore perculsus ut par est adolescentem pręstantissima pulcherrimaq; uxore
priuatum: non tamen merori succubuit: nec perturbationi rationem: atq; animi
subdidit magnitudinem | sed uocem atq; habitum eundem seruans: quę agenda

opus essent ducibus partitus cum Thegeatibus quod optimum fore censebat pro
illorum salute consuluisset | Lacedemonem regressus est. Ibi postq̃ cum matre &
filiis defunctę uxoris casum conquestus est: ad publicas curas animum cõuertit.
Inter hęc Egipti rex Ptolomeus nuntiis litterisq; ad Cleomenem missis: auxilia
aduersus Antigonum ultro pollicebatur: si matrem sibi ac liberos pro obsidibus
mittere uellet. Eam rem diutius Cleomenes matri aperire ob uerecundiã distulit:
sępiusq; prodendę rei causa ad illam accedens cum in eius conspectum uenisset si-
lentium tenebat: ita ut mater hoc animaduertens ab amicis eius quidnam hęc
rei esset sciscitaretur: tũ ipsum bono animo esse iubens hortaretur audacter: quic-
quid uoluisset ab ea petere. His igitur hortationibus tandem motus Cleomenes
audacia sumpta rem omnem patefecit. Tum subridens mater hoccine inquit erat
mi nate quod totiens dicere aggressus formidabas: at qui magis decuit q̃ primo
nauibus corpusculum hoc impositum quocũq; libuisset mittere: presertim si quid
ex ea re utilitatis sparte prouenturũ arbitrareris: nec eatenus expectandũ quoad |
senio confectum tabesceret. Cuncti igitur lęto animo profectionem comprobãtes
pedibus in tenarum ire ibi priusq̃ nauem conscenderet | Cratisiclia Cleomenẽ solũ
in Neptunni templum adductum complexa sępius | atq; exosculata ubi pietate cõ-
motum animaduertit: Age ĩquit Lacedemoniorum rex | caue ne quis e templo di-
gressos lachrimantes aut indignum aliquid Spartha facientes nos animaduertat.
Hoc enim dũtaxat pręstare nos possumus: in ceteris uero ea fortuna quã demon
dederit sequetur. His dictis faciem ad nauim conuersa paruum Cleomenis filium
manu trahens conscendit: gubernatoremq; subito cursum dirigere iussit. Postq̃ in
Egyptum ueniens Ptolomeum ab Antigono legatos suscipere ac secum de condi-
tionibus fiendis agitare comperit. Cleomenem uero nuntiantibus quibusdam
audiuit: noluisse uocantibus ad pacẽ Acheis assentiri: quod matris causa in iussu
Ptolomei bellum finire non auderet: scribens ad eum iussit ne quę Sparta digna
essent quęq; in rem suam conducerent facere cunctaretur: ne ue ob unius aniculę
atq; infantis unius causam tantopere Ptolomeum formidaret. Inter hęc Antigo-
nus Tegea occupata Mantineam insuper atq; Orchomeniũ diripuerat: ita intra
Laconicos fines coartatus Cleomenes seruis omnibus: qui minas quinq; atticas |
contulissent libertatem proposuit: & per hũc modum quingentis talentis coactis
hominum duo milia ritu Macedonico armauit: quos Antigoni Argiraspidis
opponeret. Inde ad opus maximum profecto atq; omnibus in expectatum inten-
dit animum. Megalipolis erat ciuitas | quę nihilo Spartha minor | aut uiribus
inferior nullius imperio subdita in libertate degebat: habebat autẽ ab Antigono
atq; Acheis auxilia per id temporis missa: cum subsistens in Pleuris Antigonus
maxime ut ab Acheis uocaretur optabat. Quod tandem adnitentibus pręcipue
Megalipolitanis est assecutus. Hanc igitur diripere Cleomenes statuens cũ nihil
celeritate utilius fore intelligeret: milites quinq; dierũ cocta cibaria deferre iubet:
ac totius exercitus robur in Selasiam ducens | tanq̃ fines Argolicos inuasurus re-
pente in Megalipolitanum agrum traiecit: cunq; apud Retheum positis castris
milites cibum capere iussisset; confestim per Heliconem ducens ciuitati admouit
exercitum: cunq; haud procul abesset | Pantheam cum duabus Lacedemonum co-
hortibus pręmittens | turrim quam defensoribus uacuam esse intellexerat occupare
iubet. Ipse uero cum ceteris copiis raptim subsequebatur. Verum Pantheas non

modo pręmonstratum a Cleomene locum sed magnam quoq; murorum partem desertam comperiens, quęcunq; poterat loca pręsidiis firmans magnam murorum partem deiecit. Custodes autem quotcunq; obuios habuit interfecit: interim adueniens cum copiis Cleomenes antea q̃ id ciues sentirent, milites intra ciuitatem deduxerat: ita uix tandem uulgata inter ciues calamitate nonnulli rerum suarum quicquid in manus uenerat asportantes fugiebant. Quidam uero sumptis armis ad propellendos hostes ferebantur. Verum id frustra sępius experti sunt: fugientibus autem Cleomenes uim ullam afferri prohibuit. Itaq; uix mille in pugna cecidere. Cęteri uero cum coniugibus, ac liberis Messanam profecti sunt: aliquot etiam ex his qui arma sumpserant salute impetrata uiui in hostium manus deuenere: sed hi pauci admodũ fuere: inter quos pręcipui Lisandrides & Theandes, uiri cum generis nobilitate, tum opibus, atq; potentia in ciuitate principes habiti: eos cum milites qui cęperant agnouissent, subito ad Cleomenẽ perduxere. Igitur Lisandrides procul adhuc Cleomenẽ conspicatus: magna ipsum uoce compellãs, in manibus tuis positum est inquit Lacedemonum rex, facinus omniũ quę unq̃ gesseris pręclarissimum, ac pręcipue rege dignum perpetrare: unde etiam laudem ab omnibus maximam consequeris, Intelligens autem eius mentem Cleomenes: quidnam hoc est rei Lisandrides inquit: an me ciuitatem uobis reddere censes oportere: Sane ĩquit id ipsum tibi censeo faciendum: nec talem tanq; pręclaram ciuitatem euertendam: uerum his implendã uiris, qui socii tibi fideles atq; amici perpetuo sint futuri: quod tibi procul dubio eueniet: si Megalipolitanis patriã restituens eius populi saluator merito nuncupaberis. Post huius uerba Cleomenes cum aliquantulum tacitus perstetisset: per arduũ est inquit huic rei confidere: sed uincat malo sẽper apud me glorię q̃ utilitatis cupiditas. Post hęc uiros quos antea diximus & cum his una preconem suum Messanam dimisit: qui Megalipolitanis ciuibus nuntient: patriam his cõditionibus abse restitui, ut ab Acheis dissidentes socii atq; amici Lacedemoniorum esse pergant: His tam benigne, tanq; humaniter a Cleomene concessis, Megalipolitanos uti Philopomenes nõ permisit: eos ab Acheis desciscere prohibens, & in Cleomenem calumpnias iactitans: Aiebat enim ipsum non quo ciuitatẽ restituere uellet talia polliceri: uerum ut omnes ciues captiuos habere possit. Hęc apud uulgus iactãs Philopomenes, Lisandridã & Thearidem Messana excellere iussit. Hic Philopomenes inter Acheos facile princeps maximam apud omnes gręcos gloriam adeptus est: ut seorsum de illo scribentes docuimus. Ea postq̃ Cleomeni sunt nuntiata: cum eatenus ciuitaetm ab omni clade seruasset incolumẽ, ut ne minimũ quidem a quoq̃ diripi passus esset: tunc ira exasperatus fortunas omnes militibus diripiendas concessit: statuas uero & pictas tabulas quibus ea ciuitas abundabat: Lacedemonẽ portari iussit. Vrbẽ uero locis pluribus, ac maxima quęque ędificia subuertit: quędam etiam iniecto igne cremauit. Inde propere Lacedemonem reuersus est: ueritus ne per eius absentiam Antigonus Acheiq; Laconicam inuaderẽt: uerum illi nihil tale aggressi sunt: quod habendo concilio fuerãt occupati: in eo cum Aratus de summa rerũ dicturus pulpitum conscendisset: clamide circa faciem obuoluta diu tacitus atq; immobilis constitit: admirantibus cunctis atq; ut loqueretur hortantibus, Megalipolis inquit a Cleomene deiecta corruit. His auditis repente concio soluta est omnibus tum facti magnitudinẽ: tum celeritatẽ admirãtibus. Verũ Antigonus

ſi qua poſſet ratione tantę cladi auxiliū ferre cupiens militibus ut ad ſe conuenirēt
imperauit : qui cum tardius ex Hibernis acceſſiſſent illis in agro ubi conſtiterant
manere iuſſis : ipſe non multos ſecum milites ducens Argos profectus eſt . Qua-
propter alterum Cleomenes ceptū de quo paulopoſt dicere aggrediemur : quidā
temere atqꝫ incaute ſuſceptum arbitrantur . Verum id Polibius magno conſilio
ſummaqꝫ prudentia geſtum fuiſſe teſtatur . Nam cum Macedones per ciuitates in
Hibernis diſperſos animaduerteret . Antigonum uero Argis cum amicis dum-
taxat & mercennariis militibus admodum paucis hibernantem |in Argiuorum
agros impetum fecit : eo conſilio ut uel permotum uerecundia Antigonū ad pu-
gnandum eliceret : uel in campum prodire non auſum : inimicorum quos Argis
habebat calumpniis obnoxiū faceret . Quod ſane haud aliter ꝗ ſperauerat accidit :
nam cum Argiuorum agri late uaſtarentur : cunctaqꝫ rapinis aut incēdio perirēt :
Argiui concurſu ad ędes Antigoni facto : ſummis clamoribus poſcebant : ut uel
ipſe ad pugnam |tutandoſqꝫ agros prodiret : uel ſi timore prohiberetur| ſaltem me-
lioribus principatum concederet . Verum Antigonus ut peritū imperatorē decet |
non temere periclitari nec ſuam ſociorumqꝫ ſalutem fortunę caſibus credere uolēs :
quanꝗ multis probris contumeliiſqꝫ laceſſitus : tamen immobilis in ſentētia per-
ſtitit : ita Cleomenes uſqꝫ ad ciuitatis muros ducto exercitu uerbis quoqꝫ grauio-
ribus in hoſtes inſultans |eodem quo uenerat itinere retroceſſit : nec multopoſt cū
Antigonum Tegeam profectum comperiſſet : ut inde Laconicum agrum adori-
retur |ipſe diuerſis itineribus a Leua exercitum ducens : iterum Argis īprouiſus
apparuit : atqꝫ omnia late populatus frumenta quę iam ad maturitatem uergebat
omnia uaſtauit : non falcibus aut gladiis ea metens |ſed ingētibus lignis ī frameę
formam fabricatis milites in itinere quaſi ludentes uniuerſa frumenta conterebāt .
Cunqꝫ ad gymnaſium quod Cillaranium dicitur perueniſſent : milites ignē tectis
inicere uolētes a Cleomene ſunt prohibiti ; ut facile appareat ipſum nō ſua ſponte
ſed iracundia exaſperatū ea quę crudelius apud Megalipolim geſſerat perpetraſſe.
Poſt hęc ubi Antigonum Argos redeuntem ſaltus omnes colleſqꝫ pręſidiis occu-
paſſe cognouit : ut illū diſceſſu prohiberet |quaſi id nihil ad ſe pertineret contēnere
ſimulans |miſſo precone claues Hyrei ad ſe mitti poſtulabat : ut ſacris deo peractis
abire poſſet : atqꝫ ita uerbis hoſtes deludens cum rem diuinam ante fores templi
peregiſſet in Fliunta exercitum duxit : atqꝫ inde pręſidio deiecto Orchomenium
deſcendit : non modo a ciuibus ſuis uerum etiam ab hoſtibus magni conſilii atqꝫ
animi uir & maximis rebus dignus iudicatus . Quippe qui unius dūtaxat ciui-
tatis opibus fretus |contra Macedonum opes |cōtraqꝫ Peloponneſios omnes bellū
ita gereret : ut non ſolum belli cladibus intactos ſuos fines ſeruaret : ſed ultra ho-
ſtiles agros populatus : ciuitates etiam ualidiſſimas caperet |quod profecto me-
diocris & animi & uirtutis eſſe conſtat : ſed qui primus pecunias rerum agēdarū
neruos eſſe dixit : pręcipue ad res bellicas reſpiciens ea dixiſſe uidetur . Nam &
Demades iubentibus Athenienſibus deductas triremes nautis militibuſqꝫ com-
plere . Cum pecunias nullas haberent omnino pecuniis primū inquit Demades
opus eſt . Fertur etiam ueterem illum Archidamū Peloponneſiaci belli principio
conferenda tributa inter ſocios partiri iuſſum conſtituere dixiſſe perhibēt . At enim
bellum non menſurato atqꝫ ad ordinem inſtituto ueſcitur cibo : Sicut igitur bene
exercitato ad laboris tolerantiā corpore Athlete procedēte tempore quanꝗ egregie

arte instructos |atqꝫ ad numerũ se mouentes aduersarios uel ipso põdere grauatos
superant : pari ratione Antigonus multas diuersis ex locis uires colligens bellum
facile tolerabat : ita ut demum succumbere Cleomenem necesse fuerit : cui uix tan/
tum aderat facultatum ut conductis militibus stipendium : ciuibus autem uictũ
suppeditare posset|cum alioquin domi prosperius C eomeni q̃ Antigono res suc/
cederent : Barbaris per absentiam regis occasione inuenta : Macedoniam inua/
dentibus . Illiriorum enim qui Macedonię supereminent non paruus exercitus
Macedoniam populabundus intrauerat : quorum aduẽtu perterriti Macedones
Antigonum ex Peloponneso reuocare cogebantur : quod si hęc paulo ante pugnã
Antigono nuntiata fuissent : repente Acheos ualere sinens in Macedoniam dis/
cessisset : sed quę maxime rerum humanarum dominatur fortuna |breui admodũ
spatio temporis quas uires habeat : quantumcunqꝫ in rebus posset ostendit. Nãqꝫ
post commissam in Selasia pugnam : cum & potentiam & ciuitatem Cleomenes
amisisset : subito nuntii ex Macedonia superuenere : qui Antigonum in patriam
reuocabant : quę res miserabiliorem etiam Cleomenis effecit calamitatem : nam si
biduo duntaxat pugnam tergiuersando distulisset : nihil omnino pugnare opus
fuerat : sed abeuntibus Macedonibus |qualemcunqꝫ libuisset pacem cum Acheis
facere potuisset . Verum ipse ut antea diximus ob pecuniarum inopiã spem omnẽ
in armis habens coactus est ut Polibius refert:cum uiginti duntaxat milibus ar/
matorum aduersus triginta milia hostium decertare : qua in pugna nullis ipse pe/
riculis parcens : imperatorem se se cunctis admirabilem pręstitit : ciuibus quoqꝫ
operam suam egregie nauantibus : quin etiam conductos milites pro armorum
qualitate contra grauem phalangis armaturam non segniter |aut abiecte pugnasse
constat . Filarcus autem proditionem quoqꝫ huic pugnę intercessisse testatur : quę
maxime Cleomenis opes fregit . Nam Antigonus Illirios & Acarnanes clanculũ
ex acie subductos cornu : cui frater Cleomenis Euclides pręerat ex aduerso circũ/
uenire iubet : uerum Cleomenenes ex specula quadam Antigoni exercitum dili/
gentius intuens cum Illiriorum atqꝫ Acarnanum arma nusq̃ conspiceret : ueritus
ut res erat |eos ab Antigono in insidias missos |Damotelem ad se uocatum iubet|
ut clanculum & ipse ex acie discedens omnia circunquaqua loca pręsertim uero a
tergo speculetur : is iam antea ab Antigono pecunia corruptus |cum mandata ne/
gligenter executus esset : recte se habere cuncta |ad Cleomenem refert . Ipse igitur
his tantum qui ex aduerso in acie stabant profligandis intentus cum Spartiatum
globo ĩ Macedonum phalangem inuehitur : referentibus pedem acriter instans :
quos fugientes cum stadia pene quinqꝫ insecutus esset : Euclidem in altero cornu
ut diximus pugnantem ab insidentibus circumuentum animaduertit : atqꝫ ad eũ
conuersus|cęde inquit : cede carissime frater Spartiatum pueris mulieribusqꝫ per/
petuo celebrandę : iamqꝫ omnibus qui pro Euclida pugnabant interemptis : cũ
uictores hostes aduersus Cleomenem ruerent animaduertẽs : milites suos timore
turbatos nusq̃ consistere audere : fuga sibi salutem quęrerre coactus . Fertur in ea
pugna magnum conductorum militum numerum cecidisse : Spartiatas autem
ducentos duntaxat superfuisse cedi : cum ad sex milia in acie constituissent . Post eã
pugnam cum se in urbem reciperet Cleomenes obuiam factos ciues admonebat :
ut Antigonum in ciuitate susciperent : se uero quod optime sparte futurum arbi/
traretur |aut uiuendo |aut moriendo facturum esse dictitabat : Cunqꝫ mulieres his

qui ſecum e pugna confugerant obuiam factas arma eximere atqꝫ ad reficiendum
corpus potum prębere conſpiceret : ipſe quoqꝫ domum ſuam ingreſſus eſt : Cunqꝫ
ad eum puella quam Megalipoli ductam poſt uxoris mortem apud ſe habuerat
accurriſſet uelletqꝫ labore fatigatũ reficere : ipſe neqꝫ ſitiens bibere , neqꝫ feſſus arma
deponere uoluit . Verum ut erat Toracem indutus altera manu columpnam ex
tranſuerſo complexus : illicqꝫ innitens facie ſupra cubitum depoſita parumper cor-
pore quieuit ; mente autem per uaria conſilia diſcurrens : cum plurima ſecum agi-
taſſet : tandem conuocatis amicis in Githeum deſcendit , atqꝫ inde naues iam pri-
dem ad hos caſus paratas , una omnes conſcendentes abierunt . Inter hęc Anti-
gonus Spartam inuectus ciuitatem occupauit : ac ciues humaniter benigneqꝫ
alloquitur : nihil eis de priſtina dignitate minuens : & omnem iniuriam contu-
meliamqꝫ ab eis prohibẽs legibus ſuis & inſtitutis uti conceſſit . Cunqꝫ diis ſacra
feciſſet , tertio poſtq̃ uenerat die ex urbe diſceſſit : quod iam nũtios accepiſſet Ma-
cedoniam a Barbaris incendio rapinaqꝫ uaſtari : Iamqꝫ eũ aduerſa deprehenderat
ualitudo : quę ad Pthiſim non paruo catarro permixtam trahere uidebatur : non
minus tamen ob hoc domeſticas clades illatas ulciſci properauit : donec maxima
potitus uictoria , & Barbarorum ingenti numero interfecto : ut generoſum regem
decebat clariorem mortem obiret . Nam Philarcus in media pugna cum clamore
pectus rupiſſet : expiraſſe tradit . Quidam uero poſt uictoriam lętitia elatum cum
ingenti uoce exclamaſſet . o lętum pulchrumqꝫ diem repentina febre correptum :
cum diſruptis uenis ſanguis abundantius flueret , ſuffocatum interiſſe . Atqꝫ hęc
de Antigono dixiſſe ſufficiat . Interea Cleomenes citheris diſcedens atqꝫ inſulam
alteram pręteruectus Egialiam tenuit : Cunqꝫ Cirenem proficiſci ſtatuiſſet : ami-
corum quidam Tiricion nomine uir cum in rebus agendis prudens , tum in pe-
riculis obeundis celſo atqꝫ inuicto animo , uerum paulo iactantior & ſuarum uir-
tutũ oſtentator . Is igitur ſecreto aduocatũ Cleomenẽ huiuſmodi uerbis allocutus
eſt . Pulcherrima ſane o rex inquit , in pugna moriendi occaſionẽ amiſimus : quãq̃
plurimi nos iactantes audierint nunq̃ fore : ut niſi mortuum Spartiatum regem
Antigonus ſuperaret ; nunc igitur altera nobis moriendi prębetur occaſio : ſupe-
riori quidem & gloria & uirtute ſecunda , quonã enim quęſo nauigamus fugiẽtes
quod in manibus adeſt : ut longe poſita proſequamur . Si enim forte turpe non
eſt ab Hercule oriundos Philippi , Alexandriqꝫ ſucceſſoribus ſeruire : longe pro-
fecto nauigationi parcere potuimus : in Antigoni manus noſmet dedentes : quẽ
Ptolomeo tanto pręſtantiorem eſſe putandum eſt : quanto Macedones Egyptiis
pręſtare creduntur : quod ſi eos qui nos armis ſuperarunt nobis dominari indi-
gnum ducimus . Cur eum qui nos uicit dominum uolumus nobis imponere !
ut duo nobis merito obici poſſint : & quod Antigonum fugiamus , & quod aſ-
ſentari Ptolomeo inducamus animum : an forte matris tuę cauſa ĩ Egyptũ eundũ
cenſebimus iocundum illi futurum ſpectaculum : cum inter Ptolomei mulieres
oſtendit filium ex rege ſeruum & exulem factum . Cur non potius dum noſtrorũ
enſium dominamur adhuc patriã intuentes tãtas linquimus calamitates ; ut inter
eos numeremur , qui in Selaſia pro Sparta pugnantes occubuere : an potius in
Egipto ſedebimus interrogantes , quem ſparte Satrapam Antigonus pręfecerit :
talia dicenti Tiricioni in hunc modũ reſpondiſſe Cleomenẽ ferunt . Inter humana
omnia facillimum quodqꝫ omnibus maxime in promptu eſt : mortem proſequẽs

fortis esse nõnullis fortasse uidens: cum re uera turpior hęc quam tu laudas fuga sit: quam cum nuper ex pugna profugimus. Nam multi sępe meliores nobis se sehostibus dedidere: cum aut in aduersam fortunã incidissent: aut alia ui quadã compulsi id agere cogerentur: Qui uero labores, aut erumpnas, aut ignominiam supra modum formidat: Is a sua mollitie superari se non animaduertit. Oportet enim sponte conscitam mortem: non fugam negotiorum sed actionem quandam esse. Turpe est enim sibi soli uiuere ac mori, ad quod tu profecto nos cohortaris properans pręsentes calamitates effugere: cum tamen hanc mortem nihil honestũ, aut utile sequatur: ego autem & te & me simul oportere arbitror ea quę de patria adhuc sperare licet, non relinquere: ubi uero omni spe destituti erimus facillime quandocunq̨ libuerit mori poterimus: Ad ea nihil respondens Tiricion ubi primum e conspectu Cleomenis discedere potuit, ad littus descendens se ipsum iugulauit. At Cleomenes ab Ag alia discedens Libię applicuit, & regiis famulis comitatus Alexandriam profectus est. Ibi cum primo in conspectum regis uenit: communi atq̨ erga cęteros consueta humanitate exceptus est. Post ubi uirtutis suę inditia proferens maximi consilii uir esse apparuit: & in quottidiano sermone Laconicam integritatem gratię cuidam liberali permixtam seruans: ingenuitatẽq̨ haud quãq̃ superbam, nec rursus propter fortunę mutationẽ abiecto animo, aut nimis humili conspectus a rege, longeq̨ melior his qui ad uoluptatem atq̨ assentationem omnia loquebantur iudicatus est. Itaq̨ uehementer puduit regem, q̨ talẽ uirum auxilio destitutũ opprimi ab hostibus passus esset: quodq̨ Antigono tãta gloria, tantaq̨ potentia augeri pręhuisset occasionem: illum itaq̨ maiori honore, atq̨ humanitate complectens: pollicitus est uirorũ pecuniarumq̨ auxilia daturũ: ut cum his in Gręciam ueniens amissum regnum recuperare possit. Tunc uero talentorum uiginti quatuor stipendium singulis annis dari cõstituit: quibus sibi amicisq̨ sumptus abunde poterat suppeditare: uerum Cleomenes magnam eius pecunię partem in his qui ex Gręcia profugi in Egyptum ueniebant adiuuandis consumebant: & senior quidem Ptolomeus anteq̃ Cleomeni promissa persolueret: uita functus est, & post eius obitum regia ĩ multam lasciuiam luxumq̨ prolapsa nimiamq̨ in mulieres conuiuiaq̨ intemperantiam, solitus quoq̨ erga Cleomenẽ cultus destitui ceptus est. Ipse enim rex mulierum uiniq̨ cupiditate usq̨ adeo corruptus tenebatur: ut cum maxime sobrius & seriis rebus peragẽdis intentus esset, inter pręcipua opera poneret bacchanalia celebrare, ac manu tympanum gestantẽ amicos in regiam ad ea peragenda conuocare: Summis autem regni rebus administrandis pręerant Agathoclia regis amasia: eiusq̨ mater, pręterea Inanthus reginarum Pelicum gubernator: Attamen cum primo regnum accepit Cleomene indigere uisus est: timens enim fratrem natu maiorem Ptolomeus, quod per matrẽ plurimum apud milites posse uidebatur: eius interficiendi consilium iniit, atq̨ ĩter consultores intimos Cleomenem adhibuit: qui solus cęteris consilium regis probantibus obuiam ire ac tantum facinus prohibere ausus est: asserens regẽ potius oportere pro salute rerum suarũ nouos si fieri potest fratres comparare: q̃ eos quos habeat interficere. Inter amicos regis qui plurimum auctoritate posset Sosiuius erat. Is cum aliquando regi diceret non tuto se posse mercennariis militibus credere: quoad frater ille maior in uita superstit: adsistens Cleomenes nihil est quod huius rei causa timeatis inquit, mihi enim super tria milia sunt clientũ atq̨ hospitũ

in Peloponneso : qui omnes si modo adnuero presto cũ armis aderunt. Hęc oratio tum quidem Cleomeni beniuolentię fidem / & potentię comprobationē apud re/gios homines prębuit. Posteriori uero tempore cum Ptolomei mollities in dies augescerent : timor quoqȝ simul augeri cępit : quod ĩ talibus rebus accidere opor/tet : ubi enim summa rerum omnium negligentia oboritur : ibi timorem quoqȝ & in maxima etiam securitate diffidentiã aboriri necesse est. Hęc igitur formidabilē cultoribus aule regie Cleomenem reddidit : quem tantum clientibus atqȝ hospiti/bus posse intellexerant. Itaqȝ pleriqȝ audiebantur quęrentes non recte satis leonem hunc inter pecudes uersari : quod uerissime dictum iudicabit si quis domus regie mores intueatur : Itaqȝ naues & exercitum petenti concedere Ptolomeus noluit. Cunqȝ obisse Antigonum Cleomenes audisset / Acheos autem Etholico bello im/plicitos teneri existimans : rerum conditionem ipsum exposcere domũqȝ reuocare dum tanta rerum uarietate omnis agitaretur Peloponnesus a rege petere instituit : ut soli cum amicis abire liceret / quod etiam impetrare nequaq̃ potuit : cum regis alloquendi potestas non esset : qui assiduo inter mulieres choreis & cãtibus inten/tus / uitam duceret. Sosiuius autem qui summe rerum pręerat uaria secum agitãs / arbitrabatur Cleomenem contra uoluntatem suam illic detentum intractabilem metuendumqȝ fore : dimissum uero nihilominus timendum / quod esset uir audax & magnis rebus gerendis idoneus : regię preterea domus imbecillitatē morbosqȝ optime nosce t: neqȝ enim munera illius animum flexerant : sed ueluti sacer taurus quanq̃ abunde intra parietes nutritus in summis delitiis habeatur : magis tamen consuetam uitam exoptat : & currendi saltandiqȝ desiderio tenetur / & sacerdotum attrectationem non facile substinens : ipsis etiam se se terribilem pręstat. Eodem modo delitię mollitiesqȝ regię haud quanq̃ Cleomeni placebant. Sed ut de Achille scribit Homerus / tabescebat animo in otio permanens : & tumultum clamoremqȝ bellum exoptat. Inter hęc Nicagoras Messenius Alexandriam appulit : uir qui/dem Cleomeni infensus / uerum illi amicũ esse simulans. Is cum agrũ pulcherrimũ iampridem Cleomeni uendidisset : pręcium nunq̃ acceperat / quod Cleomenes in belli sumptibus omnem pecuniam absumpserat. Huic igitur nauem egredienti Cleomenes cum forte iuxta portum deambularet / occurrit : & salute data atqȝ ac/cepta / quę nam illum causa in Egyptum adduxisset interrogauit : cũ ille pulcher/rimos equos / & bello maxime idoneos aduexisse responderet : subridēs Cleomenes mallem inquit Mimos & Cynedos attulisses : hęc enim maxime nunc regem de/lectant : quo audito risu cõmotus Nicagoras ab eo discessit : nec multo post rursus Cleomenem conueniens nunc inquit cum omni molestia uaces : debitum mihi soluere decens est : nisi forte nimia tributorũ pensione grauaris. Tum Cleomenes atqui nihil omnino mihi superest inquit eorum quę dedisti. His uerbis cõmotus Nicagoras Cleomenis in regem dictum ad Sosiuiũ detulit : quod ille iocunde se accipere simulans / iam tum Cleomeni insidias machinari cogitauit : uerũ maiori occasione regem aduersus Cleomenem incitare uolens / Nicagorę persuasit ut disce/dens epistolam aduersus Cleomenē scriptam relinqueret : quod statuisset exercitu manibusqȝ a rege acceptis Cirenem occupare. Hac perscripta epistola Nicagoras nauigauit. At Sosiuius post dies quatuor quasi nuperrime acceptam epistolam ad Ptolomeũ deferens : uerbis q̃ maxime potuit adolescentis auimũ in Cleomenē concitauit. Inde communi consensu statuerunt in magna quadã domo Cleomenē

includere : ubi in cęteris suo more uiuendi licentia perfruens / exitu tantum probi-
beretur : Erat hoc sane Cleomeni permolestum sed futuri mali timor ipsum magis
angebat . Erat inter amicos regios quidam Chriserini filius Ptolomeus nomine /
plurimum amicitia apud regē potens : is antea libenter congressu colloquioq; Cle-
omenis utens : magnam secum ob diuturnam consuetudinem familiaritatem con-
traxerat . Is igitur a Cleomene accersitus ad colloquiū uenit : suspitionē eius quoad
poterat uerbis extenuans : & regis accusationem proferēs . Inde post longum ser-
monem discedens Ptolomeus / non animaduertit Cleomenem inter amicos usq;
ad ianuam domus se prosequentem / Quapropter custodes grauiter obiurgans ar-
guebat / quod tam uastam beluam tamq; custodiri difficilem adeo negligenter ob-
seruarent . Ea uerba cum audisset Cleomenes : priusq̃ Ptolomeus animaduerteret
retrocedēs oīa sicut acta fuerāt ad socios retulit. Cūcti igitur oī quā antea habuerāt
spe destituti / atq; ad iracundiam concitati : quonam pacto Ptolomei iniurias ul-
ciscerentur consultabant : utq; mortem rebus gestis / & Sparta dignam obirent :
nec expectarent quoad uelut pinguefactę uictimę / apud aras mactarentur / neq;
enim tollerandum uidebatur / Cleomenem qui oblatas ab Antigoni forti & belli-
coso uiro conditiones repudiasset : tunc otiosum mitrati regis cessationem ab aliis
muneribus expectare : quoad scilicet timpanum deponere & finire Thiasum / eos
iubeat : quos ad se interficiendum mittere uelit . Postq̃ igitur communi consilio
talia sibi agenda statuerunt : cum forte Canopum secessisset Ptolomeus : primo quo
pacto e custodia euaderent consilium inierunt . Erat apud Egyptios reges consue-
tudo : ut qui interficiendi causa in custodia tenebantur : pridie q̃ interficerentur /
cęnam & munuscula quędā ex regis aula missa acciperent . Ea munera Cleomenis
amici clanculum magnitudine / & splendore aucta intulerunt : carceris custodibus
deceptis / qui illa a rege missa arbitrabantur : Eorum munerum magnam partem
Cleomenes corona super imposita custodibus donauit : & ipse cū amicis accūbens
spectantibus illis epulatus est . Fertur autē citius aliquantulo q̃ statuerat negotiū
suscepisse : quod familiarem quendam huius rei conscium cum muliere quā ama-
bat extra carcerem tunc esse cognouit . Veritus igitur ne per ipsum res patefieret :
Cum iam meridies aduenisset / & custodes uino grauatos capere somnū animad-
uerteret indutus tunicam / clamide uero circa sinistram obuoluta unacum amicis
eodem modo instructis e carcere exiliuit . Erant autem omnes numero tredecim :
inter quos Ippitas cum esset altero pede claudus . Primo quidem impetu una cum
reliquis carcere egressus est. Postq̃ uero sui causa socios tardius progrediētes agno-
uit : iussit ut se prius interficientes abirent : neq; enim ęquum esse tantę rei agendę
occasionem ob unius inutilis uiri salutem amitti : Forte ciuis quidam ante carceris
fores equo uehebatur : huic equo Cleomenis socii Ippitam priore equite deiecto
imposuere : Inde per uicos plateasq; discurrentes ciuium multitudinē ad libertatē
uocabant : quibus tantum dumtaxat roboris inerat / ut Cleomenis uirtutem / atq;
audaciam admirantes laudarent : sequi uero aut auxilium ferre nemo auderet . Cū
igitur Chriserini Ptolomeum e regia forte uenientem offendissent : in eum facto
impetu tres Cleomenis socii obtruncant : Inde alterum Ptolomeū qui custodiēdę
ciuitati pręfectus erat : curru aduersus eos uenientē dissipatis comitibus & in fugā
uersis detractum e curru interficiunt . Post hęc ad arcem ciuitatis iter dirigunt :
carcerem qui prope erat refringere meditati : ut eorum qui illic detinebantur ad rē

peragendam uterentur : ſed cuſtodes carceris tumultu audito fores ante q̃ eo per-
uenirent clauſas munierant : ita ut id quoq; ceptum irritū caderet. Tunc incertus
conſilii Cleomenes huc illuc errabundus ciuitatē peruadebat : & nemine ad feren-
dum auxilium procedente : ſed ob timorem ab eius conſpectu fugientibus cūctis,
nihil mirum eſt inquit ,ſi talibus uiris qui libertatem negligunt : mulieres etiam
dominantur ,Inde ad amicos conuerſus hortabatur : ut rebus antea geſtis dignā
mortem oppetere uellent .Et primus quidem Hippitas ab adoleſcente quodam cū
id ab eo petiſſet uulneratus interiit . Poſt hūc aliorum quiſq; prompto atq; in tre-
pido animo ſe ipſum iugulauit : pręter unum Pantheum qui primus in occupāda
Megalipoli murum conſcenderat : hunc forma corporis inſignem ,& conſilio ac
robore pręſtantem uehementer amauerat Cleomenes : & tunc ei pręceperat ut nō
antea ſibi ipſi manus afferret : q̃ ſe ac cęteros omnes mortuos conſpexiſſet . Omni-
bus igitur iam humi proſtratis accedens Pentheus ſingulorum corpora pugione
perfodiens ſcrutabatur : ne quis forte uiuens eum lateret . Poſtq̃ uero cęteris ten-
tatis ſolus intemptatus teſtabat Cleomenes : ad eū quoq; accedens pedibus plan-
tam pugione percuſſit .Cunq; illum ad faciem ictum uertiſſe conſpiceret : propius
accedens ,atq; exoſculatus iuxta conſedit .Poſt ubi illum quoq; expiraſſe cognouit:
eius cadauer circumplexus ſe ipſum iugulauit . Cleomenes igitur cum annos ſex-
decim Sparte regnaſſet uir qualem antea diximus in hunc modum uita functus
eſt . Fama igitur huius rei per urbē diffuſa Crathesidia quanq̃ ingentis generoſiq;
animi mulier ad tantę calamitatis nuntium mentem excedere uiſa eſt . Itaq; Cleo-
menis paruos filios circumplexa eiulatu ingenti Cleomenem deplorabat : Verum
ex pueris qui natu maior erat : ſummas ędium partes conſcendens nemine tale
aliquid ſuſpicante : ſe ipſum e tecto pręcipitauit ,& quanq̃ tali caſu grauiter afflic-
tus eſſet : non tamen interiit: uerum ſe ſe alleuans ingenti gemitu quęrebatur q;
tantos dolores morte finire non potuiſſet . Cū hęc Ptolomeo nuntiata eſſent ,Cleo-
menis corpus pelle nudatum ſublime appendi iuſſit ;Filios autem eius ac matrem
cęteraſq; mulieres interfici : inter quas erat Panthei ,de quo antea diximus ,uxor
corporis forma & uirtute animi pręclariſſima : quę cum primo connubii tempore
uirum ſupra q̃ dici poteſt adamaſſet : nunq̃ ob fortunę uarietatem quicq̃ de illius
amore mutauerat . Ea igitur cum uirum e patria diſcedere uelle intellexiſſet : una
ſecum enauigare uolens a parentibus prohibita atq; in cuſtodia detenta fuerat .
Verum paulopoſt cum equum & aliquantum pecunię clanculum paraſſet ,noctu
e ciuitate diſcedens celeriter Tenarum peruenit . Inde nauem quę Egyptum pete-
bat conſcendens ad uirum peruenit : cum quo moderate fortunam exilii perferēs,
hilariter iocundeq; uitam duxit . Hęc igitur una cum Crathesidia ad ſupplicium
traheretur illam manu deducens ,& peplum ſubleuans bono animo eſſe hortaba-
tur : quę & ipſa ad mortem intrepida nihilq; animo deiecta : unum dumtaxat
miniſtros rogabat : ut antea ſibi mori liceret q̃ pueros interfectos intueretur .Poſt
q̃ uero ad ſupplicii locum deuenere : miniſtri pueros primum ſpectante Crathesi-
dia : ſubinde ipſam quoq; interfecerunt ,cuius in tantis calamitatibus hęc una
uox audiebatur : quonam o filii abiſtis ,ſola iam Penthei ſupererat uxor ,quę ro-
bore & proceritate corporis pręſtans mulieribus cum morerētur ueſtes circa cor-
pus ne turpiter iacerent tacita ac ſine gemitu componens : egregie ſingulis pro re-
rum conditione ſuam operam pręſtitit . Ea igitur cū ſe ſola ſupereſſe aīaduerteret;

se ipsam quo mori uolebat habitu componens /neminem ad se accedere /aut corporis partem aliquam preter iugulum nudam aspicere passa est : ac mortem fortissimo etiam uiro dignam obiit . Cum a nemine post mortem corpus uelari /aut alio pacto componi petisset . Quippe cum moriens eum ornatum /atq; id uelamẽtum corpori pretenderet : quod uiuens sua constantia /atq; integritate cõparauerat. Lacedemoniarum igitur mulierum Tragica ut ita dixerim in extremis tẽporibus cum uiris certatio uirtutem a fortunę iniuriis : tutam atq; inuiolabilẽ esse declarat. Post dies uero non multos accidit ut qui Cleomenis corpus cruci affixum seruabant : nuntiarent sese draconem permagnum uidisse : qui cadaueris corpus circũplexus ita illius faciem tegebat : ut nullam auem ad eam depascendam accedere pateretur : qua decausa reuerentia quędam & diuinitatis opinio regi accessit . Igitur mulieres sacra quędam ad expiãdum facinus instituere quod uirũ diis amicũ supraq; humanam sortem aliquid habentem interfecissent . Paulatim inde in uulgus huius rei fama percrebuit . Itaq; concurrentes ad eum locũ Alexandrini ciues heroem fuisse Cleomenem /& deorum filium prędicabant : nec antea huiusmodi cessauit opinio q̃ a sapientibus uiris huius rei causa prodita est . Tradunt enim sicut ex bobus apes /ex equis fuci /ex asinis cabrones generantur . Ita humana corpora /& prę sertim medullas : humoremq; ex eis profluentem serpentes producere. Itaq; nõ absq; ratione permoti antiquiores heroibus draconem consecrarunt .

E AGIDE ET CLEOMENE QVE DICENDA fuerunt superius enarratis. nunc in Romanorum parte non minores habiturā casus Tyberii & Cai Gracchorū historiā opponemus. Pater his fuit Tyberius gracchus: cui quanq̄ duobus consulatibus duobusq; triumphis / & insuper censurę gloria insigni: multo plus tamen ex uirtutibus eius q̄ ex magistratibus atq; honoribus aderat dignitatis. Itaq; Corneliam Affricani eius qui Hannibalem superauit filiam: licet non amicus sed aduersarius in rep. foret: uxorem habere meruit: quam usq; adeo dilexit: ut duobus in lecto anguibus comprehensis: cum aruspices eius rei gratia acciti: nec ambos quidē interfici: nec dimitti ambos permitterent: sed si masculus necaretur: Tyberio si fęmina Cornelię mortem portendi affirmarent: ob amorem uxoris & simul quod maiori natu pręmoriendum sibi arbitrabatur: masculo angue necato: fęminam emisisse: atq; ita ut aruspices prędixerant non multo post ipsum interiisse ferant: duodecim filiis ex Cornelia relictis. Cornelia uero puerorum atq; domus cura post mortem uiri suscepta: eum amorem erga filios eamq; diligētiam ac magnitudinem animi pręstitit: ut non male consuluisse Tyberius uideretur pro tali uxore morte pręrepta. Nam & Ptholomei regis nuptias respuit: cum ille regni & diadematis cōmunicationem offerret: & in uiduitate perseuerans: cęteris pueris amissis: unam ex filiabus quę Africano minori postea nupsit: & duos ex filiis de quibus hęc scribimus: Tyberium & Caium superstites: sic splendide educauit: ut cum magnitudine indolis cęteros omnes Romanos sine controuersia anteirent: doctrina tamen quam natura pręualuisse uideantur. Cū uero ut in pollucis & castoris imaginibus picturisq; dissimilitudines quędam inter pugilem & cursorem: in ipsa eorum similitudine appareant: sic istorum adolescentium dum ad liberalitatem / temperantiam / intelligentiam / & magnanimitatem similiter feruntur magne in administratione reip. & in cęteris rebus uel prosperis / uel aduersis dissimilitudines apparuerint: non alienum existimo eas pręmittere. Tyberius igitur uultu & aspectu & motu corporis mitis ac placidus erat. Caius autem uehemens & ingētis spiritus. Itaq; Tyberius locum pulptii in quo ascendens constiterat honeste decoreq; in dicendo seruabat. Caius primus Romanorum per pulpitum ambulasse & togam ab humeris dissoluisse dicitur: ut de Cleone Atheniensi scribunt primum contionatorum rescindisse in uolucrum pallii & coxam percussisse. Sermo autem erat Cai quidem terribilis / & ad indignationē promptus. Tyberii uero dulcis & ad miserationem aptior. Oratio pręterea in Tyberio dilucida & plane elaborata. In Caio efficax & redundans. Eodē modo in uictu & mensa. Tyberius facilis & modicus. Caius si ad alios comparetur continens austerusq;: si uero ad fratrem / sumptuosus & nimius. Obiectum est ei ab inimicis quod delphines argenteos emisset pro singulis litris mille ducētarū

quinquaginta dragmarum. Mores item eodem modo ut de oratione ostendi/
mus. Tyberius mitis & placidus. Caius acer & uehemens: ut sępe in dicendo
ira efferri, & ad iurgia ac maledicta irritari: orationemq; perturbare consueuerit.
Itaq; huius excessus remedium machinatus, Licinium quendam haud insulsum
seruum post se in pulpito collocabat: qui quotiens exasperari, ac longius ob iram
protrahi uocem sentiret: uocali organo quo notas deducere solent: mollem emit/
tebat sonum: quo ipse admonitus: & quasi ex certamine reuocatus uehementiā
illam atq; contentionem nimiam remittebat. Dissimilitudines quidem igitur inter
eos tales erant. Audacia uero in hostes: iustitia in subditos: diligentia in magi/
stratibus: abstinentia & integritate iuxta insignes. Etate nouem annis Caium
Tyberius anteibat: quę res potentiam eorum diuisam temporibus: nec in unū
robur concurrentem: facilius labefactari permisit: magnumq; ad res gerendas,
sublato mutuo auxilio, attulit detrimentum. Seorsum igitur de utroq; dicendum
est. ac primo de Tyberio qui prior fuit ętate. Ille igitur stati a pueritia ita clarus
atq; insignis fuit: ut confestim in collegio augurum sit receptus: ob uirtutem
magis q̄ ob nobilitatem. Ostendit uero Appius Claudius uir consularis atq;
censorius princepsq; senatus & magna per id tempus auctoritate excellens. Nā
cum augures una cęnarent: compellans Tyberium eiq; gratulatur filię nuptias
obtulit: quas cum adolescens lęto animo susciperet: sponsione sic facta rediens
domum Claudius, ab ipsa ianua statim uxorem Antistiam magna uoce appellās
Claudiam uiro se spopondisse nuntiauit. At uero Antistia stupens quid hoc fe/
stinationis est inquit: Num Edepol Tyberium gracchū illi sponsum tradideris:
Nec sane me fugit, hęc quę modo dixi nonnullos de graccho patre & africano
tradidisse: sed plures ita tradunt, ut nos scripsimus: & Polibius post mortē afri/
cani nupsisse Corneliam graccho affirmat, ex sententia suorum pręlato. ut a patre
innuptam indesponsatamq; relictam. Prima Tyberii militia sub minori Scipi/
one in Africa fuit. in qua cum ipsi duci contubernalis esset: natura ipsius celeri/
ter cognita, & ad imitationem uirtutum traditus: confestim modestia atq; forti/
tudine cęteram iuuentutem ęgregie superauit. primusq; omnium murum hostiū
conscendit. ut Fannius testatur: qui se quoq; unacū Tyberio ascendisse atq; eius
muneris participem fuisse ait. Itaq; & pręsens exercitui plurimū carus fuit Ty/
berius, & abiens desiderium sui apud milites ingens reliquit. Post hāc miliciā
questor Romę creatus: cum C. Mancino Consule: uiro haud quaq̄ improbo,
sed tamen ignauissimo omnium Romanorum ducum: cui sorte euenerat: contra
Numantinos profectus: in grauibus aduersisq; casibus. non solum ingenium
ac magnitudo animi eius emicuit: uerum etiam quod mirabile est, incredibilem
erga imperatorem suum reuerentiam seruauit. cum ipse consul pre magnitudine
calamitatum nec se quidem esse Consulem meminisset. Victus enim ingentibus
pręliis tentauit nocte aufugere: quod ubi hostes cognouerunt, occupatis propere
castris, & fugientem exercitum persecuti: extremisq; eorum cęsis: reliquis uero
circumuentis, & in loca inuia compulsis eo rem perduxere, ut Consul desperatis
rebus: caduceatorem ad petendam pacem hostibus mitteret. At illi se credere
nemini pręterq̄ Tyberio asserentes: ut ipse ad eos mitteretur postularunt. Hoc
uero cum ipsius Tyberii fama, quę apud hostes quoq; peruaserat: tum etiam
gracchi patris memoria faciebant: qui aduersus Hiberos bellum gerens pacem

cum Numantinis firmauerat . eamq; ſemper apud populum recte iuſteq; defen-
derat . Miſſus igitur ad hoſtes Tyberius : partim ſuadendo/partĩ recipiẽdo/fędus
firmauit : ac per eum modum . xx . milia Romanorum ciuium abſq; auxiliariis
& aliis qui extra-ordinem ſecuti erant ſeruauit . Cum uero inter cęteram prędam
quam hoſtes : captis diripuerant caſtris : tabulę quoq; Tyberii : rationes que-
ſturę continentes amiſſę fuiſſent : recordatus earum Tyberius ac plurimi faciens
eas ſecum deferre . hoſtibus iam domum reuerſis : cum uel quatuor familiaribus
Numantiam profectus /ac iuxta urbem conſiſtens principibus Numantinorum
ad ſe uocatis : rogauit ut ſibi tabulas reddi iuberent : ne inimicorum calumniis
obnixius fieret : ſi rationem adminiſtratorum reddere nequiret . At Numantini
occaſionem ſibi pręſtitam lętati /ab eo poſtularunt /ut urbem introiret . delibera-
bundiq; adeuntes ac manu pręnſantes /orabant/ne ſe amplius hoſtes ſed amicos
putaret fideretq; . Viſum eſt igitur ſibi ut urbem intraret : cum tabularum recupe-
randarum gratia : tum ne diffidentia hoſtes irritarentur . Ingreſſus itaq; urbem
primum cõuiuio liberaliter acceptus : deinde tabulę reſtitutę data inſuper ei po-
teſtas : ut quotquot uellet arbitratu ſuo ex pręda deferret : nihil pręter thura ſacri-
ficii cauſa parata aſſumpſit . Vbi uero Romam rediit ac fędus iudicio omnium
uelut dedecus romani nominis improbaretur : cenſentibus cunctis ut more ma-
iora in bello aduerſus Sannites olim ſeruato . Conſul cum queſtore ac tribunis
militum nudi hoſtibus traderentur : milites quorum pleriq; ex plebe Romana
erant . ad Tyberium concurrentes /& fęda ipſa in Conſulem : ſalutaria uero & in
ipſis malis remedia in Tyberium referentes : tandem effecerunt : ut Tyberii gra-
tia quę apud populum . R . maxima erat cęteris quoq; pręter unum Mancinũ
parceretur . Videtur autem & Scipio africanus potens per id tempus in rep . Ty-
berio ad ſalutem profuiſſe : ſed nihilominus aduerſus Scipionem querele iacta-
bantur . quod non & C Mancinum Conſulem ſeruaſſet : quod fędus Numanti-
num per hominem ſibi familiarem & affinem firmatum improbari paſſus eſſet .
Huiuſmodi autem querelę quoniam ab amicis ſtudioſiſq; Tyberii emittebantur :
offenſam quandam ac ſimultatem inter Scipionem & Tyberium contraxerunt .
Nihil tamen maioris momẽti ea res habuit . Atq; ego puto ſi fuiſſet domi Afri-
canus tempore contentionum illarum quas poſtea Tyberius ſubiit : ipſum non
ſicfuiſſe periturum . Sed quo tempore de lege agraria a Tyberio certatum eſt : eo
tempore Africanus apud Numantiam bellum gerebat . Motus eſt autem Ty-
berius ad eam legem ferendam iſta de cauſa . Romani quantum uicini agri hoſti-
bus adimebant : partim uenundare/partim in publicum redigere/ac egenis ciui-
bus pro modica penſione utendũ tradere conſuerunt . Sed cum incepiſſet diuites
eas penſiones augere paupereſq; excludere . Lata eſt lex quę ſupra quingẽta agri
iugera ciuem Romanum habere prohibebat . At ea res paucos annos aduerſus
locupletes auxilio fuit . Nam primo ſubditis ad conducendum perſonis fraus
legi fiebat . deinde aperte iam per ſeipſos diuites propriis nominibus occupare
agros cęperunt . Ita ergo exagitatis hominibus /neq; milicię dare nomina : neq;
filios extollere cura erat . eoq; proceſſura uidebatur res : ut breui exhauſta liberoꝝ
multitudine : ſeruis ac barbaris per quos diuites colebãt agros tota italia com-
pleretur . In hac igitur parte reip . primus C . Lelius Scipionis amicus ſuccurrere
inſtituit : ſed aduerſante locupletum factione ueritus turbationem atq; diſcordiã

ciuitatis : ab incepto destitit . ob eamque rem sapiens est postea uocitatus . At uero Tyberius ut primum . tr . pl . creatus est eam actionem suscepit / auctoribus ut plerique scripserunt . Diophane rhetore . Mitylineo tunc in italia exulante Blossio cumano antipatri tharsensis philosophi discipulo / ad quem sunt quedam ab antipatro scripta . Nonnulli Corneliam matrem asserunt sepius obiurgando natos quod ipsa Scipionis cornelia non gracchorum uulgo appellaretur : adolescentē impulisse ad hāc actionē suscipiendā . Alii ob emulationē Spurii postumii equalis sui quē ab exercitu rediens auctū potētia ac celebritate noīs offēdit : cupidinē īcessisse Tyberiū credūt . insigni aliqua & memorabili actiōe precellere . Caius uero frater in oratione quadā scribit tyberiū Numātiā proficiscētē dū per Tusciā iter faceret solitudiē liberorū & inductioē seruorū prospecta . tūc primū ad legē agrariā sibi quidē funestam animum intendisse . Plurimum uero ipsum plebs romana impulit per litteras in fornicibus & monumentis ac parietibus inscriptas efflagitans ut agros publicos egenis adēptos restitueret . Non tamen per se ipsum legem ferre agressus est : sed prestantissimorum uirorum consilium adhibuit . inter quos Crassus pontifex maximus . & Mutius sceuola iuris consultus . qui per id tempus consul erat : & Appius Claudius socer fuerūt . Nec uidetur lex ulla aduersus tantā iniuriā mitius ac leuius perscribi potuisse : Nam quos oportebat pro iis quę contra leges fecerant . penas subire . & quos iniuste tenuerant agros cum perceptis fructibus reddere : eos accepto pręcio dimittere & egenis ciuibus tradi iubebat . Sed ea lex ut plebi grata : sic animos locupletum offendit . Itaque ob auaritiam legem : ob irā uero atque inuidiam auctorem obtrectantes : plebem deterrere ceperunt : quasi ea lex euersionē rei p . libertatisque perduceret . Sed frustra id conati . Nam Tyberii facundia quę malam etiam causam sustinere potuisset . tunc iustam honestamque dicendi materiam nacta superior inexpugnabilisque euadebat . Pauperum enim adstante plebe . causam agens dicere solebat : feras quidem bestias lustrū atque tectum quo se recipiant in italia habere . illis uero qui quotidie pro italia pugnent atque intereāt pręter aerem ignēque nihil in italia esse : sine lare sine sede cū liberis coniugibusque uagari . Mentiri autē imperatores romanos cum milites hortātur : ut pro aris atque focis aduersus hostes depugnent . carere enim iis romanos ciues . non lares paternos : non monumēta maiorū eos tenere : sed pro aliena luxuria opulentiaque pugnare . pro aliis uulnera ac mortes subire dominos orbis terrarum uerbo quidem appellari : re autē uera terre glebam non habere . His & huiusmodi uerbis in cōtionibus grauiter & cum iusta indignatione iactatis . & plebeio fauore receptis . nullis aduersariorum ualebat resistere . Quare omissa cōtentione uerborum ad M . Octauium adulescentem grauem atque honestū Tiberyque familiarem locupletes confugerunt . Erat autem Octauius & ipse tr . pl . qui licet ab initio ob amicitiam tibery recusaret aduersus eam legem intercedere : tamen postea multitudine rogantium uictus intercessit . Est autem tribunorum . pl . maxima in prohibendo potestas . Vno enim prohibente nihil alii etiam si cōplures sint efficere possunt . Irritatus ergo ob intercessionē Tyberius : lege illa priori mite & humaniter scripta reiecta aliā plebi magis gratā legē promulgauit . ut agri qui cōtra leges possessi erāt dimitterentur nulla mentione pręcii facta . Erant igitur quotidie inter Tyberium Octauiumque in contione certamīa . in quibus licet sūmo studio ardoreque cōtenderēt . nihil tamen contumeliosum unq̃ nec uerbum quidem probrum ab alterutro decidisse ferunt .

Non ſolum enim in ludis ut uidetur: uerũetiam in contentionibus atq; iris pro-
bitas nature educatioq; modeſta conſpicitur: Conatus eſt Tyberius ſi poſſet. M.
Octauiũ interceſſorẽ quoniã & ipſe multũ publici agri poſſidebat ab ĩcepto mouere
reſtitutione agrorum ſuorum ex propriis facultatibus licet non ad modũ ſplendi-
dis oblata. Per quam oblationẽ cum nihilomagis Octauius deſiſteret Tyberius
edicto propoſito omnes urbanos magiſtratus agere quicꝗ ĩhibuit priuſꝗ de lege
agraria ad populum referretur. Erario autẽ ſigilla impreſſit: ac per queſtores quic-
ꝗ depromi aut importari uetauit; pęna adiecta ſi quis contra egiſſet: qua conter-
riti magiſtratus ſinguli propria officia dimiſerũt. Ob hoc edictũ locupletes cũcti
ueſtes mutauere: et meſti ac ſordidati circuibãt forum: nec ſecus paratis clam per-
cuſſoribus necem Tyberio machinabantur. Ille uero palam gladium quem Dolo-
nem uocant accinctus ambulabat. Sed cum adeſſet comitii dies populo gracchũ
ad rem perficiendam uocante: locupletes omnibus locis occupatis magnam prę-
buerunt turbationem. Sed nihilominus Tyberius multitudine fretus: cum dimo-
uere eos poſſet: et iam id facere aggrederetur. Manlius & Fuluius uiri conſula-
res Tyberiũ adeuntes & manu prẽſantes pręcibus & lacrimis orant: ne hoc agere
uelit. At ille quantum nunquã antea periculum attendens & ſimul tantorum
reuerentia uirorum permotus: quid ſe facere uelint percontatur. At illi non eſſe
ſe tantę rei conſilio idoneos affirmantes: ut ſenatus arbitrio permitteret ſuaſerunt.
Verum ubi frequens ſenatus ob potẽtiam locupletum nihil perficere ualuit: con-
uerſus ad rem non legitimam neq; humanam: Octauium amouere tribunatu
inſtituit. Ac primo quidem multis uerbis ſimpliciter eum rogauit: ut ab ĩcepto
deſiſteret: populoq; R. concederet iuſta poſtulanti: & parua pro magnis labo-
ribus periculiſq; habituro. Deinde ut ille hoc negauit, non poſſe ambos in eodẽ
magiſtratu ęquali poteſtate pręditos de maximis rebus contendentes ſine bello
euadere: Cęterum unam ſe medicinam intueri inquit: ut alteruter eorum magi-
ſtratu abrogaretur. Itaq; de ſe primo Octauius referret ſtaturũ populi R. iudi-
tio: ſtatimq; ſi iuberet tribunatu abiturum. Hoc quoq; repudiante Octauio: ſe
de illo relaturum eſſe dixit. niſi ſententiam mutaret. His ſimul dictis contionem
dimiſit. Poſtera uero die reuocata contione rurſus Octauium uerbis mouere co-
natus eſt: quibus fruſtra conſumptis ad populum tulit de Octauii abrogatione:
ſtatimq; tribus in ſuffragium ire iuſſit. Erant tribus quinq; & triginta, quarũ cũ
decem & ſeptem iam Octauium abrogaſſent: unaq; dumtaxat reſtaret ad rem
perfitiendam parumper ſiſtere iubens: iterato ad Octauium conuerſus eſt, rogãs
atq; obteſtãs ut ab interceſſione deſiſtere uellet: ne ue ſibi hanc notam inferri pa-
teretur: ſimulq; ſpectãte populo R. ipſum reuerenter complexus depręcabatur.
His pręcibus Octauium non nihil motum ferunt. Nam & impleſſe oculos lacri-
mis & aliquãto cum ſilentio ſtetiſſe tradũt. ſed ubi ad locupletes proſpexit: ade-
rant enim in contione quaſi uerecundia adductus generoſe reſpondit: ut quod
uellet Tyberius exequeretur. Eo igitur abrogato populi iuſſu: miſſus a Tyberio
apparitor de tribunali illum detrahere uoluit. Concurſus eſt a locupletibus ac
plebe factus: rixaq; ſic exorta: Octauius per tumultum euaſit. Liberto autem:
nã libertis apparitoribus Gracchus utebatur: lumina effoſſa. In hoc lex agraria
fertur: treſq; uiri ad agros diuidẽdos creantur. Tyberius ipſe legis auctor: Ap-
pius Claudius ſocer C. gracchus frater nõ pręſens ille tũc: nã apud Numantiã

cum Scipione militabat. In locum autem Octauii Mutius quidam Tyberii clientulus in tribunatu suffectus. Quibus rebus perculsi locupletes: & gracchi potentiam ueriti: in senatu aduersabantur. petenticq; ex more tentorium publicum quo in diuisione agrorum uteretur aliis etiam leuioribus ex causis sępe concessum denegarunt. Expensas uero in singulos dies nouem nūmos statueruut: auctore Nasica qui propter multitudinem possessionum legi agrarię infēsus uel acerrimū inimicum se Tyberio pręstabat. Plebs autem multo magis & ipsa exarserat aduersus locupletum iniurias. ac repente quodam ex amicis Tyberii defuncto: signisq; ueneni apparentibus magno concursu atq; clamore plebis funus celebratū. Cadauera enim igne disruptum tantam uim putridi humoris effuderat: ut flāma extingueretur: nec instaurato igne cremari potuit: priusq̄ in alium locū transferretur. tandem omni arte adhibita uix fieri potuit ut ignis cadauer attingeret. Ad hęc Tyberius ut magis plebem irritaret: ueste mutata natos in contionem adduxit: & quasi sibi ipsi diffideret: eorūq; ac matris salutem plebi cōmendauit. Post hęc Attali philopatris defuncti testamento a pergamenis Romam trāsmisso in quo populus R. heres scriptus fuerat: statim Tyberius ad populum tulit: ut regia pecunia ciuibus Romanis quibus agri dabantur pro cultura assignaretur: De oppidis autem quę Attali fuissent nihil ad senatum sed ad populum R. pertineret prędicabat. Hoc uel maxime senatum offendit. Itaq; Pompeius in senatu assurgens se uicinum esse Tyberii: ac ob id exploratū habere inquit diadema. & purpuram ex regia gaça per Eudemum pergamenum graccho delatam tanquā Romę regnaturo. Q. uero Metellus Tyberiū obiurgauit: quod patre graccho censuram gerente quotiens redirent a cęna Romani ciues lumina extinguere solebant: ne conuiuiis ac uoluptatibus nimium dediti uiderentur: cum filio autem audacissimi ac perditissimi ex plebe homines pernoctare conspiciantur. Tytus annius neq; sapiens neq; humanus uir: cęterū interrogare ac respondere promptus cum dixisset Tyberium collegam suum sacrosanctum uiolasse: ac Tyberius aduocata confestim plebe: Annium accusaret: inferior & eloquentia & auctoritate Annius ad suas argutias confugit ac ut paucis audiretur ante accusationem obsecratus: concedente Tyberio sic interrogauit. Si tu inquit Tyberi condemnare me uelis ac propellere: egoq; de tuis collegis aliquem appellabo: an illum mihi auxiliari uolentem abrogabis? Ad hanc interrogationem dicitur Tyberius q̄q̄ disertissimus ac promptissimus erat: obmutuisse. Tunc igitur contionem quam Annii accusandi causa uocauerat: re īfecta dimisit. Sentiēs autē illa quę circa abrogationem Octauii gesta erant: non solum potentibus uerumtamen multitudini molesta ac grauia uideri: pollutam ac deiectam tribunitiam potestatem quę sacrosancta hactenus fuerat arbitrantibus: orationem habuit: cuius non ab re fuerit sententias paucas hic annotare ut copiam ac facundiam eius uiri intelligere ualeamus. Esse quidem sanctum & inuiolabilem: tr. pl. ex eo inquit q; plebi cōsecratus: eiusq; innititur potestate. Itaq; si aduerso animo iniuriam plebi faciat: eiusq; robur impediat aduerseturq;: ipsum per hoc se priuatum reddidisse cum ea non agat pro quibus honor sibi fuerat demandatus. Nam & Capitolium euertere: & naualia incendere tribunum. pl. si quis sinat: non ob hoc tribunū plebis esse desistere: sed malum tribunum esse. Quod si plebem oppugnet nequaq̄ tribunum remanere. Esse uero pergraue si consul a tr. pl. in carcerem duci possit: ipse

autem tribunus a plebe deponi & abrogari non possit: cum potestate concessa sibi
a plebe contra atq; sibi data fuerat abutatur: Consulem nanq; & tribunum pl.
a populo R. creari. Regiam quidem potestatem omnes omnino magistratus
complexam | & insuper maximis sacerdotiis consecratam fuisse: sed nihilominus
Tarquinium exactum a populo R. & propter unius regis superbiam regiũ no/
men sub quo Roma condita atq; adaucta fuerat omnino extinctum fuisse. Quid
ita sanctũ ac religiosum ut uirgines uestales: tamẽ siqua ipsarum deliquerit uiua
suffoditur. desinunt enim sacrosancte & inuiolabiles esse dum aduersus deos de/
linquunt: per quos sacrosanctę & inuiolabiles habeantur. Nec ergo tribunum
pl. si plebem offendat immobilem ac sacrosanctum esse per plebem amplius di/
gnum est: cum qua pollebat potentia eam ipse sustulerit. Atqui si iuste tribunatũ
adeptus: maiori parte tribuum decernente: quomodo non iustius sibi auferetur
cunctis tribubus abrogantibus. Nihil esse usq; adeo sacrum ac religiosum ut res
deorum immortalium numini dedicatas. Attamen illas mutari & transferri posse
iussu populi. R. nemo unq̃ dubitauit. Licuisse ergo populo R. & tribunatum
pl. quasi munus quoddam dedicatum in alium transferre. Quod autem tolli ac
transferri possit uel ex eo patere: quod sępe iam qui habuerunt se ab eo magistratu
iureiurando excusauerant. Hęc & similia gracchus differebat. Post hęc amicis
minas ac factionem aduersus eum initam sentiẽtibus: alioq; tribunatu opus fore
ad salutem gracchi cẽsentibus: rursus multitudinem aliis legibus per quas tem/
pora milicię detrahebat | & iudicibus tunc senatoribus ęquum numerum ex ęque/
stri ordine admiscebat: excitare & aperte iam senatus potentiam contione magisq̃
iustitia aut honestate oppugnare aggressus est. De his rebus cum ad populum
referret cerneretq; aduersariorum partem superesse: quoniam non satis frequens
multitudo conuenerat: contionẽ dimisit. Ac postridie mutata ueste in forum de/
scendens lacrimãs ac miserabilis ac se metuere affirmãs: ne inimici noctu aggressi
eum necarent: sic homines cõmouit ut frequens multitudo circa domũ eius prę/
sidii causa excubias ageret. Prima uero luce aues augurandi causa delatę sunt:
quibus oblata esca: nulla ipsarũ pręter unã prodiit: & iã cauea uehemẽter agitata
nec ista ipsa quę prodierat escam attingere uoluit: sed sublata alia sinistra & collo
producto rursus in caueam se recondidit. Hoc signũ propter id quod prius eue/
nerat magis Tyberium cõmouit. Erat enim illi galea qua in pręliis utebatur:
magnifice ornata atq; insignis: in ea angues oua peperant: iamq; fetus formati
erant | quod accedente auium signo magis formidinem incusserat. Processit tamen
conuentione populi circa Capitolium audita. Et domo egrediens pede limen of/
fendit: adeoq; percussio uehemẽs fuit ut unguis maioris digiti scideretur sanguisq;
profluẽs per calceum emanaret. Profectus insuper aliquantulo coruos ad sinistrã
in stillicidio pugnantes conspexit: lapisq; ab altero coruorũ dimotus iuxta pedes
eius in magna turba prolapsus est. Hoc non solum Tyberium sed etiam auda/
cissimos eorũ qui aderãt turbauerat. Verum Cumanus Blossius tunc forte pręsens
& pudendũ & dolendum esse inquit: si Tyberius gracchi filius: Scipionis nepos
princepsq; populi R. ab uno coruo deterritus ciues deserat suos: nec uocatus ex/
audiat: nec inimicos tamen hoc in risu posituros: sed quasi regnet & delitiis de/
ditus sit calumniandi occasionem habituros. Interea nonnulli a Capiolio decur/
rentes properare eum iubebant: utpote rebus prospere succedentibus. Profectus

itaq; primo congressu preclare acceptus est. Nam & popularis plausus apparēti sublatus: prompteq; uia concessa: globo etiam circundatus: ne quis appropinquare posset. deinde per Mutium tribus uocari cepte: sed tamen per tumultum qui ab extremis oriebatur fieri quicq̃ non potuit: mixtis atq; incertis omnibus pellentium ac renitētium fluctuatione. Inter hec Flauius Flaccus senator: in eminentem locum euadens ubi pre clamore strepituq; multitudinis exaudiri uox nō poterat: manu significauit uelle se cū Tyberio loqui. Iussu itaq; Tyberii per multitudinē receptus: ubi ad eum peruenit: nuntiat diuites postq̃ Consulē mouere nequibāt cōsiliū de nece eius per se ipsos agitare cepisse: eaq; de causa seruos ac liberos cum armis habere. Hec ubi circumstantes Tyberium audiuerunt: subito togas accinguntur: hastilibusq; quibus multitudinem reprimunt de manibus ministrorum ablatis: fractisq; sese ad resistendum propere compararunt. Sed illi qui longius aberant hanc preparationem admirantes: cum quid ea res sibi uellet percontarentur: tangens caput suum Tyberius: periculum sibi imminere significabat. Hoc signum inimici maligne interpretati: quasi regem diadema petere: illum senatui nuntiarunt. ob quem nuntium cum omnes perculsi essent: Nasica prius Consulem ut libertati succurreret cohortatus. deinde ubi a Consule grauiter responsum est: nec se auctorem fore intestini belli: nec quenq̃ Romanum ciuē sine iudicio necaturum: si tamē aliquid decernat populus R. a Tyberio coactus id se pro lege non habiturum: prosiliens Nasica: quādo inquit Consul ciuitatem prodit: qui leges saluas esse cupiunt me sequātur. Hec dicens Licinia toga supra caput posita in Capitolium ire pergit: aliiq; post eum toga circa brachiū inuoluta secuti sunt. At multitudo ob reuerentiam amplissimorum uirorum aditum negare minime ausa: sese retrahens comprimebat. Tulerant ab initio ii qui cum Nasica ceterisq; aduenerant fustes & clauas: ipsi uero subselliorū fragminibus pedibusq; reuulsis obuios ferientes contra Tyberium euadebāt. Cede itaq; & fuga Tiberii sociorum facta: cum ipse Tyberius cursu euadere properaret: toga per quendam retentus cecidit. surgenti uero. P. Saturninus collega eius pede subsellii caput percussit. Hic primam. secundā uero L. Rufus de qua etiam gloriari solitus erat: plagā inflixit. Et alii uero circiter. xxx. mactati: fustibus & lapidibus omnes: ferro autē nemo. Hanc primam post exactos reges contentionem fuisse tradunt: que sanguine & cede ciuiū finiretur. Nam alias quidē nec paruas neq; paruis de rebus agitatas: ita transegerunt: ut cedere magis inter se metu quidem plebis senatus plebs autem pudore ac reuerentia patrum quam certare uiderentur. Et in hac ipsa contētione facile cessurus uidebatur Tyberius: si uerbis & auctoritate eū flectere perrexissent. Et certe primo impetu in ipsum facto perfacile cessit: absq; pugna & uulneribus resistendo illatis. sed ira potius atq; odio locupletum q̃ ob eas que iactabantur causas perpetrata cedes Tyberii uidetur fuisse: cuius magna fuerit coniectura: quod in ipsum etiam mortuum crudeliter seuierunt. non enim tolli corpus nec fratri uel ad nocturnam sepulturam postulanti concesserunt: sed in Tyberim unacū aliis cadaueribus proiecerunt. Nec finis hic erat: sed amicorum ac familiarū eius: alios in dicta causa in exilium pepulerūt: alios captos durissime trucidarunt. inter quos C. Villius in culleo cum anguibus insutus necatus est. Necatus etiā Diophanes rhetor. At Blossius cumanus Tyberii familiaris ad Cōsules perductus; cum de rebus gestis interrogaretur se Tyberii iussu cūcta

fecisse respondit . Ad hęc Nasica : quid si te Capitoliū incendere Tyberius iussisset an id quoq; fecisses ? Nunq̄ iussisset hoc inquit : sed si iussisset paruissem . nam pro utilitate populi R . nec aliter unq̄ erat iussurus . Hic Blossius tūc euadēs in Asiā ad Aristomicum fugit : rebusq; Aristomici deinde profligatis : sibiipsi mortem consciuit . Post mortē Tyberii ut plebis dolor leniretur : senatus diuisionem agro-rum impugnare destitit : permisitq; ut loco Tyberii alium eligerent ad agros diui-dendos : Electus est igitur P . Crassus gracchorum affinis . filiam enim Crassi C . gracchus uxorem habebat : quanq̄ tradit Cornelius nepos non Crassi , sed Bruti qui de Lusitanis triumphauit filiam C . graccho nuptam fuisse : sed plures ita tra-dunt ut modo diximus . Sed cum grauis plebi foret Tyberii mors : & iam uin-dicta accusatoresq; contra Nasicam pararentur : solicitus de salute Nasicę senatus : liberam sibi legationem in Asia decreuit . non enim obscura erāt populi R . odia sed clamabant obuii maledictisq; incessabant , tirannum cede tribunitia fędatum pollutumq; & inexpiabilem uocitantes . Nasica igitur quanq̄ maximo sacerdo-tio illigatus : tamen ea de causa italiam dimisit : ac ubi in Asiam peruenit : haud multo post circa Pergamum interiit . Ne mirum si usq; adeo Nasicā oderat po-pulus R . cum Scipio ipse Africanus : sūma alias gratia fretus : parum abfuerit : quin omni beniuolentia & caritate populi R . destitueretur : quod apud Numan-tiam cęde Tiberii nuntiata sibi . Carmen Homeri pronuntiauit in hanc sententiā : sic pereāt alii qui talia facere pergent . quodq; postea in contione rogatus quid de morte Tiberii sentiret : non placentem dedit responsionem . ex quo factum est ut plebs illi contionāti obstreperet : quod antea fecerat nunq̄ . & ipse ad maledicta in plebem irritatus est . de quibus in Scipionis uita sigillatim diximus . C . autē gracchus : siue inimicos ueritus siue ut inuidiā illis accumularet : statim post mortem Tiberii fratris : omisso foro : se in otium tradidit : quasi & tunc misere : & in futurū abiecte uitam acturus : ut etiam quibusdam de se pręstaret sermonē quasi ea damnaret quę Tiberius gesserat . Erat autem per id tempus admodum adolescens . Nam Tiberium constat ante trigesimum ętatis annum interisse : quo ut supra diximus nouem annis Caius minor erat . Sed procedente tempore cum mores in eo graues : & a pigritia , mollicie , auaricia , uoluptatibus alieni appare-rent : facultasq; dicēdi ad remp . comparata statim creditum est illum nequaq̄ in posterū quietē acturū . Nam in defensione cuiusdam amici sui Vectii nomine : ita excelluit ut cęteri oratores nihil a pueris differre uiderētur . multitudoq; eo di-cēte mirabili lęticia plausuq; exultaret : Quibus rebus perculsa nobilitas : multa iam inde agitare cępit : & ante prospicere : quēadmodū efficere posset ne C . grac-chus tr . pl . crearetur . Forte euenit ut questor in Sardinia cum Horeste Consule nauigaret : id enim munus Caio sorte impensum : inimicis eius gratum fuit : sibi uero non ingratum : utpote qui nosset nō inferiorem se bello esse q̄ in foro . Prę-terea adhuc rostra suggestumq; perhorrens : nec plebi amicisq; rogantibus dene-gare suam operam uolens : omnino profectionem illam libenter suscepit . Atqui opinio magna optinuit C . gracchū sūmum & absolutum uisse popularem : mul-toq; in ea iudicio populi Tiberium fratrem anteisse : quod uerum non est . sed necessitate potius cōpulsus q̄ iudicio animi se ad remp . cōtulisse uidetur . Scribit Cicero orator C . graccho . omnes magistratus repudianti & in ocio uiuere cupi-enti . fratrem Tiberium in somnis uisum dixisse : quid tardas Cai ? nulla est fuga

ſed ambobus unam uitam & unam mortem pro populo R. certantibus fata ſta-
tuerunt. Cum uero in Sardiniam ueniſſet: ibi omnifariam uirtutem oſtendens:
audacia quidem in hoſtes: iuſticia in ſubditos: beniuolentia & obſeruantia erga
conſulem: cęteram iuuentutem: temperantia autem & induſtria etiam ſeniores
anteibat. Vehementi atq; peſtifera hieme exercitum opprimente: cum Conſul a
ciuitatibus ueſtem militibus peteret / & ille miſſis ad ſenatum legatis ſe a pręſtati-
one ueſtium excuſarent: nec aliunde ueſtiendi exercitum facultas conſuli permitte-
retur magnoq; ob eam rem milites afficerentur incõmodo: adiens ciuitates Caius
effecit ut ipſe ſponte ſua ueſtem exercitui donarent. Ea Romę nuntiata: cum po-
pularis gratię uiderentur initio ſenatum turbauit. & prius quidem ex Libia ue-
nientes Micipſe legati: ingrate accepti fuerant a ſenatu: quod dicerent Micipſam
C. gracchi gratia frumentum in Sardiniam miſiſſe. Vt igitur gracchum diutius
in Sardinia detinerent: ut militibus ſucceſſores mitterentur. utq; Horeſtes cõſul
in Sardinia remaneret: decreuerunt. ut ſic Caius quoq; remanere compelleretur.
Sed ille re intellecta ſtatim ob iram: e Sardinia nauigauit: Romęq; ex improuiſo
conſpectus: non ſolum inimicis uerumetiam amicis reprębenſionis cauſam ad-
uerſus ſe pręſtitit: quod contra maiorum exempla queſtor ante conſulem e pro-
uincia deceſſiſſet. Attamen cum de ea re apud cenſores accuſaretur: oratione ha-
bita ſic mentes omnium mutauit: ut magis iniurias paſſum iudicarent. duodeci
ſe annos militaſſe oſtendit: cum lex cęteris decem in neceſſitatibus diffiniat. Que-
ſturam per trienniũ geſſiſſe: cum lex finito anno reditum queſtori permittat. Se
unum plenos loculos pecuniarum extuliſſe: uacuos reportaſſe: cum alii potato
quod extulerant uino / plenas auro atq; argento amphoras reportarint. Poſt hęc
rurſus accuſatus eſt: quaſi particeps flagelliane coniurationis: in qua cauſa cum
omnem ſuſpitionem a ſe repuliſſet: purumq; & inſontem eſſe conſtaret: ſtatim tri-
bunatum petere pręparauit. In quo licet uniuerſa nobilitas ipſum oppugnaret:
tamen multitudo tanta in urbem ex italia confluxerat: ut domus tectaq; deeſſent:
nec turbam capere comitium poſſet: ex tectoriiſq; atq; tegulis ſuffragia pręſta-
rentur. Hoc dumtaxat conando aſſecuta nobilitas eſt: ut non primo quemadmo-
dum ſperabat: ſed tertio loco tribunus crearetur. Poſtq̃ tribunatum iniit: ſtatim
primus omnium collegarum apparuit: nam eloquentia ęgregie prędıtus: & ob
ea quę paſſus fuerat acer / & audax / ex quacunq; cauſa in comploratıonem Tyberii
fratris ſermonem traducebat: commemorans quę tunc facta fuiſſent: atq; deinde
oſtendens / maiores contra Faliſcos bellum intuliſſe / quod Genutium quendam
tribunum plebis iurgio inceſſiſſent. Et. M. Vectium ultimo ſupplicio affectum:
quod tranſeunti per forum tribuno plebis de uia non ceſſiſſet. At iſti inquit ſpe-
ctantibus uobis Tyberium mactauerunt: & per mediam urbem tractum ex Ca-
pitolio in Tyberim proiecerũt. Amici quicũq; capti: ſine iudicio necati ſũt. Atq;
more maiorum ſiquis capitali iudicio accuſatus non ueniat ad ſe defendendum:
tamen eum domi ante ianuam conſiſtens Nomenclator tuba citat. nec ante con-
tra ipſum fertur ſententia. ita caute & diligenter maiores noſtri iudicia moderati
ſunt. His ille uerbis multitudine concitata. & erat quidem magnę uocis / & in
dicendo firmiſſimus duas tulit leges: alteram ut qui magiſtratu per populum
remotus eſſet: facultatem alterius magiſtratus ineundi non haberet. alteram ut
ſiquis in magiſtratu conſtitutus ciuem Romanum ſine iudicio necaſſet: in eum

populi animaduersio foret. quarum altera. M. Octauius qui Tyberio rogante tribunatū dimittere iussus fuerat notabatur. altera ī Popiliū q̄ prętor amicos Tyberii in exiliū pepulerat/ iudiciū parabatur. Sed Popilius statim per fugam sibi consuluit. Octauium uero ipse Caius ob Cornelię prçces seruauit lege abrogata. Nec ingratū fuit populo. R. cū diceret in cōtione/ se Cornelię matri prçcāti salutē Octauii concessisse. Nec sane ipse Cornelia minus ob uirtutem filiorum quam ob memoriam Africani patris: a populo. R. colebatur: cui etiam cum postea statua decerneretur. sic scriptum est. Cornelię gracchorum matri. Narrantur autem multa uenuste & oratorie de Cornelia matre: a Caio dicta aduersus quēdam inimicorum. Tu inquit Corneliam uituperare audes: quę Tyberium peperit: Cūq; inimicus ille de mollicie notaretur. Qua ratione inquit te cum Cornelia cōparas: An tu peperisti ut illa? Atqui nemo ciuis ignorat diutius illam sine uiro fuisse q̄ te uirum. Multa huiusmodi ex orationibus eius sūmi possunt: in quibus mordacitas uerborum apparet. Leges prçterea tulit populares aduersus potentiam senatus. Veluti de coloniis deducēdis. de uestibus publice militibus dandis sine stipendiorum diminutione. De minoribus decem & septem annis ad milicia nō cogendis. Tulit & de suffragiis sociorum: pares italos & ciues constituens. Tulit & frumentariam legem de annona pauperibus assignanda. Tulit de iudicibus deligendis. Nam cum soli antea senatores iudicarent: ob eamq; rem a plebe timerentur: trecentos ex ęquestri ordine iudices adiecit: parem senatoribus numerum statuens. Hęc lex potētiam senatus magna ex parte prçscidit. atq; in ea lege ferenda & alioquin ęgregie diligentia usum ferunt. & primum omnium qui ante se fuerant ita contionatum: ut non ad senatum & comitium ut mos erat: sed ad forum conuersus persisteret. quod postea semper in dicendo seruauit. Atqui ex hac parua re: magna in re publica mutatio oriebatur/ traducta dignitate ad populum/ quasi non de senatu sed de populo. R. is qui oraret cogitare deberet. Cū uero plebs non solum eam legem susciperet/ uerumetiam Caio potestatem daret: ut ex ęquestri ordine quos uellet iudices eligeret: tunc quasi regia suffultus potentia: etiam a senatu in dicendis sententiis obseruabatur. Quotiens uero sententiā dicebat: semper aliquid decorum ac prçclarum deferebat. Quale fuit decretum eius de frumento a Fabio misso. Fabius enim pro prętore ex Hispania frumentū transmiserat. At Caius senatui persuasit prçcium ciuitatibus reddendum esse: Fabiumq; comprębendendum: ut grauem prouincialibus & nimis dure imperantē Ex quo senatus consulto: magnam senatus laudem assecutus est. Decreuit etiam colonias deducendas: uiasq; muniendas: rem frumentariam procurandam. atq; his omnibus dum agerētur: ipse magistratum gerens indefesso studio ac necubi deficiens prçerat. tanta ac tam mirabili uigilantia & celeritate ut ad singula dūtaxat uideretur intentus. adeoq; ipse unus omnia obibat: ut etiam acerbissimi inimici obstupescere cogerentur: uirum per omnia efficacem atq; inuictum. Delectabat uero populum. R. ipsius aspectus. Semper enim illum turba ingens sequebatur: operariorum: fabrorum: legatorum: magistratuum: militum: studiosorum: quos omnes benigne alloquens & in humanitate grauitatem conseruans: seq; unicuiq; illorum decenter impertiens: calumniatores ostendit eos qui se ut superbum aut inhumanum criminabantur. Maxime uero diligentem circa uiarum procurationem se prçstitit: tum utilitatis causa tum etiā ornatus. Rectis

quidem regionibus uias deduxit. & eas partim lapide incusso strauit: partim
harenę muniuit aggeribus: iniqua adequans: & quantum ualles torrentesq; ab/
rumpebant: pontibus ęquali altitudine ac procliuitate coniungens: pulcherri/
mam operis speciem ostendit. Dimenso preterea uiarum spacio: singulis miliariis
est autem miliarium paulominus q̃ octo stadia: columnas lapideas spacii signa
pręferentes constituit. Alios insuper lapides parum inter se distantes ex utraq;
uiarum parte disposuit: ut ex illis faciliter & sine saltu in equos esset ascensus. Ob
hęc cum a populo R. laudaretur: omniaq; condere se paratum ostenderet: dixit
in cõtione se pro his rebus gratiam petiturum quę si concederetur sibi: pro sũmo
beneficio acciperet: si negaretur non grauiter ferret. Hęc uerba expectationem
dederunt quasi consulatum petere uellet. Instantibus igitur consularibus comitiis
cũctisq; in expectationem adductis: prodiit gracchus in campum unacũ amicis
C. Fannium ad consulatum petendum adducens: pro eoq; rogans: designari
consulem fecit. Ipse uero gracchus tribunus plebis secundum creatus est: plebe
id iubẽte sine ulla ipsius petitione. Sed cum animaduerteret senatum sibi infensũ
Fannium uero consulem ob id ipsum minus potentem: quod sibi amicus puta/
batur: rursus aliis legibus promulgatis animos plebis suscitauit. Colonias Ta/
rentum atq; Capuam mittendas: & latinos in communionem ciuitatis uocãdos
decernens. At senatus metuens ne omnino inexpugnabilis fieret gracchi potẽtia:
nouum & inusitatum remedium adinuenit. Vt enim studia hominum ab illo di/
uerteret: multa contra bonum ęquumq; plebi concedere decreuit per hunc modũ.
Erat Liuius Drusus collega in tribunatu uir claro loco natus: & ingenio: elo/
quentia: diuitiis plurimum pollens. Huic senatus persuadet: ut una secum ad/
uersus Caium insistat: sine ulla plebis offensa. sed ea plebi ministrãs pro quibus
aduersus eam resistere pulchrum esset. Permittens igitur tribunatũ suum Drusus
arbitrio senatus: leges tulit: nec prętclarum aliquid nec fructuosum reip. conti/
nentes: sed unum dumtaxat agentes. ut C. gracchus uoluptate & gratia apud
plebem superaretur. In qua re seipsum arguit senatus | non res a Caio gestas
moleste ferre: sed personam eius oppugnare uoluisse. Nam duas colonias decer/
nenti restiterunt: quasi populum exhauriret. Liuio autem duodecim colonias
& tria milia ciuium in singulas earum deducenda censenti libentissime assenserũt.
Et rursus graccho pauperibus agrum diuidendi & pensionem reipublicę ob id
soluendam censenti: quasi gratiam plebis aucupanti aduersati sunt. Liuius autẽ
etiam pensionem remouens eis placebat. Caius paria suffragia latinis concedens
senatum offendit. Liuio autem ne liceret quenq̃ latini nominis in exercitu fla/
gellis cędi: legem ferenti auxiliati sunt. Illud tantum utilitatis in rebus Liuii fuit
quod quotiens de iis rebus ad populum ferret: prędicebat se ea dicere ex con/
sensu & approbatione senatus: quę res populum in gratiam senatus reducebat:
antiquarum contentionum deleta memoria. Maxime uero Liuio profuit: ad
auctoritatem & gratiam quod nunquã proprię commoditatis causa legem tulisse
apparuit. Nec deducendis coloniis pręesse uoluit: sed alios pręfecit. Nec pecu/
nias tractauit cum ipse Caius pleraq; eorum quę decernebat per seipsum exeque/
retur. Post Rubrio quodam gracchi collega referente | cum plebs sciuisset ut
Carthago a P. Scipione nuper euersa restitueretur: & forte Caio euenisset ut ea
de causa in Lybiam nauigaret: etiã maior tunc Drusus per absentiã Cai factus:

maxime Fuluianis creuit calumniis . Erat enim Fuluius C . gracchi familiaris :
& in diuisione agrorum collega : uir seditiosus & senatui inuisus : nec plebi carus
propter suspitionem quod fama erat socios ad defectionem solicitasse . Quibus
sine probatione argumentoq; iactatis : ipse Fuluius fidem non sani neq; quieti
animi ostendebat . Ea res gracchi potentiam minuit : ut illius inuidię socii . &
cum Scipio Africanus subito defunctus esset : signaq; nonnulla plagarum & ui-
olentię ut in eius uita scripsimus : in ipso mortuo apparerent : maxima de Fuluio
suspitio fuit : utpote inimico & ea ipsa die contra Scipionē publice inuecto . At-
tigit uero etiam C . gracchum ea suspitio . ac tam graue facinus in sūmum uirum
& principem ciuitatis perpetratum : non modo ultione : sed redargutione etiam
caruit : quoniam plebs solicita de salute gracchi ne ille forsan particeps necis in-
ueniretur : iudicium dissoluit . Sed hęc prius facta erant . In Libia uero dū Car-
thaginem quam Iunoniam appellauit : gracchus restituit : permulta impedimēta
a genio loci tradunt opposita . Nam primum signum ui uentorum correptum :
cum signifer ualide resisteret | fractum est & sacra altaribus imposita surgens pro-
cella dissipauit . & extra terminos designate urbis abiecit . ipsos pręterea terminos
lupi inuadentes ac turbātes longe detulerunt . Attamen gracchus omnibus con-
structis atq; ornatis : septuagesimo die postq̃ Roma discesserat in urbem reuersus
est . Audita Drusi aduersus Fuluium in sectatione & rebus urbanis pręsentiam
eius efflagitantibus . Nam L . Opimius uir potens in senatu : uir prius in peti-
tione consulatus succubuerat . C . graccho Fannium in comitiis pręferente : tunc
iterum petens | multis adiuuantibus si consul fieret potentiam gracchi : quę iam
quodāmodo consenuerat : ob multitudinem ad gratiam plebis ipso concedente
senatu rempublicam gerētium depositurus uidebatur . Postq̃ igitur Romam re-
diit : quo popularior foret : ex palatio ubi prius habitabat ; in locū foro propin-
quum ubi complures egeni & tenues ex plebe homines habitabāt : immigrauit .
Deinde cum alias promulgasset leges : ob quas frequens concursus ad eū fiebat .
senatus Fannio consuli persuasit . ut omnes preter urbanam multitudinem urbe
depelleret . Facto igitur per preconem mandato | duro quidē atq; insolito | ut nul-
lus ex sociis atq; amicis populi ro : per eos dies Romę adesset : opposuit Caius
edictum per quod consulem quidem reprehendebat : sociis autem si manerent
opem se laturum aduersus insolentiam consulis pollicebatur : quod tamen non
fecit . Nam cum cerneret quendam ex hospitibus ac familiaribus suis per appa-
ritores consulis trahi : permisit nec restitit : siue uiribus suis diffisus : siue ut ipse
inquit nolens principium pugnę cupientibus aduersariis pręstare . Et forte eue-
nerat : ut collegas etiam suos per id tempus haberet infensos ex huiusmodi causa .
Futurum erat in foro gladiatorum spectaculum : & magistratuum pleriq; cōstru-
ctis circa forum ad spectandum locis | ea mercede locabant . Hęc loca Caius per
edictum purgari iussit . ut plebs spectare sine mercede ualeret . In quo cū sibi non
pareretur expectata pręcedēte certamē nocte : cōstructiones ipsas per operarios &
fabros suos demolitus : uacuū ad spectandū multitudini locū ostēdit . Quod fa-
ctum ut plebi gratū fuit : sic collegas ab eo tanq̃ agresti superboq; alienauit . atq;
ex ea re tertium tribunatū creditur amisisse : suffragiis quę plurima pręstabantur :
maligne & fraudulenter per collegas occultatis . Sed hęc nō satis clara sunt . Tulit
uero hāc repulsam grauiter & iniquo animo aduersus inimicos ridētes insolētius

q̃ par erat inclamauit : eos Sardonium risum ridere : ignaros q̃ magnis tenebris
ex suis actis circumfundantur . Cum autem Opimius consul factus : multas ex
legibus a Caio latas abrogaret : & Carthaginem in alium locum transferendam
decerneret : atq; ea faceret : ut Caius irritatus : necis suę occasionem prętaret.
primo tempore tolerantiam habuit : sed ubi familiares amiciq; & in primis ipse
Fuluius incitare eum cęperunt : contracta multitudine aduersus consulem resistere
statuit . ad quam rem tradunt matrem Corneliam ipsum adiuuasse : latenter mul/
titudine conducta ex agris in urbem sub messorum specie transmissa ut in ipsius
Cornelię epistolis ad filium sub enigmate scriptum legitur : licet tradant nonnulli
Cornelia repugnante hoc a Caio factum . Quo die Opimius de abrogandis le/
gibus erat relaturus : prima luce ab utrisq; Capitoliũ occupatur . Ibi dum con/
sul sacra fecisset : minister quidam Antyllius nomine : intestina asportans illis qui
circa Fuluium erant dixit . Cedite bonis ciuibus mali ciues . & adiungunt qui/
dam ipsum in obscenam figuram brachium nudum simul his dictis per iniuriã
ostendisse . Hic ergo statim occiditur : magnis stilis ea de causa ut dicitur com/
paratis . Ea cędes populum quidem turbauit : ducum uero ipsorum uaria mẽs
fuit . nam Caius quidem indoluit : & eos qui id fecerant reprehendit . Opimius
uero quasi occasione parta ad ulciscendum suos cohortatus est . Imber ea die cer/
tamen diuisit . Postridie uero summo mane consul senatum in curiam uocauit.
Atq; dum ibi de republica agitur : quidam ut ordinatum erat : Antyllii corpus
feretro impositum cum planctu & lamentatione in forum secus curiam ipsam de/
tulerunt . Simulante consule id se admirari . senatus progreditur . positoq; in me/
dio eorum feretro : ueluti super magnum patres inclamant . At multitudinem
indignatio habebat : quod Tyberii gracchi tribuni plebis in Capitolio nuper oc/
cisi corpus in Tyberim proiectum fuerat : ministrum uero Antyllium qui & si
non iure necatus esset : iustas tamen pręstiterat irarum causas . in foro circumfusi
senatores populi Romani deplorarent : eumq; ostenderent ad necem reliquorum
ciuium : qui plebem Romanam defendebant . Senatus post hęc in curiam re/
ductus decernit : ut Opimius consul uideat ne quid respublica deerimẽti capiat .
Ille statim iubet ut senatus arma capiat : utq; equites Romani singuli binos ser/
uos cum armis postridie adducant . At Fuluius contra se parare : & plebem col/
ligere incepit . Sed gracchus ipse foro abiens iuxta patris gracchi statuam con/
stitit : atq; eam diutius cum silentio intuitus : tandem flens suspiransq; discessit .
Ob hoc multi ex plebe homines in commiserationem adducti : ac seipsos casti/
gantes quod hominem derelictum proditumq; paciantur : prosecuti custodię
causa circa ędes eius pernoctarunt : non potationibus & clamoribus intenti : ut
ii qui circa Fuluium excubabãt . Nam illi ebrietatibus & tumultu noctem transe/
gerunt : ipso Fuluio in primis lasciuiente : & contra ętatem suam multa dicente
agenteq; . At apud gracchum nihil simile : sed tanq̃ in publica calamitate męsti
& futurum spectãtes : partitis uigiliis excusabant . Albescente igitur die Fuluius
uix ex somno propter uiolentiã excitatus suos armat spoliis Galatarũ : quę domi
suę ex triumpho supererant . Ac subito minaci clamore in Auentinum montem
euadit . Caius uero nec armare quidem se uoluit : sed tanq̃ in forum iturus toga/
tus processit : paruo dumtaxat accinctus gladio . Exeuntem domo uxor in uesti/
bulo prosecuta : atq; altera manu natum tenens : altera uirum apprehendens

ĩquit. Non te Cai nunc in rostra tribunum plebis & legum latorem transmitto: nec ad bellum gloriosum in quo & si aliquid accidat aduersi: saltem honestum mihi luctum relinquas: sed Tyberii fratris tui interfectoribus te obicis inermem. recte id quidem ut patiaris magisq̃ agas. Vicerunt enim peiora: ui & ferro iuditia peraguntur. Si apud numantiam frater tuus occubuisset. at corpus ad sepulturam reddidisset hostis. Nunc autem & ego fortassis fluuio quodã aut mari te prosequi compellar: obsecrans an sicubi in his tuũ corpus appareat. Quid enĩ aut diis aut legibus quis credat post Tyberii mortẽ? Hęc deplorãtem Liciniam dissoluens sensim a complexu Caius: unacũ amicis silens ire perrexit. At illa uestem eius capere gliscens solo procubuit semianimis: donec ministrorũ manibus sublata: ad Crassum fratrem delata est. Fuluius ubi omẽs in unũ conuenerunt: uoluntatem gracchi secutus: iuniorem filium cum Caduceo in forum transmisit. Erat hic adolescens ęgregię formę qui cum honeste ac decore cum lacrimis de concordia ad senatum & consulem locutus esset: ac plerisq; eorum qui aderant ad concordiam flecterentur: Opimius consul non nuntiis inquit senatui persuadendũ sed descendendum ex Auentino ac se iudicio senatus ut obnoxios ciues subiciendum esse: atq; ita ueniam postulãdam. Et simul adolescenti edixit: ut uel cum iis rediret: uel omnino non rediret. Caiũ itaq; tradũt uoluisse in forũ descendere: ut senatui loqueretur: sed cũ id cęteri non probarẽt: rursus adolescens a Fuluio cum mandatis haud dissimilibus remissus est. At Opimius pugnandi auidus: puero statim in custodiam tradito: contra Caium & Fuluium profectus cum multitudine armatorum & sagittariorum Cretensiũ fertit aduersarios ac perturbat. Factaq; exinde fuga Fuluius in quoddã balneũ sese cõiecit: ac paulopost deprehensus unacum maiori filio occiditur: Caium uero nullus ea die pugnãtem conspexit: sed ea quę gerebantur permoleste ferens: in templum Dianę se retulit: manusq; sibi ipsi afferre cum uellet: a Licinio & Pomponio fidissimis familiaribus suis prohibetur. Hi nanq; pręsentes gladium ademerunt: & ad fugam cohortati sunt. In quo loco dicitur Caius in genu procumbens & manibus ad deã tendẽs pręcatus fuisse: ut populus R. pro tãta ingratitudine ac proditione nunq̃ a seruitute eximeretur. Palam enim cuncti ipsum deseruerant: q̃primum fuit eis per pręconem impunitas si inde discederent: concessa. Fugientẽ ergo Caiũ aduersarii persecuti cum iuxta pontem ligneum iam assequerentur: familares duo quos supra memoraui illũ procedere ac maturare fugã iubent: ipsi uero in ponte ipso ruentibus aduersariis se obicientes: non prius quenq̃ transire permiserunt q̃ ipsi pugnantes occisi sunt. Cum Caio seruus unus aufugerat Philocrates: At cum uniuersi certatim eum ad fugam hortarentur: nemo tamen auxiliũ pręstaret: nec petenti equũ quisq̃ concederet: & iam aduersarii adessent. pręripit ille se in sacrũ deorũ nemus: ibiq; occiditur per manus Philocratis serui: qui primo dominũ / deinde seipsum peremit. Quanq̃ tradũt nonnulli ambos in manus inimicorum uiuos peruenisse: sed seruũ dominũ complexum non prius diuelli potuisse q̃ ipse cęderetur. Caput gracchi tradũt abscissũ: primo ab alio. deinde ab amico quodã Opimii Septumuleo nomine per uim ablatũ. nam promissum erat in principio pugnę: ut qui Cai & Fuluii capita referret: ęquũ auri pondus ex publico acciperet. Relatũ est igitur a Septumuleo pilo trãsfixũ: statera deinde impositũ: librarũ decem & septẽ ac dimidię pondus traxit. Septumuleo improbe machinato. nam

detracto cerebro plumbũ infuderat. Qui uero Fuluii caput retulerunt: erant nãq̧ ex tenuioribus nihil omnino reportarũt. Corpora Cai & Fuluii & aliorũ omniũ: circiter enĩ tria milia cęsa fuerant in Tyberim proiecta: bonaq̧ eorum publicata. Edictũ est mulieribus ne lugerẽt. dos Licinię uxori adempta. Crudelissimi uero omniũ in eo fuerantq̧ Fuluii iuniorẽ filiũ concordię sequestrem: quem paulo ante diximus a consule captum & in custodiam traditũ: cũ is nec in pręlio fuisset: nec manus aut arma intulisset: tamen post uictoriam acerbissime necauerunt: Super omnia tamen plebẽ afflixit templũ concordię ab Opimio constructũ. Iactatio enĩ quędam uisa est atq̧ superbia: & quasi de nece Romanorum ciuium triumphus. Itaq̧ per noctem sub ipsius templi Hypogrãmatę quidã scripserunt. Hunc uersũ. Opus uecordię templũ concordię facit. Hic tamẽ Opimius qui primus in cõsu-latu dictatoris potestate fretus est: quiq̧ supra tria milia C. gracchum & Fuluiũ flacchũ quorũ alter cõsularis & triũphalis: alter suę ętatis uirtute & gloria prin-ceps fuit: indempnatos occidit: furti crimine non caruit. Nam missus postea le-gatus ad Iugurthã Numidię regem: & pecunia corruptus cum sũmo dedecore in iudicio condẽnatus ĩfamis cõsenuit inuisus ac spretus a populo R. qui & si iuxta res ipsas perculsus mętu se cõtraxerat: tamẽ paulopost desiderium & beniuolen-tiam gracchorũ aperte ostẽdit. Nam & statuas illorum posuit celeberrimis urbis locis. & ubi illi occisi fuerant. sacella ędificauit: coluitq̧: & sacrificia quotidie in iis fiebant: procumbebatq̧ multitudo ut deorũ tẽplis. Ipsa etiã Cornelia mater dicitur & cętera omĩa quę fors attulerat: generose tulisse: & de sacellis ipsis dixisse dignas eorũ corpora sepulturas habere. Ipsa uero circa Misenos uitã duxit. ni-hilo de priore cõsuetudine ĩmutata. Erat ei ingens amicorũ multitudo: & ea de causa frequens hospitalitas. Nã & gręcia eruditi homines: & a cunctis regibus dona ferentes referentesq̧ nuntii domum eius frequentabãt. Fuit illi dulcissimũ patris Scipionis facta cõmemorare: mirabilisq̧ cũ de filiis loqueretur atq̧ illorum casus facta referret: indolẽtia. quasi fabulã quãdã rerum ãtiquarum enarraret. Vnde quosdam suspicari coegit: ne ob senectutẽ & doloris magnitudinẽ sensũ amisisset. Ipsos ni mirũ absq̧ sensu non intelligẽtes quantũ generositas naturę & educatio laudabilis prosit hominibus aduersus dolorẽ moderate perferẽdũ: quodq̧ fortuna aduersus uirtutẽ bona custodientẽ interdũ pręualet: sed in cadẽdo moderationẽ animi ferentis aduersa non aufert

PLURIMA CERNO TUAS AD NUPTIAS Leonelle princeps / frequētia / apparatu / ornamentoq; magnificas : dona simul & munera duci & afferri : pro amicorū & subditoꝝ caritate ac fide : quibus Astēsis pariter atq; Gonçaghę prosapie dignitas illustretur. Ego autem qui nemini tuoꝝ fide studio beniuolentia ī te cedo : licet fortunis facile superer : īmunis hoc tēpore esse non debeo presertim cū eoꝝ ad te mittendoꝝ prestetur occasio / quę non minoris / ut arbitror / q̃ superiora facturus esse uideare Illa nanq; usu uel minui / uel tractando conteri solēt. Verū nec ipsa quo frequētius utere : diutiusq; tractaris / eo latius crescere / firmiusq; durare. Illa pręterea semel profuerint / hęc perpetuo. Quod nam istuc tuum munus inquies? Duo illustres uiri? & rebus egregię patratis imperatores / plurimū decantati / Lysander & Sylla comes : quos ex athenis mediis tibi deduco : reliquoꝝ saltanciū & conuiuarum cętum nominis maiestate ornaturos : & facetiis exhilaraturos. Ipsos lubentius traduxi / quo illoꝝ quidem nomina ubiq; celebratiora : res autem ferme obscuriores erant propter superioꝝ seculoꝝ uel ignauiam / uel calamitatem uel utranq; : quibus tanta litterarū iactura importata est : ut nisi latina mendicemus ab gręcis cum alia per multa : tum clari quondā homines iaceāt in tenebris sit necesse. Quocirca ingentes utiq; chrysolore grates habendę sunt / laudesq; cantandę. Quorū beneficio industria studio & doctrina tot magnos homines ex obscuritate ad lucē e morte ad uitam / e silentio ad predicationē reuocatos intuemur. Nec uero te perturbet humanissime princeps : ꝗ īter cōmemorandum in hisce ductoribus aliqua facinora crudelitatis offendes : potissimū cum te sicuti corā : ita & scriptis qualiacunq; sunt meis ad māsuetudinē / placabilitatēq; omnia animare coner & incēdere ad quam cum tuo ingenio / tum studiis & magnoꝝ hominū imitatione pronus duceris : & quę tanti in principe & in eo qui excelso maiestatis gradu pollet momenti est : ut quisquis clementia ut tu insignitus sit : non solū deo proximus : sed etiam deus habeatur in terris. Magna quidem ea uirtus est : qua innocentiam defendas. Non minor autē illa qua & nocentibus ad uiam rectā reditū prebeas : captis succurras : infelicibus miserearis / legum duriciam lenias / ferrum cōpescas : iacentes subleues / supplicia mitiges / uitā dones. Accedit huic uirtuti primū laus gloria cunctoꝝq; beniuolentia uel tui ipsius testimonio. Nullus enim patri. F. unicus tanta pietate dilectus ullo tēpore filius fuit : q̃ tu clementię & humanitatis gratia subditis externis longinquisq; carus : quantā laudē ac pietatē a cunctis reportas cū eam te uocē usurpare audiunt? non oportere quenq̃ a sermone principis tristem discedere : quo fit ut sermone sis affabilis / accessu facilis / uultu amabilis : Verum enimuero crudeles ac probos illoꝝ mores perinde ac speculū : id circo tibi propono : ut bona cum inspectes / ad ea te conformes : uitia uero fugias & abomineris. fit enim ut in alienis personis turpitudinē acriore censura notemus : & execremur : quāobrem spartanos cum seruum in conuiuiis ebrium deprehenderēt

eum accitis filiis demonstrare solitos accepimus : ut ebrietatis ineptias deformita/
tem spurcitiasq; subtilius in mancipiis intuentes obhorrerent . Non absurde itaq;
Persius ut . Nemo inquit in se se tentat descẽdere nemo . Sed precedenti spectatur
mantica tergo . Cęterũ ne uestra demorer colloquia a me lõgior nõ suscipietur oratio

MARMOREA LISANDRI STATVA DEL/
phis inter uos extat | prope templi fores | densa cęsarie &
ritu ueteri promissa barba | generosum quendã in modũ .
Eam multi & quidem falso brasidę atheniensis esse ren/
tur propter inscriptum brasidę titulũ intonsi uere capitis
consuetudo non aliunde ut quidam arbitrantur : sed ab
institutis lygurgi ad lacedemonios peruenit quę dictitare
solitum aiunt eoꝝ qui honesta facie forent accedẽte coma
decorem magis augeri . At iis qui deformes essent ex ea
plus terroris inesse . Lysandri pater aristoclitus ex prosapia minime sane regia . Cę/
terum ex heraclidarũ genere natus esse dicitur . Lysander ĩ rei familiaris educatus
angustia sese patrię legibus obtemperantẽ sicut alter quispiam prębuit : nec minus
fortem & omni uoluptate superiorẽ nisi : si qua ex honore & rebus recte ac magni/
fice gestis efferebatur : hoc uoluptatũ genere adoloscentes superare spartana ciuitas
turpe nequaq̃ existimat . Pueros enim abineuntibus statim annis aliquo affectio/
nis stimulo ad gloriam duci uolunt : ut ita & uituperatos dolor angat & laudes
ad maiora prouehant : quem uero hęc ipsa non tangunt | aut permouent | ut ab
honore alienum & ad uirtutem omino socordem aspernantur & ignauum . Itaq;
Lysandro honoris cupiditas & contentionis studium ab laconica disciplina per/
mansit in natum . Quibus in rebus eius natura magnopere incusanda non est .
Ad colendos autem urbis primiores supra spartani hominis morem pronus ui/
detur extitisse : ad tollerandum insuper magistratuũ pondus uocante necessitate
facilis : quod ad rei ciuilis aptitudinem aliqui non mediocrem particulam faciũt .
Aristoteles cum malancholicoꝝ demonstret ingenia | ut Socratis ut platonis | ut
herculis | Lysandrum non statim . sed ętate iam grandiore in melancholiã incidisse
scriptum reliquit . Eius est maxime proprium ꝗ cum paupertatem moderate tu/
lerit : nullo in loco uictus aut corruptus pecunia | patriam tamen diuitiis & diui/
tiarum auiditate imbuerit : quam cum opes minime mirantẽ admirarẽtur omnes
eam intercepit admirationem | post Atheniense bellum ingentem auri atq; argenti
uim introducens : cum interim ne ullam sibi quidem dragmam reliquã faceret .
Dyonisius tyrãnus ingẽtis pretii ex Sicilia tunicas ad eius filias miserat : quibus
repudiatis . Vereor dixit ne per has longe deformiores appareãt . Non lõge post
ad eundem tyrannum missus eadem ex Vrbe legatus duabus ad se missis ab illo
stolis ut utram uellet filię deferendam eligeret . Illam ipsam melius delecturam
inquit : & acceptis ambabus abscessit . Postea cum peloponensium bellum diutius
duraturum uideretur : & Athenienses post acceptam cladem in Sicilia confestim
ex maris imperio eiectum iri in suspitionẽ uenissent . Nec multo post omnimoda

rerum desperatione laboraturos. Alcibiades ab exilio reuocatos & rerũ summe prefectus magnam adeo fecit mutationem, ut naualia certamina equatis iam uiribus constituerit. Pauore igitur lacedemoniis rursus iniecto, promptis animis ad id bellum recentes facti, & imperatore grauissimo & apparatu ualidiore indigere uidebãtur: ad maritimum imperiũ Lysandrum emittũt. Profectus ephesũ ciuitatem sibi quidem amicam & laconicas partes promptissime fauentẽ inuenit. Ceterum per id tempus infelicem & ne barbaricis persarum moribus efferaretur periclitatem: quippe cui lydia circumfusa, frequentes ĩmisceret cõuenas: & duces ibi regii diutius ocia contererent. Itaq; iacens ibi uallũ, & onerarias undiq; naues contrahens, magnũq; ad edificandas triremes apparatũ ordiens, ephesiorũ portus mercaturis, forum negotiationibus domos atq; artificia opibus lucrisq; refersit. Ex illo primum tempore ipsius amplitudinis ac magnificencie, qua ciuitas in presentia uiget ab Lysandro spes exorta est. Accipiens deinde regis filiũ Cirum sardis uenisse: ut in eius colloquiũ ueniret ascendit: simul & Tisaphernis crimina deferret. Cui cum edictum esset ut Lacedemoniis auxilio esset: ac ex mari Athenienses submoueret, remissior & minime prõptus uidebatur, quo alcibiadi morẽ gereret: & ad soluendam naualem potentiam tenuiter ac maligne necessaria suppeditabat. Cupiebat & Cyrus Tisaphernis operas uitio dari, & turpes de illo rumores dispergi. Cum propter hominis improbitatẽ priuatas secũ inimicitias exerceret: hisce decausis & aliis item rationibus: tum uero singulari cõsuetudinis comitate carus, & adolescentem magis alliciens eum ad bellum firmius animauit. Cyrus illum cum discedere uellet conuiuio accipiens, obsecrabat uel nullas eius liberalitates munificentiasq; repudiaret. Sed quicquid optaret explicare ac petere ut nullam repulsam habiturum. Excipiens Lysander quando quidẽ inquit Cyre tantum promptitudinis hebes: peto atq; hortor ut stipẽdio nautico unũ adiũgas obolum: ut pro ternis obolis quaternos captare liceat. Cyrus igitur hominis magnificentia delectatus ei decem daricorum milia dedit. Ex quibus additum nautis annumerans obolum, & splendoris plurimũ uendicauit: & breui tempore hostiles naues uacue fecit. Nam ad eos qui maiorem mercedem exhibebant frequentes cõmigrabant: quiq; manserant & segnes erant & seditiones agitabant, & mala ductoribus quotidie ingerebant. Lysander licet auulsis & detrimẽto affectis hostibus, nauali tamen pugna confligere ausus non est. Alcibiadẽ enim strenuũ & acrem uirum & nauium multitudine superiorem & ad uniuersa maritima & terrestria ad id tempus prelia inuictum reformidabat. Postq̃ Alcibiades esamo phoceam enauigans classis prefectum reliquit Antiochum. Antiochus habito quasi per contumeliam Lysandro factus audacior duabus aduersus illum triremibus in ephesiorum portum annauigat: & magnis risibus ac plausu insollenter usus, cursum preter nauale duxit. Id ferens indigne Lysander non multas ab initio triremes deducens insectari cepit Antiochum. Subinde ferentes auxilium conspicatus Athenienses, reliquas implet. nauali deniq; pugna conserta uictor Lysander quindecim captis triremibus tropheum erexit. Ea re ira concitatus in urbe populus Alcibiadem exilio multandum decernit: qui dehinc ab iis qui circa samium statiua habebant militibus ignominiose habitus: & male de se audiens in cheronensum ex castris nauibus profectus est: hanc pugnã licet re gesta nequaq̃ ingentem, fortuna ipsa per mortalium ora propter Alcibiadem uolitare

faciebat. Lysander ex urbibus accersitus Ephesũ: cum nõnullos audacia & spi/
ritu supra uulgus elatos cerneret, occulta seminabat initia: ut quẽadmodũ postea
factum est decemuiratum crearent & rebus nouandis intenderent: nec minus
solicitabat ac irritabat ut subtiliter conspirantes, sic rebus animos adhiberent ut
in destruendis Atheniensibus simulqꝫ ex urbibus expellendis illos per eorum pa/
trias potentiam uendicaturos intelligerent: horum fidẽ re ipsa quibusqꝫ prebuit:
amicos atqꝫ hospites ad imperia, ad res amplissimas, ad honores prouehens, proqꝫ
illorum auaricia uiolandi iuris & peccatorum adiutor & socius: quo circa omnes
illi mentem attendere. gratiosi in eum se uideri, illius desiderium prę se ferre, illo
uictore & imperium obtinente nihil non assecuturos sperare. Ea propter classis
prefectum Callicratidam, Lysandro succedentem ab initio uidebant inuiti: neqꝫ
sui mores imperii simplices quidem & dorico ritu ueros approbabant: cum po/
sterius dato de se periculo. Vir prestantissimus & iustissimus apparuisset. Cęterũ
huius uirtutem non secus ac in semidei cuiusdam statua pulchritudinẽ admirati,
illius studium in amicos caritatem & utilitatem queritabant. Adeo ut eo nauim
conscendente pre merore lacrimas effunderẽt: eos adhuc in callicratidam inuisos
magis reddebat, qꝫ ex argento etiam in nautas ab Cyro tradito quod reliquum
fuerat sardis remisit: eumqꝫ petere si uellet, & de alendo milite cogitare iussit. Ena/
uigaturus deniqꝫ illum testatus est, sese nauales ita copias tradere ut in potestate
mare habeant. At ille superbam & inanem hominis iactantiã redarguere uolẽs:
tu igitur leuorsum captata samo, & circa miletum nauigatione deflexa illic mihi
triremes tradito. Nam si maris potestatem habemus, hostem in samo cõmorantẽ
ut nauigãdo formidemus opus non est. Cui Lysander naues ipsę non meo qui/
dem inquit sub imperio, uerum sub tuo sunt. Quo dicto in peloponensum con/
tendit, magna perplexum ambiguitate relinquens callicratidam. Nec enim ullas
secum ex domo pecunias deferens accesserat: nec ex oppidis propter eorũ inopiã
ac tenuitatẽ tributa colligi patiebatur. Restabat igitur ut sicut Lysander fecerat:
euntes ad regias fores duces peterent: quam quidem ad rem uir ille ineptissimus
erat: qui ingenuus & animo excelso preditus omnem ex gręcis in gręcos cladem
honestiorem existimaret: q̃ barbaris adulari, & eorũ fores adire, qui pręter ma/
gnam auri uim nullum bonum habeant, urgẽte tamen necessitate lydiã ascendẽs
Cyri regiam petiit: referri iubens calicratidam classis prefectum cum eo collocu/
turum aduentasse: ei ianitore quodam dicente nũc Cyro o peregrine nequaq̃ oci/
um est: Ipse enim potat. Callicratidas magna quadam simplicitate respondit.
Graue prefecto nihil est. Ibi enim stans quo ad potet expectabo. Tunc rusticus
existimatus, & a barbaris dirisioni habitus abscessit. Secundo reuersus cum intra
fores non admitteretur, moleste ferens in Ephesum abiit: multa inprecatus iis
mala qui barbarorum deliciis illecti eos per opulentiam incontinenter lasciuire
docuissent: deosqꝫ presentibus testatus est, se q̃ primum spartam tetigerit, omnem
daturum operam, ut in gratiam gręci pristinam reuertantur: quo barbaris terrori
sint, & inmutuam cędem illorum potentiam implorare desinant. Verũ Callicra/
tidas pro spartana dignitate gerens animos cum ęquitate magnitudine ac forti/
tudine excellentissimis gręcorum par esset. Paruo deinde tempore nauali pugna
superatus in arginusis est deletus. Rebus retro ferri cęptis socii missa legatione
spartam classis ducem Lysandrum deposcebant: uti sub eo imperatore negotia

ardentius amplexuri . Eadem & Cyrus flagitans miſerat . Vetante uero lege his
eundem claſſis prefectum fieri |cum Lacedemonii more ſociis gerere uellent : prę/
fecturę quidem nomen arato impoſuerant : Cęterum Lyſandrum uerbo quidem
legatum . Re autem uera cunctorum ſumme preficiunt : plurimis igitur qui in
rebus publicis uerſabantur : & in eorum urbibus uehementer poterant dudum
exoptatus aduenit . Spes enim iniecta eſt eius opera ampliores illorum potentias
futuras |re omino populari diſſoluta . qui ſimplices ac generoſos imperatorum
mores amabant , Lyſandrum quotiens Callicratide compararetur uerſutũ cap/
tioſumq; cenſebant : qui res bellicas uariis tractans modis ipſam quoq; iuſtitiã
utilitate ãplificabat . Alioquin commodis ut boneſtate utens & uera mendaciis
non natura preſtantiori exiſtimans utriuſq; precium atq; honorem neceſſitate di/
finiebat . Quiq; herculis progeniem ſine fallaciis belligerare dignum iudicabant
eos irrideri iubebat . Quo enim leonis pellis non attingeret inſuendã eſſe uulpinã
huius generis ſunt quę in mileſios feciſſe dicitur : amicis atq; hoſpitibus popularẽ
potentiam ſeſe diſſoluturum eſſe promiſerat . Simulq; aduerſam factionẽ electurũ .
Mutatis interim ſententiis cum pacatis animis inimicitias depoſuiſſent aperto
quidem uultu & gratulari & conciliandis opẽ afferre ſimulabat : Clam uero con/
uitiis & maledictis ad inuadendam multitudinem inſtigabat . Vt autẽ inſurgea/
tium tumultum accepit e ueſtigio auxilium importaturus oppidum irrumpens :
quos rerum nouarum ſtudioſos habebat obuiã | grauiore tono uocis increpabat
& aſperrime perducebat |ut ſuplicium illis inflicturus : alios confidentiores eſſe
iubebat & eo preſente graue nihil expectaturos : hęc ipſa ſimulator tam uarie fin/
gebat : ne qui dominatione populari potentes erant euaderent . Sed circa urbem
reſidentes cęderentur : quod & euenit | ſiquidem uniuerſi fide Lyſandri dictis ha/
bita ſunt interfecti . Androclide ſermo memorię proditus eſt : per multã Lyſãdri
ad iuſiurandum leuitatem arguens . Is enim ut aiunt iubebat pueros quidem
aſtragalis : uiros autem iureiurando fallere : policratem ſamiũ tyrannũ imperator
non recte profecto imitans : haud enim laconicum : ſed contumelioſius eſt deis
ſicut & hoſtibus uti . Nam quiſquis abiurat |hoſtem quidem formidare deũ uero
negligere confitetur . Cyrus Lyſandro ſardis accerſito ut ei iuueniliter aſſentaretur|
ipſius gratia non nulla preſtare pręſe tulit : quedam ſubinde pollicitus : ſi pater
minime traderet uel domeſticam ſuppellectilem ſuppeditaturũ . Quod & ſi cũcta
defuerint aureum & argenteum ſecturum eſſe ſolium . Vnde populis ius dicere
conſueſſet . Deniq; in mediam ſuum profectus ad patrem | ciuitatum tributa illi
ſuſcipienda deſignauit : & eius fidei proprium cõmendauit Imperium : gratum
inprimis habens |& omni rogatu ab eo uehemẽter contendens |ne ſuũ ante reditũ
cum Athenienſibus nauali certamine dimicaret : aduenturum nanq; magna ſecũ
claſſem ex Cilicia & phoenicę ducentem . Lyſander cum neq; pari multitudine
pugnare neq; tot cum nauibus otioſus ſedere poſſet : non nullas in poteſtatem
redegit inſulas : ęginam quoq; ac ſalaminam adiens incurſationibus uexauit .
Dehinc deſcendit in agrũ Athenienſem : ubi ſalutato agide |quia decolia uenerat :
pedeſtribus copiis uires maritimas oſtendere uoluit : quibus maris dictionem
obtinebat . Tamen interea doctus inſectantes illum Athenienſes aduentare : alio
per inſulas curſu effugit in Aſiam . Deſtitutum offendens heleſpontum lampſa/
cenos aggreſſus eſt nauibus . Thorax quoq; pedeſtres ſimul expeditas muris

admouit copias urbem itaq; capiens ui prędā militi concessit. Attica uero classis centum & octuaginta triremium eo tempore penes eleuntem cheronensiū oppidū stabat in ancoris. Audita lampsacena clade confestim Sextū aduehuntur: inde frumentatum euntes ad ęgos idest caprę flumen, nauigant e regione hostiū adhuc circa urbem lāpsacum cum classe stationem habentium. Atticę classis & alii multi ductores erant & philocles qui populum induxit oratione sua ut captoꝝ ī pugna hostium dextere manus pollicē precīderent: ut cum hastam ferre nequirent remū tamē agitare possent. Eo die cessatū est a prelio. postridie, pugnam in ire sperantibus Lysander cum alia uersaret animo nautis edixit, & gubernatoribus: ut perinde ac circa diei ortum futuro certamine triremes conscenderent, & silētio fidētes & ordine edictum expectarent. Itidem & pedestres copias structas in littore conquiescere iubet. Exoriente sole Athenienses directis in hostem frontibus totam classem concitant. Quibus prouocantibus Lysander aduersas tenens proras frequenti bellatore completas intendentibus iam tenebris nō tamen se in altū eduxit Ad primas deinde naues scaphas submittēs ordine cōsidere & conquiescere iussit. & nullum edentes tumultum nullo pacto exire obuiam: hunc īmodum cum iam aduesperasceret concedentibus retro Atheniensibus nullum dimisit ex nauibus militem: nisi duas aut tres triremes: quę explorandi gratia misse descendentem specularentur hostem. Postero die tertio item & quarto idem factitatum est: ea res magnam Atheniēsibus iniecit audaciam atq; contemptum: perinde ac hostibus terrore compressis. Alcibiades interim nam his circa cheronensium suā intra arcem uitam trahebat ad Atheniensem equo peruectus exercituum duces increpuit: primumq; male & minime tuto castra in littoribus locassent: quę & statione carerent: & aduentorum impetus exponerentur. Deinde peccare illos q; e Sexto exercitui necessaria capiant: cū oportuisset mox postea q̄ nauigatione sextum circuissent intra portum aut urbem sese procul ab hostibus constituisse: qui sub unius ductu atq; auspicio imperatoris tantum in portu habeant exercitum: qui dato signo statim omnia ad timorem imperata perficiant. Quę cū edocuisset non modo non obtemperarunt: uerum etiam Tydeus contumeliose respondēs. Non tu quidem inquit, sed alii imperatores adsunt. Alcibiades igitur aliquam inter eos proditionē subesse suspicatus abscessit. Die quinto a nauigātibus rursū Atheniensibus & remeantibus ut consuerant summa cum negligentia parīq; cōtemptu. Lysander speculatoriis emissis nauibus, eorum prefectis imperat: ut cum primum egressos prospexerint Athenienses: retro omni celeritate remigēt. Cunq; medio in traiectu fuerint ęreum de prora clipeum attollant, irruptionis signum. Ipse interim gubernatores & triremium prefectos adiens prouocabat incitabatq; ut remiges & cōmilitones structos continerent. Signo dato omni promptitudine ac robore in hostes inferre. Sublato e nauibus clipeo epretoria naui tuba insonuit: in altum se subuehunt: & incursionem faciunt, peditatus in littore certatim aduolans promontorium petit: hoc autē intercedēs utriusq; continentis spatium quindecim stadiorum est. Id uero studio & promptitudine remigantium e uestigio corripitur. Conon Atheniensium imperator primus e cōtinenti annauigantem direpente classem prospiciens merore classis uexatus, uociferarii ut conscenderent: uocare alios obtestari, nōnullos coactos inferre. Dissipatis autem hominibus nihil studio proficiebat. Nam ut primi exierant statim

ut qui nihil expectabant aut in rebus emendis uersabantur : aut in agro deam/
bulabant/aut intra tentoria sopiti iacebāt : aut parandis prandiis incumbebant :
longe a futuri cogitatione per ducum imperitiam existentes : clamore ac strepitu
illatis iam hostibus . Conon octo sublectis nauibus in Cyprū ad Euagorā fu/
giens enauigauit . Cętere aut uacuę captę /aut non dū refertę confractę homines
inermes & dispersi cum auxilium ferrent ante naues cęsi : uel si fugam capescerēt
descendentibus in terram hostibus necabantur . Capta tria hominum milia cum
ducibus : & classis uniuersa cum ora maritima pręter naues quę cū Conone salu/
tem fuga compararunt . Inde religatis post se nauibus cum castra diripuisset .
Lysander cum tybiarum & peanis cantu Lampsacū reuertit : opus amplissimū
nimio labore conficiens : & una hora longissimum tempus & diuersissimū for/
tunisq & euentibus ultra superiora bella incredibile corripiens : q post infinitas
certandi formas & rerum gestarum permutationes cōplures q̃ antea grecię duces
cōsumpsit/& unius uiri consilio & grauitate trucidandos dedit . Quo circa non/
nulli hoc opus diuinitus factum existimauere . Castorem & pollucē in Lysandri
naue utraq ex parte extitisse : & quo tempore portum erūperet sydera clauo circū
luxisse asserentes . Quidam & lapidis casum ad earum rerum euntum prodigio
fuisse ferunt . Nam ut constans multorum est opinio : mire magnitudinis saxum
ad ęgos idest caprę flumen e celo delatum est : quod & ętate nostra ostenditur . Id
precipua religione prosequentibus cherronesi incolis . Anapagoram quoq pre/
dixisse traditur q eorum quę cęlo induta sunt corporum lapsu quodam & agita/
tione facta unius effracti casus futurus esset /& abiectio . Astra etiam haud eo in
loco esse /quo nota sunt . Nam cum saxea sint & grauia etheris quidem resistentia
& reflexione splendere . Cęterum per uim astricta trahi uertigine / ac circuitionis
tenore sicuti cum frigida & ponderosa ab rerum primordio secernebantur a toto /
ne huc deciderent / & continebantur . Alia quedam q̃ hęc credibilior est opinio
asserentibus nōnullis ut radiantes stelle nequaq̃ sunt ignis etherei fusio & distri/
butio in aere qui circa incensionem ipsam extinguitur : nec aeris in superiore parte
multitudine soluti successio & sic inflammatio : uerum cęlestium corporum iactus
& casus : uelut quadam tenoris inclinatione & motionis auersę ex agitationibus
delatorum : non ad habitatos terrę locos /sed plurimis exterius in mare magnū
excidentibus quo circa latent . Cęterum anauagore testis accedit . Damachus in
iis quę de religione tradit : q ante illius lapidis casum quinq ac septuagīta dies
assiduos corpus igneum eximię magnitudinis cęlo spectabatur /minime quietū :
sed multimodis perfractis agitationibus delatū : sicut abscisse auulseq ignis for/
mę motu & terrore passim perlate immodum radiantium stellarum fulgurant .
Postq̃ deiectum est saxum incole metu ac pauore sedato conuenere . Nullū ignis
aut opus /aut uestigiū cernunt : lapis alioquin grandis quidem iacebat . Cęterū
illius ignee figurę : & ut sic dixerī ambitus partem nullā habebat : q Damacho
discretis opus est auditoribus liquet . Seuerus est sermo /eos uehementer arguit
qui petram aliquo ex colle uentis & tempestatibus effractam dicunt . Inde more
turbinis derelictam ubi primum circumuoluens agitator ille destitit dissolutusq
est eiectā decidisse . Nisi forte quod multos per dies apparuit re uera ignis extitit .
Sed extinctum atq corruptum aeri mutationem in uentos motusq uiolentissimos
prebuit . A quibus ut saxum ipsum abiceretur obuenit : hoc scribendi genere

diligentius excutienda sunt. Lysander uero cum tria captiuorum milia morte
damnatos ad Collegiis intelligeret: philoclem eorum imperatorem accersens ro-
gauit, quanam se dignũ pęna censeret: cum talia ciuibus aduersus gręcos cõsilia
tribuerit? At ille nulla exparte ad calamitatem demissus, eos ne incusaret iussit:
quorũ nemo iudex adesset. At ea uictor ageret quę uictor passurus erat. Deinde
lotus splẽdida sumpta lena ante alios ciues ut uulgaretur processit: quẽadmodũ
Theophrastus scriptum reliquit: post hęc ad opida nauigans quoscunq; obuios
Athenienses haberet Athenas abire imperauit. Nulli se ueniam cõcessurũ quin
eos trucidaturum quos extra urbem offẽderet. Hęc uero idcirco faciebat & uni-
uersos intra urbem cõpellebat: ut cum in ciuitate fames cõfestim inualesceret
ac inopia: in obsidione nullas molestias exhiberent, per rerum copiam facilius
tollerantes. Destructis populis & rebus eorum publicis in singulas unũ dũtaxat
ac Lacedemonium gubernatorem dimisit. E societatibus autem quę per urbes
eius opera congruebãt decem ex suis prefectos imposuit. Nec ipsa & per hostiles
& per socias ciuitates peragens lentam nauigationem ducebat sibi grecię princi-
patum quodã modo instruẽs: haud enim primates aut locupletes ad prefectu-
ras designabat: sed in sodalitia & hospitalitates res ipsas gratiose cõferebat: ho-
noris ac suppliciorum dominos auctoresq; constituens. Cõpluribus etiã presens
cędibus & amicorum suorum inimicos ex urbibus eiciens iudicium haud sane
benignum de Lacedemoniorũ imperio gręcis exhibebat. Theopompus igitur
comicus delirare uisus est: qui cauponarum & uina uendentium muliercularum
similes Lacedemonios dixit: ꝙ cum gręcis libertatis gustum propiciassent acetũ
instillarunt. Illico enim molesta & acerba erat pregustatio: tum Lysander nullam
populis administrandarũ rerum auctoritatem permitteret: & paucis confiden-
tissimis quidẽ & cõtensiosissimis ciuitates manu & potentia tenendas cõmitteret.
In his non multo tempore moratus missis Lacedemonia legatis, nuntiat se cum
ducentarum nauium classe annauigare. Deinde circa terram Atticam se cũ agide
ac pausania regibus coniungit: ut e uestigio urbem capturus. Repugnantibus
uero Atheniensibus assumptis nauibus rursus traiciens in Asiam, cęterarũ plane
ciuitatum statum dissoluit. Constitutis decem uiris multis ubiq; iugulatis, multis
exilio mulctatis: uniuersis eiectis samiis ciuitates in exulũ potestate posuit. Ab-
repta subinde Atheniẽsibus sexto prohibitis habitare Sexianis, gubernatoribus
& nautarum hortatoribus agrum & urbem fruendam depascendamq; tradidit.
Quam ad rem refragati primo Lacedemonii sextianos in agrũ denuo reduxerũt.
Illa Lysandri opera cuncti iocunde spectauere gręci. Eginenses longo post tem-
pore suã recuperauere urbẽ. Melios & scicionios in propria restitutos domicilia
expulsis inde Atheniensibus & oppida reddentibus: audiens Athenienses in-
ualescente intra urbem fame male habere ad pireũ nauigat: ubi inductã necessi-
tate ciuitatem ad pacem imperata facere coegit. Opereprętium est Lacedemonios
audire dicẽtes Lysandrum ad Ephoros hoc pacto scripsisse. Captę sunt Athenę:
ad quem sic rescripserunt Ephori. Sat est cępi, hic ad decorem fictus est sermo:
uerax autem ab Ephoris decretum hunc ĩmodum se habet. Primores Lacedemo-
niorum decreuere pirrheo & longis murorum turribus eiectis. Vbi ex uniuersis
exieritis urbibus, uestram possidete terram, hęc ipsa cum feceritis pacem habete:
quę opus sunt exhibere. Remissis exulibus, de nauium multitudine quicquid

deliberatum fuerit facite. Athenienses theramene senatum habente hanc ab La-
cedemoniis acceperunt epistolam : quo tempore Cleomenem ab iuuene quodam
ex factiosis interrogatum fuisse tradunt. Num aduersus Themistoclem & dicere
& facere auderet muros Lacedemoniis tradere nequicq̃ reformidans : quos ille
inuitis Lacedemoniis altius edificauerat. Cui Cleomenes nihil aduersum The-
mistoclem inquit adolescentule facio. Nam quos ille muros ad ciuitatis salutem
edificauit : nos ad salutem diruemus. Quod simoenia felices ciuitates efficiunt :
infelicissimam esse spartam necesse erat : cum nullis septa sit męnibus. Itaqꝫ cum
Lysander uniuersis nauibus .xii. dumtaxat exceptis & muris Athenarũ potitus
esset .xvi. munichionis mensis : quo & penes salamnẽ nauali certamine barbarũ
deuicerant statim & de permutando reip : statu consilium agitauit : quam rem cũ
Athenienses aspere & contumacibus ferrent animis : misit qui denuntiarent fe-
difragam ab se ciuitatem esse deprehensam. Ipsam enim preterisse dies quibus
diruendi fuerant muri quos adhuc stare cernet. Alteram igitur in illos denuo
latam esse sententiam : ut qui conuenta dissoluerint. Sunt qui de ciuitate in serui-
tutem redigenda re uera sententiã inter socios propositã fuisse dicant : quo quidẽ
tempore thebanum eriamperthum auctorem extitisse : ut urbe diruta agrũ pecori
pascendũ relinquerẽt. Postmodũ coactis ad sodalitiũ ducibus : phocensis quidã
tibicem electram cantabat erupidis : cuius initiũ est. Tuas agrestes electra pecii
domos agamenonis gnata : ad cuius tantum fractis cunctorum animis misera-
bile uideri facinus eam uastare ac delere urbem. Cuius ĩmortalis extet gloria &
quę tam claros in lucem uiros extulerit. Lysander igitur Atheniẽsibus ad omnia
submissius inclinantibus permultas ex urbe uniuersas ex castris tibicinas accersit |
quibus iterum modulantibus muros a fundamentis eruit : & triremes cremauit :
ad tybiam coronatis intereaqꝫ ludentibus sociis : perinde ac dies illa principium
libertatis afferret. Confestim etiam reip : statum permutans triginta quidem intra
urbem .x. uero impireo prefectos instituit : presidium arci & callibium Lacede-
monium gubernatorem imposuit. Hic postea cum autolico pugili | cuius tẽpore
çenophontis conditum est simposium | sublata fusce plagam inflicturus esset. Is
eleuatis insublime cruribus pronum euertit hominẽ : quod cum Lysander minus
moleste ferret ipsum insuper redarguit callibium : his adiectis uerbis. Ignorare
callibi uideris ꝙ in liberos geris imperium. Paulo deinde post .xxx. ut callibii
gratiam inirent Autolicum occiderunt. Postea uero Lysander in Traciam ena-
uigans grandem pecuniam dona coronasqꝫ suscepit : compluribus ut par uidetur
ad eum conferentibus uirum sane potentissimum & quodammodo gręcie domi-
nantem. Ex quibus quecunqꝫ superuacanea fuerant per Gylippũ qui in Siciliã
ductarat exercitum Lacedemonam transmisit. Gylippus dissutis ut aiunt saculis
non mediocrem ex singulis pecuniam subducens denuo consuit ignorans inesse
unicuiqꝫ litterulas numerum significantes. Spartam itaqꝫ profectus cum ea quę
subduxerat domi sub tegulis clam occultasset : saculos Ephoris tradidit : sigilla
cõmostrans. At illi cum reclusissent dubitationẽ res afferebat : ꝙ argenti nu-
merus conscriptis dissonare uisus est. Seruus interim Gylippi ueniens factum
subambigue dicit : multas sub tegulis cubare noctuas. Eo nanqꝫ tempore ut
plurimũ Atheniensium gratia noctuę nummis insigniebantur. Gylippus igi-
tur post res ab eo preclare ac magnifice gestas turpe ac indignũ facinus adortus

E lacedemone ſponte conmigrauit. Quocirca Spartani qui plurimum ſapientia
pollebant: eo facto pecunie uim uehementiſſime formidantes: haud enim inſti/
mos iam ciues attigerat. Lyſandrum carpentes | Ephoros obteſtabantur ut uni/
uerſum argentum atꝗ aurum perinde at peſtes introductas abiicerent. Itaꝗ latū
eſt in ſenatu rogationem ut Theopompus auctor eſt ferente Saraphida: uel ut
Ephorus tradit phlogida aurum atꝗ argentum inter urbem ſuſcipi non licere.
Patrie autem ritu nūmis utendum. Hi ferrei principio fuerant: ſed igniti aceto
cuncti ut in uſus fabriles accōmodarentur: ac iunctura molles & ad incidendū
prorſus inutiles redderentur: deinde graue pondus portatuꝗ difficile magno ex
numero atꝗ mole puſillum ſane prçcium ualens. Apud prius ſeculū ſic omnino
habuiſſe ueriſimile eſt: ut nummorum loco ferreis uterentur uirgulis: ideſt obe/
licis pleriꝗ & ereis. Ab quibus hoc etiam tempore nummorum numerū obolos
uocari certum eſt: & obolos ſex unam conficere drachmam: quia tot manus ipſa
complecteretur. Ceterum contradicentibus Lyſandri familiaribus & ſummo ſtu/
dio contēdentibus ut pecunie in ciuitate manerent. Decretum factum eſt huius
quidem generis nummos in phiſcum referendos eſſe: ꝙ ſi quis priuatim poſſidere
deprehēſus fuiſſet: ei capitis ſupplicium diffinitū | quaſi Lygurgus nūmos quidē
non autem nūmorum auaritiā pertimuerit: quā non priuatis interdicta poſſeſſio
ſicuti ciuitati conceſſa ingenerabat: preſertim cum uſus dignitatem emulationēꝗ
ſuſciperet: haud enim eos ut īutiles cōtemnere priuatim facile erat: quos publice
in honore haberi contuerentur. Nec ad domeſticam rem eam nihil petendam ar/
bitrari | quam cōmuniter & probari & amari proſpicerent: quin longe citius ab
cōmunibus exercitiis ad priuatorum uitas conſuetudineſꝗ manant: ꝗ ſingulorū
affectiones elabantur: que ciuitates rerū turpitudine ac flagitiis impleant | partes
enim cum toto pariter uerſari uériſimilius eſt: quādo uergat in peius. At delicta
partis ad totū | multa ab iis qui recte ualeant intenta habent adiumenta. Illi quidē
ne pecunia ciuium domos irrumperet metū legemꝗ cuſtodē inſtituerunt. Ani/
mos uero ut inconcuſſi & ad argenti cupiditatem infracti manerent minime con/
ſeruauerunt: iniecto cunctis diuitiarum amore | proinde ac honeſtum quiddam
& ampliſſimum foret: hec cum alio quodam in genere ſcribendi uerſaremur de
Lacedemoniis attigimus. Lyſander eream ipſius ſingulorūꝗ prefectorū ſtatuam
e manubiis poſuit in dephis: & aurea caſtoris & pollucis aſtra que ante res leu/
tricas euanuerunt: in Theſauro braſide & acanthiorū triremis ex auro & ebore
compoſita duorum cubitorum erat | quā Cyrus ei uictorie monumentū miſerat.
Anaxandricles delphis ſcriptum reliquit eo in loco Lyſandri depoſitū eſſe talentū
argenti & minas duas & quinquaginta. Preterea ſtateras undenos: qua in re
minime cū ceteris concordat hiſtoricis qui de hominis paupertate confeſſa ſcrip/
ſerunt | ea igitur tempeſtate Lyſander quantum priſcorum nemo grecorum potē/
tiſſimus | & elatione & poteſtatis magnitudine uiſus eſt uti. Nam ut duris tradit
illi primo grecorum perinde ac deo per ciuitates & are & ſacrificia conſtituta | eiꝗ
ante omnes penes decantati ſunt. Ex quibus unus huius generis initiū habuiſſe
memoratur alme grecie imperatorem ablatiſſima ſparta diuinis celebremus canti/
bus Iopean. Samii ut dicata Iunoni templa Lyſandria uocarentur ſenatus con/
ſulto decreuere: choerillum poetam ſuo ſemper adiunctum lateri habuit: ut res
quas geſſerat uerſibus exornaret. Antilochus mediocria quedam de illo carmina

ediderat. Quare delectatus Lysander moneris gratia pileum impleuit argento.
Anximachus autem colophonius & Niceratus Heracleotes Lysandria poemata
certatim agebant. E quibus cum Nicerato coronã donasset, Antimachus dolore
percitus scriptum ab se carmen aboleuit. Tunc iuuenis adhuc Plato Antimachi
poeticũ admiyatus ingeniũ: qui superatũ sese moleste ferebat reuocatũ mitigabat
ignaris ignorantiam id malum esse prefatus: quod cecitatem non uidentibus.
Aristonus Citaredus cum sexies pythia uicisset: ut Lysandri gratiam iniret ei
pollicitus est, sese cum denuo uictoriam reportaret Aristonum Lysandri seruum
preconio declaraturũ, Ambitiosus Lysandri animus primoribus & sui ordinis
hominibus grauis tantum erat. Cum autem elationis pariter ac molestię pluri-
mum & mores & ãbitio per familiares cõtraxisset. In eo nõ honoris, nõ supplicii
uulgaris modus inerat: hospitalitatis & amicitię pręmia preponebãtur urbani
sine appellatione potentatus: & dominationes indiscussę: una uero explende ira-
cundię uia erat. Inimicum extinguere, cui ne ulla quidem fugiendi licentia pre-
stabatur. Posteriori tẽpore latentes milesios in mediũ produci cupiebat. Veritus
autem ne intercessorem populum constituerent: neminẽ uiolaturum iureiurãdo
affirmauit. Ii uero cum fide habita peruenissent paucis factionis suę hominibus
iugulandos tradidit: haud octigentis pauciores. Aliis etiam in oppidis ĩnume-
rabiles plebeiorum cędes fiebant. Iam enim non priuatis ipsius causis trucidari
uidebantur: sed plerisq; simultatibus & compluribus auaritiis eorum, qui ubiuis-
gentium erant amicorum morem gerebat: & opem simul ac operam impendebat
Quo circa Lacedemonius eteocles frequentem consecutus est laudem: cum dixit
bene actum cum gręcia q̃ duos minime Lysandros protulit: hoc idem ut auctor
est Theophrastus de Alcibiade ab archestrato dictũ est. Cęterũ ibi contumelia
mollities & contumatia molestiam maxime pariebat. In Lysandro autẽ acerbitas
morum, grauem pariter ac terribilem potentiam effecibat. Lacedemonii cęteris
Lysandrũ incusantibus nequaq̃ animũ uehementer adhibuerunt: ut uero phar-
nabarrus post multas eius iniurias uiolentius agrũ uexantis spartã misit accu-
satores: indignabundi Ephori unum ex amicis & sociis ducibus thoracem quẽ
priuatũ argentũ possidere deprehenderant suppremo affecere supplicio. Lysandro
uero missa Scytala ut spartam adueniret edixerunt. Scytala talis est, cum Ephori
aut classis prefectum aut imperatorem emittunt: duo teretia ligna & longitudine
& crassitudine diligenter adequant: adeo ut de rasa uicissim congruant: e quibus
cum alterum sibi reseruent: alterum tribuunt discedenti. Hęc autẽ ligna Scytalas
appellant. Cum igitur archanum aliquid & arduum explanare cupiunt: cartam
instar lori prolixam & angustam Scytale suę circumuoluũt: nullumq; facientes
interuallum, undiq; superficiem carta occupant: quo facto quecunq; uoluerint in-
circumplicata Scytale carta describunt. Dempto dehinc codicillo ad imperatorẽ
absq; ligno scripta mittunt: quę cum is accepit. alioquin lectitare nihil ualet:
adeo litteris hinc inde dissipatis: ut nullum prorsus contactum habeant. Cęterũ
sua sumpta scytala codicillum sic precisum circumplicat; adeo ut circumductione
similem in seriem constituta uerborum continuatio reperiatur. Codicillus sicut &
lignum scytala uocatur: ut a mensura mensuratũ dici plurimũq; solet. Lysander
allata sibi ad helespontum Scytala perturbatus est; precipue accusationes phar-
nabari reformidans studium & accuratã adhibuit operam; ut in eius colloquiũ

ueniret : quo mutuas cõtrouersias solueret couenientibus illis . Lysander precibus
orabat : ut litteras ad magistratus daret perinde ac nullis uiolatus iniuriis : &
nullas accusationes afferens | & profecto in creticũ cretica utens uersutia pharna/
barum uidebatur ignorare . Omnia enim sese facturũ esse recipiens | aperte quidẽ
pro Lysandri precibus conscripsit epistolam . Aliam uero clanculum conscriptã
ibidem habuit . In imprimendis autẽ sigillis litteras alternans nihil aspectu diffe/
rentes | quas occulte scripserat Lysandro dedit . Itaq; Lacedemoniam perueniens
et sic impretorium de more profectus | pharnabari litteras reddit Ephoris | uehe/
mentissimam criminum suorum partem amotam existimans | pharnabarus enim
magnę Lacedemoniis caritati erat : supra omnes regios profecto in spartanos
promptissima usus opera : postea uero q̃ Ephori lectam epistolam Lysandro cõ/
mostrauerunt plane intellexit non solum ulixem uersutum esse . Tum admodum
perturbatus abscessit . Paucis post diebus magistratus adiens oportere se dixit
ad ãmonis templum ascendere | sacrificiorum gratia faciendorum : quę ante bella
deo uouerat . Sunt qui in somnis ammonẽ illi astitisse dicant . Dum a phigeorum
oppidum obsideret in tracia : quapropter perinde ac iubente deo obsidione omissa
a phigeis ut immolarent ammoni precepit : & ut suscepto in Africam itinere deũ
placaret summo nixus est studio : plurimi hanc ex deo spetiem fecisse autumabãt .
Alioquin ephoros metuens | domesticum minime iugum ferens | & alieno parere
imperio haud sane tollerans : errare & aliquandiu lustrare terras appetebat | quẽ/
admodum equus e liberis pascuis & pratis apertis ad presepe rursus & ad solitas
reductus operas . Quam uero peregrinationis causam Ephorus scriptis mãdauit
paulo post explicabo : uix autẽ ac difficulter efficiens ut ab Ephoris dimitteretur |
enauigauit : in eius peregrinatione cõmuni consensu reges effecere : ut eiectis illius
amicis res urbanę populis restituerẽtur . Ciuitates enim per sodalitia ab eo detentę
prorsus erant : & Gręcia suę dominationi erat obnoxia . Quas inter res iterum
concitato tumultu : cum Athenienses aduersus triginta ephila impetu facto uicto/
res essent : reuersus extemplo Lysander Lacedemoniis persuasit : ut paucis intra
ciuitates factiosis auxiliũ mitterent | populosq; uastarent . Imprimis .xxx. tyrãnis
ad belli subsidium centum talenta mittunt | imperatoremq; Lysandrum . Reges
cum inuidia tum metu ne denuo Athenas in potestatem reuocet : ut eorum alter
exiret decreuere . Egressus igitur est pausanias | uerbo quidem ut opem tyrannis
contra populum afferret : re autem uera ut bello finem imponeret : ne per amicos
Lysander athenarum dominationem uendicaret | hoc itaq; facile perfecit . Nam
conciliatis inter se Atheniẽsibus & seditione sedata : Lysandro ambitionẽ eripuit .
paruo postmodum interiecto tempore cum desciscerent Athenienses culpatus est
pausanias quia cum per paucorum dominationem perinde ac frenum populus
antea reprimeretur . Deinde relaxatus contumeliose superbeq; sceuiret . At Lysan/
dro gloriam hominis factum adiecit : qui non ad aliorũ gratiã | non ad simulatã
ostentationem . Sed ad rei spartane cõmoda seuerum agitaret imperium . Erat
quidẽ audax alloquio & repugnantibus terribilior . Cum argiui de agri finibus
ambigerent : ac Lacedemoniis iustiora sese dicere censerent : ense cõmostrato : qui
huius inquit est dominus optime de agri finibus dixerit . Megarensis homo
quodam in conuentu orationis confidentia in eum utebatur . Cui Lysandro ad/
uena inquit tua ciuitatis indiget oratio : boetios bilingues interrogabat : rectis

ne an inclinatis per ipsorũ agrũ hastis incederet: Postq̃ incũbentibus Corinthiis
męnia prętergrediens languidiores ad inuadendũ cernit Lacedemonios interim
lepus fossam transire uisus est. Non pudet uos / ait eius generis hostes pertimescere:
quorum męnibus per sacordiam lepores indormiunt. Cum supremum uitę diẽ
rex agis obisset: Agesilao fratre relicto. simul & Leontychiada filio eius credito
Agesilaii. Lysander amator ei suadebat ut regnum occuparet uelut legitimus ab
herculis progenie ortus. Leontychie calumpniã / infigebantq; ex Alcibiade pro/
creatus esset: qui occultos cũ agidis uxore tymea congressus habuisset: quo tem/
pore profugus sparte uersabatur. Agis ut ferunt rem diutius animo uertens ut
quę nequaq̃ ex se grauida foret Leontychidam per contemptum habebat: & reli/
quum tempus eum palam abdicabat. Postea uero q̃ morbo correptus adheream
urbem delatus est: urgente iam morte / tum adolescentuli precibus tum amicorũ
suasionibus exoratus in complurium conspectu Leontychidam filium suum de/
clarauit: obsecratisq; presentibus ut ad Lacedemonios earum rerum testimoniũ
afferrent: uita excessit. Ii quidem Leontychide testes adfuerunt. At Agesilao hoĩ
sane splendido / & Lysandri opibus freto. Diopithes uir illustris detrimento erat:
huius generis oraculum in Agesilai claudicationẽ adducens. Magna licet iactes
sparte iam mente reuolue. Ne pedibus ualidã te ledat regia cauda. Tempo/
re te lõgo labor insuperatus habebit. Inte letalis bellorũ uertitur unda. Mul/
tis ad oraculum inclinatis & ad Leontichidam uersis. Lysander diopithen haud
recte oraculum intelligere dixit: nec siquis offensi pedis Lacedemoniis imperet
deum indignari: aut moleste ferre. Verum enim uero claudũ imperium fore:
si spurii maleq; progeniti inter heraclidas regnum tenuerint. hęc locutus ut qui
potentissimus esset in suam omnes induxit sententiam. qua rex creatus Agesilaus
tum statim Lysander quo expeditionem in Asiam susciperet incitabat: ingentem
illi spem subiiciens / ut persicum uastaret imperium: uir futurus amplissimus.
Datis in Asiam ad familiares litteris iubebat: ut in bello aduersum barbaros
ducem ab Lacedemoniis deposcerent Agesilaum: qui ob temperantes / rogaturos
Lacedemonam mittunt oratores. At Lysandri opera non minus regia potestate
bonum Agesilao uidetur extitisse. Cęterum ambitiosorum ingenia cum alioquin
ad principatus maligna non sint: non paruum ex inuidia quã ad pares propter
gloriam gerunt impedimentum ad res honeste gerendas habent. Nam quibus
sociis & adiutoribus uti licet: eos emulos & aduersarios in uirtute sibi faciunt.
Agesilaus igitur inter triginta consiliarios Lysandrum adduxit: ut eo amicorũ
uel precipuo uel primo uteretur. Postq̃ autem in Asiam constitutus / mortales
ad eum pro parua familiaritate rara faciebãt colloquia. Lysandrum autẽ amici
cum pro multa illa pristina consuetudine colerent: suspecti uero pertimescerent:
utriq; & ad fores cõmeabant & uadentem consectabantur. Quẽadmodũ histrio/
nibus intra gediis frequẽter obuenit: ubi nuntii cuiusq̃ aut secundũ personã
gerens collaudatur & priores partes agit. Qui autem diadema gestat & sceptrũ
per crebros etiam clamores non auditur. Sic & consiliario tota imperii dignitas
inerat: cum ipsi regi nomen potestatis inane relinqueretur. Hęc igitur tam in/
concinna honoris auiditas aliquo pacto demulcenda fuerat: & Lysander usq; ad
secundum potestatis gradum remittendus: uirum autem & beneficum & amicũ
omnino reiicere & per contemptum habere Agesilao indignum erat: primum

quidem nullam ei rerum gerendarum occasionē prebuit. Postmodum si quibus operam ac studium dantem Lysandrum sentisceret: eos rebus omnibus infectis remittebat: & muneris q̃ uilissimi uotorum compotes. Sic eius potentiam tacite dissoluens & extinguens. Simul cunctorum sese impotem Lysander intellexit: suumq; amicis studium obesse: ipse opem tribuere desiit. Ad seq; ne accederent neu colerent obsecrabat. Cum rege haberet colloquia & iis qui maiorē ī presentia cōmoditatem afferre pro acceptis honoribus possent: hęc cum audiuissent multi suis pro negociis molesti esse desistere. Cęterum non obsequia / non honores obmittere: quin seu deambularet / seu in gymnasiis uersaretur frequētes adire. Quę res longe magis Agesilao q̃ antea męrorem incutiebant: & ex honore stimulabat inuidia. Quapropter cum militibus multis principatus & rerum gubernādaꝝ officia tribueret / Lysandrum diuidundis carnibus prefectū designauit. Deinde contumeliosius aspernatus ad ionas conuersus. Ite inquit & meū carnis sectorem colite. Itaq; cum Lysander Agesilao sermones haberi oportere censuit. Fit igitur breuis laconico de more disputatio. Num Agesilae bene nosti minores amicos reddere? At ille / si uelint me maiores effici. Qui uero meas opes amplificauerint eos in partem uocare ius est. At forsan Agesilae tibi magis dictum q̃ mihi perpetratum est. Te oro & externorum hominū gratia: qui coniectos in nos habent oculos: in eo me imperii tui ordine constituas: ubi minus quidem inuisum: magis autem tibi cōmodum fore censueris: eam ob rem legatus ad Hellespontū missus est: qui tam&si Agesilao succenseret: necessaria tamen agere non neglexit. Mithridatem persen uirum strenuum exercitusq; ductantem inimicum pharnabari cum ad desciscendum induxisset ad Agesilaum produxit. Ad nullū alium belli usum habitus progrediente tempore spartam ignominiose nauigauit: litteram in Agesilaū fouens & uniuersam maiori q̃ antea odio persequens remp: rebus ad permutationem & īnouationem comparatis / ac instructis manum adiicere instituit: cūctatione sublata. Erat autem huiuscemodi heraclidarum genus: qui in pelloponessum reuocati se doriēsibus īmiscuerant: amplissimum & illustre sparte floruit: haud unicuiq; illorum regalis fastigii erat conmunicata successio. Duabus tantum e familiis reges deligebantur: quas eurytiontidas appellabāt: & agidas. Ex reliquis nullus per generis nobilitatē plusq̃ alter in rebus urbanis habebat uirtutis: honores potentibus omnibus erant propositi: horum cum Lysander esset ubi ad ingentem rerum gestarum gloriam sublimior factus / & potestatem & amicos per multos comparauit: indolebat cum ciuitatē sua opera late per pagatam cerneret / regnantibus aliis gubernari: quos tamen nulla ex parte se ipso prestantiores esse perspiceret. Decreuit igitur regiam dignitatem duabus e familiis traducens heraclidis omnibus cōmunem reddere. Sunt qui dicunt non heraclidis / sed spartiatis / ut non herculis nepotibus / sed iis qui per uirtutē censerentur / Id pręmium proponeretur: qualis extiterat hercules? quem uirtus ad diuinos perduxit honores: q̃ si hunc in modum regni iudicium fieret spes erat iniecta nullum ante se delectū iri sparciatam. Primum igitur negotiū aggressus per se ciuibus persuadere paratus erat / orationē pro materia meditatus: ei Cleone halicarnaseo meditatam ac conscriptam. Deinde rei tam noue tanq̃ inusitate magnitudinem ante oculos proponens / audaciori indigentem auxilio: omnem ut in tragedia dici solet in ciues machinam attollens / pythicas sortes & uaticinia

composuit & adornauit : quasi nullū sibi fructū Cleonis allatura foret eloquētia : nisi dei metu & superstitione prius obstupefactos ciues occupasset : & sic ad ora/tionem adduxisset . Pythicum ut Ephorus inquit contaminare conatus oraculū : & dodoneas puellas pherectis intercessione suam in sententiam alliciens reiectus est . Tum ad ammonis templum conscendens colloquio cum uatibus habito / magnam uim auri obtulisse traditur : quam indigne ferentes illi / quosdam misere spartam : qui Lysandrum accusarent / eo absoluto lybios desedentes dixisse cōme/morant . Nos o spartani rectius faciemus iudicium : cum apud nos lybiam ha/bitaturi ueneritis . Vetus erat nanq; oraculum Lacedemonios lybie fore cultores . Vniuersas autem insidias sinistrumq; figmentum conscribamus : quod non aui/libus cępit exordium . Sed ut in designatione mathematica multas & ingentes assumpsit materias : & ad conclusionē per premissas graues difficilesq; progressum in ea ratione uirum hystoricum phylosophūq; sequemur . Mulier quedā in pōto ex appolline geauidam sese predicabat : cui ut par erat multi fidem abrogabant : multiq; adhibebant . Cum ea puellū peperisset complures nobiles alendo studiū & curam diligenter impertierunt puello : quadam ex causa Sileno impositum est nomen . Hoc accepto Lysander initio reliqua suis texuit artibus : non paucis aut contemptis ad eam fabulā usus adiutoribus : qui procreationibus pueri rumorē sine ulla suspitione ad fidem ac uerisimilitudinem adducerent . Alium quoq; ex delphis sermonem allatum spartam disiecerunt disseminarūtq; : uetussimas quas/dam sortes in arcanis scriptis ab sacerdotibus seruari : quas neq; comprehendere neq; legere cuiq̄ fas esset : nisi qui ex appolline ortus aduenisset : longo post tēpore qui obseruantibus indubitabile signū prestaret eas capesseret tabellas quibus in/scripte sortes erant . His ex composito comparatis Silenus cū aduentasset : sortes ut appollinis filius petiit sacerdotes qui rei operam cōferebant : singula diligēter indagare : & de origine accuratius sciscitari . Postremo fidem adhibentes Sileno uti appollinis filio scripta cōmostrasse . Eum presentibus multis lectitasse . Cum alia complura uaticinia . Tum idipsum de regno cuius gratia figmentum erat in/stitutum : prestare ac fructuosius esse spartanis si ex optimatibus reges deligerent . Cum iam Silenus adoleuisset & ad rem gerendam accederet . Ecce Lysander ab actione fabulę corruit : minorū ignauia / & unius pusillaminitate ac trepidatione complicis : ut primum subeundum erat opus : nihil tamen uiuente Lysandro de/prehensum / sed post eius mortem . Ante enim q̄ Agesilaus rediret ex Asia fun/ctus est uita in boetium incidens bellum : uel illud potius ī Gręciam importās Nam utroq; diuulgatur modo & culpam nōnulli Lysandro / quidam thebanis attribuunt . Alii cōmunem faciunt : thebanis crimini dantes sacrorū dissipatio/nem : ī aulide quoq; androdides & amphiteus regia corrupti pecunia bello gręcię Lacedemonios implicarant . Vnde facto in focenses impetu eorum agrum po/pulauerant . Lysander indignanter ferre dicit q; soli thebani ex bello decimā uen/dicarunt : reliquis sociis tacite ferentibus : & spartam missas ab Lysandro pecu/nias iniquo animo tulerunt . Orta presertim indignatio : q; Athenienfibus datū est ex . xxx . tyrannis libertatis initium : quos cum Lysander constituisset : Lace/demonii terrorē eis & potentiā addiderunt : facto decreto ut quisquis ex athenis fuga sese subduceret undiq; duceretur in uincula . q; siquis obstaret ducenti eum hostis loco haberi . Thebani contraria iis sciunt decreta : conuenientia sane atq;

germana rebus ab hercule & libero patre geſtis : omnia tecta omneſqꝫ boetię ur-
bes Athenienſibus pro neceſſitate patentes eſſe . Siquis fugitiuo dum traheretur
auxilium non attuliſſet condēnationis nomine talentū ſolueret . Siquis aduerſus
tyrannos per agrum boetiū Athenas arma deferret Thebanos obaudire ac diſſi-
mulare : quibus ī decretis adeo humanis uereqꝫ gręcis facta ſcriptis reſpōderūt :
nanqꝫ traſibulus reliquiqꝫ conſpirationis ſocii philan occupantes |e thebis primū
fecerunt impetum : thebanis arma pecunias latendiqꝫ & inchoandi facultatem pa-
rantibus : has in thebanos cauſas Lyſander accipiens . Iam enim moroſus &
atrabile per ſenectutē inualeſcente iracundus Ephoros incitabat : & ad mittendū
in eos pręſidium perſuadebat . Accepto igitur imperio eduxit exercitum . Poſte-
riori deinde tempore pauſaniam regem cum copiis emiſit : qui circunducto per
citheronem exercitu agrum boetium irrupturus erat . Lyſander per phocenſes cū
magna militum manu uenit obuius : orchomeniorum oppidum ultro cedens
accepit . Inde progreſſus lebadian diripuit . Datis poſtmodum ad pauſaniam
litteris ut ſe cum illo ex plateis ad aliarcum coniungeret . Ipſe enim cū ſolis ortu
ad aliartiorum męnia ſtationem habiturus erat : litterę ad thebanos referuntur :
tabellario in quoſdā ſpeculatores incidente . Cum Athenienſes auxiliū attuliſſent :
urbe illorum pręſidio credita . Thebani cum prima quies mortalibus incipit |
egreſſi paulopoſt Lyſandrum preueniunt : haliartum cum parte copiarū ingreſſi .
At ille exercitum ſiſtens quodam in tumulo pauſaniā preſtolare decreuit . Mox
progrediēte die more prorſus & quietis impatiens |acceptis armis & ſociis ador-
tatis recto curſu phalangem ducit ad muros . Thebani qui foris permanſerant
leuorſum urbem habentes |in nouiſſimos pergunt hoſtes : ſub fontē quē ciſſuſam
appellant indigene : ubi nutrices infantem in lucem editum abluiſſe bachum in
fabulis traditur . Nam & color uini ſplendet aſpectu : tranſluciduſqꝫ & potu dul-
ciſſimus eſt . Nec procul hinc cretenſes pullulant ſyraces : quę heliartii ea Rhada-
mantum incoluiſſe loca faciunt iuditia |eiuſqꝫ ſepulchrum cōmoſtrant : quod alea
uocant : eſtat & alcimene monumentum : quam ibi humatā eſſe memorant . Poſt
enim amphitrionis interitum Rhadamante nupſerat . Thebani qui intra oppidū
erant ſtructa cum haliartiis acie : quietem tantiſper agebant . Vbi uero Lyſandrū
unacum primoribus incenibus propinquantem aſpiciunt : reſeratis de repente
foribus inruunt . Ipſumqꝫ cum augure pauciſqꝫ aliis obtruncāt . Plurimi nanqꝫ
ad phalangem ſeſe fuga recipiunt . Non remittentibus inde thebanis quin urgē-
tibus undiqꝫ uniuerſi in tumulos terga fuge uertunt . Mille ex eis cecidere |de-
ſiderati ſunt & thebanorum tercenti : qui cum hoſtibus ad aſpera & munita loca
permixti contenderant : his dabatur criminiqꝫ laconicam fouerent factionē . Ab
quo cum omni ſe ſtudio diſſoluere & ciuibus purgare concupiſcerent : nulli par-
centes diſcrimini : inter inſectandum mortē oppetiere : pauſanię e plateis teſpias
cōmeanti caſus in itinere nuntiatur : qui ſtructa acie petit hiliartum . Venit &
traſybulus e thebis Athenienſes ſecum ducens . Conſilium de repetendis per in-
ducias mortuis agitante pauſania |ſpartiatę natu grandiores & inter ſe grauiter
& indigne ferebant : & regem ad euntes teſtati ſunt : minime per inducias inte-
remptum eſſe Lyſandrū . At per arma |pro cadauere ſuſcepto certamine ac uicto-
ria comparata ſic uirum ſepulturę mandandum ꝙ ſi ſuperati fuerint : pulchrum
& honeſtum fuerit eo in loco ſuo cum imperatore pariter occūbere ; hęc orātibus

ſenioribus pauſanias arduũ opus eſſe cernens : uictores nuper ſuperare thebanos : ſub muros etiam Lyſandri corpus collapſum : adeo ut corporis recuperatio abſq͡ʒ indutiis uel uictori difficilis redderetur. Miſſo precone | & indutiis confectis re/duxit exercitum. Qui Lyſandrum deferebant ut primum boetię confinia prete/riere in amicorum ſociorumq͡ʒ agro panopeorum condiderunt. Vbi ex delphis cheroniam euntibus ſecus uiam monumentum eſt. Eo in loco cum exercitus ſtatiua haberet : quidam phocenſis alteri qui prelio non interfuerat certamen ex/poſuiſſe dicitur. Cum Lyſander armatum traieciſſet : hoſtes impreſſionem fecere admiratus ſpartanus Lyſandro familiaris | rogat quemnam armatum eſſe diceret. Id enim ignotum ſibi nomen eſſe. Vbi primi noſtrorum ab hoſte cęſi ſunt : prope urbem fluentũ eſt quod armatũ appellant. Id cũ ſpartanus audiſſet ab ortis lacri/mis q̃ ineuitabile homini fatũ eſt dixit. Erat Lyſandro datum oraculum hunc ſe ĩ modum habens. Armatum iubeo te deuitare ſonantem. Terrigenam qui pone ſubit cum fraude dracona. Quidam armatum non prope haliartum fluere aſſe/runt : ſed prope coroniam torrentem eſſe. Philarum fluuium penes oppidum in/fertur : quem cum ueteres arimam ętatis noſtrę homines ſomãtum nuncupant. Qui uero Lyſandrum interemit : aliartius erat Neochorus nomine | inſigne clipei draconem habuit : hoc ut aſſequi coniectura licet portẽdit oraculum : bello quoq͡ʒ pelloponneſiaco thebanis in ede | iſmenii ſortem datam memorię proditur. Quę ſimul & deliacam pugnam prediceret & hanc ipſam haliartiam anno trigeſimo poſteriorem. Ea huius generis ſors eſt. Qui inſidiare lupi catulis uitato ſupre/mam. Et collem orcalidem hunc uulpes nõ deſerit unq̃ : proximum delio lucũ ſupremam appellauit ubi boetia attice confinis eſt. Orchalidem uero collem quẽ nunc uulpecum uocant ad heliconẽ in haliarti partibus ſitus. Cęterũ hoc mortis genere abſumpto Lyſandro | ſpartiate adeo grauiter tulere : ut reum capitis regem iudicauerint. Cuius rei iudicium minime ſubire decerneres : regiam fugiens ſeſe recepit ubi ſupplex in mineruę templo uitam duxit. Defuncto Lyſandro ipſius detecta paupertas clariorem effecit principatum : quippe quiitantis ex pecuniis tanta ex potentia tanta ex ciuitatum ingentiſq͡ʒ adeo imperii procuratione ne pu/ſillum quidem in argenti ratione domum eius illuſtrarit : ut auctor eſt Theopõ/pus. Cui laudanti magiſq̃ carpenti fides uidetur adhibenda. Siquidem uitupe/rare q̃ laudare iocundus. Poſteriori tempore quemadmodũ tradit Ephorus cum Lacedemone diſceptatio inter ſocios agitaretur : & proinde inſpiciũdę forẽt litterę quas apud ſe Lyſander habebat. Cuius domum profectus Ageſilaus codicem ĩuenit : ĩ quo illa de reip : ſtatu cõſcripta erat oratio | ut ab eurytiõtidarũ & agidarũ manibus auulſo regno : ĩ mediũ ponẽda & optimatibus faciẽda delectio | prope/rans orationẽ ad ciues efferebat : ut Lyſãdrũ oſtẽderet. Cuius generis ciues oc/cultaretur. At uir prudẽs lacratidas per id tẽpus Ephorũ prĩceps Ageſilaũ nõ oportere ait Lyſandrũ effodere : ſed oratione ſecũ infodere : quę tãta eſſet ſuadẽdi arte & aſtutia cõpilata. Reliquos tamẽ honores Lyſãdro tã & ſi uita fũcto reddide/re : & filiarũ ſpõſos condẽpnarũt : qui eas poſt Lyſandri obitũ cũ ĩops eſſet ĩuẽtus repudiauerũt. Illũ enĩ cũ diuitẽ exiſtĩaſſẽt coluerãt. Iuſtũ uero & bonũ uirũ & pau/perẽ cognoſcẽtes deſeruerãt | Erat enĩ ſparte & celibi | & tardiori marito | & malo ma/rito ĩdicta pęna | cui eos preſerti ſubigebãt : qui pro bonis & propĩquis locupletũ affinitates queritabãt | hęc qdẽ de Lyſãdro hũc ſe ĩ modũ habẽtia ſumus perſcrutati

LVCIUS VERO CORNELIUS SILLA PATRI-
tia procreatus est familia ex cuius maioribus Rufinus
consularem gessit dignitatem: huic tamen longe maiorē
ex ignominia q̃ honore nobilitatem adfuisse perhibent: &
enim supra libras argenti concaui decē possedisse. Idq;
probibente lege deprehensus e senatu eiectus est. Posteri-
ores inde humili diutius in fortuna permanserunt. Ille
etiam Sylla haud amplo sane impatrimonio educatus ab
adolescentia penes alios habitans, non grandem pro do-
micilio mercedem soluebat, sicut posteriori tempore cū indigne secundā adeptus
fortunam putaretur ei obiectum est. Glorianti siquidem & affricanā post uicto-
riam militiamq; magnificis utenti uerbis quidā ex honestiori ordine dixisse fertur,
quonam modo uir bonus esse potes: qui cum nihil a patre tibi relictum sit tot ac
tanta possideas. Nam cum rectus ille ac nitidus uiuendi mos haud amplius per-
maneret. Iamq; delitiarum & luxuriosi apparatus emulatione suscepta e maiorum
curriculo deflexisset: par tamen cōuitium ponebatur & suorum facultates amittere
& paternam minime paupertatem conseruare. Potitus postea rerum Sylla cum
multos occideret: & libertini generis homo quendam ex proscriptis occultare di-
ceretur: & proinde e saxo procipitandus esset: obiecit Sylle q; una simul in domo
diutius uitam agitassent. Cum interim ipse quidem pro superiore habitaculo duo
milia nummum, Ille autem pro inferiore tria milia mercedem efferret. Itaq; inter
utriusq; fortunam mille nūmos interfuisse. Qui drachmas atthicas ducentas &
quinquaginta ualebant. Hęc quidem de antiqua Sylle fortuna memorię produn-
tur. Eius autem corporis spetiem aliam statuę ipse declarant. Glaucos oculos cū
uehementer acerbi ac sceui essent. Color in facie terribiliores reddebat aspectu.
Rubor enim sparsim imixtus efflorebat: quāquidem ad rem & coloris nomen in-
ditum fuisse dicunt. Quidam etiam ex dicacibus Syllam athenis mordens, Sylla
inquit morū est farinis inspersum: huius generis de homine inditiis uti nequaq̃
absurdum est: quem adeo in exercendis salibus natura studiosum extitisse ferunt:
ut ab ineunte ętate plurima cum ignominia sodalitia cū minis atq; ridiculis pe-
tulanter habuerit. Postea uero q̃ in rerum omnium dominatu constitutus est: es-
cena spectaculisq; impudentissimos cogēs, interpotandū quotidianis dicacitatibus
certabat. Quę cum ab eo grandiori ętate patrari & dominantis insuper dignitati
probrum ac dedecus afferre uiderentur: complura negligenter omittēbat: quę stu-
dio indigebant ac diligentia. Cęnanti siquidem Sylle nullus circa seria usus erat.
Verum cum alio tempore impiger & eximia seueritate esset: ut primum se in solatia
& compotationes abiceret uno impetu imitationem capescebat: ut & mimis &
saltatoribus mansuetus ad omnem familiaritatem pronum se obnoxiumq; subii-
ceret: huius tam soluti moribus animi ad amores leuitatem & ad illecebras preci-
pitium peperisse uidetur. A quibus ne prouectioribus quidē ānis sese reuocauit.

Metrobium scenicum a iuuenilibus annis magno amore cõplexus longius pro/
uectus est. Eo ĩ dies secum florescente morbo. Nam cum initio publicam quidẽ
cęterum locupletem mulierem quam inchopolin appellabant deperiret. A qua de/
inde consuetudine & forme gratia mirifice amatus erat: ab ea cum uita excederet
heres est relictus. Nouerce quoq; hereditatem sortitus est quę illum perinde ac
filium diligebat: quibus ex rebus iam mediocres ad eũ opes peruenerant. Quę/
stor de mario primum gerenti consulatum designatus cum eo ad bellum iugurti/
num nauigauit in Africam. Profectus igitur ad exercitũ cũ alias ad res spectatũ
se prębuit. Tum uero bona usus occasione bochum regem numidarum intima
sibi deuinxit amicitia: ipsius nanq; legatos cum a numidis latronibus euasissent
singulari comitate excipiens ornatos muneribus tutissimo etiã adiuncto comitatu
remisit. Forte bocho iugurta gener & inuisus & formidolosus erat. Quo per id
tempus profligato & ad se confugiente Syllam accuit. Ab illo enim q̃ se iugur/
tham & comprehendi & tradi malebat. Ea re mario communicata paruam militũ
manum assumens magnum discrimen adiit. Nanq; homini barbaro & aduersus
necessarios infidelissimo de altero capiendo fidem adhibens eius manibus sese cõ/
misit: bochus tamen accepta ab utroq; potestate cum defrangenda in alterũ fide
in necessitate se constituisset. Post multos mentis ęstus prioris proditionis senten/
tiam comprobauit & iugurtham Sylle tradidit. Eo de negotio Marius quidem
triumphum egit. Cęterum Sylle tam predari facinoris gloriã Marii adscribebat
inuidia: eiq; tacitum męrorem importabat. Sylla enim ipse natura iactabundus
& ex humili ac ignota uita per ora ciuium tum primũ uolitare incipiens gustata
honoris dulcedine ad id honoris studium & auiditatem progressus est: ut in a/
nulo in sculptam eius rei gestę circumferet ymaginem. Eoq; continue usus est:
erat autem sculptura bochus qui iugurtham traderet Sylla qui susciperet: hęc
mario tristitiam afferebant. Sylle autem minorem q̃ suam esse inuidiã existimãs
illo ad rem militarem usus est plurimum. Siquidem consul secundum creatus.
Syllam legatum habuit. Tertium uero consul militum tribunum. Ipsius opera
multa utilia edens facinora. Legatus enim tectosagorum ducem copillum cępit.
Tribunus militum mersos populosissimam sane gentem ad Romani po: amicitiã
societatemq; perduxit. Marium postea sibi infestum nec dum ullas rerũ geren/
darum occasiones libenter omittentem quin ad augendam fortunam incumben/
tem sentiens Catulo marii college se dedit uiro quidem bono. Verum ad certan/
dum hebetiori: ab quo maximas ad res atq; primarias fidẽ consecutus ad potẽtiã
pariter & ad gloriam processit. Is magnam incolentium alpes barbarorum partẽ
debellauit. Ingruente deinde cõmeatus inopia. Sylla curã suscipiens tantã effecit
copiam: ut Catuli milites & maxima in abundantia agitarent & insuper mari/
anis exhiberent. Qua in re marium uehementi dolore affectum fuisse dicitur.
Hęc igitur inimicitia breuem adeo iuuenilemq; prius materiam exordiũq; capes/
sens. Mox per ciuilem cruorem inexpiabilesq; seditiones degrassata ad tyranni/
dem usq; ac rerum omnium confusionem progressa est. Quod eurypidem sapiẽ/
tem hominem & ciuilium morborum peritissimum demonstrasse ferunt qui ho/
noris certamen & studium quasi numen aliquid utentibus pessimum atq; perni/
tiosissimum deuitandum esse precepit. Sylla gloriam ex re bellica ad ciuilia nego/
tia iam sibi satis esse existimans cum militaria post facinora statim popularibus

rebus ſeſe tradidiſſet : preturam urbanam petere cępit : quam aſſequi non licuit.
Cuius ipſe rei culpam in turbas reiecit . Ait enim cum ſuam in bochum amicitiã
agnoſcerent uenationes ſplendidas | & aduectarum ex Africa beluarum dimicati/
ones expectare : ſi ante pręturam ędilitatem adipiſceretur : populũ alios pretores
deſignaſſe . Vt ędilitatem coactus exerceret . Cęterum Sylla ueram repulſę cauſam
minime confiteri uidetur . Quod & re ipſa comprobatur . Anno enim poſt tum
colenda plebe tum largitionibus animos adducens populi pręturam adeptus eſt.
Eo igitur pręturam gerente cum indignabundus cęſari ſua ſe in illum poteſtate
uſurum eſſe dictitaret . Ridens cęſar recte inquit tuum putas eſſe magiſtratum quẽ
tuis habes pecuniis comparatum . Poſt eam pręturam in Cappadociam cum ex/
ercitu mittitur : ſpem quidẽ ut Ariobarçanem reduceret in regnum . Re autem
uera ut Mithridatem reprimeret : qui non minorem q̃ antea poſſidebat potentiã|
ac regnum complectebatur . Non magnas itaqꝫ ſecum adducens copias . Cęterũ
prompta ſociorũ uſus opera multis in capadoces plurimis in armenios auxiliũ
ferentes editis ſtragibus . Gordiũ eiecit | Ariobarçanem regẽ declarauit . Sylle ad
eufratem moram trahenti regis parthorum arſatis legatus Orobaçus in colloquiũ
uenit . Cum nullum antea romani & parthi cõmertium habuiſſet . Hoc etiam in/
gentis fortunę Sylle factum uidetur : ꝙ parthi amicitiam ſocietatemqꝫ potentes
ad illum Romanorum principem congreſſum habuerunt . Tres eo tempore ſellas
propoſitas ferunt : unam Ariobarçani | alteram Orobaço . Tertiam Sylle | Vnde
amborum medius reſidens ius diceret | quam ob cauſam poſtea rex parthorũ ne/
cauit Orobaçum . Syllam nõnulli tanq̃ barbaros ludibrio per delitias habentem
probare . Alii difficilem & intempeſtiui honoris ambitioſum increparẽt . Me/
morię proditum eſt uirum quendam genere calcidenſem | ex iis qui cum Orobaço
deſcenderant Sylle uultum ſepius contemplatũ | & ad corporis atqꝫ animi motus :
haud incurioſe incumbentem | quin ad artis materiam hominis ingeniũ attentius
conſiderantem dixiſſe | Neceſſe eſt hunc maximum fieri uirum . Miror etiam nũc
inquit quomodo ne cunctorum primus ſit tam diu tolleretur . Redeuntem inde
Syllam cenſorinus repetundarum poſtulauit : ꝙ ex amicorum ſociorumqꝫ regno
magnam contra legẽ pecunię uim compilaſſet . Nec tamen contra in iudicio ſtetit
Sed ab accuſatione deſtitit . Excandeſcebat interim mariana ſeditio : nouã quandã
ex congeſtis ab ocho honoribus nacta materiam . Is ut populũ Ro : de linimentis
coleret ſimul & Sylle gratiam aucupatus triumphales in Capitolio poſuit yma/
gines . Aureuſqꝫ inerat Iugurtha ab eo Sylle traditus . Ea re grauiter inſtigatus
Marius : cum ſtatuas detrahere niteretur : ac reliqui Sylle ſubuenirent : incenſa
quantum antea nunq̃ amborum ſtudiis ciuitate . Ecce ſociale bellum dudũ gli/
ſcens aduerſus urbem exarſit . Quo per id tempus eſt repreſſa ſeditio . In hoc ma/
ximo uarioqꝫ & plurima romanis mala grauiſſimaqꝫ pericula inportante . Mari/
us grande nihil oſtentare ualens | argumento fuit uirtutem bellicam uigore pari/
ter ac uiribus indigere . At Sylla complurima celleberrima edens facinora impe/
ratoris gloriam reportauit | magni quidẽ penes ciues : maximi autẽ penes amicos
feliciſſimi uero penes hoſtem . Quibus in rebus illud thimotei cononis filii Sylla
nequaq̃ paſſus eſt . Nam cum inimici preclara ipſius facta fortunę adſcriberent :
& in tabulis dormiente illo fortunam urbibus retia circũponentem pingerent .
Ille agreſtius yrritari : & fingentibus grauiter ſuccẽſere : quaſi rerum ab ſe geſtarũ

gloria priuaretur . Aliquando autẽ ab expeditione re bene geſta remeans ad po-
pulum conuerſus . Viri Athenienſes inquit huius rei bellice nullam ſibi partem
fortuna uendicat . Ipſam deinde fortunã aduerſus ambitioſum adeo Thimotheũ
iuueniliter irritatam ferunt : ut nullum deinceps inſigne facinus ab eo patratum
fuiſſe conſtet . Sed iniquis belligerantem prorſus auſpitiis & populo ſemper ad-
uerſatum, ex ipſa demum patria eiectum profugiſſe . Sylla uero non modo eius
generis fęlicitatem ac fortunę fauorem libenter admiſit . Verum etiam in maius
extollens, & bona in ſe fortunę diuinitus data magis ac magis alluſtrabat : ſiue per
iactantiam id faceret : ſiue de diis ita ſentiret, & enim ſuis ĩ cõmentariis ſcriptura
reliquit cum conſultaſſet : quę contra animi ſui ſententiam pro tempore audatius
aggredienda eſſet ſecundiora ſibi eueniſſe . Rurſus cum ſeſe ad fortunã q̃ ad bellũ
melius ab natura inſtitutum eſſe dicit plus fortunę uidetur q̃ uirtuti tribuiſſe : &
omnino ſe ipſum in fortunę poteſtate feciſſe . Quippe cum concordie quam cum
Metello ſocero, & eiuſdem ordinis uiro habuit cauſam diuinę cuidam fortunę at-
tribuit . Magnę enim ſibi moleſtię futurum illuſtrem hominem : qui in cõmu-
nicando principatu tantam benignitatem exercuit . Lucullum etiam in cõmenta-
riis quos ad illũ inſcripſit commonefacit : nihil tam ſtabile ducere q̃ quod noctu
ſibi numen imperaret . Cum ad bellum ſociale magnis cũ copiis mitteretur circa
lauernam uaſtum terre hiatum extitiſſe ſcribit : equo lucidum emerſiſſe ignẽ : ma-
gnamq; in cęlo flammã perſtitiſſe : conſulti uates dixere cum uir bonus ſingularis
aſpectu ac preſtantiſſimus principatum geſſerit preſentes tumultus ſe daturum .
Hunc ipſum Sylla fuiſſe edicit : proprium quidẽ aſpectum eſſe flauo colore : comę
uirtuti ſe non eſſe dedecori : ſibi teſtimonio eſſe tot ingentia facta : hęc quidem de
diuinitate . Reliquis in moribus tãta inequalitas : ut ſecum diſcrepare uideretur.
Rapere multa, largiri plura, honor indignos contumelię. Colore quorũ indigeret
opera : ludibrio habere ſupplices . Adeo ut neſcias utrum cõtemptoris an aſſen-
tatoris habuerit ingenium . Quid impuniendo ? Quanta diuerſitas ? hĩc iudica-
ueris . Nonnullis leuibus quidẽ ex cauſis tympaniſandos curare . Rurſus maxi-
mas iniurias equo ferre animo . In expiabiles ob cauſas conciliari per facile : mi-
nimis ex noxiis & abiectis cędes bonorumq; publicationes facere . Sylla itaq; cũ
ingenita ferueret iracundia durum & ulcionis auidum ſe prębere . Vbi uero per
rationem abiiceretur acerbitas, ad utile ferri . Cum eius milites in hoc ipſo bello
ſociali albinum uirum pretorium legatum ſaxis & fuſtibus mactaſſent, tantam
iniuriam inpunem preteriit . Gloriabundus etiam diuulgabat ſe illis alacrioribus
ad pugnas uſurum : peccatum per fortitudinis opera emẽdaturis . Accuſatoreſq;
nihili faciebat . Nam cum marium deleſſe, & ſociali bello finem impoſuiſſe cenſeret.
Vt aduerſus mithridatem imperator creatur : exercitum de linimentis alliciebat :
Profectus in urbem conſul cum Q. Pompeio deſignatur, & iam quinquagena-
rius erat . Tunc & celebratiſſimum fecit connubium . Cecilia metelli ponti . max.
filia in uxorem accepta : qua in re cum plebeii multa decantarẽt : multi primores
indolebant : eum tali muliere cenſentes indignum, quem conſulatu dignum cen-
ſuerant : ut Titus ĩquit . Non modo hanc duxit uxorem ſed priorem iliam : cum
adhuc pubeſceret, quę & illi filiolam enixa eſt . Poſt illam ęliam, Tertiam cęliam
quam ut ſterilem ſummo cũ honore donis adiectis repudiauit . Paucis poſt die-
bus ducta metella, haud recte cęliã improbaſſe uiſus eſt . metellam quidẽ aſſidue

tantopere coluit : ut cũ populus de reducendis marianis exulibus studeret . Sylla uero pernegaret : Metella rogãtibus illis opẽ attulerit . Sylla quoq͞ captis Athe-
nis acerbius seuisse creditus est : quia de muro salibus & conuitiis metellã fuissent insectati . Sed hęc posterius . Tum ad futura parui consultatum existimans ad mithridaticum bellũ mente & cogitatione deflagrabat . Contra Marius ob glorię studium / & honoris insaniam affectiones minime senescentes insurgebat . Vir & corpore grauis & proximis per senium militiis iam defatigatus / tam longĩquis & transmarinis inhians bellis . Cunq͞ Sylla ad reliqua negotia iam properaret in castra . Marius domi perstans pernitiosissimam illam seditionem fabricauit / tantis causam cladibus quantis Romanam ciuitatem uniuersi nequaq̃ hostes af-
flixerant : sicut & diuinis premõstratum est signis : haste quibus uexilla gestantur per se ignem emiserunt : qui ęgre restinctus est . Tres corui pullos in uiam pro-
ductos deuorarunt : eorumq͞ reliquias intra indũ retulerunt . Mures suspensum in templo aurum corroserant : equibus editui quandam casse fęminam cęperunt . Ea ibidem quinq͞ enixa musculos tres absumpsit . Quod autem maximum fuit ex aere sereno & omni prorsus carenti nebula tubarum sonuit : increpuit / acutas & lugubres intendens uoces : adeo ut cuncti pre magnitudine timoris uecordes cõprimerentur . Tusci uates alterius generis per mutationẽ & transferendũ ordinẽ portendi cõmostrabant . Octo enim cuncta esse genera moribus & uitę institutis inuicem differentia . Vnicuiq͞ temporis diffinitũ esse numerũ ab deo / anni magni ambitu perfectam : qui cum finem habuerit / instante iam altero admirandum e terra uel cęlo moueri signum : adeo ut curiosis earum rerum peritis e uestigio de-
claretur ut homines aliis moribus & uitę rationibus usuri in lucem iam producti sunt : qui diis aut maiori aut minori q̃ superiores curę sunt . Cętera ĩ ipsa generũ permutatione magnas ĩnodationes capescere : diuinationemq͞ magnis interdum honoribus excrescere : & ipsis nũcupationibus assequi : cum pura & manifesta si-
gna ab deo ipso premittantur . In altero rursus genere humilem statũ esse / rudẽq͞ ut plurimum & quę per incerta & obscura quedam instrumenta res futuras attin-
gat . Hęc quidẽ ab Tuscis qui ratione ac sapiẽtia reliquis anteibant / differebãtur . Sedente senatu in templo bellone / & super hisce rebus operã uatibus dante : passer in sectantibus cunctis inuolauit ore cicadam gerens : cuius eiectam partẽ reliquit / partem etiam tenens abscessit : hinc augures seditionẽ & agrestium aduersus ur-
banam & forensem turbam dimicationem coniectabat : hanc enim sicut cicadam uocalem canoramq͞ esse / Rusticam uero ex aruis . Marius itaq͞ tribunum plebis sulpitium assumit hominem nulli flagiosissimo secundum . Ne requiras quonam modo altero ĩprobior fuerit . Cũ se ipso sceleratior fieret . Crudelissimus & nimia in-
citatus audacia pariter & auaritia : quo turpitudo & mala cuncta uocarent : nihil pensi / nihil cogitationis accipere : Romanam remp : libertis & inquilinis in pro-
patulo uenundare : pretia positis in foro mensis dinumerare . Tria hominũ milia gladios tenentium nutrire : equitum iuniorũ manum ad omnia promptissimorũ ad corporis sui custodiã habere . Hos antisenatum appellabant . Is lege permul-
gata nequis ordinis senatorii ultra duo milia dragmarum es alienũ cõflare posset / cum uita excessit / tercentas miriadas debiti nomine reliquit : hic a mario dimissus in plebem cum omnia ui & ferro instituisset : cum alias leges flagitiosas scripsisset. Tum illam quę bello aduersus mithridatẽ gerẽdo imperatorẽ Mariũ preficiebat,

Quare in dicto ab consulibus iudicio concionem habentibus illis in ęde castoris. Sulpitius turbam inferens & aliorum complurium stragem edidit: & Pompeii consulis filium adolescentulum medio ĩ foro confodit. Ipse uero Pompeius fugã capescens sese abdidit. Sylla in marii domum pertractus Iustitiũ soluere coactus est. Pompeio deinde pretore creato. Sulpitius consulatum quidem Sylle minime abstulit. Cęterum exercitum in mithridatem destinatum Mario attribuit. Itaq; tribunos nolam confestim emittit: qui acceptum exercitum deducauit ad mariũ preueneins autẽ Sylla Is enim sese fuga subduxerat militibus acta renũtiat: quod ut accepere | uenientes tribunos iactis lapidibus obruerunt. marius inter urbem Sylle amicos interficit: bona diripit | fugas inde cerneres ac transmigrationes ex urbe in castra: ex castris in urbem. Senatus non suis | sed marii atq; Sulpitii trahebatur edictis. Audiens Syllam ad urbem aduentare duos pretores Brucum & Suilium misit: qui Syllam reuocarent | quibus asperiora Sylle facientibus uerba | milites ad eos mactandos incitati | & effractis fascibus paludamentis exuerunt: & multas per contumelias uexatos remiserunt: hinc meror ingens aderat: cũ pretoriis spoliatis insignibus cernerentur: intollerandam iam immedicabilemq; discordiam renuntiantes. Marius igitur apparatum agebat. Sylla uero sex plenos ducens ordines ab nola cũ collega castra mouebat: qui cum milites ad inuadendam urbẽ uideret impigros & ardentes | anceps erat | & secũ formidans pericula uersabat. Augur postumus post sacrificia signis intellectis in Syllam manum utranq; tendens. Colligari me iube inquit & ad confectum usq; pręliũ diligẽtius asseruari. Nisi enim omnia tibi & mature & prospere perfecta obuenerint etiam extremum subire supplicium non recuso: ferunt & dormienti Sylle uisam esse deã quã Romani eximia ueneratione colunt accepta ex capadocibus disciplina: siue luna sit | siue minerua | siue belbona | hanc sibi astitisse Sylla extimauit: & posito in manibus fulmine nominatim ut suos feriret inimicos imperasse: eosq; percussos collabi atq; deleri: eo ex insomnio spe plenus cunctis collegę eius expositis Romã ductabat exercitum: inter eundum circa oppidum triripa legati fiunt obuiam | suppliciter orãtes: ne impetu inrumpat urbẽ. Iusta enim omnia mox illi decreto senatus ad futura. Quapropter ut Sylla castra locaret conuenit: locumq; metam duces exercitus pro more iussit. Cui adhibita fide discessere legati. Illis abeuntibus statim. L. Basillum &. C. Micinium submisit: qui portam occuparent: montemq; simul exquilinum. Ipse deinde omni studio iter adiungebat. Basillo per captam irrumpente portam populus inermis iniectis de męnibus saxis & tegulis cursum continuit: & ad muros repressit. Quod Sylla conspicatus iam enim aduentarat. Ipse primus facem tenens ardentem uiam inibat: Tum sagittariis ut in superiora tecta pyrobolos nullius habita ratione iacerent edixit: affectus ira & omnibus in rebus furori sese regendum cõmittens: qui dũ hostes tantũ aspectat non amicos | non consanguineos | non familiares ulla in mentione aut miseratione ponens per incendia discurrebat: sontem insontem ut neminẽ internoscens. Inter hęc pulsus ad telluris ędem marius | per preconem seruos sollicitabat ad pileum. Aduentante deinde superatus hoste concessit ex urbe. Sylla coacto Senatu mariũ & paucos alios in quibus & tribunum plebis Sulpitium reum mortis decernit. Cęterum Sulpitius seruo prodente cęsus est: quem Sylla prius libertate donatum precipitauit ex saxo. Pro mario autem grandẽ preconio pollicitus est pecuniã:

ingrate ſane & ciuili nequaq̃ de more : quippe qui paulo ante in Marii poteſtate
domi ſiue cum dediſſet ſe : tutus dimiſſus erat / ꝙ ſi a Mario Syllam ab Sulpitio
necari permiſſum eſſet : ipſi rerum omnium potiri licuerit . Ei tamen ueniam im/
partiuit : paucis poſt diebus eadem occaſione preſtita . Eandem nequaq̃ aſſecutus
eſt clementiam . Quibus ex rebus Sylla ſenatum magno dolore clam afficiebat .
Populi autem maliuolentia & odium operibus minime obſcurum obiiciebatur .
Qui nonium eius nepotem & ſeruium cum magiſtratus Sylle fauore peterent re/
pulſos ac ſugillatos habuit . Aliis ſubinde creatis / Quorũ honores precipue Sylle
indignationi fore rati ſunt : quibus ille magnam ſimulabat : letitiam ꝙ is populo
libertatis fructus eſſet : cum quę uellet libere faceret / populare etiam odium colere/
adortus ex aduerſa factione conſulem conſtituit / . L . Cimiam exercitionibus ac
iureiurando preoccupans . Suis eum rebus ſtudio ac beniuolentia conſulturum .
Is Capitolium aſcendens / lapidemq; manu tenens / iuratus eſt . Sibi deinde pre/
ſente multitudine imprecatus eſt : niſi amorem in illum beniuolentiamq; ſeruaſſet :
non ſecus ex urbe extrudi / ac lapis e manu : & lapidem abiecit humum . Inito cõ/
ſulatu confeſtim Sylle decreta reſcindere aggreſſus / Sylle accuſationem inſtruxit .
Tribuno etiam plebis Verginio diem dixit : eum Sylla cum ſedibus iudicariis
omittens aduerſus Mithridatem traiecit : diebus quibus ex Italia Sylla mouebat
exercitum / cum alia complura Mithridati circa pergamum miſſa diuinitus ſigna
traduntur . Tum uero coronatum uictorię ſimulacrum : quod pergameni quibuſ/
dam ſuperne machinis in eum demittebant : cum fere caput attingeret effractum :
coronamq; multa perſtructa humum per theatrum eſſe collapſam . Quę res uulgo
quidem terrorem : Mithridati autem non parum męroris incuſſit . Tam&ſi per id
tempus res ſupra ſpem illi ſuccederent . ipſe enim intercepta Romanis Aſia regi/
buſq; Bithinia & Capadocia expulſis pergami conſederat . Amicis opes potenta/
tus ac regna diſpertiens : filius eius Mithridates antiquum principatum in ponto
ac boſphoro ſupra meotim obſtãtibus nullis obtinebat . Alter Ariarathes Thraciã
& Macedoniam magno ſubegerat exercitu . Alia loca duces magnas habentes co/
pias in poteſtatem redigebant . Ex quibus maximus Arthelaus uniuerſo mari na/
uibus imperitabat : Cicladas inſulas in ſeruitutem trahebat . Reliquas omnes quę
intra maleã ſite ſunt ſimul & Euboeã ipſam ſubiugarat . inde cõcitatus ab Athenis
uſq; Theſſaliam omnes ab grecis gentes ad defectionẽ ſollicitauit . Circa Cheroniã
paulum quidam nactus obſtaculi : hic nanq; Brutius Surra ſentii Macedonie pre/
toris legatus ſeſe tulit aduerſum . Vir & fortitudine & ſapientia ſingulari . ille Ar/
chelao torrentis inſtar per boetiam ruenti uehementius occurrens tribus apud
Cheroniã pręliis decertans eum repulit : & ad mare denuo repreſſit . L . Deinde
Lucullo imperante ut aduentante Sylle cederet / & decretum illi bellum permitteret /
ſtatim ad Sentium relicta boetia copias reduxit : quanq̃ res illi ſuper uota ſecundę
fluerent : & Gręcia propter hominis bonitatem ac modeſtiam familiarius ſeſe ad
permutationem haberet . Heę quidẽ res ab Rutio preclariſſime geſte ſunt . Reliquę
ciuitates miſſis legatis Syllam uocabant . Athenis autem quę Ariſtionis domina/
tionem pati cogebantur / collecto robore incubuit : eiſq; capto Pireo obſidionem
circumpoſuit : omnibus inſtans modis & uaria cõmittens pręlia . Quod ſi tẽpus
non magnum tollerare inſtituiſſet : nullo cum diſcrimine ſuperiorẽ capere urbem
dabatur : cum fame ac neceſſariorum inopia ad extremum iam perducta diẽ eſſet .

Verumenimuero cum rerum nouarum metu Romã festinaret multis cũ periculis | multis cum pugnis ingentibus inpensis omni studio bellum illud urgebat. Cui pręter reliquum apparatum Machinamentoꝝ decem mulinorũ iugorũ milibus cottidiana impendebatur opera | ut uero deficere materia cępit. Nam alia exscindi opera | alia suis effringi ponderibus | & assiduis hostium iactibus incendi sacros aggressus est lucos: ipsum etiam secuit Lyceum | & Achadeniam: cuius super oĩa suburbana densissimum erat arbustum. Cum ad usus belli pecunie urgeret inopia ad mouenda gręcie sese cõuertit a Sylla: quę in donariis ornatissima & preciosissima fuerant: tum ab Epidauro tum ab olympia ad se deferri iussit: delphos etiam ad Amphitriones litteras dedit: ut ipsas dei pecunias ad se portari prestaret. Aut enim tutius seruaturũ aut si necessarios ad usus consumpsisset: non pauciores sane restiturũ | & Caphin phocensem ex familiaribus unum misit. Cui ut singula ponderē susciperet mandata dedit. Tum caphis delphos profectus aliquid sacrorum tangere ueritus coram amphitrionibus necessitatem multis testatus est lacrimis: asserentibusqꝫ nonnullis sese cythare sonitũ intra sacram ędem audisse: caphis seu dictis fidem adhiberet: seu Sylle religionẽ uellet incutere ad eũ renuntiauit audita. Cui per facetias Sylla rescribẽs. Miror inquit Caphi si non quidem indignantis | cęterum exultantis iudiciũ tantũ esse intelligas. Quo circa perinde ac deo summa cum bilaritate pecunias tribuente. Tu quoqꝫ confidentius accipe. Cętera quidem clam gręcis emissa sunt. Dolium uero quod unum ęgregiis muneribus reliquum erat: cum & pondere & magnitudine tollere iumenta nequirent: amphitriones coacti conciderunt. Qua in re tum flamminium Tum Manium Accilium | tum paulum Emilium memoria repetierunt. Quorum hic eiecto e Gręcia anthioco: illi debellatis macedonie regibus | non modo a grecorũ templis sibi temperauerãt. Verum etiam dona illis honorem & ornamẽta complura adiecerunt. At enim illi modestissimorum hominum | qui tacitas magistratibus manus prębere didicerãt: Duces legittimi | animo quidem reges | sumptibus autem tenues ac perparci mediocribus ac taxatis utebantur impensis. Cum interim militem per assentationem sibi conciliare q̃ hostem reformidare deformius ducerent. Cuius uero tempestatis imperatores uiolentia magisq̃ uirtute fastigium uendicantes & ĩmutuam pernitiẽ armis indigentes | factiose ipsos etiam hostes in expeditionibus cogebãtur allicere. Deinde ut cõmilitonum operas emerent: grandes ad illorum uoluptates ac libidines consumerent opes. Venalem sese patriam facere non intelligebant: & ut in meliorem dominationem exercerẽt flagitiosissimoꝝ seruitio sese obnoxios reddere. Hęc Mariũ eiecerunt. Hęc eum rursus aduersus Syllam reduxerunt: hęc cinnanos in octauii: hęc fimbrianos inflacci necem suscitauerunt. Sylla nõ minima dedit initia ad eos & corrumpendos & concitandos: qui sub aliorum essent imperio: cum suis sumptuosas largitiones suppeditaret. Vnde cum cęteros ad proditionem | suos certe ad prodigalitatem corruptione incitaret: grande semper illi pecunia opus erat: ad tantam presertim obsidionẽ: ad capiendas enim Athenas grauis quedam & inexorabilis cupiditas hominem habebat. Seu uetusta urbis gloria incensus | illud umbratile bellum suscepisset: seu furiosius conuitia morsusqꝫ ferret. Quibus eum atqꝫ metellam passim de muris irridens & insultans tyrãnus Aristion irritabat: homo & flagitio pariter ac crudelitate compositũ habens animum. Is quicquid mithridaticis ex morbis atqꝫ uitiis effluxerat | ĩse ipsũ exceperat

& ciuitatem quę infinita bella complureſq; tyrannidas ĩteſtinaſq; diſcordias ſicuti
mortiferam egrotationem euaſerat ad extremum tempus adduxerat. Tritici me/
dininus mille dragmis in urbe ueniebat. Reliquis mortalibus naſcentia circum
arcem gramina paſcentibus coctoſq; calceos & uaſa cõmanducãtibus| ipſe iugiter
diurnis impotibus per laſciuiam petulantiſſime ſaltans rediculos in hoſtem factos
a ſe uerſus uſurpabat. Cum ſacram deę lucernam per inopiam olei extinctam au/
diſſet nihili fecit. Sacerdoti quę dimidiũ frumenti ſextariũ petierat| piperis miſit.
Senatorię dignitatis uiros ac ſacerdotes ſuppliciter orantes| ut miſericordia ciui/
tatis motus pacem cum Sylla fęduſq; faceret: iniectis ſagittis diſſipatos ſubmouit.
Tandem ſuis ex compotoribus duos aut tres qui de pace agerent egre miſit| qui
cum nihil ſalutare poſtulantes. Theſeũ eumolpũ| & res aduerſum medos geſtas
inani quadam obſtentatione predicarent. Abite o beati homines inquit Sylla: &
iſtas uobiſcum orationes recipite: haud enim capeſcende ſtudioſus diſciplinę.
Ab ro: po: Athenas miſſus ſum: Cęterum ut rebelles euertam. Interea ſeniores
quidam cum inceramico uerba inter ſe facerent: inuehi cęperunt in tyrannum ꝙ
muri cuſtodiam circa eptacalcum. Is intra urbem locus eſt negligentius faceret:
qua impetu facto facilis hoſti pateret aſcenſus. Is exceptus ſermo| deinde renun/
tiatur ad Syllam: quod nequaq̃ aſpernatus noctu locum captu facilem ſpeculatus
rem ipſam aggreſſus eſt. Ipſe Sylla in cõmentariis ſuis refert. M. Teium qui
prior in murum euaſerat: cum occurrenti hoſti uiolentius galee ictum inflixiſſet
gladium infregiſſe: haud tamen ceſſiſſe loco| ſed perſtantem tenuiſſe. Ea igitur ex
parte Athenienſes natu grandiores urbem captam fuiſſe cõmemorabãt. ipſe uero
Sylla inter pyraicam| & ſacram portam muro effoſo & equato ſolo nocte rupit
media| terrore maximo| cum tube cornuaq; ſtreperent: & copię quas ad cędẽ| ad
rapinam imittebat per angiportos militari clamore ſtrictis gladiis ferrentur. in/
numerabiles obtruncati. Cruoris unda & magnitudo ipſis etiam nunc locis defi/
nitur. Nam preter urbis reliqua cadauera occiſorum circa forum numerus uni/
uerſo intra diphilum ceramico continebatur. Tradunt & multi ſuburbium per
portas inundaſſe. Cum hunc in modum tot interfecti ſint: nõ pauciores extitere
qui patrię iam extinguendę miſericordia & deſiderio ſibi necem conſciuerint: hoc
enim optimates pertimuiſſe ac ſalutem deſperaſſe fecit| ꝙ nullam in Sylla clemen/
tiam moderationemq; crederent. Cęterum Midias & calliphon exules precantes|
ac genibus obuoluti & ſenatores comilitones eius ne ciuitatem deleret petiere. Ad
quos ille collaudatis Atheniẽſibus priſcis ultione iam expletus ac ſaturatus. Do/
nare ſe inquit multos paucis| uiuoſq; defunctis. Sylla Athenarum urbe potitus
eſt ut ipſe in conmentariis ſcriptũ reliquit. Kalendis martiis qui dies ad anthe/
ſterionis menſis exordium maxime concidit| in quo multa ad imitationis illius ac
diluuii merorIam pernitioſamq; ſtragem forte patrantur: urbe capta tyrannus in
arcem confugiens obſidione cingebatur. Eius operis cura curioni demãdata poſt
longi temporis tolerantiam premente ſiti in deditionem uenit: & ſtatim ſigna di/
uinitus affuere| qua enim die atq; hora illũ Curio deducebat: tot ex ſereno nubila
concurſarunt: tanta uis erupit imbriũ| ut Arax inundaret. Nec diu poſt Pyreus
in Sylle poteſtatem uenit: cuius pars maxima incendio uaſtata| ubi & philonis
armamentarium opus ſingulari admiratione proſequendum. iterea Taſiles mi/
thridatis prefectus ex Tracia & Macedonia centum milibus peditum ęquitum

decem & falcatis curribus nonaginta descendens, Archelaũ adhuc circa munichiã
stantem in ancoris arcessit: neq; mari decedere uolentem neq; ad conserendam cũ
Romanis manum acrem strenuum ue: sed ad conterendum belli tempus: & cõ-
meatus eis intercipiendos. Quę Sylla longe melius illo conspicatus: e locis steri-
libus qui uel pace uix alere possent exercitum in boetiam castra mouit: per eius rei
consilium compluribus errare uisus est: quoniam relicto Atheniensi agro aspero
quidem & equis inuio, in planos sese campos & patentes boetie locos iniecerit: cũ
equitibus & curribus cerneret robur cõstare barbaricum: uerum famem ut dictũ
est inopiamq; deuitans martis discrimina sectari coactus erat. Rursus ei terrorẽ
Ortẽsius importabat: homo imperatoriis instructus artibus & certãdi percupi-
dus: quem ad Syllam ex Thessallia copias ad ducentem inter angustias barbari
insidiantes seruabant. Ea propter in boetiam Sylla mouerat. At Caphis nostris
fauens partibus deceptis per alios tramites barbaris sub tithoram per parnasum
deduxit ortensium. Erat autem haud tante quante hac tempestate amplitudinis
ciuitas: sed excisum in precipiti rupe castellum: quo phocenses cum irrũpentem
Xerxem fugerent: edificato ibi loco salutem sibi comperarunt: hic castris positis
hortensius die quidem reiecit hostem. Noctu uero ad patronidem per aspera de-
scendens loca occurrenti cum exercitu Sylle sese coniunxit. Cõmixti collẽ quendã
qui e campis eleaticis medius eminet, occupant. Solum sane fertile, ac rerum uber-
tate cõmodum: in cuius radice aquarum abundantia erat: hunc philoboetum
appellant. Eius naturam Sylla mirifice situmq; collaudat. Castramentiũ paruus
hostibus uisus est numerus. Equites enim mille & quingenti, haud plures erãt:
pedites quindecim milibus pauciores, quo circa reliqui duces Archelaũ uel inuitũ
induxerunt. Vt acie structa copie descenderẽt: cernere erat campũ equis curribus
clipeis scutisq; refertum: uoces ac strepitus ipse minime capiebat aer. Cum tot
pariter gentes instructe cõstarent. Tam sumptuosi preterea apparatus ac spiritus
iactantia pleni, elatęq; ceruices frustra non erant: nec ad stupefaciendum inutiles:
arma quoq; radiantia auro & argento decora, & medicarum scythicarũq; uestium
colores lucentissimo ęre, ferroq; permixti, dum agitarentur instar ignis terribilem
incutiebant aspectum. Eas ob res intra uallum Romani sese cõprimebant. ita ut
Sylla nulla eis ratione pauorem posset adimere: uiolentius itaq; refugere, nec ullo
pacto quietem agere. grauiter uero ferre & cõuitiis Syllã insectari: qui barbaros
aspernãs ridẽsq; spectaret. Hęc tamen ipsa res maxime omnium Sylle profuit: &
enim Romanos contempnẽtes aduersarii confusos ad modũ uertere ordines. Cũ
alioquin ob prefectorum multitudinẽ nequaq̃ ducibus audirẽt. Nam cũ pauci tole-
ranter in castris se tenerent: maxima turba direptionibus & rapinis in escata cõ-
plurium dierum uiam longe a castris palantes uagabantur. Tum panopeorum
oppidũ excidisse dicuntur: & lebadeorũ urbe direpta oraculũ depeculatos fuisse:
nullo interim imperante duce. Sylla cũ in eius oculis tot urbes delerentur męrore
anxius & indignabundus, nullo interim ocio militem languescere patiebatur. At
nunc ex alueo cephisum cogebat auertere. Nunc nulli concessa quiete ingentes ca-
uare fossas. quod si quem cedere animaduerteret: inexorabilis castigator instabat.
Vt labore ad tanta defatigati opera, animo belli discrimina libẽtius amplexarẽtur:
quod & obuenit. Cum enim tertio post die laborantibus illis Sylla preteriret, sese
ut in hostes ducerentur magno clamore precabantur. Quibus ille haud istud

profecto pugnare uolentium |sed laborare nolentium prelium est. Sin uera certādi cupiditas inest |illuc uenite dixit armati. Cōmostratq; ubi superiori tempore finitimorum fluuio arx inerat. Tunc autem urbe deleta preruptus ac saxeus restabat tumulus |ab edylo monte disiunctus: quantum flumen assus continet | quidē sub radicem montis cephiso cōmixtus: simulq; uiolentior factus munitiorem castris reddit tumulum: quo cum ferreis insignē clipeis hostē festinantē Sylla conspiceret locum capturus preuenire contendebat. Itaq; prompta militū usus opera potitus est monte. Inde retrusus Archelaus aduersus Cheroniam fecit impetū. Cheronienses qui cum Sylla militabant eū suppliciter orabant: ne conseruādę ciuitatis curam abiiciat. Gabinium igitur trib: mil: cum coborte statim mittit. Cheronēsibus omissis: qui tam&si cuperent |Gabinum tamen celeritate consequi nequiere: Adeo bonus & Cheronēsibus ad eorum salutem animosior atq; strenuuior extitit. Iuba non Gabiniū sed hyrtiū missum fuisse dicit. Nostra itaq; ciuitas eo deducta periculorum euasit incolumis. Ab lebadie & trophonio sortes uictoriā portendētes |& secunda Romanis mittebantur oracula: de quibus per incolas plurimus sermo manat. Vt autem ab Sylla undecimo cōmentariorum scriptū est. Quintius Igitius qui inter eos qui per grecìam negociarentur non ignobilis| post partam in Cheronia uictoriam ad eum profectus |renuntiat secundā & pugnam & uictoriā ab triphonio eodem in loco non diu post significari. Post hunc quidam in ordine militans Saluenius nomine ab deo predictum esse retulit. Qualem italicis talem ex illis rebus allatum iri exitum. Vtriq; de dei omnibus hęc ipsa predicabant. Se enim eandem quę Ioui olympio uenustatem & magnitudinem uidisse cōmemorabant. Vt uero Sylla traiecit assum sub hedilium profectus |uicina Archelao castra posuit. Qui per id tempus inter Acontium & Hediliū penes asios Sic enim appellant |munitissimum iecerat uallum: locus in quo tentoria fixit in hunc usq; diē Archelaus ab illo nominatur. Sylla diem unum intermittens Murenam uno cū ordine ac duabus coortibus reliquit: qui confusum turbaret hostem. Is in cephisi ripis immolauit: quo facto in Cheroniam pergit: ut acceptis inde copiis thuriū ab hostibus captum inspiceret. Est autem cacumen asperum multis frequens anfractibus quod uocamus Orthopagiū: sub flumen Appollinis Morii Thuriiq; templum est. Id deo ab Cheronis matrę Turia indictum est cognomentū. Cheronem autem Cheronię habitatores induxisse rerum scriptores prodiderunt. Nōnulli asserunt| bouem quam Pythius cadino ducem exhibuit eo in loco primum comparuisse: & ab ea locū appellatū. Thur siquidem phoenices uaccā nūcupāt. Aduentanti Cheroniā Sylle trib: mil: urbis prefectus pręsidio |instructos armis| ducens milites |obuiam prodit|auream gestans coronam. Susceptis & appellatis benigne militibus |cum ad ingrediendū periculū adhortaretur: duo Cheronenses ei superueniunt homines: qui accepta parua militum manu. Thurii pręsidium obtruncaturos polliceantur. Occultā enim barbaris esse semitā: quę ab petorcho penes museum supra uerticem ducat ad Thurium: qua cōmeantes facto in eos impetu facile iactis superne saxis aut explosuros in plana. Gabinio de hominū fide ac fortitudinem testem se prebente. Sylla rem aggrediendam imperauit. Tū acies instruit & dispartitis in utrūq; cornu equitibus |sibi quidem dextrū Murenę uero sinistrū attribuit. Galba & Hortensius legati instructas habentes cohortes postremi succedebant: ne circumductio ab hoste fieret obseruantes: hostes enim

complurimis equitibus & leuis armaturę uelitibus cornu & inflexum & agile ap/parare spectabantur : ut cum longius reduxissent Romanos circumdarent. Interea Cheronenses cum accepto a Sylla erytio duce clam Turium circuissent : seque deinde obstentassent : ingens tumultus | & barbarorum fuga fit. Tum plurima cędes in/uicem. Nec enim permansere : uerum per prona delati propriis incumbebant ia/culis seque mutuo pellentes in precipitia dabant : hostes e superioribus instabant. & nuda cuncta faciebant : hoc pacto ad Thurium tria milia cecidere : ex fugienti/bus partem Murena instructis suis excipiens trũcat | ac delet. Reliqui intra suo/rum castra compulsi phalange | fusim irruentes pauore late ac turbatione cuncta replebant : quodque non minimum stragis importauit | ducibus moram intulerũt. Mox enim Sylla copias turbatis inuehẽs interuallumque celeritate corripiens | om/nem falcatis curribus uim intercepit : & momentum cui maxime currendi longi/tudo robur immittit : & ex agitatione uehementem prebet impetum. Spacii uero breuioris ictus imbecilles sunt : & obtusi sicuti tela tenorem ac uim non accipiunt. Quod eo tempore barbaris obtigit : priores nanque currus lentius agitati | & debi/liter inuecti | ab romanis plausibus retrudebantur & risu : quale spectaculum cur/sus equorum prebere solet : hinc robur pedestre irrumpat inuicem : barbaris qui/dem longas sarissas protendentibus | & clipeorũ serie phalangẽ instructam seruare conantibus. Romanis autem cum pyla deiecissent gladios nudantibus | & ut cõ/festim quantum ira concitabat manum consererent | sarissas repellentibus. Nam seruorum milia quindecim structa cernebant in fronte. Quos regis prefecti uno preconio uocatos ad pileum inter militares ordines locarant. Tunc Romanum quendam Centurionem dixisse ferunt : seruis dumtaxat ad saturnalia licentiã im/partitam esse : scio hos ipsos densitate ac frequentia tarde repulsos | & pręter inge/nium manere ausos. Romani sagittis & glandibus in numeris terga uertere | & aciem turbare cogunt. Archelao dextrum cornu ut circumdaret referente. Ortẽ/sius ex transuerso inuolans cursu delatas immisit cohortes. At illo confestim duo ex suis equitum milia conuertente : ab multitudine repressus Ortensius | se ad mõ/tana subtrahebat | ab legione sensim abruptus : & ab hoste circumcinctus. Id ubi Sylla resciit non dum marte conserto ab dextro cornu subsidiũ ablaturus insequi/tur. Archelaus hostis aduentum ex pulueris nube suspicatus : Ortensio libenter omisso in dextrum cornu flexit iter. Vnde Sylla fecerat impetum. Illud enim ab imperatore desertum facile sese capturum in spem uenerat. Similis & aduersus Murenam taxilles ferreis munitum scutis peditatum induxit. Quocirca uocibus bifariam illatis & tumulis clamorem referentibus anceps Sylla substitit | utra in parte presens potius adesset. Suam tandẽ aciem recipiens Murenę subsidio qua/tuor cum cohortibus misit Ortensium. Ipse uero quinta subsequi iussa ad cornu dextrum pleniore gressu pergit ire : iam aduersus Archelaum constanter pro di/gnitate pugnans. Vt autem apparuit Sylla : uiolentius incumbentes uincunt : uictos ad fluuium usque & ad Contiũ montem effusa fuga persequuntur. Murenę tamen periculum minime Sylla contempsit : sed ad ferendum concitatus auxiliũ. Vbi eos quoque uictores aspexit rursus ad insectandum conuertitur. Multi bar/barorum ceduntur in campo : plurimi dum uallum petunt obtruncantur. Ex tot milibus decem tantum milia in Calcidem elapsa sunt. Sylla refert suis ex militi/bus conquisitos esse. xiiii. ex quibus cum aduesperasceret duos aduenisse : idcirco

tropheis Martem uictoriam & Venerem inſcripſit : perinde ac in eo prȩlio non
minus fȩlicitate q̃ ſolertia & potentia rem bene geſſerit . Hoc quidem trophȩum
de campeſtri pugna erexit : qua primum Archelaus uſq; ad medum fluuium in/
clinauit . Alterum eſt ad cacumen Thurii pertinens de circũdatis barbaris grȩcis
inſcriptum eſt litteris homoloichum & anaxidamon bellatores preſtantiſſimos ſi/
gnificantibus : huius pugnȩ uictoriam Thebis celebrauit : edificata circa oeclipi
fontem ara . Iudices grȩcos aliis ex opidis accerſſens . Quando cum Thebanis
ſimultatem exercens | dimidium illorum agrum abruperat : & Appollini Pythio
& Ioui olympo conſecrarat : iuſſis utriq; deo pecuniam ex fructibus reddere : quã
ipſe rapuerat . Audiens poſtmodum flaccum ex aduerſa factione conſulem electũ
Ionium mare cum exercitu traiicere . Verbo quidem contra Mithridatem re autẽ
uera contra Syllam ipſum . Vt ei ſe ferret obuium in Theſſaliam caſtra mouit . Ei
cum penes Melitean urbem eſſet : crebri afferuntur nuntii regias copias haud ſa/
ne minores q̃ antea relictos athergo locos denuo populari . Nanq; dorilaus in/
genti nauium apparatu delatus ad Chalcidem : in quibus octuaginta hominum
milia in armis ſpectata & ex omni mithridatico exercitu preſtantiſſime inſtructa
ducebat . Mox boetiam incurſarat | agroq; potitus erat . Is ut ſcyllam eliceret ad
prȩlium promptam exhibebat operam Archilao nequaq̃ audiens | ne id faceret
obſiſtenti : rumores de priore pugna diſſeminans tot uirorum milia non ſine pro/
ditione deleri potuiſſe . Mature igitur Sylla reuerſus Archelaum uirum ſingulari
prudentia proditum & Romanȩ uirtutis etiam atq; etiam expertiſſimũ eſſe . Dori/
lao demonſtrauit . Archelaus paululum prope Syllam primus incidens primus
erat qui diſſuaderet ne prȩlio decerneretur . At inpenſis & tempore bellum terẽdũ |
ſpem tamen nonnullam prebuit Archelao propinquus Orchomeno locus in quo
locata caſtra fuerant . Is ad decertandum mirum ĩmodum ideneus : qui equeſtri/
bus copiis pollerent . Ex agro nanq; pulchritudine ac magnitudine pars excellit
ad Orchomeniorum urbem pertinens . Ea tantũ planiciȩ diffunditur arbuſtis uſq;
ad paludes uacua : in quibus Melas fluuius abſumitur : ſub Orchomeniorum
urbem emergens : magnus quidem & ſolus e grȩcie fluminibus a fonte nauigiorũ
patens : & eſtiuum circa ſolſticium inſtar nili incrementa ſuſcipiens . Eademq; in
illo naſcuntur . Et hic producit | prȩterq̃ ſiqua fructum non ferunt : aut non auge/
ſcunt . Cȩterum longe non excurrit : maxima ex parte in occultos continuo lacus |
aut ſiluas extinguitur : non magnam uero partem cȩphiſo cõmiſcet : quo in loco
precipue lacus ut uidetur cõmodam cõficiendis tibiis producit arundinẽ : locatis
igitur proxime caſtris Archelaus quidem ocioſus erat . At uero Sylla foſſas utriq;
cauat : ut ſi qua preſteretur facultas e ſolidis locis & equorum curſui aptis ad pa/
luſtria hoſtes excluderet . At illi morarum impatientes : ut primũ ab ductoribus
emiſſi ſunt tam effuſa uelocitate curſitant : ut non modo qui operibus diſtineban/
tur uerum ȩtiã perturbati ordines plurimi fugam capeſcerent . Vbi deſiliens ab
equo Sylla correpto ſigno per mactantes in hoſtem conuolat : & uociferat | mihi
quidem inquit o Romani milites hic pulchrum eſt mori : uos autem cum roga/
bimini quoniam in loco imperatorem ueſtrum perdidiſtis : dicere mementote in
Orchomeno : quo dicto reuocantur . Mox etiam duabus cohortibus ab cornu
dextro ſubſidium afferentibus incurſans uertit hoſtem . Reductis paululũ deinde
militibus prandiũ cũ dediſſet : rurſus ab hoſte uallũ foſſa muniebat . At illi denuo

instructores q̃ antea impetu deferebantur. Vbi diogenes Archelai priuignus, cū
in dextro cornu pugnā cieret cunctorū admiratione spectabilis occidit. Romani
sagittarii incūbentibus aduersariis, quo se uerterent, non haberent, collectas manu
sagittas ut enses infligentes consauciabāt. Deinde inter uallū inclusi per mortes ac
uulnera miserabiliter pernoctabant. Sylla rursus cū illucesceret adductis ad uallū
militibus fossam agitabat. Erūpentes deinde complurimos cōmissa pugna dare
terga coegit: ad quorum trepidationē consistente nemine uiolentius incumbens,
castra petit. Lacus & paludes adeo cruore cadaueribusqꝫ replete: ut in hac ętate
barbaricos arcus galeas fragmenta toracū ferrea gladios cęno inuersos offendant.
Cum post eam pugnā anni firme ducenti cōfecti sint. Res quidem ad Cheroniā
& Orchomeniū hoc pacto geste memorantur. Cū Cinna & Carbo Romę in cla-
rissimos uiros flagitiose ac impotēter agerent: complures ab eorum dominatione
fugitantes in Sylle castra: perinde ac portum sese conferebāt. Paruo deinde tem-
pore quedam apud eum senatus forma creata erat. Methella cū pueris clanculū
se ęgre subducens, ad ipsum quoqꝫ profecta nūtiat, & domū & uillas ab inimicis
incensas. Proinde ut domesticis opitularetur supplex orabat. Quas ob res cum
Sylla fluctuaret ambiguus. Nec enim patrię uastitatē negligēter tolerare poterat,
nec bellum mithridaticum opus tam arduum imperfectum relinquere cogitabat.
Archelaus deliatus mercator aduentat spes nonnullas & sermones ab regio ferens
Archelao. Id autē facinus adeo Sylle complacitū est: ut & ipse ad Archelai collo-
quia properantius uenerit. Ad mare circa delium conuenere, ubi templū est Ap-
pollinis. Prior Archelaus orsus petebat, ut asię ac ponti rebus omissis Sylla ad
Romanum enauigaret bellum, quantum pecuniarum triremiumqꝫ & copiarum
ab rege uellet accipiens. Tum excipiens Sylla mithridatis inquit securus esto. Tu
uero in eius locum regnū aggredere & inita cū populo Ro: societate naues trade.
Archelao regis proditionem abominante Sylla subiecit. Tu cū sis Archelae cap-
padox & barbari regis seruus, seu magis amicus ad bonorum talium adeptionē
turpitudinem subire nolis. Mihi autem qui sum & ro: po: imperator, & Sylla
de proditione uerbum audes facere. Quasi non ille sis Archelaus: qui nuper ex
Cheronia ex centum & uiginti milibus militum, minima cū manu salutem fuga
comparans: & biduum in Orchomenioꝝ paludibus latitans inaccessibilem pro
interfectorum multitudine boetiam dereliqueris. Archelaus mutata post hęc sen-
tentia caput inclinat: & ad preces uersus obtestatur ut bellum finiat, & mithridati
se conciliet. Sic inuitatus rem scylla suscipit, fęderaqꝫ conficiuntur: ut mithridates
Asiam paphlagoniamqꝫ dimittat, Bithiniam Nicomediam Capadociamqꝫ cędat
arobarçani. Duo talentum milia Romano pendat populo. Septuaginta naues
eratas cum apparatu & armamentis exhibeat. Sylla reliquum illi regnū stabiliter
asserat: & regem populi ro: sociū decernat, his conuentis atqꝫ confixis flexo cursu
per Thessaliam & Macedoniam ad helespontum iter facit. Archelaū honorifice
comitem habens. Eo nāqꝫ penes larissam in aduersam incidente & quidē grauiter
ualitudinem sistit iter: & de hominis salute non secus ac unius ex ducibus & cō-
militonibus curam diligentiamqꝫ suscepit: hęc rebus in Cheronia gestis crimina-
tionem iniecerunt: perinde ac ibi non sine uicio decertatum sit: ꝙꝙ Sylla cęteros
mithridatis amicos quos captiuos habebat restituens, Aristionem dumtaxat ty-
rannum ueneno substulit: qui cum Archelao simultatem exercebat. Presertim cū

decem milia agri iugera in euboea capadoci data forent : & Romanoꝝ amicus
ac ſocius inſcriberetur ab Sylla : quas res in cõmentariis Sylla refellit . Tunc ad-
uentantibus a mithridate legatis cum alia quidem ſuſcipere ſe dicerent / Paphla-
gonia uero ne mithridatẽ ſpoliaret obſecrarent . De nauibus quoq; haud omnino
conſentirent . Indignabundus Sylla quid dicitis inquit ? Mithridates ad uindi-
candam paphlagonię poſſeſſionem ſtudet : & detrahendis nauibus it inficias ?
Quem caput inclinaturum ego ſane exiſtimabam : ſi dexteram illi manũ relinque-
rem : qua tantum ciuium Romanoꝝ numerũ trucidauit . At qui alterius generis
uoces emittet illico ubi ipſe in Aſiam traiecero . Nunc pergami ſedens bellũ quod
nequaq̃ aſpexerit imperatoris diſponat artibus . Itaq; legati pauore percuſſi quietẽ
ſeruabant . At Archelaus Sylle pręces afferebat : & iracundiam mitigabat multis
cum lacrimis dextram eius attingens . Deniq; ut ad mithridatẽ legati remittẽtur
ſuaſit . Pacem enim per eius ſententiam confecturos / quod ſi non exoret ſibi ipſi
mortem conſciturum . Eo igitur has ad res emiſſo ipſe agrum medicum inuadens
& multa depopulatus loca : rurſus reuertit in Macedoniam . Deinde Archelaũ
apud philippos admittit cuncta recte habere nuntiantẽ : opus autem penitus ut
ſecum Mithridates in colloquium ueniat : fimbria potiſſimũ cauſa erat : qui cum
alterius factionis principem flaccum obtruncaſſet . Mithridatis duces ſuperans
aduerſus eum cõmeabat . Quę mithridates pertimeſcens Sylle potius familiaritatẽ
amicitiamq; delegit . Proinde in Troadis dardano conuenerunt . Mithridates
quidem ducentas uni remes habens / ex pedeſtribus uero copiis . xx . armatorum
milia ac ſexcentos equites / curruſq; falcatos plurimos . At Sylla cohortes quinq;
equiteſq; ducentos : cum Mithridates obuiam prodiſſet / ac dextram pertendiſſet.
Sylla percunctatus / bello ne inquit finẽ imponis iis conditionibus quas confeſſus
eſt Archelaus ? Tacente rege Sylla eos inquit : quibus pace opus eſt / uerba prius
facere cõuenit . At uictoribus ſilentia tenere ſatis eſt . Poſtq̃ Mithridates purga-
tionem ſuam orſus belli cauſas partim in deos uertere / partim in ipſorum culpam
Romanorum referre conatus eſt : excipiens Sylla / dudum ait aliis renũtiantibus
audieram . Nunc autem ipſe intelligo q̃ ſingulari Mithridates polleat eloquẽtia :
qui tam flagitioſis in rebus tanq; impiis / pretextu & ratione probabili minime
caruiſti . Cum autem quę acerbiſſime ab eo parata fuerãt confutaſſet : & accuſan-
do improbaſſet . Denuo rogauit / num quę cum Archelao pacta cõuentaq; ſint ab-
ſoluat . Illo enim in modum facturum ſeſe reſpondente : familiariſſime ſalutauit /
& amplectens exoſculatus eſt . Inſuper Ariobarçanem & Nichomedem reges ad-
ducens conciliauit / in gratiãq; reuocauit . Mithridates itaq; nauibus ſeptuaginta
traditis ſagittariiſq; quingentis in pontum enauigauit . Eam pacem milites gra-
uiter & iniquo ferebant animo : ſiquidem regum omnium in iuſiſſimum qui uno
die centum & . l . Romanorũ milia paratis iugulari fecerat inſidiis / tantis opibus
& ſpoliis datis ex Aſia uelis abſcendere indignum cenſebant : quam annos iam
quatuor populationibus collectiſq; tributis exauſerat . Quod cũ Sylla ſenſiſſet eam
facti defenſionem afferebat : q; Mithridati ſimul & fimbrię ſi in ſe conſpiraſſent
bellum nequiret inferre . Inde aduerſus fimbriam incitatus / qui pęnes thiatira ca-
ſtra habebat . Iacto proxime uallo caſtra foſſa circumcinxit . Tum fimbriani
milites e caſtris ſolis elapſi tunicis Syllanos familiariter amplexati / operũ adiuto-
res ſe fecerunt : promptiſſimam inpartientes operam . Eam conſpicatus fimbria

permutationem & cum Sylla in gratiam redire posse desperans: intra uallum necem sibi consciuit. Sylla duobus milibus talentum uniuersam condempnauit Asiam. Priuatim autem cum contumeliis tum obsidione inmorantium domos absumpsit. Edictum enim erat ut hospes diuertenti apud se militi quatuor tetra preberet in dies: cenam insuper ei & quotcunque familiares inuitasset. Centurioni drachmas quinquaginta in dies singulos. Vestem aliam cum domi uersaretur, aliam cum prodiret in publicum: cuncta dehinc cum classe discedens epheso die tertio intra pyreum iecit ancoras. Vbi cum sacris initiatus esset: sibi ipsi peculiarē apelliconis teii bibliotecā exemit: in qua omnia ferme Aristotelis & Theophrasti uolumina fuerant: quorum noticia non dum aperte manarat in uulgus. Ea Romam delata maximam partem ab Tyrāmone grāmatico digestam in numerū fuisse traditur. Ab quo rhodium andronicum cum esset facile nactus exemplaria in medium posuisse: & quę nunc feruntur. Tabulas exscripsisse, Cęterum uetustiores Peripatetici perse quidem eximii & doctrinarum studiosi uidentur. Verum in Aristotelis ac Theophrasti scriptis non multis sane aut multa cum diligentia uersati: propter Nelei Scepsii heredē cui Theophrastus suos codices legarat. Qui deinde ad imperitos homines. Quos nulla honoris & laudis cura tangebat peruenerant. Sylle moram circum Athenas trahenti dolor cum stupore pedibus atque molestia incidit: quem Strabo balbutientē podagrā appellat. Quapropter Adisson enauigans calidarum usum aquarum habuit: per ocium simul & illecebras, scenicis cum histrionibus diem exigens: per littus deambulanti piscatores quidā eximie pulchritudinis pisces attulerunt: quo munere plurimum delectatus: ut Alęenses esse cognouit. An inquit quidam ex Alęensibus adhuc superstites restāt? Post partam enim ex Orchomeni prelio uictoriam, in persequendis hostibus tres una boetię urbes deleuerat. Anthedonem Larymnam & alęas: hominibus uero nullam metu uocem ędere ausis surridens Sylla letos abire iussit: haud enim cum uilibus aut neglectis quęque reiici debeant aduenisse. Eam ob rem Alęenses spe pleni in unum congregati urbem denuo repetisse dicuntur. Sylla per Thessaliam & Macedoniam ad mare descendens, mille ac ducentis nauibus ab dyrachio Brundusium traiicere parabat. Proxima est Apollonia: quam penes est Nymphеum, sacer locus, e uirenti colle ac pratis ignis fontes effundens, assidue per sparsos riuulos defluentes. Hoc in loco memorię proditum est somno pressum Satyrum fuisse captum: qualem poetę ac pictores effingunt. Is perductus ad Syllā complures per interpretes quis nam esset interogatus, nihil quod posset intelligi uix uociferatus est. At uocem asperā equi presertim hynnitu & hirci balatu permixtam edens, cum Syllam obstupefecisset datis comitibus dimissus est. Sylla cū transmissurus esset milites: ac uereretur ne ubi prehendissent Italiam quisque per urbes dilaberetur. Primum quidem iurarunt per se mansuros, nullamque sponte sua Italię uastitatem importaturos. Post modum cum grandi pecunia illi opus esse conspicerent: unusquisque suis rebus primitias adimens pro facultate ad Syllā conferebant. Quas tamen Sylla minime suscipiens collaudauit. Tum adortatis & accensis animis aduersus imperatores. xv. & quidem ut ipse inquit inimicissimos traiecit, quadringentas & .l. cohortes habentes. Cum antea deus illi fęlices rerum successus manifestissime portendisset. Nam eo circa Tarentū qua traiecerat immolanti, Iecur extrema sui parte laurec corone formam habens inspectum est.

Corymbo pendente gemino . Pridie q̃ Campaniã ingrederetur : duo eximię ma/
gnitudinis hirci penes Epheum montem conſerere conſpecti ſunt omnia quę in/
terpugnandum euenire mortalibus ſolent : nunc inferentes | nunc tolerantes |&
profecto phaſma fuit . Paulatim ab terra eleuatum quaqua uerſus per aerem diſ/
pargebatur : obſcuris ydolis per q̃ ſimile poſtmodum euanuit .Nec diu poſt Ma/
rio iuniore & Norbano conſule magnas inducentibus copias .Sylla cum neq; aciẽ
neq; turmas ſuorum inſtruxiſſet : cominus ſtrenuitatis robore & audacię uſus
impetu in fugam conuertit hoſtes : & ſeptem milibus cęſis intra urbem capuam
Norbanum incluſit : hanc extitiſſe cauſam inquit ut per oppida milites non diſ/
ſoluerentur . Sed coniuncti aduerſarios aſpernarentur : tam&ſi etiam atq; etiam
amplior eſſet numerus .In ſiluio ſeruum pontii numine afflatum ſibi obuiã ueniſſe
ſcribit : qui diceret ſe a Bellona miſſum ut belli potentiam atq; uictoriam nuntia/
ret . ꝙ ſi non maturaret Capitolium incendio periſſe . Quod & qua die predictũ
ab homine fuerat obuenit . Ea uero fuit pridie nonas quintiles : quas nunc Iulias
uocamus . Marcus etiam Lucullus ex Syllanis ducibus unus ad fidentiam ſex/
decim cohortes aduerſus hoſtiles quinquaginta inſtruens fiſus militum ſtrenui/
tate : equibus inermes per multos habebat tardior ſubdubitabat . Eo deliberante
e propinquo prato mollis aura frequentiſſimos exercitui flores incutiens |& ma/
nentes perſe inſperſit |& adeo ſuper ſcuta & galeas intulit ut hoſtis coronatos exi/
ſtimaret .Ea re animoſiores facti conſerunt manus uictoreſq; decem & octo milia
trucidant : & hoſtem caſtris exuunt | hic eius Luculli frater erat a quo poſteriori
tempore Mithridates atq; Tygranes debellati . Sylla multis adhuc exercitibus &
ingentibus copiis circumfuſos undiq; ſibi hoſtes uidẽs potentię fraudes adiũxit .
Alterum ex conſulibus Scipionem ad pacem inuitans | qui cum acciperet |plures
in unum conuentus colloquiaq; fiebant .Sylla uero ſemper aliquam alliciendi ora/
tionem iniiciens & occaſionem Scipionis cõmilitones per ſuos contaminabat .
Qui ad fraudandos & omni incautos ratione demulcendos homines quemad/
modum : & eorum ductor exercitati callebant : hoſtilia nanq; ingreſſi caſtra & illis
inmixti nonnullos confeſtim argento : quoſdam pollicitationibus | alios blandi/
mentis & ſuadendi ſuauitate perliciebant .Poſtremo Sylla cum in cohortibus . xx.
proprius aduentante |nonnulli Scipionianos ſalutant . Illi autem ſalute reddita
ad illos accedunt . Scipio intra Tentorium ſolus captus dimittitur . Sylla cum co/
hortibus . xx . perinde ac manſuefactis auibus intra milia inimicorum . xl . lucta/
tus cunctos redduxit in caſtra . Quo tempore carbonem dixiſſe memorię prodi/
tum eſt : ꝙ cum aduerſus uulpem atq; leonem Sylle animum incolentes bellige/
raret : maior ex uulpe ſibi meror inferretur . Poſt hęc Marius . lxxxv . cohortes
circa ſignum habens Syllam prouocabat ad pręlium .Is autem eo die ad ineundũ
certamen promptiſſimus erat . Quieſcenti enim huiuſce generis obuenerat inſom/
nium : ſeniorem nanq; Marium diu uita functum filio Mario ſuadentem admo/
nentemq; exiſtimarat . Vt diem qui inſequebatur cautius euitaret : uti per magnã
ſibi infęlicitatem importantem . Quocirca Sylla ad conſerendam manum arden/
tior . Dolobellam procul inde metatum accerſit : incumbentibus hoſtibus & uiã
intercludentibus : Syllani ſuſcepto ut uias ſternerent pręlio |laſſitudine frangebã/
tur : frequens ſimul pluuia operibus ingruens maius illis malum iniecit . Ea
propter Centuriones Syllam adeuntes ſuppliciter orant : ut aliud in tẽpus pręliũ

differat. Milites pariter per laborem eiectos & humi quiescentes at statutis incū/
bentes ostentant. Quod simul ac inuitus Sylla concessit. Dato locandis castris
edicto: iam uallum iacere priusq̄ reuocaretur exercitus & fossam ducere ceperant.
Ecce Marius suos elatus infert inter propugnatores adequitans ut confusis ordi/
nibus & tumultuose perturbatis cuncta dissipaturus. Vbi fortuna uocem inter
somnos auditam Sylle perducebat ad exitum. Cuius ira militibus astitit qui ope/
ribus intermissis, fixisq; ante fossam pilis gladios stringunt: sublatisq; militari de
more clamoribus manum cum hoste conserunt. Marianorum cum diutius sub/
sistere nequirent terga uertentium strages per magna fit. Marius sese Preneste fu/
ga subtrahens obseratas iam portas offendit: fune superne demisso cum se incin/
xisset receptus in murum. Nonnulli equibus est fenestella asserunt ne prelium
quidem sensisse Marium. Ceterum cum per uigilias ac labores humi incumberet,
in umbra dato iam pugnę signo sopori se dedisse. Postea fuga iam facta egre se
excitatum. Eo in prelio Sylla scriptum reliquit tres ac uiginti dumtaxat amisisse:
cum ex hostibus. xx. milia obtruncarit: octo autem milia in potestatem uiua re/
degerit. Eodem etiam modo reliqua per eius prefectos prospere cedebant. Pom/
peium Crassum Metellum Seruilium: ii enim aut nihil aut parum incurrentes
aduersi, ingentes hostium copias deleuere. Adeo ut Carbo qui contrariam facti/
onem continebat ab eius exercitu fugam noctu faciens, tandem in Africam naui
sese receperit. Certamen extremum ne ante Romanas portas precipitem sterneret
paululum abfuit: quo sannis telosinus ei perinde ac lasso pugil insidiator ícubuit.
Magnam siquidem is manum adunans Lamponio Lucino socio secum adscito
preneste iter accelerabat: ut ab obsidione Marium eriperet. Cum autem uir belli/
cosus & ingentium preliorum expertissimus. Syllam a fronte, Pompeium atergo
in se ipsum incursantes intellexisset: ante retrocq; compressus noctu castra mouit in
ipsam Romam uniuerso cum exercitu conuolans. Nec multum defuit quin Ro/
mam omni presidio nudatam irrumperet. Decem stadia prope portam Collinā
suos continens stationem posuit. Ingenti gloria elatus ac spe q̄ tot talesq; duces
imperatoriis artibus & uaframentis illusisset. Vt primum illuxit flore iuuentutis
aduersus illum adequitante cum alios per multos. Tum Appium Claudiū uirū
generosum ac strenuum prosternit. Orto intra urbem ut par erat tumultu simul &
ululatu muliebri atq; discursu ueluti ab hoste uiribus urbe capta. Primus Galba
premissus a Sylla summo studio cum equitibus septingenti aduentans conspicitur:
qui facto tanto temporis interuallo ut equis sudorem refrigeraret, rursus deinde
frenis impositis e uestigio cum hostibus conseritur. Sylla interim apparuit: qui
primoribus prandium capere iussis, confestim in acie constituit. Dolobella &
Torquatus ut impetum contineret multis instabant precibus: ne domitos de fa/
tigatione homines periculis supremis obiiceret: haud enim Carbonem aut Ma/
rium uerum Samnites atq; Lucanos acerbissimas inimicis & hostibus animis
nationes aduersus Romam inferri: quibus reiectis tubas pugnę signum & in/
uadendi initium canere iussit. Dies iam horam uergebat in decimam: cum de/
certantibus qualiter nunq̄ alias: dextrum cornu cui Crassus preerat splendidam
uictoriam reportadat. Sinistrum uero laborabat & male habebat. Cui tum Sylla
albo insidens equo, & pedum uelocitate prestanti, & inde notior opem ferret, duo
in eum hostes iamiam dimissuri hastas intentant: quos minime quidem preuidit

ipſe . Verum ſtabulario equo plagas intorquente tantũ ablatus preuenit quantũ
haſtarum cuſpides pęnes equi cuidã collabentes humi defixe ſunt . Traditum eſt
Syllam cum quandam Appollinis imaguncularn e delphis nactus eſſet : eã iter/
pręliandum ſinu ſemper ferre ſolitum : hanc eo tempore exoſculatam hiſce uerbis
adlocutum . O Appollo inquit pythię : qui fęlicem Syllam Cornelium tot ex pre/
liis illuſtrum ampliſſimumqꝫ ſuſtuleris : hic in patrię portis ſuis cum ciuibus fę/
diſſime pereuntem abiicies : huiuſcemodi uocibus cum Sylla deum inuocaſſet |nõ/
nullis ſupplicem obuolutum |aliis minas incuſſiſſe |quoſdam increpaſſe ſiniſtro
deniqꝫ cornu confracto |inter fugientes permixtum intra uallũ ſeſe recepiſſe : ma/
gno & amicorum & familiarium amiſſo numero . Ex urbe non pauci qui ſpectatũ
aduenerant conculcati & extincti ſunt : adeo ut ciuitas deleta putaretur . Cunqꝫ
multi preneſte ex fuga truderentur . Marius ab obſidione fere ſolutus eſt iuben/
tibus : Lucretiũ Ofellam quem obſidioni Sylla prefecerat mox caſtra mouere : ut
Sylle rebus in pernitiem datis : & in hoſtium poteſtate exiſtente iam Roma : pro/
funda iam nocte quidam in Sylle caſtra a Craſſo miſſi perueniũt : ſibi ac ſuis cęnã
depoſcentes |fuſis enim & fugatis antemnam hoſtibus ibi locaſſe caſtra : quo ac/
cepto nuntio cum iam aduerſariorum eſſet latiſſime ſtrages edita | ſub auroram
profectus eſt antemnam : ad eam tribus milibus caduceatorem mittentibus |tute/
lam eſſe promiſit |ſi cęteris ab ſe quopiam affectis in commodo Syllam adirent :
quibus pollicitationibus cum credidiſſent : facto ĩ reliquos impetu multi mutuis
uulneribus cęſi : hos tamen & alios qui ſupererant ad ſex milia ĩ circo congregat :
ſenatum in ęde bellonę uocans . Eodem tempore & Sylla orationem in ſenatu ex
orſus eſt : & quibus negotium datum erat : ſex illa milia truncabant . Cum tot
milibus paruo in loco iuguladis fremitus deferretur : attonito ſenatu ipſe nichil/
ominus inmutato atqꝫ conſtanti uultu orationem continuans : ſenatum dictis
eius intentos adhibere animos edicit : nec quę foris gerantur |perinde ac ſuperua/
canea curioſius perſcrutari : eo nanqꝫ iubente caſtigari pleroſqꝫ flagitioſos . Nemo
Romanus tam bardo extitit ingenio . Cui non cognitu facile fuerit : eum habitũ
potius dominationis commutationem ꝗ liberationem fuiſſe . Marius quidem cũ
initio grauis eſſet : per potentiam auxit |non autem mutauit ingenium . Sylla uero
principio ſumma cum modeſtia & ciuili de more ſua in fortuna uerſatus |eam de
ſe prebuit opinionem ut fautor optimatium & utilitatis publice ſtudioſus prin/
ceps foret . Quiquidẽ ab ineunte etiam ętate riſibus deditus fuit |& ſic ad miſeri/
cordiam flexibilis : ut ei facile aborirentur lacrime |quas ob res magnis potenta/
tibus iure calumpniam impreſſit . Quippe qui mores in priſtino uiuẽdi ritu per/
manere non ſinant : & uecordes molliculos ac humanitatis reddant expertes |hoc
igitur ſeu naturę commotio ſit & ab fortuna facta cõmutatio |ſeu ſubiacentis ma/
litię in licentia reuelatio : alio quodam tractatu & facultate diffiniẽdum eſſet . Sylla
ad iugulandum uerſo : & cadaueribus iam urbe repleta : cum cędes neqꝫ numerũ
neqꝫ modum haberent ullum : multi quibus mille cũ Sylla res erãt : priuatis ini/
micitiis interempti |ſic ſuis permittente & gratificante Sylla . Tunc iunior quidã
C . Metellus Syllam in ſenatu rogare auſus eſt . Quis malorum finis erit ? Quo
nam uſqꝫ progrediens incumbentum gladium requiem expectare iubes ? haud
enim ſupplicium ab his deprecamur ut quos necari inſtituiſti . Sed ambiguitatẽ
ab iis quos conſeruare decreuiſti . Reſpondente Sylla nec dum ſibi compertum eſſe

quos dimittat. Metellus subiecit / Itaqꝫ declara qui sunt quos penis affecturus es / id se facturum Sylla dixit. Quidam non metellum / sed afidium ex assentatoribus hoc dixisse asserunt. Sylla igitur ex templo octuaginta proscripsit / nulli senatorum communicato consilio: omnibus ęgre ferentibus uno interiecto die ducentos ac uiginti alios adiecit. Deinde tertio non pauciores rursus adiunxit. Super his cũ contionem haberet quotcunqꝫ memoria tenuisse contigit / eos proscribere se inquit: quos uero in presentia delet obliuio denuo proscripturum: qui proscriptum acceptasset / salutiqꝫ consuluisset: humanitati pęnam mortem definiuit: non fratrem non filium / non parentes excepit: qui necasset cędis mercedi duo talenta constituit: seu dominum seruus / seu patrem filius interemisset. Quod autem omnium iniustissimum existimatum est: proscriptorum filios ac nepotes honore priuauit / omnium bona publicauit. Nec Romę solum / uerum etiam in omnibus Italię oppidis proscriptiones fiebant / neqꝫ deorum templa / neqꝫ hospitales penates / neqꝫ paternum domicilium a cędibus purum erat. In uxorum sinibus mariti / in matrum liberi confodiebantur. Fuere & qui per iracundiam occiderentur. Alii per inimicitiam / nulla sane porcio pre iis / qui pecuniarum gratia obtruncarentur. At enim interfectoribus ipsis dicendum obueniebat / hunc quidem domus interemit amplissima: illum ortus / alium aquę calidę. Q. Aurelius nullis se prorsus negotiis inplicans / tantumqꝫ sibi malorum conmunicationem pertinere arbitratus quantum infęlicibus aliis condolere fas esset / forum ingressus proscriptorum noĩa perlegebat. In quibus cum se ipsum comperisset. Ve mihi misero inquit / Albana me uilla persequitur. Paululumqꝫ procedens ab persecutore iugulatus est. Interea Marius cum in hostium potestatem ueniret: sibi ipse mortem consciuit. Sylla dehinc Preneste ueniens / priuata uiritim iudicia faciens / cruciatus inferebat. Postea quasi non esset ocium cunctos unum glomerans in locum / milia duodecim trucidari iussit: soli prestans libertatem hospiti. At ille generosa nimium usus uoce: nunꝗ̃ salutis gratiam sum habiturus ait / si extinctori patrię permiscear: & sponte sua cum ciuibus obtruncatus est. Maxime nouitatis. L. Catellinę uisum est facinus. Is enim rebus non dum iudicatis fratrem occiderat. Tunc magnis pręcibus Syllam obsecrat: ut hominem in proscriptorum numerum redigat: perinde ac uiuus esset: proscriptusqꝫ fuit / huius rei gratiam Syllę referens quendam. M. Marium aduerse factionis hominem confodit: & Syllę in foro sedenti caput eius attulit. Ad proximum deinde Appollinis lauacrum accedens manus abluit: pręter hęc funera & alia męrorem hominibus inferebant. Se ipsum enim dictatorem dicens. Id magistratus genus ad annos centum ac uigĩti desumpsit. Factorum omnium ab eo per senatus consultum ei attributa licentia. Imposterũ quoqꝫ data potestas necis / confiscationis / sortitionum possessionis populationis auferẽdi regni conferendi cuicunqꝫ collibuisset: publicatarum uenditiones edium: adeo superbe adeo imperiose factitabat in suggesto considens. Vt longe magis in largiendo ꝗ̃ in spoliando inuisus & acerbus esset: uenustis mulieribus / fidionibus / histrionibus libertinis / monstris: gentium agros / urbium prouentus elargiebatur. Nonnullis inuitarum coniugia feminarum. Cum Pompeium magnum affinitate intima sibi deuincere uellet cũ uxore diuorciũ facere imperauit &. Emiliã & Scauri & Metelle coniugis sue filiam a magno Glabrione distractam ac pregnãtem locauit. Adolescentula uero cũ pęnes Pompeiũ pareret uita excessit. Lucretio

Ofellę ⸝qui per obsidionem Marium expugnauerat ⸝consulatum petenti Sylla im-
pedimento erat. Ille autem sollicitatus a multis in forum uenerat: quem missus
ab eo Centurio iugulauit. Ipse in Castoris ędę sedens cędem e suggesto superne
spectabat. Capto a circumstantibus Centurione & ad tribunal adducto⸝ tumul-
tuantes silere iubens. Ego inquit hoc mandaui: & ut Centurio dimitteretur⸝ im-
perauit. Triumphus eius cum magnifico sumptu & regiorum nouitate spoliorū
excellentissimus. Tum exulibus iocundus ornatissimum prebuit spectaculum.
Ciues enim & gloria & potentia longe primarii coronati sectabantur. Conserua-
torem patremq; Syllam uocitantes: perinde ac eius opera in patriam reuersi uxo-
res ac liberos receperint. Cunctis unum coactis in locum in media contione rerū
a se gestarum rationem reddidit. Nec minore studio fortunatos euentus ⸝q̃ fortia
facta denumerauit: & in per oratione fęlicem in his annum appellari iussit. Ad
gręcos scribens ⸝aut sententiam dicens ⸝se uenustum appellabat. Nunc & in mo-
dum apud nos in tropheis inscriptus est. L. Cornelius Sylla uenustus. Metella
quoq; gemellos enixa marem: quidem Faustum fęmellam uero Faustam nomi-
nauit. Fęlicem enim atq; hylarem Faustum Romani uocant. Tantam profecto
non gestis sed fęlicitati fidem pręstabat: ut post tot ab eo peremptos ⸝cum rerum
innouatio permutatioq; fieret: in urbe sese magistratu abdicauerit: & cōsularibus
comitiis in populi potestate constitutis: nec ipse prorsus accesserit ⸝& uolentibus
expositum corpus exhibens: uti priuatus medio uersaretur in foro: pręter eius
sententiam audacissimus quidam inimicitias secum exercens ⸝Cęterum uir claris-
simus. M. Lepidus consul designatus est ⸝non sane propter eū. Verū Pompeii
gratia: qui maximum ei rei studium impendens ingentes populo pręces adhi-
buerat. Itaq; cum ea letum uictoria Pompeium Sylla cerneret ⸝ discedentem ad se
uocans: q̃ honestum est inquit ⸝tuum illud o adolescens in ciuitate facinus? quo
stolidissimum hominem lepidum: priusq̃ omnium pręstantissimum catulum re-
nuntiasti. Tibi tamen haud dormiendi tempus est: qui aduersus te certaturum
ualentiorem effecisti. Hoc quidem Sylla perinde ac uates presagiuit: & enim Le-
pidus extemplo contumacius ad sceuitiam uersus in Pompeium belligerans per-
stitit. Sylla ex uniuersis fortunis herculi decimam sacrificans Opipara populo fecit
conuiuia: in quibus tam superuacaneus ac redundans in necessariis apparatus
extitit: ut plurima omnis generis condimenta cibariaq; deiicerentur in fluuium:
& quadragenarium ac supra uinum potaretur. Inter conuiuia multos celebrata
dies. Metella morbo extinguebatur prohibentibus amicis ⸝ne Sylla prorsus eam
adiret: aut ędes funere contaminaret. Is scripto ad illā repudio uiuentem adhuc⸝
Alterum in domicilium transferri iussit: & hoc legitimum summa cum diligentia
per superstitionem seruandum curauit: legem autem prius a se latam: quę fune-
bres desinit īpensas omnino transgressus est ⸝ nullis parcens sumptibus. Insti-
tutum etiam dum ab se de cenarum tenuitate ac parsimonia modum excessit. Inde
compotationum & conuiuiorum lasciuia & dicacitate consolatus est luctum. Pau-
cos post menses gladiatorum spectaculum edidit: locis nec dum distinctis: ac
promiscuis in Theatro uiris ac mulieribus: decoram spetie feminam & genere il-
lustrem prope Syllam sedere contigit. Erat enim Messale filia oratoris Ortensii
soror ⸝Valeria nomine ⸝ei cum marito discordiam nuper obuenerat. Ipsa post Syllā
accedens ⸝atq; manum applicans: trahensq; uestes rugā ⸝ suas transiuit in sedes.

In spectante intensioribus oculis Sylla & admirationis signa pre se ferente. Nihil
inquit o Dictator grauius sucrense uelim: & ego paululum tuę fęlicitatis portionē
capere: & sane non in iocunda ad Syllę aures peruenit oratio. Statimq; pruriētis
dabat inditia misso nāq; nuntio: mulieris nomē prosapiā uitāq; edoctus est. De/
hinc alter in alterum iactabat oculos: uicissimq; uersabantur uultus assidui: nec
pauciores molliculorum risuum collationes erant. Rei postremo uxorię consensus
& pactiones nullam fortasse Valerię increpationem afferentes. Sylla uero tam&si
pudicam maxime ac generosam, non tamen ex pudico ac honesto uxorem cępit
initio: oculis & oratione uenustula seductus instar adolescentuli: a quibus tur/
pissimi & procacissimi motus naturata excitari solent. Verumenimuero cum hanc
etiam domi haberet: sodalitia cum minimis mulierculis, cytharedis, & scenicis
hominibus agitabat, & stratis humi tapetibus interdiu compotationes celebrabat.
Qui enim plurimum apud Syllam ea potestate poterant, ii erant. Roscius come/
dus. Sorex mimorum princeps. Mecrobius baccanaliorum cantor: quem licet
cutis nitore delapso amoribus omnino completi pergebat: nec ea de re ibat infi/
cias. Vnde leui nimirum ex causa incipientem morbū aluit: & per intestina ulcus
innascens diutius non intellexit. Inde carnis corruptione contracta in pediculos
tota conuertebatur. Adeo ut cum permulti die simul ac noctu illos adimerent
prę iis qui innascebantur interceptorum nulla pars erat. Tunicę omnes Therme
lauacra dapes illius exundantis sordis implebantur: tanta uis epullulabat. Quo/
circa sepe numero per singulos dies ingrediebatur aquam: ut per inundationes
membra emundaret. Nulla uero erat utilitas. Cęleriter enim inualescebat permu/
tatio: & pedoris magnitudo omnia purgamenta superabat. Ferunt ex antiquis/
simis Acastū Pelię filium hoc morbi genere quem Phthoriasim appellabant in/
terisse: ex posterioribus autem alemanem: qui mirificus componēdis carthilenis
artifex fuit: & pherecilem rerum diuinarum scriptorem: & Callisthenem Olim/
thium dum carceris custodia teneretur. Pręterea & Mumium iuris consultum:
quod si eorum mentio facienda esset: qui nulla ex re bona nobiles tamen euasere.
Traditum est eum qui in Sicilia belli seruilis auctor fuit. Eunum nomine & fu/
gitiuum seruum deinde captum Romamq; perductum ex Phthiriasi mortē obiisse.
Sylla non modo suum preuidit interitum. Verum etiam quodāmodo eū scriptis
commendauit. Nam uigesimum secundum cōmentariorum librum biduo antea
q̃ mortuus est scribendi finem fecit. Vbi caldeos sibi predixisse affirmat ꝙ ei cum
beate uixisset in ipso fęlicitatis uigore moriendum esset. Scribit etiā filiū ꝙ paulo
ante Metellam expirauerat: per quietem sibi uisum uilissimo indumento sibi ad/
sistentem: pat[illegible] suppliciter obsecrantem: ut ab his se curis absolueret. Euntem cū
eo ad matre[illegible] Metellam quiete & omni negotiorum abiecta cura cum illa uitam
duxisse haud tamen reip: studio sese retraxit. Decem enim priusq̃ mortem oppe/
teret diebus: ortis īdicearchia idest puteolis inter incolas seditionibus: reuocatis
in gratiam animis legem de gubernatione ciuitatum illic conscripsit. Pridie cum
principem granium, qui ęs grande publice debebat minime idcirco soluere uelle
intelligeret: quia ipsius prestolaretur interitum: accersito intra cubiculum homine
ministros circumlocauit: & eis ut Granium suffucarent edixit: inter uociferatio/
nes & animi cruciamenta effracto apostemate cruoris gurges erupit. Inde uiribus
destitutis acerbe nocte perducta uitā euomuit. Duos ex Metella reliquit infātes.

Nam post ipsius obitum Valeria filiolam peperit: quam Postumiã appellauerũt: quos enim post parentis interitum nasci contigit: eo nomine Romani uocant. Multi facto conuentu concitati Lepidum adierunt: ut corpus ab consuetis obsequiis arcerent. Pompeius uero licet Sylle succensens, solus enim ex amicis in testamẽto preteritus erat: quosdã pręcibus & gratia, alios minis reprimẽs, comes cadauer Romam deduxit: & funeri pręsidium pariter & honorẽ exhibuit. Tantam ab matronis uim odorum ablatam esse dicitur: ut pręter eos qui in lecticis decem atq; ducentis comportabantur quedam iuste magnitudinis imago Sylle formaretur. Et thure Cinnamomoq; ingentis pręcii lictor formaretur: sub solis ortum cum nubilus dies esset: & celestes expectarentur aquę: hora uix nona cadauer extulerunt: clari deinde flatus ex oriente procella: quę rogum multas exuscitaret in flammas; ante pluuias elatum est corpus. Tabescente iam rogo & sopitis ignibus multus effusus est imber: ad noctẽ usq; perdurans, ut eius fortuna & sepeliendo corpori comes permansisse uideatur. Monumentũ in campo Martio situm est. Inscriptio ab eo conscripta hunc in modum summatim relicta fertur. Nemo me amicus benificentia, nemo inimicus inferenda iniuria superauit.

QVANDO ET HVIVS PERCVRRIMVS VItam iam comparationem ipsam aggrediamur. Itaq; magnos euasisse, cum amplitudinis initium in se susceperit, fuit utriq; commune. Peculiare Lysandri est a uolentibus sanisq; ciuibus quoscunq; adeptus est magistratus accepisse. Neq; uiolenter ab inuitis quippiam extorxisse aut pręter leges ualuisse. Seditione malus summos sortitur honores sicut corrupto per id tempus populo & ęgrotãte rep: alius alio ex loco potentior oriebatur: & profecto mirandum non erat si tunc Sylla dominationem usurpabat: cũ glautie saturniniq; ex urbe metellos explodebant: consultũ filii in cõtionibus obtrũcabantur: argẽto atq; auro militibus emptis arma capescebant: igni ac ferro superatis uiolentius aduersariis leges ferebant. Nec eũ incuso qui ut plus cęteris posset in huiusmodi rerum perturbationibus accuratam dederit operam. Verumenimuero non id optimum pono signum: eum prestantissimum esse, qui in urbe tam in fęlici priores partes gesserit. Atq; asparta presertim tam bonis eo tempore legibus instituta modestissimaq; ad amplissima missus est imperia: resq; gerendas is ferme optimorum optimus, priorum primus iudicatus est. Quibus ex rebus alter sępius a magistratu se abdicans, sępius illum recepit. Virtutis enim manebat honor: qui principatum obtinebat. Alter Dictator semel delectus exercitus decem assiduos annos, nunc consulem modo proconsulem, interdum Dictatorem se ipsum faciẽs Semper uero tyrannus permansit in armis. Lysander ut explicatum est ciuitatis gubernacula minore quadam ratione magisq; legitima ꝙ Sylla permutare conatus. Suasione enim non armis nec simul uniuersa destruens sicut ille. Verum regalem

ſtatum ad meliora dirigens . Quod & natura prefecto iuſtum uidebatur : ut &
optimus ea in urbe regnũ haberet : quę gręcie principatũ non generis nobilitate|
ſed uirtute comparauerat .Nam quemadmodũ uenator non canis prolē : ſed canē|
& equitandi ſtudioſus non equi fętum |ſed equum queritat . Nam ex equo mulũ
procreari contigit . Ita & adminiſtrãde ciuitatis curioſus errabit omnino : ſi ciui/
tatis principem non quis | ſed a quo ſit inueſtigauerit .Ipſi utiq; ſpartiate regnãtes
nõnullos deiecerunt perinde ac minime regales |uiliſſimos ac nihili faciundos | ꝙ
ſi flagitia cum ipſa etiã generis nobilitate ignobilia & honoris expertia ſunt : neq;
uirtus a nobilitate |ſed ex ſe honorem uendicat . In iuſtitiam nonnulli pro amicis
quidam uſq; ad amicos patrauere · Plurima Lyſandrum propter amicos peccata
cõmiſiſſe confeſſum eſt : plurimas pro illorum potentia & dominatione cędes con/
feciſſe . At Sylla per inuidiam non paruam exercitus partem Pompeio abſcidit .
Dolobelle claſſis prefecturam quam tribuerat conatus eſt eripere . Lucretiũ Ofellã
cum pro multis & magnis officiis conſulatum peteret : eo inſpectante iuſſit occidi :
ut per amiciſſimorũ necē honorē ac metũ in ſei pſum omnibus incuteret hoibus .
Rurſus uoluptatũ ac pecunię ſtudiũ in uno quidem principe dignã in altero autē
tyranno conuenientem electionem oſtendit . Vnus enim nihil incõtinens nihil iu/
uenile in tanta rerum licentia |ac poteſtate feciſſe uidetur . At ſi quis alter & ipſe
uulgatum illud effugit domi quidē leones | ſub diuo autē uulpes . Adeo modeſtã
laconicã caſtigatãq; uitę regulã in omni actione pre ſe tulit .Alter neq; per inopiã
cum adoleſcens eſſet neq; per ętatem cum ſeneſceret ad uoluptates moderatior erat.
Verum cum & amoribus & adulteriis indulgeret ut ait Saluſtius de re uxoria &
temperantia leges ciuibus inducebat . Quibus ex rebus tantopere mendicã urbē|
& pecuniis exinanitã reddidit : ut & ſocioꝝ & amicoꝝ ciuitatibus |libertatē & le/
gum ſuarũ uſus argento uendiderit : tam&ſi pręcioſiſſimas & ampliſſimas ędes
quotidie redigeret in phiſcũ : & preconis uoce ſubhaſtaret . At enim dilapidatarũ
opus & aſſentatoribus profuſarũ modus nullus aderat . Nam quę uero aut par/
ſimonia erat habenda intra ſodalitia gratiaſq; uinarias : qui in aperta populi co/
rona ingentia bona cuidam amicoꝝ precio ut obuenerat ueudens |a precone pro/
nuntiari iuſſit . Alio id excedente pręcium cum preco additamentũ predicaſſet in/
dignabundus inquit o ciues amici grauia patior atq; tyrannica quoniã pro meo
arbitratu mea diſponere ſpolia mihi non licet . Lyſander etiam & collata ſibi mu/
nera una cum aliis miſit ad ciues . Nec opus hoc probo |forſan enim hic tantum
ſparte detrimentum pecuniaꝝ adeptione comportauit : quantis ille Romã eripi/
endo non efficiebat incõmodis . At quantopere uir ille diuitias contempſerit |ſi/
gnum hoc facio . Propriũ quippiã in eius urbē obuenit utriq; . Sylla multa refer/
tus in temperantia & ſumptuoſus homo ad ſobrietatē ciues reuocabat . Lyſander
a quibus ipſe uitiis abſtinebat iis ciuitatem replebat . Peccabant igitur | ille quidē
ꝙ ſuis erat legibus deterior | hic autem ꝙ ſe ipſo deteriores ciues eius efficiebat .
Spartani enim hiſce indigere docuit : quibus ipſe nequaq̃ indigere didicerat . De
rebus quidē urbanis hactenus . De bellicis autē & geſtis ab imperatore negotiis
Sylla neq; tropheorũ multitudine neq; periculorũ magnitudine ullo conferri pacto
poteſt . Is quidē uictorias duas ex duobus pręliis naualibus reportauit . Ad di/
ciam & Athenarum obſidionem : opus haud ſane arduum .Cęterũ gloria illuſtre.
Res uero in boetia & ad Haliartum ſiniſtra quadam fortaſſe fortuna geſtę ſunt :

uel iniquo potius cōsilio: cū proximū e plateis auxiliū & aduentantem magnis
cū copiis regem non expectauerit uerū ira & ambicione intempestiuam ad muros
fecerit impressionē. Vnde cū gregarii homines exilissent eū nulla mentione depre-
henderunt. Non enim queadmodū cleombrotus in pugna leutrica incūbentibus
sese opponens hostibus nec sicut Cyrus: nec uelut epaminūdas inclinatā continēs
aciem & uictoriam confirmans letali concidit uulnere. At enim hii quidem regū
& imperatorum mortem obiere. Lysander autem scutifer aut cuiusdā precursoris
instar: sese cum ignominia uadens perditū priscis spartiatis attulit testimonium:
qui recte murales oppugnationes euitabant: in quibus nō solū uilissimis ab ho-
minibus: sed etiā a pueris & mulierculis uirū fortissimū consauciari ac necari cō-
tingit: sicut Achillē ab Paride inter portas interemptū fuisse ferunt. Quot ex acie
structa uictorias Sylla retulerit: quotqꝫ hostiū milia dederit in stragem haud nu-
meratu sane facile ipsam bis Romam cepit: pireum Atheniensium portum non
sane sicuti Lysander: sed multis magnisqꝫ prȩliis occupauit. Cum e terra ad mare
eiecisset Archelaum: magnum est etiam tales aduersarios imperatores habuisse.
Delitias nancqꝫ iocumqꝫ arbitror aduersus Antiochum Alcibiadis gubernatorem
nauali decertasse pugna: & Philoclem Atheniensis plebecule ducem defraudasse:
ignobilem acute linguȩ hominē: quos neqꝫ Mithridates stabulario neqꝫ Marius
lictorum suorum cuipiam conferri dignum censuisset. Vt autem alios principes
consules duces factione primarios omittā qui contra Sylla arma tulerunt. Quisnā
ex Romanis Mario terribilior? aut ex regibus Mithridate potentior? aut ex
Italis Lamponio & Tellesmo bellicosior? Ille tamen exul hunc quidem iecit. Al-
terum parere coegit alios neci dedit. Quod autem dictorum omnium maximū
est ut mea fert sententia. Lysander domestico suorū auxilio preclara omnia naua-
uit opera. Cȩterū Sylla cum exul esset & ab inimicis seditione implicitus: quoqꝫ
presertim tempore eius uxor expellebatur ȩdes diruebantur amici necabantur.
Is in Boetia cū innumerabilibus hostium milibus belligerans adeundis pro pa-
tria periculis trophea constituebat. At Mithridatis societatem & aduersus hostes
copias impertiens nulla ex parte mollitus inclinauit: aut humanius habuit quis-
ne compellauit quidem nec dextram prius applicuit: quā ex eo presente audisset:
ut & Asiam omitteret & naues traderet: & regibus cederet Bithinia Capadociaqꝫ
relicta. Quibus nullum animo preclarius facinus aut maiore spiritu Sylla confe-
cisse uisus est: ꝙ remp: priuate pretulerit: & generosi more canis qui non
prius arreptam morditus feram interimit ꝗ ob luctantem lassarit hostem: ad
suas ulciscendas concitatus est iniurias. Super omnia & res Athenis confecte
aliquod ad morum comparationem momentum habent. Siquidem Sylla raptā
urbem: quȩ pro Mithridatis potentia & imperio bellū susceperat libertate dona-
uit: & suis uiuere legibus permisit. Lysander autem tanto principatu spoliatam
& imperio miseratus non est. At statu populari sublato flagitiosos & immanis-
simos mea tyrannos instituit. Considerandi iam tēpus est ne in proferenda sen-
tentia ab ueritate multum aberremus. Plura preclara esse facinora quȩ Sylla pa-
trauerit: pauciora quȩ Lysander parauerit. Alteri quoqꝫ cōtinentiȩ atqꝫ modestie
Reliquo rei militaris & fortitudinis principatum reddimus.

THESPROTIS ALIAS EP ROTHIS ET MO/
lossis post diluuium phetonta primum imperasse tradũt:
unum ex iis qui cum pelasgo in epirum transierant. Alii
uero Deucalionem & Pirrham ad Dodoneum templũ in
molossis residisse putant. Sequẽti uero tempore Neopto/
lemus Achillis filius in ea loca populo ducto regionem
tenuit|ac successores reliquit. reges Pirrhidas ab eo cog/
nominatos. Nam & sibi Pirrho fuit puerile cognomen:
& unum ex legitimis filiis ex lauassa Cleodei susceptis
Pirrhum nominauit ex hoc autẽ Achilles in epiro ut deus colitur lingua eorum
aspectus appellatus. Sed qui medii usq; Tharritã reges fuerũt nec satis noti sunt
& barbarie efferatos fuisse credunt. Tharritam uero primum scribunt grecis mo/
ribus litterisq; & humanis legibus ciuitates cõposuisse atq; exinde claritatẽ assecutũ
Tharrite filius fuit alcetes alcete arymbas arymbe & troiadis eacides. Hic phthiã
memnonis Thessali filiam uiri circa labiacum bellum clari & summe omnium
sociorum post Leosthenẽ auctoritatis uxorẽ accepit ex qua Deidamiã & Troiada
filias ac Pirrhum procreauit. Seditione uero exorta Eacide exacto cum Molossi
Neoptolemi filios reduxissent Eacide amici interfecti sunt quotquot remanserunt.
Pyrrhum autẽ filiũ infantẽ adhuc ab inimicis quesitũ Androclides & Angelus
clam subtractum asportarunt paucos seruos & nutricem pueri secum trahentes.
Cunq; fuga ob huiusmodi turbam quę necessario trahebatur laboriosa ac tarda
foret hostesq; aduentarent puerũ Androcleo & Hippo & Neandro adolescẽtibus
fidis & robustis tradiderunt iubentes ut in megaras locũ macedonie properarẽt.
Ipsi autem partim repugnando|partim rogando usq; ad uesperas persequẽtes re/
morati sunt. Deinde celeriter uestigia eorum qui Pyrrhum ferebant prosecuti cũ
prope iam putarent omne periculum euasisse subito impedimẽtum obiectum est
fluuii qui iuxta urbem labitur grauis quidem uisu ac transire conãtibus asperi &
omnino insuperabilis. Ingens enim ac turbidus ingenti pluuia fluebat noxq;
formidabiliora omnia faciebat|diffisi igitur per se ipsos puerum & mulierẽ tradu/
cere posse hominibus quibusdam ultra flumen cõmorantibus puerum ostẽdẽtes
clamore atq; prece auxilium postulabãt. At illi ob strepitum ac fragorẽ aquarum
exaudire uoce nequibant|eratq; mora quedam ac trepidatio horum clamantium
illorum percipere quid clamor ipse sibi uellet non ualentium|donec quis querno
cortice ex arbore dempto indigentiam ac fortunã pueri perscripsit & saxo alligatũ
trans flumen proiecit. Quidam autem dicunt conpactum corticem tragula iacu/
lasse. Postq̃ uero ii qui trans flumen erant lectis litteris q̃ tam celeritatem tempus
exigeret cognouerunt cesis arboribus & simul connexis flumẽ transierunt ac forte
euenit ut primus eoꝝ qui transierant Achilles nomine Pirrhum susciperet Alios
item alii ut casus tulit detulerunt. Per hunc modum periculo in sequẽtiũ euitato
in Illyricum ad Glauciam regem peruenerunt. In cuius pręsentia cũ puerũ expo/
suissent atq; ipse Glaucias ob metũ Cassandri quẽ Eacide inimicum fuisse sciebat

deliberabundus aliquādiu perstaret puer humi reptans & Glaucie pedibus sese
admouens & apprehensa ueste ad genua eius consurgens risum prius deinde cō/
miserationē excitauit quasi precator & lacrimans salutem suā Glaucie cōmēdaret.
Tradunt quidam non Glaucie uestem sed aram deorum a puero apprehensam
quę cum res diuina Glaucie uideretur nō solũ eũ suscepit & una cũ filiis educauit
sed & filiam ei uxorem tradidit nec querentibus inimicis nec ipsi Cassandro du/
centa pollicenti talenta puerum dare uoluit: ac duodecim annorum factũ copiis
in Epirũ traductis in regnũ paternum restituit. Fuit autem in Pirrho tremendi
magisq̃ moderati principis aspectus. Nec plures habuit dentes sed unũ atq; in/
tegrũ os desuper quasi leuibus quibusdā rimulis in dētium figurā distiguebatur
Splene laborantibus mederi uidebatur galli sacrificio albi facto | & resupinis ia/
cētibus dextero pede pressis | nec quisq̃ adeo uilis aut adeo pauper erat cui huius/
modi auxilium postulāti denegaret. Premium uero huius medele post sacrificiũ
gallum capiebat | idq; sibi iocundissimum erat | fecerunt eius pedis maiorem digitũ
uim quandam habuisse diuinam itaq; cum eius mortui reliquũ corpus crematũ
esset digitus ille integer illesusq; ab igne permāsit | sed hec postea. Septimũ decimũ
sue etatis annum agens cum regnum stabilissime tenere uideretur forte euenit ut
cũ uno ex glaucie filius | cum quo simul educatus fuerat qui tunc uxorē acceperat
proficisceretur. Eo absente molossi rursus insurgentes amicos pirrhi expulerunt
ac regia gaça direpta | se neoptolemo tradiderũt. Sic igitur regno spoleatus ac de/
sertus ab omnibus ad Demetrium antigoni se cōtulit. Nam demetrius sororem
pirrhi deidamiam uxorem habebat | quā adhuc paruam alexandro rosanes pro/
missam | rebus illius fractis | iuste iā etatis Demetrius acceperat. In magna uero illa
apud ipsoũ pugna qua ab omnibus regibus terre certatũ est pyrrhus affuit ad/
modum tunc adolescens pro Demetrio pugnans hostes aduersus se constitutos in
fugā uertit | conspicuusq; inter pugnatores longe apparuit. Victũ autem Demetriũ
non deseruit | sed & urbes gręcie fideliter ei custodiuit. & federe cũ ptolemaco inito
obses pro Demetrio in egyptum nauigauit. Postq̃ uero in egyptum peruenit sepe
in gymnasiis | uenationibusq; audacie ac fortitudinis opera regi ostentando | & be/
ronicem quam maxime potentem inter coniuges regias uirtute prestare uidebat:
egregie obseruādo colendoq; promeruit | ut inter multos regios adolescētes prelato
antigona beronicis filia ex philippo antea q̃ ptolomeo nupta foret suscepta sibi
uxor traderetur. Fuit autem Pyrrhus ut despectior inferiorum | sic potentiores cō/
modi sui causa adire promptus. Post has uero nuptias etiā magis q̃ ante claruit
& adnitente uxore ut cum copiis pecuniisq; in Epirum pro recuperatione regni
mitteretur obtinuit. Fuit autē eius in epirũ aduentus gratus ob neoptolemi odiũ
qui grauiter uiolenterq; regnabat. Veritus tamen ne ad aliquem potentiorum
regum Neoptolemus conuerteretur | fedus cum eo firmauit super regni societate.
Sed procedente tempore non deerant qui clam eos irritarent | & alterutrum insus/
pitionem adducerent. Quę tamē causa maxime pyrrhum cōmouit | tale principiũ
dicitur habuisse. Mos erat regibus | in passarone | is est | molossidis regionis locus
ioui pugnaci quotānis sacra facere | ibiq; iusiurandum epirotis prestare | reciperēq;
hi secundum leges se gubernaturos regnũ | illi regiam potestatem legitime cōserua/
turos promittebant. Ad hęc peragenda aderant ipsi reges munera accipientes
donantesq;. In his itaq; Gelon quidā Neoptolemo in primis fidus | Pirrhũ benigne

adiens | duobus boum iugis eum donauit hos boues Myrtulus qui uino preerat a pyrrho postulauit Pyrrhus donare noluit | sed alteri concessit | quod cũ grauiter ferret Myrtulus capta hinc occasione Gelonẽ ipsum ad cenã uocat suadetq ut susceptis Neoptolemi patribus ueneno Pyrrhũ necare aggrediatur. Id Myrtulus cũ sibi placere ostẽdisset | polliceretur q facturum | cuncta ut erant Pyrrho suggesit. At ille cupiens rem q̃ pluribus esse notam | ut sic redargui clarius posset alexietatẽ poculorum magistrum participem facinoris acciri iubet quo facto ad Gelonẽ per Myrtulum deducto | cũ ipse Gelon per hunc modum deciperetur | Neoptolemus falsa spe ductus | & insidias recte procedere credens rem non conticuit sed cũ leticia ad amicos protulit | & apud sororem Cadimam aliquando exhilaratus de his rebus loquacitate usus est | cum audiri se a nemine putaret. Nullus enim aderat preter Phanaretem Sammonis magistri pecoris uxorem quę conuersa ad parietẽ in lectulo quodã dormire uidebatur. Sed Phanaretes omnibus auditis ad Anthigonã Pirrhi uxorẽ cũcta quę Neoptolemũ dicentem audierat detulit. Pirrhus ergo his cognitis tunc quietem egit | sed paulo post ad cenam uocatũ Neoptolemũ occidit | intellecta Epirotharũ uoluntate quorum magnam partem sibi fauere senciebat: iubentes ut anticiparet Neoptolemũ de medio tollere | nec parte regni contentus foret: sed naturam suam maiora flagitantem sequeretur. Post hęc memor Beronicis | & Ptolomei filium sibi natum ex Antigone Ptolomeum & urbem in Cherronesso Epiri ab se conditam Beronicida nominauit. Dehinc cum multa & magna concepisset animo ac prius propinquis maxime intenderet macedonie se inseruit per hunc modum. Antipater primus ex Cassandri filiis Thessalonicam matrem necauit & Alexandrum fratrem regno expulit. Hic ad Demetrium misit petens auxilium | & simul Pirrhum uocauit | sed Demetrium aliis negotiis remorantibus superueniens Pirrhus societatis premium petiit Nimpheam urbem & maritimã macedonie oram & subactarum gentium | Ambrachiam | Acarnaniam Amphilochiã | quibus ab adolescente cõcessis ea Pirrhus loca presidiis suis firmauit. Reliqua uero ab Antipatro abducere | & Alexandro acquirere perrexit. At Lysimachus cupiens quidẽ Antipatro succurrere sed aliis ĩpedimẽtis prohibitus litteras Ptolomei nomine cui nihil denegare Pirrhum sciebat | falso transmisit | per quas postulabat ut Pirrhus trecentis talentis ab Antipatro acceptis exercitũ deduceret. Eas litteras cum dissoluisset Pirrhus statim fallaciam animaduertit. Nõ enim scriptum erat ut consueuerat pater filio. Sal. sed Ptolomeus rex Pirrho regi Sal. Lysimachũ itaq iurgatus cum nihilominus pax ei placeret ac eius firmãde causa reges cõuenissent porco | tauro | & ariete | sacrificii causa adductus: aries ipse repente nulla adhibita opera mortuus est ob quod signum licet ab aliis derisum Pirrhus firmare pacẽ noluit monitus a Theodoro aruspice | hoc uni ex tribus regibus mortem portendi. Sic igitur infecta pace cum res Alexandri stabilitatem iam accepissent Demetrius aduenit. & quoniã non indigente nec uocante tunc Alexãdro ueniebat: Suspectus statim fuit eius aduentus. paucis deniq diebus una cõmorati insidias alterutrum tendere ceperunt sed preuenit Demetrius adolescenteq obtruncato rex macedonię appellatur. Erant & prius Demetrio aduersus Pirrhum querele & discursiones quędã ex Thessalia facte. Innatusq potẽtiis cupiditatis morbus in ciuitatem suspectã ĩfidãq faciebat prȩsertim post Deidamie mortem. Tunc itaq macedoniam ambo obtinentes & in idem permixti

maiores discordiaꝝ occasiones cōtraxerunt. Cū igitur Demetrius fines Etoloꝝ ingressus Etolos superasset Pantancho duce cū parte copiarum ibidem relicto ipse aduersus Pirrhū contendit. Hic secus Pirrhus ubi hęc audiuit contra illū prope rauit. Sed cū diuersis itineribus procederent ambo trāsierunt. Demetrius quidē in Epirum & predam abduxit. Pirrhus uero usqꝫ ad ea loca ubi Pantāchus erat progressus pugnam conseruit. Magnum fuit in eo prelio militum certamē/ sed maximum ipsorum ducum. Nam Pantachus audacia robore & arte pugnandi omnes qui apud Demetriū erant sine controuersia antecellens magnitudine ani/ mi & fiducia uirtutis adductus Pirrhum in singulare certamen prouocauit. Ipse autem Pirrhus nulli inferior & Achillis gloriam per uirtutem magisq̄ per genus sibi usurpare studens per antesignarios aduersus Pantanchum discurrit. in festis itaqꝫ primo hastis concurrunt deinde cominus ui atqꝫ arte gladiis utebantur. Tandē Pirrhus accepto quidem uno uulnere duobus uero illatis abicit Pantāchū prosternitqꝫ/ non tamen interfecit amicis illum rapientibus. Epirote ob uictoriā regis exultantes eiusqꝫ uirtutem admirati Phalangem Macedonum perfregerunt/ Fugientesqꝫ persecuti multis cęsis quinqꝫ milia macedonum uiua cęperunt. Hec pugna nō tantū odii ac inimicitie aduersus Pirrhū pro iis quę passi fuerāt mace/ donibus attulit q̄tū glorię & admirationis uirtutis eius prestitit iis qui presentes in prelio pugnam eius conspexerūt acritate uultus & uelocitate manuū persimilē magno Alexandro Pirrhum extimantibus/ uisqꝫ illius & procelle certandi quasi umbras & imitationes quasdam cōspexisse. Alios reges purpura ac satellicitibus & iactatione ceruicis occupatos esse solum Pirrh..m armis & uirtute magnum Alexandrum referre aiebant. Et sane q̄ta peritia rei militaris fuerit in Pirrho ex iis quę in ea facultate scripta reliquit intelligi potest. Ferunt Antigonum interro/ gatū quis ducum sibi optimus uideretur respondisse Pirrhum si senesceret omniū suę ętatis ducum sibi optimum uideri. Sed hic ętati suę dumtaxat eum pretulit. At Hanibal Carthaginensis omnium omnino ducū primum peritia & sagacitate Pirrhū/ Scipionē secundum/ se tertium iudicauit ut ī Scipionis uita perscripsimus Hanc uero disciplinam semper uigilantissime meditatus fuisse Pirrhus uidetur/ ut omnium scientiarum maxime regi congruentem/ cęteros uero nichilo existimasse. Quodam autem loco Python an Caphisias melior sibi musicus uideretur/ interro/ gatus/ dicitur respondisse. Polyperconta ducem sibi meliorem uideri: quasi ea dū/ taxat regem querere & intelligere deceret. Fuit autem Pirrhus mitis ac facilis/ promptus uero & liberalis ad gratias rependendas. Exopi mortem permoleste tulit/ illum quidem humana perpessum affirmans ceterum se ipsum cruciare & improbum ducere/ quod diffidendo ac tardando gratiam uiuenti non rependerit Creditam ut uideretur pecuniā heredibus creditorum solui licet. At gratias nisi scientibus iis quibus debētur persoluerit/ uir honestus & gratus offenditur. Ex Ambrachia ut quendam maledicū pelleret precantibus respondit potius apud paucos illic manens q̄ circumiens apud multos de nobis obloquatur. Quosdam qui per uinolentiam iurgia in eum iactauerāt ad se postea deductus rogauit an illa aduersus se dixissent/ respondente uero quodam ex ipsis ita o rex & plura etiā dixissemus si plus uini affuisset ridens Pirrhus statim eos dimisit impunes. Vx/ ores potentie ac rerum gratia multas accepit post Antigone mortem. Nam & Autoleontis pannonie regis filiā & uirennā Vardilii Illirici & Lanassā agathoclis

Syracusam, dotem afferentẽ Corcyram, ab Agatocle captã. Ex Antigona quidẽ Ptolomeum. ex Lanassa uero Alexandrum, ex uirenna Helenum filios suscepit omnes manu promptos ac bello feroces. statim a pueritia ad hoc ipsum innu-
tritos. Dicitur cuidam ex filiis puero adhuc patrem roganti cuinam regnũ relin-
queret respondisse ei ex uobis qui gladium acutiorem habebit. Sed hoc nihil differt ab illa tragica detestatione. Acuto ferro diuidant fratres domum. Sic in humana & fera regnandi cupiditas est. Post hanc pugnam Pirrhus cũ magna gloria & celebritate nominis ac letitia in Epirũ reuersus cũ Aquila ab Epirothis salutaretur per uos inquit Aquila sum, qui me uestris armis tanq̃ alis in altũ ex-
tulistis. Deinde cum audisset Demetrium grauiter egrotare celeriter macedoniã quasi predam abacturus ingressus parum abfuit quin totum regnum acquireret usq; ad esam enim profectus est, nemine obuiam prodeunte multis uero ad eum deficientibus ac iuuantibus donec ob magnitudinem periculi Demetrius contra ualitudinem suam excitatus & per duces ac familiares copiis cõtractis aduersus Pirrhum surrexit. Ille autem quia magis predatoria manu q̃ exercitu uenerat nõ substinuit, sed fugiens partem copiarum paruã amisit. Non tamen quia faciliter repulerat eum Demetrius ideo Pirrhum cõtempsit: sed cũ statuisset res magnas aggredi & paternũ recuperare imperiũ & ad hęc centũ milia militũ & quĩgentas naues compareret non uoluit cũ Pirrho bellando tempus terere nec uicinũ grauẽ impigrumq; macedonie hostem relinquere: sed pacem cum eo firmauit, ut cõtra alios reges uadere posset. Facta igitur pace cum magnitudo apparatus ac mens Demetrii simul conspiceretur conterriti reges per litteras ac nuntios Pirrhũ soli-
citabant mirari se affirmantes si facultatem nocendi Demetrio preclare nactus eã omittat. & cum ipsum aliis bellis occupatum perturbatũq; macedonia expellere possit tempus expectet quo cũ illo aucto potentia ac uacuo cęterorũ impedimẽ-
torum pro aris ac focis molossorum decertet presertim qui nuper sibi Corcyram & eius uxorem abstulerit. Nam lanassa Pirrho infensa quod aliis uxoribus ma-
gis deditus uideretur in Corcyrã abiit, Demetriumq; quem maxime indulgentẽ mulieribus audierat ad nuptias uocauit. Ille ueniens uxorem Lanassam accepit & Corcyram suis presidiis occupauit. Hęc reges ad Pirrhum scripserunt & simul ipsi dum circa apparatus belli Demetrius immoratur nouare res ceperunt. Nam Ptolomeus magna classe gręcas adiẽs urbes a Demetrio eas seduxit. Lysimachus uero superiorẽ macedonie partẽ per Thraciam ingressus populauit. Et Pirrhus simul insurgens Beriã inuasit: ratus quod euenit per Demetriũ cõtra Lysimachũ obuiam euntem inferiorem macedonie partem sine presidiis reliquisse. Ea nocte uisum est Pirrho se ab Alexandro magno uocari atq; adeuntem iacentẽ cõspicere uerbisq; humanis & amicabilibus recipi. Et cum inter cętera diceret Alexander auxiliũ se Pirrho impigre laturum fretus audacia Pirrhus & qua ratione inquit imperator qui egrotus iaces me iuuare poteris. Ad hęc Alexãder se uel nomine dumtaxat id facturum promittens equum ascendisse ducemq; se Pirrho prestitisse uisus est. Hoc itaq; sompnium erexit Pirrhum quamobrem subito exercitu tra-
ducto Beriam inuasit ibiq; parte copiarum relicta reliquos sequi iussit. At De-
metrius his cognitis cũ preterea ĩ castris tumultũ macedonũ cerneret formidauit ulterius contra Lysimachum excercitum ducere ne ob propinquitatẽ regis mace-
donis origine & gloriã habentis milites ad ipsum deficerent. Itaq; cõtra Pirrhũ

utpote alienum & macedonibus perosum se conuertit. Sed positis iuxta castris
multi ex Beria uenie͂tes Pirrhum laudibus extollebant bello inuictum ac precla-
rum uirũ|humanum uero ac benignum erga eos quos uicisset predicantes. Sub-
mittebat quosdã & ipse Pirrhus qui se macedonas simulantes dicerẽt|abesse tẽpus
ut ex graui Demetrii dominatu ad uirum benignũ & amatorem militũ trãsirent.
Hiis pleriqꝫ macedones mentẽ prestabant: ac uidere Pirrhũ quęritabãt. Pirrhus
autem stabat detracta casside|ac rursus eam capiti imponebat|ut insigne hircinorũ
cornuum nosceretur. Macedones tesserã petere|alii querneas sibi coronas facere
ceperunt quod & Pirrhi milites ea fronde coronatos cernebant. Iam quidã ipsi
Demetrio dicere ausi erant ipsum recte facturum si cederet ac regnum dimitteret.
Itaqꝫ Demetrius motum exercitum cernens atqꝫ ob id conterritus|clam aufugit
causia quędam & simplici chlamidula succinctus. Pirrhus autẽ in castra receptus
& rex macedonum appellatus est. Sed adueniente postea Lysimacho & conmune
opus Demetrii profligationem predicãte ac diuidendum inter eos regnũ cẽsente
quod non dum satis credebat macedonibus|Pirrhus iuxta Lysimachi postulata
regnum & urbes diuisit. Hoc nunc bellum distulit sed paulo post senserunt non
cessationem inimicitie sed indignationum ac discordiarum principiũ per diuisio-
nem inisse. Quorum enim non pelagus non montes non deserta solitudo nõ qui
Asiam Europamqꝫ diuidunt termini cupiditates diffiniunt eos se contingentes
ac permixtos quiescere nullo modo est| existimandum: sed pugnabunt semper
insidias atqꝫ inuidias ingenitas habentes|pacis enim & belli nominibus tanq̃
numinis ut contingit utuntur|non ad iusticiam sed ad cõmoditatẽ: tũc meliores
cum aperte bellum inferre fatentur q̃ cum iniuriarum cessationem amicitiã uocãt.
Ostendit id Pirrhus iterum contra Demetrium uires tanq̃ ex infirmitate aliqua
colligentem pro auxilio gręcarum urbiũ profectus. Nam cum Athenas uenisset
& arcem ingressus|deę Palladi sacra fecisset atqꝫ eadem die ex arce descenderet.
Gratã inquit sibi fuisse Atheniensium fiduciam|quã eos de se habere cõspexerat.
Cęterum si saperent nulli post hac regum portas aperirent. deinde cũ Demetrio
pacem fecit: ac paulo post illa in Asiam profecto rursus cum Lysimacho ĩ graciã
reuersus Thessaliam Demetrio abstulit. melioribus utens macedonibus in bello
q̃ in pace. & ipse omnino nequaq̃ ad quietem natus. Tandẽ Demetrio in Syria
profligato Lysimachus iã a cęteris bellis otiosus & quietem agens aduersus Pir-
rhum contẽdit. eumqꝫ apud Edessam superatum ad inopiam conmeatuũ redegit
ac subinde per litteras ac nuntios ad principes macedonum scriptas per absur-
dum esse inquit si peregrinũ hominem cuius maiores semper macedonibus ser-
uissent dominum haberi contenti Alexandri amicos familiaresqꝫ repellãt|quibus
uerbis cum multi permouerentur conterritus Pirrhus cum Epirotarum ac soci-
orum manu abiit omissa per eum macedonia modum per quẽ antea ipsum que-
sierat. Vnde nec accusare populos ad utilitatem suam se mutantes regibus licet.
Nam populi in hoc ipsos reges imitantur perfidiarũ ac proditionum magistros
qui eũ maxime lucrari putant qui minime iusticia utatur. Tunc itaqꝫ in Epirũ
amissa macedonia reiecto cum quiete & pace uiuere fortuna dabat. Sed ipse si nõ
ĩnferre aliis nec ab aliis pateretur molestias|nauseam|ratus instar Achillis tolerare
quietem non poterat: sed tabescebat animus illic manens pugnamqꝫ & bellum
cupiebat. Suscepit igitur nouarum rerum huiusmodi materiã|Romani aduersus

Tarentinos bellũ gerebant. Hii cũ nec bellum substinere nec deponere ob super/
biam ac prauitatem principum suorum ualerent Pirrhum ducem ad bellũ uocare/
statuerunt utpote inter ceteros reges magis ociosum & rei militaris peritissimum
Huic sententie licet per maiores natu grauioresq; resisteretur tamen qui bellũ cu/
piebant in contionibus plus poterant strepituq; & ui audiri bonos & prudentes
uiros non permittebant. Quo in tempore quidam Meton nomine uir urbanus
ea ipsa die quo decretum de Pirrho uocando sciri per populũ debebat & multi/
tudo in contione sederet accepta corona & lampade quasi ebrius tibicine ducente
ludibundus in contionẽ peruenit. Vtq; fit in turba populari aliis applaudẽtibus
aliis ridentibus/ & ut procederet in mediũ inuitãtibus / processit ille & quasi can/
taturus astitit sed ubi silentium nactus est. Viri Tarentini inquit benefacitis qui
iocari & ludere uolentibus dum licet permittitis. Si tamen sapitis cuncti hac lu/
dorũ libertate fruemini anteq̃ Pirrhus adueniat. Nam tũc non nostro sed ipsius
arbitrio uiuẽdum erit. Hęc uerba multos ex Tarentinis conmouerũt murmurq;
fuit per contionem laudantium approbantiumq;/ sed qui Romanos timebãt ne
facta pace dederentur formidantes populũ increparunt quod ita in honeste se de
ludi paterentur & simul his dictis Metonem cõtione propellunt. Decreto igitur
per hunc modum firmato oratores cum donis ad Pirrhũ transmittũtur non solũ
Tarentinoꝝ uerũetiam ytalicorum qui dicerent se duce indigere sapiẽti & magne
auctoritatis. Nã copias satis ingentes sibi in ytalia affuturas ex Lucanis Messa/
piis Sannitibus equitum enim. xx. peditum. cccv. milia habiturum. Nec non
solum ipsum Pirrhum extulere sed etiam Epirotas ad militiam promptiores fece/
rãt. Erat quidã in Tessalia Cyneas uir magni ingenii & utpote qui Demosthenis
auditor fuerat in imitationem eius traditus maxime uim tacendi illius assequi ui/
debatur. Hic apud Pirrhum degens cum sępe ad ciuitates transmitteretur uerũ
esse ostendit id Euripidis dictũ. Omnia conficit oratio quę hostile ferrũ conficere
nõ potest. Nam Pirrhus ipse dicere solebat plures a Cynea oratione q̃ a se armis
urbes esse partas. Itaq; ipsu semper in honore habuit maxime ususq; opera illius
plurimum est. Hic igitur Cyneas Pirrhum ad ytaliam inclinatum cernẽs nactus
illum aliquando ociosum in huiusmodi sermonem adduxit. Egręgii quidẽ bello
Romani esse dicuntur multisq; bellicosis gentibus ĩparare. Quod si eos superare
dii nobis dederint. quid tũc agemus Pirrhe? Ad hęc Pirrhus de re haud quaq̃
obscura inquit. o Cynea percontaris. neq; barbara enim nobis neq; gręca ciuitas
illic resistere ualeret Romanis superatis. sed haberemus confestim ytaliam totam
cuius magnitudinem & potentiam te ignorare minime arbitror. Parumper ergo
cõmoratus Cyneas enim uero cũ ytaliam cęperimus inquit quid tunc agemus.
Et Pirrhus non dum mente eius intellecta proxima inquit Sicilia est insula felix
ac populosa/ capi uero facilis ob seditiones ac discordias ciuitatum. Recte dicis
inquit Cyneas sed an finis militie nobis erit Siciliam cępisse. Deus modo inquit
Pirrhus uictoriam prestet. nam his uelúti preludiis utemur ad res maxĩas con/
ficiendas. Quis enim se Libia abstineat & Carthagine quam nuper Agathocles
clam ex Syracusis profectus exigua classe paulo abfuit quin caperet. His autẽ
uictis nullus nobis resisteret hostis. Ita est inquit Cyneas. Constat enim quod &
macedoniam recuperare & gręcie dominari certissime cum hac potentia licebit.
Sed uictis omnibus ac subactis quid faciemus tandem. Et Pirrhus ridẽs otium

ĩquit agemus & quotidiana feſtiuitate mutuiſqꝫ ſermoĩbus leticiaqꝫ perfruemur.
Cum ad hęc Cyneas Pirrhum adduxiſſet. At quid uetat o rex inquit quo minus
nunc iſta leticia & feſtiuitate & otio perfruamur. Adeſt quippe nobis ſine labore
facultas eorum ad quę per ſanguinem moleſtias & pericula noſtra & aliorũ per/
uenturi ſimus. His Cyneas uerbis turbauit potius regem q̃ ab incepto retraxit|
ſpem eorum quę conceperat deponere nequeuntem. Primo igitur Cyneam cum
tribus milibus militum Tarentum miſit| deinde multis ratibus| & omnifari/
am nauigiis ex Tarento delatis .xx. elephantes equitum tria| peditum. xxiii.
milia funditores & ſagittarios quingentos impoſuit. Hoc apparatu nauigãs cũ
mediũ teneret Ionium| rapitur uento borea intempeſtiue exorto| claſſis per mare
diſiecta| naueſqꝫ diuerſe alie in Libicũ| ac Siculũ pelagus delate ſunt| alias ſũmã
iapagiam ſuperare nequeuntes nox ſimul & procella in loca aſpera cecaqꝫ allidẽs
omnes confregit pręter regiã nauim. Hęc enim nautaꝝ & gubernatoꝝ magna
ui aduerſus uenti impetum nitentium| tandem litus uerſum adigitur: & dum
obliquum habuit uentum magnitudine ac robore reſiſtebat euadebatqꝫ ſed poſtq̃
a terra ueniens procella ferire prorã cępit| ac periculũ erat ne fatiſceret & ſe mari
ſeuiẽti uariiſqꝫ agitato uentis permittere terribiliſſimũ omniũ uidebatur. Pirrhus
ſeſe ex naui in mare deiecit: ſtatimqꝫ circa ipſum familiariũ amicorumqꝫ erat cer/
tamen| ſed nox & fluctus cum magno fragore ac uiolentia opus difficile auxili/
antibus faciebant. Itaqꝫ uix tandem luce exorta uento deficiente ad terrã peruenit
corpore quidem exauſto penitus| ſed robore animi inuicto Meſſapii in quorum
litora euaſerat promptiſſime adopem ferẽdam conuenerunt| & ſimul naues quędã
Pirrhi tempeſtate ſuperſtites aduenerunt. In quibus erant equites perpauci pedi/
tũ uero circiter tria milia| elephanti duo. Cũ his itaqꝫ copiis profectus militibus
quoqꝫ a Cynea obuiam ductis Tarentum intrauit. Primoqꝫ tempore nihil in/
uitis Tarentinis agere cępit quoad nauibus ex mari ſeruate copie conuenire.
Tunc autem uidens populum ſua ſponte| nec ſeruare ſe ipſum nec ſeruari ab alio
poſſe: ſed tanq̃ illo propugnaturo domi ſedere balneis conuiuiiſqꝫ indulgentem|
clauſit gymnaſia & de ambulatoria in quibus ſpatiantes pro rebus uerbis milita/
bant| potus uero & laſciuias intempeſtiuas inhibuit. Delectum habuit ita acrẽ
ut multi imperiũ ferre inſueti ex urbe migrarent ſeruitutem uocantes non uiuere
ad uoluptatem. Sed cum Albinus Romanorum conſul cum magno exercitu ad
uentare & iam Lucaniam uaſtare nuntiaretur| nequaq̃ non dum aduenĩſſẽt ſocioꝝ
copie tamen indignum ratus id tollerare. Pirrhus cum exercitu obuiam profectus
eſt. premiſſo caduceatore ad Romanos ſi uellent ante bellum| ſe iudice & medi/
atore cum Tarentinis de iure cauſam decerni: Reſponſo autem a conſule dato|
Romanos nec elegiſſe Pirrhum iudicem| nec formidare hoſtem| tunc progreſſus
inter Pandoſiam urbem Heracliamqꝫ caſtra poſuit. Ibi cum audiret Romanos
trans flumẽ Sirien caſtra habere ſecus ipſum amnẽ ſpeculandi gratia obequitauit|
ordinemqꝫ & formã caſtrorum cuſtodiaſqꝫ & diſciplinam Romanoꝝ admiratus
Hęc inquit barbarorum diſciplina barbara non eſt| ſed opera eorum uidebimus
ac de futuro iam ſollicitus expectare ſocios ſtatuit. Aduerſus autem Romanos ſi
forte tranſire amnẽ temptent ſtationem oppoſuit. At Romani ut ille expectare
decreuerat| ſic ipſi preuenire feſtinantes tranſire flumen cęperunt| uado pedites
equiteſqꝫ pluribus ſimul locis. Itaqꝫ gręci metuẽtes ne circũuenirẽtur ſe retraxerũt

& Pirrhus ut hęc sensit turbatus | ducibus pedestrium copiarum mandauit ut confestim armatos milites in ordinibus continerent. Ipse autem cum tribus mi/libus equitum profectus est | sperans transeuntes adhuc & sparsos romanos sine ordine inuasurum. Sed postq̄ clipeos multos pro flumine stantes equitesq; in ordine obuiam prodire conspexit: primus in hostes delatus | armis atq; ornatu ęgregie insignis gloriam & famam uirtutis suę rebus ipsis asseruit. Manus eīm & corpus exhibens prelio & contra hostes fortiter pugnans prouidentiam tamē boni ducis non omittebat sed ubicunq; auxilio opus erat accurrens rectis cōsiliis bellum gubernabat. In ea pugna Leonnatus Macedo uirum ytalicum cōspica/tus in Pirrhum intentum semperq; contra stantem & simul se mouentem. Cernis inquit o rex barbarum illum quem niger equs pedibus albis portat. Is magnū quiddam agitare animo uidetur. nam te solum intuetur | & tibi soli intendit. Et Pirrhus ad hęc | fata quidem o Leonnate nemo potest effugere. Verum eīm nec iste nec alius quisq̄ hostium in manus nobis uenisse gaudebit. Adhuc loquebā/tur cum ytalus citato equo infesta hasta Pirrhum inuadit non tamē regē percussit sed equum & simul a Leonnato ipsius equus percutitur. Ambo ī terrā ceciderūt sed rex Asius protectus asportatur | ytalus uero pugnās confoditur. Erat hic ge/nere Ferentanus prefectus turme nomine Eplacus: hoc docuit regem magis ca/uere. Itaq; cū equites aspiceret impetū ferre non posse: Phalangem insuper accitā opposuit. Ipse chlamide & armis uni ex amicis Iraclitis atq; illius assumptis in/cognitus ad preliū reuertitur | resistentibus autem acriter romanis diu anceps fuit prelium. Septies enim dicuntur pepulisse ac pulsi esse. Nam permutacio armoꝝ quę ad salutem regi plurimū contulit paulominus rem subuertit uictoriamq; ho/stibus prebuit. Certatim enim ad cedem eius qui arma regia gestabat concursum est. sed ante omnes dexter quidam nomine illum prostrauit cassideq; & chlamide detracta se Pirrhū occidisse clamitans & spolia ostentans ad consulē properauit. Erat ob hoc romanis leticia gręcis uero secordia atq; formido donec Pirrhus in/tellecta re per aciem discurrens nudo capite se militibus ostendit. Tandem uero equis romanorum ob elephantos conterritus ac sessores inde efferētibus inmissus a Pirrho Thessalus equitatus romanos cum magna cede in fugam uertit. Dyo/nisius non multo pauciores. xvi. milibus ab romanis cecidisse scribit. Hyeroni/mus septem milia solum. Ex his autem qui cum Pirrho erant Dyonisius. xiii. milia Hyeronimus pauciores quatuor milibus cecidisse tradit | optimos certe ex amicis & ex ducibus & quibus maxime utebatur fidebatq; Pirrhus eo prelio a/misit. Sed tamen castra romanoꝝ cępit illis deserentibus | & urbes sociorū recepit ac regionem multā populatus est. Tantū enim processit ut non amplius trecētis stadiis Roma abesset. Post pugnā Lucanoꝝ atq; Sannitiū copie ad eū uenerūt quos licet de tarditate reprehēderit | tamē gaudere & magnificare uidebatur quod ipse cum suis & Tarentinorum dumtaxat copiis magnum romanoꝝ exercitum superasset. Romani Albinum non reuocarunt | quanq̄ dicatur Fabritius dix/isse | non romanos ab Epirotis | sed Albinū a Pirrho superatū fuisse: arbitratus non esse uictum exercitum | sed ducem a duce arte superatum. Supplemēto igitur habito & insuper amplificato numero militū nulla mentio pacis a romanis facta est: quę res Pirrhum in admirationē conuertit. Visum est igitur Pirrho ut prior ad eos mitteret experireturq; an pacē uellent: non enim esse pręsentis potentie suę

urbē Romanā capere posse | amicitiam uero & pacē gloriosam sibi post uictoriā
iam partam fore existimabat. Missus itaqꝫ Cyneas a rege cum primoribus ciui-
tatis locutus est. donaqꝫ ipsis & eorum uxoribus transmisit. accepit autē nemo |
sed responderunt omnes uiri mulieresqꝫ | si pax publice fieret & sua oīa regi offerre.
In senatu uero multa preclare & humaniter dicta sunt a Cynea cum & liberationē
captiuorum & auxiliū ad subigendam ytaliam populo romano Pirrhus offerret |
ac probis nihil aliud q̄ amicitiā sibi Tarētinis securitatē postularet. Et constabat
Senatorem ad pacem inclinari uictos iam semel magno prelio & secundā Pirrhi
uictoriā ob superadditas ytalicorum copias metuentes. Cum Appius Claudius
uir amplissimus quidem cęterum senectute & orbitate oculorum a rei. p. mune-
ribus cessans | auditis his quę a rege nuntiabantur | ac rumore obtinente senatum
pacem esse decreturum tolerare non potuit | sed in curiam se deferri iussit. Latus
igitur in lectica per forū ubi ad ianuam curie peruenit filii simul & genere susci-
pientes ipsum stipantesqꝫ in senatum duxerunt. Factum est silentium ad pręsen-
tiam tāti uiri. Ille autem ubi suo loco constitit ita dicere orsus est. Antea quidē
inquit. P. C. hanc meā oculorum fortunam | permoleste ferebam nūc autē doleo
atqꝫ angor | quod non ultra cecitatem ipsam surdus etiam sim | ne turpes consulta
tiones ac sententias uestras quę huius urbis gloriā subuertūt | audire compellerer.
Vbi est enim illa iactantia quā crebro uerbis usurpare soletis | affirmantes si ma-
gnus Alexander in ytaliam profectus nobiscum adolescentibus aut cū patribus
nostris tunc florentibus conseruisset bellum | nequaq̄ eum tunc ut inuictū gloriā
habiturum | sed aut fuga | aut morte sua maiorem huic urbi gloriam nomēqꝫ reli-
quisset. Hāc igitur insolentiā uerboꝝ nūc rebus ostēdite: Chaonas & Molossos
qui semper Macedonum preda fuere | & Pirrhum regem eorum formidatis qui
unum ex Alexandri satellitibus semper secutus est | ac coluit | & nunc nō magis
Tarentinis auxiliū ferens | q̄ hostes domi fugiens in ytalia uersatur. Ausus pro-
fiteri principatum in ytalia cum hac potentia quę ad paruam Macedonie partem
conseruādam sufficere non ualuit. Non itaqꝫ hunc remouebitis si amicū feceritis |
sed alios inuitabitis per contemptū nostri | quasi superare nos facile sit | si Pirrhus
abibit ne dum pena non data eorum quę contra nos fecit uerūetiam mercede ac-
cepta federis ea auctore cum Tarētinis Sannitibusqꝫ recipiendi. Hęc Claudii uer-
ba ad studiū belli animos traduxere. Itaqꝫ Cynea dimisso responderunt Pirrhus
ytalia excederet tunc si uellet de amicitia ac societate uerba faceret quoad uero in
armis adesset populum. R. aduersus eum belligeraturum etiam si mille Albinos
pugna superasset. Dicitur Cyneas interea dum hęc agerētur cupiditate cognoscē-
di | moribus ac institutis romanis studium impartisse atqꝫ de ea re cum optimis
uiris locutus Pirrho postea retulisse cū alia multa tum senatum romanū multorū
regum sibi consessum uideri. De multitudine autem populi formidare se inquit
ne aduersus quandam Lerneam Hydram pugnare uideātur. Supra duplū enim
plures q̄ antea pugnassent consuli decretos & multicuplos insuper ex his qui ar-
ma ferre possent superesse. Post hęc legati ad Pirrhum pro captiuis redimendis
missi inter quos. C. Fabritius fuit | cuius Cyneas retulerat maximā apud roma-
nos mentionem haberi | ut uiri boni quidem atqꝫ bello ęgregii | cęterū uehemēter
pauperis. Hunc igitur rex seorsum blanditus ut pecuniam a se caperet suadebat
non ob aliquā turpē causam | sed ob amicitie & hospitalitatis iuditiū. Renuente

autem Fabritio tunc quidem destitit. Postridie uero ipsum terrere uolens, utpote qui nunq̃ antea elephantum uidisset, iussit dum simul loquerentur, maximũ elephantum post auleam iuxta se constitui ac deinde subito aulea sublata elephas ex inprouiso conspectus promuscidem supra caput Fabritii extulit ac uocẽ terribilẽ asperamq; emisit. At Fabritius tranquille cõuersus leuiterq; arridens inquit. nec heri aurum nec me hodie bestia permouit. In cena autem apud regem acta, cum multi ac uarii sermones inciderent, plerique uero de gręcia ac de philosophis, forte euenit ut Cyneas Epicuri mentionem faceret memorans, ea quę ab Epicureis dicuntur, de diis ĩmortalibus ac de re. p. ut nonnulli finem bonorum in uoluptate ponẽtes, curam rei. p. fugiendam censent: utpote felicitatis corruptionẽ. Deos autem a gratia atq; ira longissime remotos nec ullam de nobis curam suscipiẽtes in ociosam uitam & plenam uoluptatum coniciãt. Etiam ipso dicente Fabritius exclamans o utinam inquit hęc Pirrho & Sannitibus cordi sunt, q̃diu aduersus nos bellũ gerunt. Sic itaq; mentem uiri rex admiratus magis ac magis optabat pacem q̃ bellum cum romanis habere. & Fabritium priuatim rogauit. ut facta pace una secum esse uellet primus amicorum & ducum suorum futurus. Ad hęc dicitur Fabritius submissa uoce respondisse. At ne hoc quidẽ tibi o rex conducit. Illi enim ipsi qui te nunc admirantur & colunt si me experiantur a me potius q̃ a te regi optabunt. Pirrhus non tirannice neq; superbe uerba Fabricii suscepit sed quãta magnitudine animi Fabritius foret ad amicos protulit & captiuos illi credidit soli ut si nõ decerneret pacem senatus, postq̃ cum parentibus ac domesticis saturnalia peregissent ad eum remitterentur atq; ita factum est. post festiuitatem aduersus non redeuntem pena per senatum decreta. Deinde cum Fabritius consolatum iniisse, ueniens quidam ad eũ in castris epistolam detulit a medico regis perscriptam in qua offerebat se Pirrhum ueneno necaturum si premiũ traderetur sibi absq; ullo discrimine bellum pro romanis conficienti. At Fabritius iniuriã hominis detestatus & collega in eadem sententia adducto, Pirrhum statim per litteras monuit ut insidias medici caueret. Litterę huiusmodi fuere. C. Fabritius & Q. Emilius cõsules Pirrho regi. Sal. Neq; amicorum neq; hostiũ fortunatus existimator esse uideris. Cognosces enim cum hanc epistolam ad nos trãsmissam perlegeris, te bonis quidem ac iustis uiris bellum inferre, malis uero atq; iniustis confidere. Hęc autem nõ tui gratia nota facimus tibi, sed ne mors tua nobis calumniam afferat quasi uirtute nequiremus te superare dolo cõtendisse. Acceptis itaq; Pirrhus Fabritii litteris medicoq; conuicto & supplicio iuste affecto ad retributionem beneficii captiuos omnes gratis Fabritio romanisq; restituit rursusq; Cyneam misit pro pace firmãda. At romani nec gratias ab hoste, nec mercedem accipere uolentes, parem Tarentinorum & Sannitium captiuorum numerum Pirrho remiserunt. De amicitia uero & pace nihil agitari permiserunt, priusq̃ rex ipse cum armis atq; exercitu cunq; hiis quas secũ ex gręcia duxerat naues ex ytalia nauigasset. Procedente itaq; bello rursus apud Asculum urbem cũ romanis pugnatum est. In ea pugna compulsus rex ad loca aspera & flumen graue atq; limosum cum elephanti impetum capere nequirent multis uulneribus ac magna suorum cede usq; ad noctem dimicauit nox pręlium diremit. Post triduum uero equioribus locis structa acie & asperioribus saltibus presidio occupatis missisq; inter elephantos iaculatoribus ac sagittariis denso agmine romanos inuasit. At

romani nequaq̃ a loco ut pridie adiuti sed equa planitie contra frontem uenientes
cum prius q̃ adessent elephanti pedites profligare properarent grauiter aduersus
Sarissas cum gladiis pugnabunt uulnerare ac cedere hostem intenti nullã proprii
mentionem habebant. Tandem post magnum spatium dicitur fuga ex ea parte
qua rex premebat fieri cepta. Sed plurimum elephanti suo robore atq; audacia
perfecerunt, nequeuntibus romanis uirtute uti, sed quasi uiolentia cuiusdã super-
uenientis fluctus ac terremotus infugã cõpulsis fuga uero non lõga sed in castra
fuit. Hyeronimus sex romanorum milia eo prçlio cecidisse tradit. A Pirrho autẽ
a regiis cõmentariis relatum esse dicit tria milia & quingenta quinq; desiderata.
Dyonisius tamen nec duas apud Asculũ pugnas nec superatos tradit romanos.
At semel dumtaxat usq; ad occasum solis pugnatũ Vix tandem prçliũ direptum
uulnere Pirrhi hasta bracchium transfixi Cecidisse autem & a Pirho & a romanis
supra. xv. hominum milia & utrinq; pariter a pugna cessatum. Dicitur Pirrhus
in recensendo numero militum suorum dixisse si alia item pugna romanos uiceri-
mus omnino perimus. Maxima enim pars militum quos secum adduxerat in-
terierant & preterea amici atq; duces omnes preter admodum paucos alios quos
uocaret nulli erãt. & simul socios nimis impigros cernebat. Romanis uero quasi
ex fonte quodã domi manãte celeriter castra replebãtur nec superati remittebant
aĩm sed magis ad prçliũ incẽdebãtur. His difficultatibus circũuẽtus ĩ nouas rur
sus spes ĩcidit. Simul enĩ ex Sicilia & ex grçcia uiri ad eum uenerũt alteri agrigẽtũ
Syracusas & Leontinos offerentes rogantesq; ad pellẽdum Sycilia Carthaginẽses
insulamq; a tyrannis liberandam sibi auxilium ferret. Alii ex grçcia nuntiabant
Ptolomeum Cerannum contra Galathas profectum cũ exercitu perisse maximeq;
ad tempus flagitare ut cupientibus Macedonibus adesset. Questus itaq; aduer-
sus fortunam q̃ plurium ac magnarum rerum occasiones unum in tempus con-
iecisset & quasi utranq; in potestate sua haberet. alteram sibi perire arbitratus, de-
liberabundus atq; anceps aliquantum perstitit. Tandem uero ad Syciliã utpote
materiam rerum grandiorum propter propinquitatem Lybiç afferentem conuer-
sus. statim Cyneã misit ciuitatibus uti consueuerat ex parte sua prefaturum. Ipse
autem presidio apud Tarentum relicto Tarentinis id grauiter ferentibus & aut
aduersus romanos bellũ gereret una secũ qua de causa uenerat aut qualẽ acceperat
urbem talem relinqueret postulantibus nullo benigno dato responso sed quiescere
eos & expectare tempus iubens in Syciliã nauigauit. Vt primum Syciliã attigit
ciuitates secundum spem antea prestitam sese illi dediderunt. eorum autẽ ad quç
ui & armis opus fuit nihil a principio restitit sed cum triginta milibus peditum
duobus milibus quĩgentis equitibus ac uigĩti nauibus Carthaginẽses aggressus
eorum potentiam euertit. In expugnatione ericis munitissimi oppidi & magnis
Carthaginensium presidiis firmati, tota se arma induit, & mçnia subiens, ludos
Herculi uouit si daret sibi ut genere ac fortunis suis ea die se dignum pugilẽ ostẽ-
deret. Inde scalis admotis primus omnium menia conscẽdit. Resistentium uero
multi erant alios ab utraq; parte muro deiecit, alios circa se gladio necatos coacer-
uauit. ipse quidem illesus & terribili ac truci aspectu illud homericum probauit
recte ac perite dictum fortitudinem solam inter ceteras uirtutes sçpe furentes quos-
dam impetus habere. Capta urbe uota deo persoluit. spectaculũq; omnifariam
ludorum exibuit. Mamertinos deinde qui circa Messanam incolentes grçcos

uexabant, ac plerosq; ex his uectigales sibi fecerant agressus. Erāt autē hi barbari multitudo ingens & bello ferox ex quo latina lingua a marte noīabantur publi-
canos eorum necauit ipsis autem pugna superatis presidia multis ex locis deiecit. Carthaginensibus pacem. poscētibus pecuniamq; & classem pro amicitia offerē-
rentibus respodit unam esse pacis uiam si omissis omnibus citra libicum mare terminos caperent. Successibus autē & magnitudine rerum elatus cum spes eoꝝ pro quibus a principio nauigarent responderet primamq; libyam concupisceret atq; ea de causa ad implendas quas habebat naues remiges cogeret non benigne sed imperiose ac superbe ciuitates premebat. Sic ergo contra consuetudinem sui initii ī quo egregie mitis ac placidus nulliq; molestus fuerat depopulari tyrānus factus ingratitudinis ac perfide notam cōtraxit. Sed hoc ciuitates quāq̄ grauate tamen quando necesse erat tollerabant. Verum cum Thęona & Sostratū pricipes Syracusanorum qui auctores fuerant ciuitatem ei tradendi, adiutoresq; in cunctis per Syciliā fuerant suspectos haberet, nec secum ducere, nec domi relinquere uellet ac Sostratus quidem metu aufugisset, Theon uero ab eo interfectus fuisset, non pedetentī neq; parumper mutati animi, sed repente aduersus ipsum siculoꝝ odia exarserunt. At statim alie ex ciuitatibus Carthaginensibus, alie Marmertinis se coniunxerunt. Cernens igitur defectiones & conspirationes contra se initas Pir-
rhus litteris Sannitum & Tarentinorum acceptis qui uix resistere bello poterant & exclusi regionibus auxilium rogabant, occasionem hinc arripiens abeundi ex Sycilia quasi non metu nec desperatione rerum sicularum sed opitulationis causa recessit. Re autem uera cū Syciliam ueluti nauem tempestate agitatam tenere nō posset, & occasionem abeundi quereret se ipsum rursus in ytaliam proiecit. Ferunt cum abiret Syciliam respexisse ac dixisse. O qualem Carthaginēsibus & romanis pro hac insula palestram relinquimus & hoc quidem ut coniectatus est ita euenit Barbaris autem in ipso recessu insultantibus Carthaginensibus uero nauali pręlio in ipso portu lacessentibus compluribus ex nauibus suis amissis in ytaliam per-
uenit. Mamertinorū haud pauciores q̄ decem milibus primo transgressu signis collatis dimicare cum non auderēt iniquis locis impetu contra regem facto, totū exercitum turbauere. Ibi duo elephanti & multi ex iis qui posterius claudebant agmen oppressi. ipse rex a fronte discurrēs aduersus homines bello assuetus ma-
gno cum periculo restitit. uulnere autem in capite accepto, cum paulo ex pugna cessisset etiā magis extulit hostes: quorum unus pre cęteris ferox procero corpore & splendidis armis superba uoce regem si uiueret in certamen prouocabat. At Pirrhus ob hęc irritatus iraq; incensus & sāguine fedatus, truciq; aspectu terri-
bilis in pugnā rediit & barbarum illum consecutus ita caput percussit ut ui ictus & uirtute gladii usq; ad partes inferiores plaga descenderet cederentq; hinc inde diuise corporis partes. Hoc barbaros continuit ne amplius persequerentur quasi supra humanam uim Pirrhum admiratos conterritosq;. Ipse uero quod reliquū erat itineris secure profectus Tarentū peruenit peditū. xx. equitū. xxx. secū ad-
ductis statiq; optimo quoq; ex Tarētinis delecto aduersus romanos qui tūc ī Sā-
nio castra habebant contendit. Sannites multis iam preliis superati & spe simul cum rebus amissa simulq; ob nauigationem in Syciliam aduersus Pirrhum īfensi minus frequentes ad eum uenerunt. Sed Pirrhus omnibus copiis bifariā diuisis & partim in Lucaniam missis ut alterum consulem demorarentur ipse cōtra. M.

Curium apud beneuentum caſtra habentem exercitum duxit. Curius uero quod
& collegę aduentum expectabat & ſimul auguriis pugnare uetantibus pugnam
detractabat. Preparans igitur Pirrhus ante eum opprimere q̃ collega aduentaret
fortiſſimis militibus & belliciſſimis elephantibus delectis, noctu caſtra ex ſuperi/
ori loco congredi contendit. Vadentem longã uiam & ſiluis denſam lumina defe/
cerunt. errorqꝫ factus eſt, ortaqꝫ exinde mora dies albeſcere cepit, & ab romanis
conſpicitur ex montibus deſcendere. Primo itaqꝫ trepidatum eſt in caſtris: ſed
tamẽ peractis ſacris neceſſitate cogẽte Curius caſtra egreſſus primos inuadit, eoſqꝫ
infugam uertens omnes conterruit ut etiam complures ibi caderent & quidem ex
elephantibus caperentur. Nęc uictoria curiũ extulit, ut ad iuſtã deſcẽderet pugnã
Itaqꝫ prodiens in apertum & ſigna conferens partim hoſtes in fugam uertit par/
tim & ipſe elephãtorum impetu ad caſtra repulſus eſt. At milites preſidio caſtro/
rum relicti frequentes pro uallo ſtabant a conſule uocati impetu de ſuperiori loco
facto beſtias in fugam per ſuos retrouertere coegerunt. quę res uictoriã romanis
tradidit & ſimul principatum. Nam gloriam quaſi inſuperabiles ex illa uictoria
nacti confeſtim ytaliam & paulo poſt Syciliam ſubegerunt. Per hunc modũ yta/
lia Syciliaqꝫ decidit Pirrhus ſex annoꝝ tẽpore in illis abſumpto & rebus quidẽ
attenuatis ſed robore animi inuicto, famã ex eo bello nactus eſt, quaſi peritia rei
militaris & fortitudine atqꝫ audatia plurimum inter ſuę ętatis reges precelleret.
ſed quę re poſſidebat, ſpe illorum quę nondum habebat diſperderet, nihilqꝫ eorum
quę ad tuendũ iam parta attinent cõſeruaret. Itaqꝫ aſſimulauit ipſum Antigonus
luſori qui & multa & bene iaciat ſed cedentibus uti neſciat. Reuerſus in Epirum
cum octo milibus peditum & quingentis equitibus cum pecuniam non haberẽt
bellum querebat unde exercitum alere poſſet. Igitur ad eas quas antea habebat
copias quibuſdam Galathis adiunctis, Macedoniam ingreſſus eſt. quaſi predã
exinde abducturus. Sed cum frequentes cepiſſet urbes militumqꝫ duo milia ad
eum defeciſſent, amplificata ſpe aduerſus Antigonũ Demetrii filium Macedoniã
tunc obtinentem duxit ipſumqꝫ inuadens iuſta acie dimicauit. Qui extremum
Antigoni claudebant agmen, Galathe hi erant, fortiter reſtiterunt, uehementiqꝫ
exorta pugna fere omnes a Pirrho occiduntur. Duces uero elephantorum circũ/
uenti ſeipſos ac beſtias dediderunt. Itaqꝫ acceptis his & fortuna magis q̃ conſilio
fretus phalangem Macedonum inuaſit. At Macedones metu ac trepidatione
pleni ſeſe ab impetu pugnaqꝫ continuerũt ac fide per primores accepta ſe Pirrho
tradiderunt. Antigonus uero profugiens quaſdam Maritimas urbes retinuit.
Sed Pirrhus in huiuſmodi fortuna, magnum aliquid ſibi ad gloriam per ea quę
circa Galathas egerat peractum exiſtimans, ornatiſſimis ac ſplendidiſſimis eorum
ſpoliis in templo itonidis minerue ſuſpenſis hoc carmẽ inſcripſit. Hęc de pugnati
Galatharum munera gente. Molloſſis Pirrhus fixit captiua minerųę. Cum totũ
Antigoni robor totaſqꝫ ſubegit. Pugnando turmas nec id mirabile nãqꝫ. Egre/
gii bello & clari ſemper in armis. Eacide. Poſt pugnam confeſtim urbes ſuſcepit
Egeis uero expugnatis & in aliis durus fuit ac moleſtus & in eo potiſſime quod
ibi preſidium Galatharum quos ſecum habuerat cuſtodie cauſa dimiſit. Galathe
genus inſaciabile pecuniis ſepulchra regum quę ibi erãt fodere nequaq̃ ueriti au/
rum & ornamenta opima ſubtraxerunt. Oſſa uero per ſuperbiam abiecerũt. Hoc
Pirrhus leuius q̃ decebat tolerare uiſus eſt ſiue ob alia impedimenta differens ſiue

ob timorem quod barbaros ad supplicium cogere formidabat. Itaq; in ipsum redundauit infamia. Nondum satis firme res Pirrhi in Macedonia erant cum ipse ad alias rursus spes mentē conuertit. Cleonymus erat spartiaca regio genere exortus cęterum q̄ uiolentus ac superbus uidebatur/nec beniuolentiam nec fidē apud Lacedemonios habebat. Itaq; eo excluso Areum regnare iusserāt. Hęc erat uetus eius indignatio aduersus ciues. Vxorem uero accepit Cleonida leothichide forma prestantem & regio item genere exortam. Hęc Acrotati Arei filii adolescē/tis insano amore correpta tristes ac infames nuptias Cleonimo prebuit/non eīm latuit quemq̄ spartiatarum ab uxore spretus. Sic igitur domesticis rebus simul & publicis infensus/ira atq; indignatione concitus Pirrhum contra sparten īduxit. xxv. peditum duo milia equitum/elephantos. xxiii. habentem. Itaq; ex magni/dine apparatus statim constituit non Clenymo spartam sed peloponesum totā sibi affectare. Quamq̄ uerbo quidē Lacedemoniorum legatis apud Megalopolim negauit. Ait enim se uenisse ut ciuitates ab Antigoni dominatu liberaret: seq; natos suos minores ni quid probibeat spartā missurū ut Laconicis moribus eru/dirētur: & hoc precęteris haberent regibus. His simulationibus obuios decipiēs q̄ primum Laconicam attigit. predam & rapinā late exercuit. Incusantibus aūt legatis quod non indicto bello eos inuasisset. At nec uos inquit spartiate quod facturi estis aliis prenūciatis. Inde Lacedemona exercitum admouit/ quam cum Cleonymo placeret primo aduentu inuadere. ueritus ut ferunt Pirrhus ne milites urbem noctu ingressi diriperent exercitū continuit inquiens hoc postridie se factu/rum. Ea dilatio ciuitatem seruauit nam spartiate quidem pauci erant & imparati Areus ipse non aderat sed increta corcireis bellātibus auxilium tulerat. Pirrhus igitur neminem sibi repugnaturum existimans iuxta urbem castra posuit. Cleo/nymi uero domū amici clientesq; sic ornauerant ac parauerāt quasi Pirrhus apud eum cenaturus esset. Pęr noctem Lacedemonii primo decreuerant feminas omēs in cretam mittere sed ipse cōtradixerunt. quarum Archidamia cum gladio in se/natū uenit/ uiros iurgata: se uiuendum feminis putent sparta euersa. Deinde cō/tra hostium castra uallū ex curribus facere statuerunt: unde stationem ab impetu elephantorum tutam habentes resistere possent. Hoc facere incipientibus uenerūt uirgines ac mulieres unacum senioribus ut sibi id opus conficiendum relinque/rent: eos uero qui pugnaturi erant quietem agere corporaq; curare iusserunt. Ipse insuper tertiam partem fosse fecerunt. latitudo sex cubitorum profunditas q̄tuor longitudo ortopletron ut Philarchus scribit. ut uero Hyeronimus aliquanto mi/nor. Postridie summo mane cum hostes mouerentur mulieres arma telaq; uiris ministrantes pugnare uiriliter hortabantur. Vt dulce quidem in oculis patrie ui/cere/preclarum uero in manibus matrum ac feminarum interire. C'eonys autem seorsum ab aliis laqueū parauerat ne urbe capta in potestate Cleonymi uiua per/ueniret. Pirrhus cum robore armatorum in ipsa fronte aduersus confertos spar/tiatarum clipeos per ipsum aggerem haud qua q̄ satis firmum propter recentiā operis impetum fecit. Ex alia parte Ptolomeus filius cum duobus milibus Ga/latharū atq; chaonum delectorum repleta fossa currus transgredi nitebatur. Cur/rus alte de fossis in terram rotis & inter se connexi nō solum transire conantibus aditū nō permittebant sed & Lacedemonis grauē ac deficilem defensionē redde/bant. Sed cum Galathe rotas euellere & in flumen trahere conarētur cōspicatus

periculũ acrotatus adoleſcẽs per urbẽ diſcurrit ſecũq̧ trecẽtos hoĩes rapiẽs Ptolome
um minime hoc ſuſpicãtẽ per quedã cõnexa abiẽs circũuenit : Extremoſq̧ ad ortus
ab oppugnatiõe ualli in ſe pugnã uertere coegit ĩpeditos ĩter currus & ĩ foſſas ru/
entes magna cede propellit . Spectauerãt ſeniorũ & mulierũ turbe acrotatũ egregie
pugnantem . Itaq̧ cum paulo poſt per urbem ad ſtationẽ ſuam reuerteretur ſan/
guine madens & uictoria exultans celſior ſane ac pulchrior Lacenis uidebatur &
Cleonidis inuidebant amori . Suorũ uero nonnulli ſequebantur clamantes uade
age acrotate tibi habeas Cleonyda . Modo quoq̧ probos natos patrie crea . Ab
ea etiam parte qua Pirrhus erat multi ex Lacedemoniis egregie pugnarunt & in
primis Phillius poſt plurima fortitudinis opera & magnam hoſtium cedem cũ
ſentiret multitudinem uulnerum ſe deficere loco ſuo alteri tradito inter ſuos cadere
prouidit ne corpus eius hoſtes haberent . Nox tandem oppugnationem diremit.
Ea nocte per quietem Pirrhus talẽ habuit uiſionẽ . Videbatur ſibi Lacedemona
fulminibus a ſe miſſis percuſſam conflagrare totam ſeq̧ ob id factum mire letari.
Pregaudio itaq̧ excitus e ſomno milites arma capere iuſſit & amicis ſomniũ enar/
rauit quaſi in urbem expugnaturus cui cum alii uehementer aſſentirent cõgaude/
rentq̧ Lyſimachus non placere ſibi uiſionem reſpondit ſed uereri ſe ait / ne quem
admodum loca de cęlo tacta remanent a uia ſic Pirrho ingreſſus in urbem dene/
gari a diis ĩmortalibus oſtẽdatur At Pirrhus hęc ut uana atq̧ ĩdocta aſpernatus
fiducia plenus luce prima milites ĩ oppugnationem adduxit . Lacedemonii uir/
tute mirabili reſiſtebant & aderant mulieres tela uina & cibaria miniſtrantes uul/
neratoſq̧ ſuſcipientes . Macedones qui cũ Pirrho aderant foſſas implere materia
armiſq̧ & cadaueribus inuectis conabantur . Ad hoc cum Lacedemonii concur/
rerent / cernunt Pirrhum inter currus ipſos equo profectum magna ui adiuti ut
urbem irrumpat . Clamore ab ea parte exorto & concurſu in eũ facto dũ adigit
equũ in hoſtes Pirrhus cretenſi telo ſub uentre equs percutitur quo ex uulnere con/
citus moribundus in loca ardua ac lubrica Pirrhum proſtrauit & hęc & cętera
ceſſauit pugna . Sperabat tamen Pirrhus Lacedemones qui pene omnes uulne/
rati & complures mortui erãt remiſſuros tandem animos . Sed bona eius urbis
fortuna ſiue hominum uirtutem experiri ſiue quãtam haberet poteſtatẽ oſtendere
uolens / cum iam parum ſpei Lacedemonis supereſſet / aminiam Phocẽſem unum
ex ducibus Antigoni cum militibus conductis ex Corintho auxilium ferentem
adduxit . Nec multo poſt Areus rex his cognitis ex creta propere rediit militum
duo milia ſecum ducens . Itaq̧ mulieribus domum remiſſis / nec amplius eis per/
miſſa defenſionis cura & ſenioribus qui arma neceſſitate cogẽte acceperãt dimiſſis
ipſi pugnam ſuſceperunt . At Pirrhũ maior habebat cupiditas ob ea quę ſuper/
uenerant auxilia urbis expugnande . Sed cum nihil proficeret multis plagis ac/
ceptis tandem ab oppugnatione deſtitit predaq̧ ex agris abacta ibi hyemare cõ/
gitabat ſed fatum uitari nequaq̃ poteſt . in agro enim Ariſtei contra Ariſtippum
factio erat . Cũ ergo Ariſtippus Antigoni amicitia frui uideretur : Ariſteus Pir/
rhum uocare in argos properabat . At Pirrhus alias ſpes ex aliis ſemper ĩuoluẽs
& ſucceſſibus quidem ad alia capeſcenda elatus quę autem aduerſa euenerãt aliis
corrigere & emendare cupiens nec uincens nec uictus quietem agere ſciebat . cõ/
feſtim igitur Argos contẽdit . Areus multis inſidiis diſpoſitis uiaq̧ qua max/
ime difficilis erat occupata Galathas & Moloſſis qui extremũ claudebãt agmen

lacessebat. Pirrho ex sacris rite peractis dictũ per Aruspices erat/iacturã cuiusdã ex necessariis ea die cauendã esse sed ex tempore ob tumultũ mente seductus iussit Prolomeum filium laborantibus auxilium ferre. ipse autem propere angustiis exercitum educebat. Acri autem pugna circa Prolomeum exorta delectorũ spartiatarum quorum dux erat eualcus & inuicem implicatis Cresus quidam cretẽsis uir robustus ac manu promptus ex obliquo discurerens acriter pugnantem adolescentem transuerberat prosternitq;. Ad cuius casum cum fuga suorũ facta esset sequentes Lacedemonii uĩcentesq; in apertam planitiẽ parum: caute se effuderũt. In eos itaq; Pirrhus audita filii morte dolore & ira incẽsus se cum equitatu Molossorum conuertit. Ipse ante omnes prouectus cede ac sanguine Lacedemoniorũ cuncta repleuit semper quidem inuictus ac summus bello uir/sed tunc priora oĩa fortitudinis opera lõge supergressus. Citato autem in eualcum equo parũ absuit quin eualcus qui obliquus erat manum Pirrhi qua habenas tenebat amputaret/ & certas ipsas habenas precidit sed Pirrhus cum illum transfodisset ex equo prosiluit ac pedes dimicans totam super uno eualco pugnantem delectorũ caternam occidit. Per hunc modum magno stetit Lacedemoniis cupiditas ducum/qui cũ finem iã cepisset bellũ gloriam uincendi sequebantur. Pirrhus uero quasi lustrationem quandam filio soluisset & funebre splendidum celebrasset certamẽ magna doloris parte in ultione relicta Argos cum exercitu contendit. Cognito autem Antigoni aduentu qui arduis locis supra planitiem insederat/ipse circa nauleam castra posuit. Sequẽte uero die per caduceatorem ad Antigonũ misso ut in campum descenderet & pugna decernerent prouocauit. Ad hęc Antigonus respõdit militiam suam non magis armorum q̃ temporum esse. Pirrho autem si uite suę tedeat satis multas uias ad interitum patere. Ambobus autem oratores ex argo uenerunt/rogãtes ut urbem dimitterent ad neutrum eorum pertinentẽ ambobus amicam. Antigonus uerbis eorum motus filium suum obsidem Argiuis tradidit. Pirrhus autem promittebat quidem se abiturum sed cum fidem non haberet eius promissio suspectior erat. Hic dum sacra faceret Pirrhus capita boum iam recisa linguas cum gemitu emittere conspecta sunt. In argo autem lycei uates cucurrit clamitãs cede & cadaueribus plenam urbem se uidere per obscurã noctem Pirrhus męnia subiens per portam quã diampares uocãt apertã sibi ab Aristeo/ Galathas in urbem premisit. & fuit silentium quoad forum/Argiuũ occuparũt nec quicq̃ argiui senserãt. Sed cum tandem elephantos adductos porta non caperet/atq; ob id turris ablata reponeretur & utpote in tenebris mora ac strepitus fieret: Argiui rẽ sentientes ad clipeũ & alia munita urbis loca concurrũt/missoq; ad Antigonum nuntio ipsum in urbem uocarunt qui ueniens prope męnia subsedit milites autem & filium cum ualido presidio in urbem transmisit. Venit etiã Areus Lacedemonius mille cretenses ac spartiatas secum agens. Et simul omẽs in Galatas impetu facto haud segniter conturbarunt. Pirrhus autẽ cũ clamore urbẽ ĩgressus cũ a Galathis nõ satis alacriter reclamaretur coniectãs laborãtiũ ac trepidãtiũ esse signa/properare suos iussit/per cloacas & aque ductus quibus urbs plena est cũ summo periculo equites impellens. Erat autem maxima incertitudo uiarũ atq; clamorum erroresq; ut in nocturno prelio per loca arta atq; in cognita nec ulla ducum moderatio aut opera pre tenebris & ambiguitate esse poterat. sed perstabãt ambo diẽ expectantes. Cũ itaq; iã illucesceret/ clipeus armis hostilibus

refertos ipso aspectu Pirrhum deterruit & simul in foro īter cętera ornamēta lupū
eneum & taurum quasi pręliantes conspicatus perhorruit ueteris oraculi memor
sibi fatum impēdere extremum cū lupū cerneret aduersus taurum pugnare. Hęc
Argiui ob antiqui facti memoriam sculpta in foro habebant. Nam Danao pri-
mum eas partes adeunti lupum asserūt uisum aduersus taurum pugnātē, posuisse
uero se lupum, qui aduena incolas inuaderet sic pugnę spectato euentu, cū lupus
uicisset apollini nouisse lyceo ac subinde rem capescētem superfuisse, Gelamore qui
tunc Argis regnabat expulso. Hęc erat causa cur in foro Argiuo lupi ac tauri
ymago posita esset. ob illorum igitur aspectum Pirrhus & simul quod ea quę spe
rauerat non procedere cernebat turbatus pedem referre statuit sed cum angustias
portarum formidaret ad Helenum filium qui cum magna manu extra męnia se-
debat, mittit, ut & murum diruat & exeuntes excipiat tuetur que. Dū uero properat
ac trepidat, is qui missus erat nec quicq̄ recte nuntiat, adolescens per errorem cū
reliquis elephantis & militibus delectis per portas auxilium patri laturus denso
agmine ingreditur. Iam Pirrhus retrocedere ceperat & q̄diu forū permisit copias
subducere ęgregie hostes repressit. Sed postq̄ ex foro in angiportum quo ad por-
tam iter erat descendit in hoc hii qui auxiliū ferre ueniebant obuiā facti eius sub-
ductionem impediunt. Nam & partim eo clamante non exaudiebant partim &
si parere uellēt ab extremis uenientibus impellebantur & maximus elephas in ipsa
porta casu ex transuerso prostratus exitū prohibebat alter uero ex his qui iam in-
trauerant cui uictoria erat nomen prostratum uulneribus gubernatorem reciperet
queritans se inter eos qui pedē referebant admiscuit, hostes & amicos pari impetu
conculcans donec repertum gubernatoris cadauer promuscide sublatum ac den-
tibus ambobus susceptum reportauit, ac ueluti furens obuios quosque necabat. Sic
ergo inter se pressis & complicatis nihil agi poterat, sed tota multitudo ueluti in
unum corpus conflata erat nec ulla pugnandi repugnandiue facultas dabatur.
Si gladius promptus aut hasta deflexa erat per multitudinem eximi nō poterat
nec in uaginam reponi ac per eum modum nō in hostium sed in suorum tela com-
pulsi necabantur. Pirrhus igitur cum hūc estum fluctuationemque uideret, insigne
quo galea eius conspicua erat detractum cuidam ex amicis tradidit. Ipse aūt equo
confisus in eos qui insequeabntur hostes impetum fecit. Ibi hasta percussus cum
per Thoracem non magnum, nec mortale uulnus accepisset in percussorem is erat
Argiuus nec claro natus loco sed pauperis anicule filius equm adegit. Mater
forte desuper una cum cęteris fęminis pugnam spectabat quem cognito filii peri-
culo & ob id formidans ambabus manibus tegulam sublatam in caput Pirrhi,
demisit. eo ictu casside percussa & spondilis secundum ceruicem attritis lumina
eum defecerunt. prolapsisque habenis ab equo delatus iuxta lycini monumentum
incognitus fere omnibus cecidit. Sed ȩopitus quidā Antigoni miles duobus aut
tribus comitatus cum ipsum cognouisset inuestibulum quoddam protraxit, in-
cipientem iam se ex ictu recipere. Ibi cum Hopyrus ceruicem incisurus gladi-
um eduxisset, ita torue ipsum prospexit Pirrhus ut illum ad tremorem pre metu
compelleret, nec recte, sed ad os & mentum uix tandem ceruicem secaret. Iam
res pluribus nota erat cum alcyoneus Antigoni filius adiens caput periit quasi
cogniturus, idque acceptum ad patrem ferre properauit, is tunc una cum amicis
sedebat, qui postq̄ caput aspexit cognouitque filium baculo percussit ac repulit

barbarum & pollutum appellans. Ipse chlamide ante oculos obducta lacrimauit
Antigoni aui & Demetrii patris recordatus domesticorum exemplorum uolubi/
lis fortune. Caput itaq; & corpus Pirrhi magnifice cremauit: cũ uero alcyoneus
sordidatum conuenisset Helenum, eumq; benigne & humaniter patri adduxisset
conspiciens eum Antigonus melius inquit nunc q̃ prius a te factum est fili, sed
ne nunc quidem satis, qui hanc uestem non abstuleris ob quam nos qui uicisse
uideremur magis dedecorat q̃ se. Post hęc adolescentem complexus ad priorem
habitum ornatumq; restituit & in Epirum remisit. Erga amicos quoq; Pirrhi
benignus fuit, castrorum atq; exercitus uniuersi potitus

CVM ARTAXERSI PERSARVM REGI A
liquando obequitanti agricola quidam obuiam factus
aquam utraq; manu e propinquo flumine haustam ob/
tulisset cũ nihil aliud elargiri posset: rex subridens iocũdo
uultu illam suscepit: nam non rem ipsam sed animum
dantis ac uoluntatem: ut uir nobilissimus metitus est.
Putabat enim ea quę a benigno promptoq; animo susci/
peret, & si parua essent non minus existimanda fore q̃ si
preclara atq; permagna munera elargirẽtur. Recte qui/
dem humaneq; & prodignitate regia gessit. Nam diu multũq; a grauibus sapi/
entissimisq; uiris disputatum atq; iudicatum est potius hominis animum q̃ res
ipsas esse metiendum. Quo fit ut non solum diuites atq; potentes liberales esse
possint uerum etiam tenues cum deliberalitate cęterisq; uirtutibus animi pariter
diues pauperq; pro uoluntate eorum capere possint. Itaq; cum incredibilem pru/
dentiam animi tui admirarer quod non modo iam laudem uerumetiam admira
tionem consecuta sit: animo institui ut aliqua in re. d. tuę gratificarer uitã Marii
prestantissimi uiri cũ nihil aliud maius habeam iocundissimo animo ut agricola
ille dominationi tue dedicare ut tibi gloriam libro autem dignitatẽ compararem.
Nam huius uiri prestantiam magnopere admirans animaduertens q̃ dignũ fore
eius gesta in manibus ingenui uiri tradenda fore nesciebam cui potius hũc tantũ
uirũ donarẽ q̃ preclare. d. tuę Plane in ista ętate tua iam tantum dignitatis & ex
cellentię studio, labore, industria, uigilantia iam consecutus es quantũ permulti
prestantissimiq; uiri per longũ euũ etiam in ipso cano capite assequi nõ potuerũt
Quare diuina hęc potius q̃ humana esse cẽseo. Sane iam in ore omnium maxĩa
cum gratia & gloria est admirabilis prudentia. d. tuę: quam ut coniectura asse/
quor anteq̃ senectutem attigas ad amplissimos dignitatis gradus futurã hęc pre/
ludere uidentur. Verum in presentiarum ne lõgius ab incepto trahamur animus
est per laudes. d. tuę euagari uelle. Itaq; Marium uirum ĩter romanos celeberri/
mum humanitatis iure ut libenti animo suscipias & interdũ colligendi tui causa
legas obsecro: nec eum quod sapientia & multis bonis artibus ęgregiisq; uirtuti/
bus superos paruifacias. Sed noui humanitatem diuini ingenii tui ac prudẽtiam

Noſti enim optimas artes longe plus apud omnes poſſe ſi cũ exemplis clariſſimo
rum uirorum coniuncte ſint. Hinc eſt ꝙ multi ſapientiſſimiq; uiri parentem uir/
tutis / & uitę magiſtram hiſtoriam appellauere. Nam admirabilem auctoritatem
atq; fidem in foro in curia / in comiciis ad ĩpellẽdos homines ad prudentiam / ad
iuſticiam ad fortitudinem / ad temperãtiam / ad fidem / ad pietatem preſtare uidetur
Tantam certe uim affert rerum geſtarum memoria : ut ſummos ſępe uiros imite/
mur : ut Fabius Periclem / Porcius Cato Curium : Cęſar Alexandrũ. Hinc eſt ꝙ
priſci illi ſapientes uiri Socratis / Platonis / Areſtotelis / multorumq; aliorũ ymagi/
nes nõ ſolum tabulis & uaſis pictas habuere. uerumetiam in foro & in templis
eneas ſtatuas collocauere : ut preclara illorum facinora ſuę uitę exemplum extarẽt
Quare Lygurgum uirum quidem diuinũ poſtq̃ Lacedemoniis leges edidit. xxx.
ſtatuas Areſtotili erigiſſe legimus. Sed unde digreſſi ſumus noſtra regrediatur
oratio. & ad Marium parumper animum aduertamus : Hic deuictis cimbris
tantam belli cladem non modo ab urbe romana / uerumetiam ab uniuerſa ytalia
propulſauit : ut tertium Rome conditorem romani eum appellaſſent : & quod uix
unq̃ alter conſecutus eſt ſepties conſolatum iniit : At quid hęc nũc recenſeo : cum
res a Mario geſtas inmanus. d. tua habeat. Marium itaq; ipſum iam legere
aggrediamur : quem ſi diuino ingenio. d. tuę probari ſenſero : quandoq; pre/
cioſiora illi daturum polliceor

CAII MARII QVEMADMODVM NEQ. Q.
ſertorii qui Hiberos in ius ditionemq; populi. r. redegit
neq; L memmii qui Corinthum deleuit tertium nomen
dicere non poſſumus. Nã Achaicus / huic ut Affricanus
Scipioni ut Metello ex re geſta agnomen fuit. Ex quo
magnopere poſſidonius reprehenſione dignos putat eos
qui cenſent tertium nomem romanis propriũ eſſe ut Ca/
millum / ut Marcellum / ut Catonem. Nã qui tantũmo/
do duobus nominibus nuncupantur nomine carerent.
Errat autem ꝙ hac ratione rurſus ipſe ſine nomine mulieres eſſe uoluit. Nulli enĩ
mulieri primum nomen quod proprium apud romanos poſſidonius eſſe arbitra
tur / imponitur. Alii autem cõmune nomen a cognatione dixerunt : ut Pompei/
oſi ut Mallios ut Cornelius / tanq̃ ſi quis Heraclidas & Pelopidas diceret. Hoc
uero denominatum ab Epitheto ex rebus geſtis uel ex natura uel ex aliqua figura
& paſſione corporis impoſitum eſt / ut Matrinum & Torquatum / & Sillam / ut eſt
agnomen Grypus & callinicus. Ad hęc mala conſuetudo multa conata eſt. Mar
rii ſtatuã marmoream multã pre ſe ferentem rigiditatem ac acerbitatem moribus
eius ſimilem apud Rauennã urbem quę in gallea ſita eſt uidimus. Nam durum
atq; bellicoſum animum ei natura effinxerat. Qui cum magis ad rem militarem
q̃ ad rem. p. ſe contuliſſet : intemperantem animum ubi poterat habuit. Fertur
quidẽ neq; litteras gręcas didiciſſe : neq; ullis in ſtudiis gręcis pręceptoribus uti
uoluiſſe. tanq̃ ridiculum eſſet litteris quarum magiſtri aliis ſeruirent operã ĩpẽdere.

Postq̃ secũdum triumphum egit: intemplo quodam rem diuinam fecit: & gręca spectacula adhibuit: qui cum in theatrum uenisset: solusq; sederet statim rem ab/soluit Quemadmodum igitur Plato Xenocrati philosopho qui tristior natura ui/debatur sępius dicere consueuerat. o felix Xenocrates rem sacram leticię age: ita siquis Mario persuaserit gręcis musis & leticię sacra facere & nõ rei militari & rei p. indignę fecerit/ propter innatum imperandi amorem & animi deformitatem atq; prestantiam/ & in acerbam & duram senectutem tanq̃ inscopulum nauẽ frãge ret. Hęc profecto statim in rebus ab eo gestis perspecta sunt. Marius longe ob/scuro genere ortus patrem Marium matrem Fulciniam pauperes homines atq; mechanicos habens & quandoq; in urbẽ proficiscens ex studiis urbanis degusta/uit. Reliquo tempore in uilla ciuernate quę erat in agro arpinati uitã ab urbanis lautisq; uiuendi moribus alienam sed modestam & priscis uiuendi institutis egit. Cum primum in hispaniam militaret Scipione Africano Numantiam obsidente & fortitudine cęteris adolescentibus prestaret Scipionem eius prestantia minime latuit: qui illum ęgregia forma uirum apud se recepit: & corruptam ob delitias rei militaris disciplinam emendauit. Fertur Marium cum bellicoso hoste manu conserentem illum ante ora imperatoris confecisse. Quapropter alias dignitates sub Scipione consecutus est. Cum quãdoq; post cęnam de imperatoribus sermo fieret: & quidam ex pręsentibus siue serio siue ioco Scipionem interrogaret quem talem ducem post illum. r. populus habiturus esset. Scipio leniter percusso Ma rii humero hunc inquit: hic prestanti uirtute erit. Nam magnã de se in adolescẽ/tia expectationem exhibet: ab ipsius enim cunabulis futurã auguramur uirtutẽ. Fertur hac Scipionis uoce tanq̃ diuino quodam oraculo Mariũ in magnã spem erectum in rem. p. animum applicuisse: & tribunatum Cecilio metello cuius in domo ipse a pueritia ac pater eius ministri fuerant magno studio & cura fauente sortitum fuisse. In tribunatu ut potentum uires in reddendis suffragiis ac in ma gistratibus designandis auferret legem q̃dam deambitione suffragiorum ferente: consul Cotta ob uersans senatum persuasit ut contra legem certaret: & Mario ne legem dimulgaret edixit. Cum legem Marius ferret/ nec tanq̃ adolescens se ha/beret: a nemineq; uirorum illustrium ad capescendam rem. p. fauorem iniisset: cottam a sententia sua desciscentem non tulit. Sed cum sibi magnum animum uendicaret quem exinde res ab eo geste ostenderunt: minatus est Cottam in car/cerem coniecturum: nisi in sententiam suam concederet. Cum ad Metellũ con/fugeret Cotta & sententiam illius peteret: Metellus assurgẽs orationem promẽte consulis habuit. Marius cum emitteret lictorem iussit metellum in carcerẽ detru dedum. Ille cum appellaret & prouocaret ad cęteros tribunos neminem exorauit senatus aũt frequens decretum sua auctoritate firmauit. Marius multo splẽdore ad populum egrediens: cum neq; terrore neq; reuerentia flectendus uideretur: & terribilis aduersus senatum insurgeret studeretq; auram atq; fauorem populi con/sequi legem sanciuit. Verum aliud gubernande rei. p. genus aggressus stati hãc gloriam cõmutauit. Nam cum lex ferretur de diuisione frumenti/ ciuibus sese op/ponens utriq; legi pari potentia fortiter operã suam adhibuit/ tanq̃ nemini pręter ęquitatem gratificaturus esset. Post tribunatum maiorem edilitatem petiuit. Duo enim erant ordines ediles unus in quo ipsi ediles in iure dicẽdo sellis curuos pe/des habentibus utebantur: & hic nomen magistratus retinebat. Secundũ edilem

popularem magiſtratum appellabant. Eodem die de utroqꝫ magiſtratu eligendo
ſuffragia habebãtur. Marius habita repulſa a maiori magiſtratu ſtatim aſſurgẽs
alterum petiuit. Cum arrogantię ac contumatię crimen ſubiiſſe uideretur: omnes
ab animi ſui ſententia deſciuerunt. Ita uno die quod nulli alteri acciderat bis re/
pulſam habuit. Hęc res non parum eius animi altitudinem fregit. Paulo poſt cũ
preturam peteret paululum abfuit quin repulſam habuiſſet. Cum autem ultimus
eſſet qui per ſuffragia mitteretur de ambitu ꝙ ſuffragatores donis corruperat dam
matus eſt. Huius rei coniecturam ſuſpitionemqꝫ maximam prebuit caſus ſaba/
conus miniſter: qui intra cancellos inter ſuffragia ferentes conſpectus eſt. Nam
Sabacus familiaritate Marii plurimum utebatur Accitus igitur a iudicibus in/
quit calore ſitiens aquam frigidam petiiſſe | & ad ſeruum poculum habẽtem ue/
niſſe | deinde ſtatim cum bibiſſet abiiſſe· Quare a cenſoribus poſtea e numero ſe/
natoꝝ deiectus eſt: dignus quidem uidebatur uel propter mendatiũ uel propter
intemperantiam damnari. Contra Marium Caius Herennius teſtis adductus
inquit nõ de more patrio eſſe patronũ aduerſus cliẽtes inteſtẽ adduci. Verũ a lege
patronos hac neceſſitudine eſſe excluſos. Sic enim romani tutores appellabãt nã
parentes Marii ipſumqꝫ Marium Herenniorum familię clientes fuiſſe ferebatur.
Dubitãtibus iudicibus de hoc teſtimonio Marius contra Herenniũ inquit quã/
do primum in conſulto clientem dixit non omnino uera oratione uſus eſt. Non
enim omnis magiſtratus tutores excludet atqꝫ familiares & genus abſoluet: ſed
de ſella curuos pedes habente lex lata eſt. Verumtamen primis diebus cũ minus
ſecunde cauſa Marii ſuccederet & aduerſus iudices haberet tandem exiſtentibus
ſuffragiis paribus pręter omniũ opinionem iuditium euaſit. In pretura medi/
ocres laudes conſecutus eſt. Poſt preturam ulteriorem hiſpaniam ſorte aſſecutum
fertur & eam prouinciam quę predandi aſſuetudine iam plena ferarum facta &
in ſolitudinẽ redacta erat a predonibus exterſam reddidiſſe: & tunc Hiberos pre/
dari non amplius honeſtum putauiſſe. Cum rem. p. tractaret neqꝫ diuitias | neqꝫ
eloquentiam quibus qui tunc primi in urbe erãt populum ducebant cõparauerat
Ipſam autem animi altitudinem ingens eius ſtudium ac ſolicitudinem in rebus
gerendis & deſteritatẽ morum ac affabilitatem imprenſandis dextris inter cõuer/
ſandum cum plebe: quę in ſtudio quodam repoſita ciues arbitrarentur | ad uires
honorifice auxit. Quare clariſſimas nuptias ſibi comparauit & Iuliam inſigni fa/
milia cęſarum ortam in uxorem duxit cuius cęſar qui poſtea ſeditione ciuili in/
ter romanos potẽtia & auctoritate omnium longe clariſſimus fuit ſororius nepos
erat. Hic Marium ut in rebus ab eo geſtis ſcriptum eſt propter familiaritatem
adamauit. Temperantiam tollerantiamqꝫ fuiſſe in Mario aſſerunt. Exemplum
eſt ꝙ cũ ex ambobus cruribus laboraret & plenas uaricibus haberet | ferretqꝫ ęgro
animo illarum deformitatem: medicum ſibi ad alterum cruriũ accerſiuit & haud
ligatus intermedendum nec ſe mouit: nec ſuſpiria emiſit: ſed cum tacitus fixuſqꝫ
oculis ad inſpiciendum perſtaret moras quaſdam dolorum interincidẽdum per/
ferre non formidauit. At medico alterũ crus curare uolẽti minime aſſenſũ prebuit
dicens iterum ſubire dolorem indignum arbitror. Poſtq̃ Cecilius Metellus ad/
uerſus iugurtam conſul factus eſt pretorem Marium in libiam legatum adduxit
eumqꝫ in maximis rebus ampliſſimiſqꝫ bellis ſuſcepit honorem Metelli colore
quẽadmodum cęteri: & apud illum rem. p. agere noluit indignum putans ſub

Metello legationis officio fungi. Verum sub ipso importunissimo tempore & in maximo rerum speculo omnem eius probitatem ostentauit| & multa in ipso bello discrimina subiens nullum ex magnis laboribus exhorruit| nullum ex paruis sui indignum existimauit: sed cum prestantes uiros consilio & prudentia excederet: & cum militibus ultra frugalitatem & dignitatem rationemq; rei familiaris suę magnificentia certaret multum ab illis beniuolentię sibi comparauit Quoslibet labores aggredi: onus ea communicatione uoluntarium efficitur. Videtur enī uim atq; necessitatem auferri. Iocundissimum quidem romanis spectaculū erat imperatorem panem eundem edere cum militibus more omnium uel in solo iacere uel pratis uel inobiectēdis aggeribus prestando operam suā una conuiuari. Magis enim admirantur duces periculis ac laboribus participātes q̄ pecunias honoresq; distribuentes: & maiori amore in eum afficiuntur qui unum laborem inire uolūt q̄ in eos qui corpore se dedunt. Cum Marius rem militarem hoc modo ageret & milites beniuolentia afficeret: repēte nomen & gloria eius per libiam romamq; cucurrit. Nuntiabant enim milites romanis per litteras nunq̄ finē habitura bella contra barbaros nisi. C. Mariū consulem crearēt. His rebus uehementer Metellus animi augebatur. & presertim eo quod in turpilium actū est. hic enim usq; a parentibus hospes erat Metelli: & quandoq; militans principatum & curam architectorum gerebat uacuamq; urbem maximam presidio custodiendā summēs nulla in re ciues molestia affecerat. Sed cum putaret usui fore sibi mansuetudinem atq; humanitatem eo inscio ciues iugurthe urbem tradidere Turpilium uero illesum saluumq; dimisere. Quare in turpiliū proditionis accusatum Marius unus inter eos qui laturi de illo sententiam erant crudeliter agens plurimos ex aliis irritabat: ut contra uoluntatem Metelli Turpilio mortem decernerent. Paulo post cum appareret Turpilium falso accusatum ab aliis una cum Metello Marii conatus grauiter ferebantur. Marius uero lętus cū solus instaret non erubuit dicere se malum hospitibus perniciosum Metello numen aliturum: deinde apertas inter eos inimicitias exercebant. Fertur Mario pręsenti Metellum tanq̄ ipetū facturum dixisse: tu nos iniuria afficis: o generose romam traicere paras & consulatum petere|non satis tibi est si huius mei filii competitur futurus sis. Erat tūc filius Metello ualde adolescēs. Sed Mario ut romā peteret studente postq̄ Metellus magnam temporis intercapedinem obiecit: cum iam duo & decem dies interessent ad petendum consolatum ipsum dimisit. Marius autem celeribus itineribus per triduum & unam noctem a castris ad mare profectus |anteq̄ nauigaret rem diuinam peregit. Tunc uatem dixisse ferunt fortunam secundas res magnitudine incredibiles omniq; spe meliores Mario preostendet. His uerbis Marius lęticia affectus animi magnitudinem extollebat. & mare quatuor dierū cursu legēs confestim a populo qui eius desiderio tenebatur conspectus est. & a quodā tribunorum plebis ad populum ductus multis contra Metellum calumniis magistratum petiit. Consul designatus inquit se uel moriturum uel uiuum iugurthā capturum. Postq̄ orationem splendidam habuit statim copias ad bellum parauit & pręter legē atq; consuetudinē seruos & rei familiaritatis tenuitate laborātes quos superiores imperatores renuerant conscripsit & armis eoꝝ qui minus idonei ad res magnas uidebantur: strenuis hominibus traditis precium illis pro cuiuslibet sententia deposuit. Hęc sane ad multā calūniā Mario fuere. Audacia

uerba quę superbe contumeliosecꝫ a Mario effundebantur : optimates tristicia
afficiebant . Nam exclamabat Marius mollitiem nobiliū diuitumcꝫ rapere con/
sulatum : secꝫ propriis uulneribus non monumentis mortuoꝝ | necꝫ alienis yma/
ginibus gloriatuꝝ . Et cum Albinū & Bestiam uiros ex claris familiis ortos sed
eosdem imbelles | & propter imperitiā errantes qui in libia infeliciter dimicauerāt
appellasset : inquit adstantibus num arbitrarentur Albini & Bestie progenitores
optauisse insanos ignauoscꝫ nepotes potius q̃ se reliquisse : censendum illos non
propter generis claritatē : sed propter uirtutē & ęgregia facinora gloriā cōsecutos
fuisse . Hęc nō temere necꝫ petulanter a Mario dicta sunt : necꝫ frustra inimicitias
contra potentiores exercere uolebat . At populus qui senatus iniuria letabatur in
solentia uerboꝝ Marii animi magnitudinē metiens Mariū laudibus extollebat :
irritabatcꝫ ne uera loqui contra senatum desineret : & plebi grata ageret . Postq̃ in
Libiā traiecit Metellus inuidia uictus & animi egercꝫ iam ipsius opera confecto
bello spoliatocꝫ omnium rerum iugurtha nisi corpore Marius coronam & triū·
phum suscepturus ueniret | & his quę contra eum gesserat exacerbatus illum ad se
concedere non expectauit | sed discedēs Rutilio eius legato qui exercitū Mario tra
deret negotium dedit . At in fine rerum ultio quędam ex orta est contra Marium
Nam sylla gloriā secundarum rerum Marii quemadmodū Marius gloriā Me/
telli intercepit . Verum hoc quo pacto contigisset paucis memorabo . Quoniā in
rebus gestis syllę ea precipue scripta sunt quę aduersus singulos homines egerat .
Bochus qui superioribus barbaris imperabat Iugurthe filiam suam in matrimo/
nium collocarat . Qui cum bellum gereret | pertimescens ne Iugurthe imperium ex/
cresceret illi nō multū presidii prestabat : sed suam perfidiam dissimulabat . Postq̃
Iugurtha errando fugiendocꝫ tandem omnes spes suas in Bocho coniecerat | & ad
illum supplex confugerat : Bochus pudore potiusq̃ beniuolentia Iugurtham apud
se recepit | atcꝫ coactum tenuit : & ad Marium aperte audaces & intrepidas litte/
ras pro illo transmittebat | sed et clam insidias tendens Luciū Syllā Marii questo/
rem : qui in eo bello multa utilitatis officia sibi contulerat ad se accersebat . Postq̃
uero Sylla ad Bochum accessit mutata sententia huius consilii penitentia barbarū
cępit : & per multos dies huc atcꝫ illuc animum uertens consilia agitabat | utrum
Iugurtham Sillę traderet : an Sillam retineret : tandem in mitiorem proditionem
declinauit animū & iugurtham in manibus Sille uiuū tradidit . Hinc graues ille
& nepharię seditiones quę fere romam funditus euerterunt primordia habuere .
Nam multi qui contra Marium propter inuidiam sentiebant | Sillę opera captū
esse Iugurtham predicabant . Silla quidem ob signatas a Bocho litteras in quibus
cauebatur Iugurtham sibi a Bucho traditum habens his semper causam suam de
fendebat : contracꝫ Marium ambiciosum hominem & durum in odiis exercēdis
qui neminem sibi socium in gloria paciebatur decertabat . Inimici quidē Marii
qui primas maximascꝫ belli laudes Metello secūdas autem & ultimas Sillę tribu
ebant in illum uehementer agebant . Itacꝫ populus qui in primis Marii parti/
bus fauebat perculsus terrore Marium deserebat . Verum subiti inopinaticꝫ ab
occidente rumores qui iam omnem italiam peragrauerant hanc inuidiam & odia
calumniascꝫ Marii propulsauere . In primis cum copia optimi imperatoris de/
esset : agitabatur cogitatione ciuitas quem consulem diceretur : qui tantam illā bel
li tempestatem profligare posset ; cum nemo ex illis qui diuiciis insignes erāt | necꝫ

ex illis qui claro genere originē traxerāt comitia consularia adire uellet . Itaq; Marium absentē futuꝝ cōsulē predicabāt . Sed cū nuper nuntiatum esset Iugurtham captū adeo fama ingens exorta est de robore & multitudīe Theuronoꝝ atq; cimbroꝝ ut fidē nullā romani in pricipio prestitissent . Paulo post rumores subtimidiores ueritate oriuntur . Nam ferebatur hominū arma ferentiū . xxx . Myriadas e domo discessisse Turbā uero uiroꝝ atq; mulieꝝ quę sedē atq; urbes quęreret in quibus habitare possent multo āpliorē esse. Queadmodū antea audierāt Tirrenū optimā ytalię regionē in ius ditionēq; suā dirigere atq; diripere . Illi quidē ex eo ꝙ agrū suū nūq̄ exierāt & remotissima regione decesserāt unde uenirēt qui ue essent nō cognoscebātur : qui tanq̄ nubes in Galliā ytaliāq; irruperāt . Sed romani ex eo arbitrabātur populos germanicos esse, ex his qui ad Boreū Occeanū sedē haberēt: ꝙ homines magno corpore horrēdisq; oculis essent, & ꝙ germanos cimbri predones appellarēt Quidā ferūt Celticā terrā propter magnitudinē regionis ab extremo mari a septentrionalibus climatibus adorientē uersus Meotim fluuiū cōuersā Ponthicā Scythiā attingere, & hīc gentiū cōmistionē factā esse . Hi sedes suas relinquētes quolibet anno ueris tempore eos qui antea discesserāt petētes assequētesq; bellādo ad multa tempora ad incontinens & stabile solū contendunt . Quapropter sigillatim multa nomīa exercitus habētes Celtoscithe cōmune nomē postq̄ cōuenere appellantur . A quibusdā traditū est cymmerinos primū a priscis gręcis cognitos nō magnā totius fuisse particulā : & hos fugā uel seditionē quādā sub scithis faciētes in Asiā a Meoti flumine Lydamo duce traiecisse . At plurimi ipsoꝝ & illi qui in armis prestātiores erāt ad ultimos populos qui sunt ad mare extremū concesserūt . Hęc regio opaca & siluosa est & propter altitudinē ac spissitatē arboꝝ sole omnino carēs . Hīc usq; intra Hercinioꝝ terrā discursum fecere, & cęlū attigere : apud quod Polus īpetū suscipiēs propter inclinationē cęloꝝ qui una inclinātur, uidetur ab instāti signo quod in uertice docendaꝝ habitationum gratia positū est paululū abesse . Dies breuitate & longitudīe pares cū noctibus existētes tēpora distribuūt . Quare adscribēdas fabulas copia de funerabilibus homero fuit Hīc hi barbari ad ytaliā concessere . Antea enī cimmerini, tūc aūt cimbri, sed nō a regressu appellabātur . Verū hęc coniectura magisq̄ certa ratione in historiis tradūtur . A multis scriptū est plures potiusq̄ pauciores eo quod diximus fuisse . Qui animo & audacia prestātissimi, & manuū uirtute ac celeritate & impetu ęgregii in bello fulguri similes uidebātur . Itaq; ipsoꝝ impetū nemo substinere poterat . Sed quicūq; illis econtra occurrebant, ducti ut preda necabātur . Nā multi magniq; exercitus romani ac duces qui ultra Gallię alpes copias eduxerāt turpiter uicti fuerāt . Illi a quibus male pugnatū est circa Romā copias sparsere . Nā debellatis illis quibus obuiauerāt, sublatisq; multis rebus quę ad usum militię essent statuerunt neç ubi sedē ponere priusq̄ Romā euerterēt : atq; italiā predando diriperēt . Hęc cū romanis denuntiata essent Marium multis hortationibus ad consulatū accerserunt : consulēq; secundo designauerūt . Et q̄q̄ propter absentiā lex eū excluderet & tēpus ut iterū assummi ad magistratū posset : nō dū impleretur populus inuitis omnibus qui ab eius sentētia desciuerāt Mariū adire magistratū noluit . Putabat enī tūc leges nō plures esse q̄ antea, neq; pręsentē causam absurdiorē esse ea propter quā scipionē contra legem romani consulem fecere : non timentes agrum eorum uastari, sed cupientes Carthaginensiū regionē ferro igniq; depopulari . Cū

sic sancitum esset, Marius ex libia accitus & cum exercitu in italiã delatus . Kl.
Ianuariis quibus apud romanos pricipia ãni ĩchoãtur cõsulatũ iniit, & triũphũ
egit insperatũ spectaculũ romanis Iugurthã captiuũ ostendens . Quo uiuẽte adeo
uarius atqꝫ callidus homo adeo fortune mutationes ferre sciebat : & tãtã in se uer-
sutiã tãtãqꝫ animi magnitudinẽ habebat : ut nemo crederet romanos illũ supera-
re & in potestatẽ suã redigere posse, sed licet dicere . Cũ in triũpho & pompa duce-
retur ut ferunt tũc animi cõstãtiã retinuit . Cui post triũphũ in carcerẽ cõiiciendo
quidã uestimẽtũ uiolẽter lacerauerũt : quidã uero dũ ornamẽtũ aureũ ui auferre
certarẽt unã partẽ auris dilaniant . Detrusus autẽ nudus in baratrũ conspectũ est
molestia affectũ esse : inquiẽs o hercules ꝙ frigidũ est nostrũ balneũ . Sed hunc sex
dies colluctãtẽ cũ fame & usqꝫ ad ultimã orã in spe constitutũ desiderio uitę con-
digna pęna suis crudelitatibus confecit . In triũpho auri septẽ milia & tria pondo
delata fuisse ferũt . Argẽti aũt non signati . v . milia septĩgẽtaoctuagĩtaquiqꝫ põdo
Nomismatũ uero dragmas . vii . milia & xxviii . myriadas extitisse . Post põpã ma
rius senatũ ĩ capitoliũ conuocauit : & siue ignorãtiaqꝫ eũ mos patrius fugeret, siue
qꝫ fortuito sic faceret agrestior ĩ triũphali apperatu fuit Sẽciens aũt senatũ egro aĩo
illud ferre, statĩ assurgẽs suscepta purpura ad concionẽ rediit . In militia aũt rite ex-
ercitũ cursu & uariis lõgisqꝫ itineribus exercuit . Ipse quoqꝫ eadẽ ferebat agebatqꝫ
pro ipsa dieta . Quare post hęc cũ labores & iussa imperatoris milites libẽter ag-
grederẽtur . Muli mariani uocabãtur . Sed quidã huius appellatiois aliam fuisse
causã ferũt . Cũ enĩ Scipio eo tẽpore quo numãtiã obsederat uellet nõ solũ arma
& equos sed etiã mulos & currus militibus tradere ut oĩa & exercitata & parata ha
berẽt Mariũ dixisse ferũt pulcherrimũ equũ ac mulũ ab eo nutritũ, qui bona ua-
litudine ac mãsuetudĩe roboreqꝫ plurimũ aliis prestaret se habere . Hęc sentiẽte im-
peratore multotiẽsqꝫ dicta referẽte : milites aliquẽ laudare uolẽtes qui assiduos la-
bores ferret atqꝫ aggrederetur mulũ marianũ illũ uocitabãt . Sed uidetur bonam
fortunã magnopere Mario aspirasse . Nã barbaris tãꝙ reflexũ aliquẽ ĩpetũ faciẽti-
bus & prius in Hiberiã ruẽtibus Mario tẽpus ad milites exercendos, animosqꝫ
ad audaciã confirmãdos datũ est . Quod autẽ maximũ est ꝗlitatẽ aĩ sui militibus
ostẽdit . In pricipio grauitas eius atqꝫ seueritas impuniẽdo neqꝫ errare neqꝫ ĩobe-
diẽtes esse milites assuefecit : & una cũ iusticia salus apparuit . Animi uehemẽtiã
atqꝫ uocis asperitatẽ, & acritatẽ uultus quę paulatĩ Marius effingebat milites nõ
sibi sed hostibus ad terrorẽ fore aĩo induxerunt . At magnopere militibus placuit
equitas illius iniudicãdo, de qua illud exemplũ legitur . Caius lucius eius ex so-
rore nepos cõstitutus in ordine pricipatus sub eo militabat : qui ad alia uir haud
ĩprobus uidebatur . Hic pulchritudine captus adolescentulũ quẽdã noĩe treboniũ
sub eo merẽtẽ adamabat, cuius animũ cũ multotiẽs tẽtauisset, neqꝫ eo potiri posset
tandẽ noctu misso ministro treboniũ ad se accersiuit . Adolescẽs accitus cũ nõ li-
ceret nõ parere iussis sui ducis Caium adiit, qui intra tẽtoriũ ad eũ ductus illum
uiolẽtiã afferre conãtẽ stricto gladio interfecit . Hęc Mario absente facta sunt cum
rediisset iudicii diẽ trebonio dixit . Postꝙ aĩaduertit trebonius a multis se accusa
ri : neminẽ autẽ causam suã agere ipse audacter assurgẽs rẽ omnẽ exposuit, testimo-
niaqꝫ habuit quibus afferebatur se multotiẽs lusu uolũtati obstitisse & cũ magna
dedisset, nullomodo sui corporis copiã prestitisse . Admiratione captus Marius
iussit pro uirtutis remuneratione coronã patriã afferri . Ipse illa suscepta Treboniũ

coronauit : tanq̃ in tempore pulcherrimis exemplis indigente pulchrum facinus
peregisset . Hoc Romę denũtiatũ permultũ aĩos ciuiũ ad consequẽdũ tertiũ cõsu-
latũ cõmouit & cũ barbaros uerno tẽpore futuros expectarẽt : nolebant romani
per nullũ aliũ ĩperatorẽ q̃ per Mariũ contra illos dimicare . At nõ ita celeriter ut
opinio ferebat barbari Romã petiere : sed iteꝝ tẽpus consulatus Mario cessit . Cũ
iã comitia consularia ĩstarẽt : & eius collega diẽ suũ obiisset reliquẽs ĩ castris Ma-
niũ acilliũ ipse Romã cõtẽdit . Multis bonis uiris cõsolatũ petẽtibus . L. Satur-
ninus q magnus ĩ populo prĩceps erat : & quẽ Marius uenerabatur pro Mario
ad consolatũ elegẽdo orationẽ habuit . Cũ Marius fugiẽdoꝝ laboꝝ gratia ma-
gistratũ recusaret / tãq̃ nõ indigeret proditorẽ patrię Mariũ dixit : ꝙ in tãto rerum
periculo ĩperiũ renueret . Sed nõ latebat audiẽtes saturninũ / haud persuasum ficta
ad Marium proloqui . Verũ cũ populus romanus perspiceret ea tẽpora Marii
fortitudine & fortuna egere illi quartũ cõsulatũ demãdauit / catulũq; Lucariũ uirũ
ĩ bonore apud optimates habitũ & multitudini nõ ĩuisũ collegã tradidit . Marius
audiẽs iã hostes appropinquare confestim alpes traiecit : & munitis castris apud
rhodanũ fluuiũ eaꝝ reꝝ quę essent aduictũ atq; usum militarẽ necessarię magnam
copiã cõportari iussit / ut nũq̃ pręter utilitatis rationẽ propter indigẽtiã reꝝ necessa-
riaꝝ cogeretur ĩ aciẽ descendere : itinera q̃bus cõmeatus cõportarẽtur quę ante ex-
ercitui ad mare perlonga erãt operã dedit ut facilia atq; expedita essent . Ostia rho-
dani propter maris ĩpedimẽtũ suscipiẽtia multã congeriẽ & aceruos harenę cum
ĩgenti ceno : ut cũ mĩori difficultate breuioriq; nauigatione frumẽta cõportarẽtur
idonea nauibus legẽdis reddidit . Nã huc cũ ocioso exercitu diuertẽs fossã latam
profũdãq; q̃ naues labi possent effodit & magnã aq̃ꝝ copiã ad ripã maris hac de-
duxit . Ostia fossę lenes q̃etasq; aquas in mare fũdebãt . Hęc q̃dẽ ab illis adhuc de-
nominationẽ retinẽt . Cimbri bipartitis barbaris per noricos supra ad catulũ ut
itinera illa per uĩ occuparẽt proficisci statuerũt . Teuthones aũt & ambrones stati
sese expediẽtes traiicientesq; regionẽ quę ĩ medio erat multitudine infiniti & facie
deformes : uoce uero & plausu oĩbus dissimiles apparuerũt . Cũ planitiẽ omnem
circũdassent castraq; posuissent Mariũ ĩ dimicationẽ prouocabãt Marius quidẽ
illis neglectis milites in ualle collegit : audẽtesq; acriter redarguit : & irruere atq;
manus conserere uolẽtes patrię proditores appellauit . Nã ĩquit non pro uictoria
aut triũpho certãdũ esse : sed ut tãta belli nebula tãtoq; fulgure propulsato italiam
seruarẽt . Ad duces & ad eos qui in magistratu erãt priuati hũc sermonẽ habuit .
Cũ milites supra uallũ quodã in loco duxisset iussit hostes intueri ut formã illoꝝ
tollerãre & uocẽ lõge ferinã & a latinoꝝ lingua abhorrẽtẽ perferre assuescerẽt atq;
apparatus ĩcessusq; perdiscerẽt . Quo aspectu ea quę horrẽda uidebãtur domestica
esse in aĩo ĩduxerũt . Putabat enĩ nouitatẽ multaꝝ reꝝ quę non contigit falsũ ho-
minibus terrorẽ afferre . Assuetudinẽ autẽ eoꝝ quę natura horrẽda sunt timorem
abiicere . Hoꝝ itaq; quotidianus aspectus nedũ ꝙ aliquid trepidationis auferret
uerumetiã ad barbaroꝝ minas ac superba & in tollerãda uerba animos militum
irritauit : atq; inflãmauit : qui ad uallũ currebãt & ingẽti cũ petulãtia atq; audatia
irruebãt . Quare uoces & questus militũ contra Mariũ in hęc uerba efferebantur .
Qua nostra ignauia Marius nos a cõserẽdis cũ hoste manibus tãq̃ mulieres sub
custodia ianitoris clausas prohibet . Ea postq̃ nos q libertate fruimur ĩiuria afficit
interrogemus / an alios expectet qui pro libertate pręliũ aggrediantur . Verũ tanq̃

operariis in fossis fodiendis ac mundando ceno diuertendisq; fluminibus nostra
opera utitur. Ad hęc ut apparet multis laboribus nos exercuit: & huiusmodi
operibus sese ĩ consultu ciuibus ostẽtãs calamitatẽ Carbonis atq; Scipionis quos
hostes deuicerãt perhorrescit. Qui & gloria & uirtute a Mario longe superabãtur
longeq; deteriores copias secũ duxerãt. Sed dũmodo indimicatione descenderetur
pulchrius esset rem male agere q̃ sedendo pati ante ora socioꝝ agros igni & ferro
uastari. Hęc Marius cũ audiret letabatur. & tanq̃ eoꝝ sermonẽ paruifaceret, illos
persuadẽdo placabat. At responsum differens uictorię tẽpus locũq; meditabatur.
Nã mulierẽ quandã uatẽ noĩe Martã quã uaticinari aiebãt ĩ lectica stantẽ hono-
rifice circũduxit, & sacrificia ea iubente celebrauit. Hanc antea senatus ꝙ hęc ob-
seruare & futura predicere uolebat libertate donauit. Postq̃ ad mulieres egressa est,
& facẽ ligauit, ac maxime eã quã Marius habebat, assedens iuxta pedes gladia-
toꝝ ex cõtingenti futurã uictoriã predixit: remissaq; ad Mariũ magnã admira-
tionẽ prębuit: & multa ĩ lectica retulit. Cũ sacrificia adiret duplici purpura ĩduta
hastã uictis atq; coronis ligatã ferebat. Hanc rem multis ãbagibus Marius cõ-
posuit, siue ꝙ serio rem diuinã faceret: siue ꝙ fingere mulierẽ ostendit. Verũ illud
quod apud gypos accidit Alexãdro Mynidio referẽte ĩ historia admiratione di-
gnũ est. Nã duo hoĩes se subsequẽtes qui collũ ferreis monilibus ornatũ habebãt
circa castra ãte dimicationẽ apparuerũt. Cũ milites illos circũspicerẽt abierũt de-
inde iteꝝ uisi milites salutabãt & discedẽtes tanq̃ bona aliq̃ fortuna instaret, leta-
bãtur. Sed cũ prodigia multa contigissent, alia quidẽ uulgaria fuerũt. At ex ame-
ria & ex tuderto italię urbibus renũtiatũ est noctu per cęlũ hastas ardẽtes & scuta
in principio errãtia uisa fuisse: deinde adinuicẽ irruentia more hominũ pugnãtiũ
acies ĩpetusq; faciebãt. Tandẽ ut unã in partẽ ĩpetũ fecere, & ex altera acies ĩclinata
est, omnia in terrã cecidere. Per ea tempora aduenięs bathabaces magnę matris
sacerdos nũtiauit deã in tẽplo ad se locutã uictoriã belli prędixisse Senatu sedente
ut tẽplũ triũphãs deę decerneret bathabacẽ ad populũ uenientẽ & de hac re dicere
uolẽtẽ Aulus Põpeius. tr. populi prohibuit: illũq; superbe appellãs petulanter
ex ipso pulpito expulit. Hoc maximã fidẽ orationi hoĩs pręstitit, ꝙ dissoluta con-
cione Aulus domũ haud redire potuit: & adeo uehemens febris eũ occupauit ut
oĩbus appareret ĩtra septimũ diẽ propter diuulgatũ facinus diẽ suũ obituꝝ. Theu
tones Marii castra occupare aggressi cũ in multa tela e uallo iacta incidissent: &
quosdã eoꝝ amisissent: statuerũt ulterius procedere: uti alpes intrepide trãscen-
derent. Itaq; ĩstructi castra romanoꝝ preteriere. Tũc profecto longitudĩe ordinis
incedentiũ & tẽporis ingentẽ hominũ ui esse apparuerũt. Fertur per sex totos dies
iuxta uallũ Marii transeuntes per risum romanos interrogasse. Si quid ĩmãdatis
eoꝝ noĩe ad uxores dare uellẽt. Ipsos enĩ confestĩ ad illas futuros esse. Postq̃ bar-
bari uallũ pertransierũt tumultuario bello illos Marius insecutus est. Nã prope
semper positis castris intrepide contra eos irruebat: & loca difficilia ut tutus per-
noctaret uallo munibat. Sic progrediẽtibus barbaris & ad aquas quę sextiles nũ-
cupãtur unde nõ multũ uię ad alpes intererat perueniẽtibus, Marius hic cũ hoste
manus conserere statuit, & locũ castris munitissimũ aqua uero haud abundãtem
occupauit. Volebat ut fertur hac re milites ad conserendas cũ hoste manus proni-
ores reddere. Multis hoc moleste ferentibus dicentibusq; siti laborare ostendens
Marius manu fluuiũ quendã qui iuxta barbaroꝝ castra defluebat inquit illinc

potum sanguine emendum .Illi cur igitur non propere contra illos irruimus| dũ
hoc aĩo sumus ĩ Mariũ clamabant .Marius uoce summissa primũ inquit castra
munitiora habemus . Milites & si moleste id ferrent tamẽ Mario assensere . Sed
turba ministrũ aquę desiderio collecta ad fluuiũ ueniẽs partim bipennes |partim
secures|partĩ gladios |& pila una cũ hydriis manus armauerat tanq̃ nisi ferro &
marte aquas rapere nõ possent . Cũ his ĩ principio pauci hostiũ pręliũ cõmiserãt.
Nã lauandi gratia multi barbaroꝝ ex fortibus uiris ad balnea illic uicina cõcesse
rant .Multos pręterea letos festosqꝫ dies agentes uoluptate & admiratione locoꝝ
captos romani cęperũt : sed ad clamorẽ plurimi concurrerũt . Mario difficile erat
milites seruos timentes coercere : hostes bellicosiores a quibus romani cũ Mallio
& Scipione antea uicti sunt ambrones appellabãtur : hi soli multitudine supra tri/
ginta milia erant : qui sacietate uẽtris graues facti & incõtinentes ac superbi pro/
uocati ad arma capienda concurrebant . Sed neqꝫ temerariis : neqꝫ furiosis cursi/
bus ferebantur : neqꝫ cũ in articulo clamore gradiebantur . Verũ arma rithimo &
consonãtia quadã pulsantes atqꝫ una oẽs gradiẽtes suã propriã appellationẽ sępe
appellabant ambrones|siue ut se metipsos conuocarẽt : siue ut hostibus aperta &
nota appellatione terrorẽ iniicerent .Ligures primi italoꝝ ad ipsos ueniẽtes postq̃
conuenerunt & illos clamãtes audiuere : ipsi econtra patria appellatione utebãtur.
Nã se ipsos gẽtili appellatione uocabãt ligures .Itaqꝫ adinuicẽ & crebrius priusq̃
indimicationem uenirent suam uocem pariter conclamabãt . Quare utrinqꝫ suos
imperatoribus appellãtibus & de uocis magnitudine adinuicẽ certãtibus : clamor
animos militũ irritauit : atqꝫ prouocauit .Sed castra ambronũ a castris romanoꝝ
fluuius quidem interfluens diuidebat . Itaqꝫ illi admiscenda pręlia haud flumen
tranarant .Liguribus uero pleno gradu ad primos repẽte irruentibus iã uictoria
in manibus hostiũ erat .Romani liguribus subsidia ferentites desuperqꝫ in bar/
baros impetũ facientes infugam hostes uertũt : & multi circa fluuiũ detrusi adin/
uicẽqꝫ sauciati flumẽ cede & cadaueribus oppleuerunt . Eos qui processerant non
audentes sese conuertere |usqꝫ ad currus atqꝫ castra fugientes romani interfecere .
Hic mulieres gladiis & securibus obuiam euntes|horrendęqꝫ inclamãtes bellãti/
bus se immiscebant:& fugiẽtes atqꝫ insequentes ulsciscebantur .In hos quidem ut
proditores exclamabãt |in illos autem ut hostes irruebant .Quę cũ inuicto animo
essent uulnera cedesqꝫ in corpore usqꝫ ad mortem tolerantes |nudis manibus gla/
dios atqꝫ clipeos romanis eripiebant .Hoc certamen quod pręter fluuiũ patratum
est : fertur fortuito potiusq̃ imperatoris consilio cõfectum fuisse .Post ubi romani
ambrones multa strage oppresserant & Marius receptui canere iussit : iam facta
nocte| non hac tanta uictoria potatione & peanis carminibus circa tentoria & in/
tercenandum salibus atqꝫ somno qui aliarum uoluptatũ hominibus suauissimus
est noctem egere .Quinimmo pręsertim eã noctẽ turbulẽtam atqꝫ timendã puta/
uere .Nam castra nec fossa nec uallo sępiuerant : & multe barbaroꝝ Myriades in
uicte supererãt .Ambronos qui aufugerant noctu gemitus ingentes emittebant :
qui neqꝫ clamoribus : neqꝫ gemitibus humanis similes erant : sed frendentis bestię
quę inplagas incidisset . Stridor flebilibus minis commixtus ex tãta multitudine
uidebatur & undiqꝫ per mõtes ac speluncas planiciesqꝫ horrendũ ęquor resonabat
Qua propter cũ terrore ingẽti Marius timore romani perculsi essent expectarẽtqꝫ
nocturnum ac cęterum hostium impetum|pręter eoꝝ opinionem res cecidit|& nec

noctu nec postera die quicq̃ impetus barbari facientes acies in ordinem redactas
tenuere . Interea Marius ad quasdã concauitates circumliuas quę supra capita
barbaroꝝ imminebãt & ad ualles arboꝝ densitate umbrosas Claudiũ Marcellũ
in insidiis consideret cum tribus milibus militum ire iubet imperatq; ut clam a
tergo pugnantibus sese ostentet . Alios uero cibo & somno curatis corporibus
postq̃ dies illuxit ante uallum in aciem reduxit : & equites in planitiem premisit
Theutones uisis hostibus haud expectauere romanos in planitiem descendere / &
ex equo pręliũ miscere . Sed repente ac per iram sumptis armis in tumulũ irruũt.
Marius circum quaq; premittendos duces fortitudinem atq; constantiã uẽdicare
hortatur . Qui cũ propius accederent primo iacula torquere : deinde gladios strĩ/
gere & scuta scutis pulsare . Sed cum in locis asperis atq; iniquis illi essent ĩterpug/
nandũ pulsationes & scutoꝝ collisiones tonum atq; robor propter locoꝝ iniqtatẽ
conuersione atq; agitatione corporum habere non poterant . Hęc primo incipientẽ
omnes subsequebãtur . Nemo quidem male corpus exercebat & omnes multa cũ
audacia preliabantur . Vt igitur romani uiderunt desuper in hostes impetum fieri
paululum morati in planiciem cessere : & iam primis in acie stantibus scutorum
collisio & clamor nascitur in eos qui post terga irruebant . Nam postq̃ ratio agẽdę
rei & tempora conuenerant Marcellus facto clamore supra in tumulo cursu atq;
impetu a tergo in hostes prorumpit / ultimosq; prosternit atq; trucidat . Itaq; copię
hostium duabus ex partibus turbate passim funduntur atq; fugãtur . Nam utriq;
perculsi barbari non diu uim impetumq; ferre potuerunt . Verum de relicto acieꝝ
ordine uertuntur in fugam Quare capti uiui atq; trucidati ex barbaris ultra decẽ
Myriadas . Tentoria & currus cęteraq; usui militari oportuna nequid subtercipe
retur Mario tradenda sancitum fuit . Putabant enĩ romani propter periculi mag/
nitudinẽ hac tam luculẽta largitione nihil in re ipsa militari habere quod Mario
dignius esset . Quidã non de spolioꝝ largitione / & occisoꝝ numero inuarias dis/
trahuntur sententias . Ferunt quidã massilitas a ceruis ossium auxisse uineas : nam
terra in qua cadauera diffusa iacebant aduenientibus imbribus ita pinguedine
oppleta est corruptione cadauerum quę terrã ipsam subierat : ut ĩcredibilẽ fructuũ
copiã coloni ex agris extulerĩt . Quod Archilocus dicens hac huiusmodi re agros
piguefactos esse affirmare uidetur . Illud autẽ ueritatis imaginem habere arbitra/
mur tempore belli inusitatatos imbres cęlo defluxisse : siue deo quodã purgante ac
diluente terram puris & a cęlo fluentetibus aquis : siue q̧ cede hominũ atq; putre
factione euaporatio humida ac grossa exhalauerit quę aerem mutabilem facile ex
paruo principio multum condensauerit . Post dimicationem Marius armoꝝ atq;
spolioꝝ quę deuictis barbaris detraxerat delectũ habuit : & pulchriora atq; ma/
gnificentiora ad triumphũ atq; spectaculũ preparauit . Aliis rebus in pyra quadã
ingenti collectis rem diuinam fecit circum stante in armis coronato exercitu : ipse
precinctus ut mos erat & purpura indutus cum facem ardentem sumpsisset : &
utrisq; manibus ad cęlum extulisset illam in pyra submisit . Milites equis calcari/
bus actis & celeri cursu Marium petebant & silentibus cunctis summis uiribus
omnes accelerabant . Postq̃ propius accesserant equo desiliẽtes dextrã Marii dex/
tre suę iungebant & quintum consulatum se sortiturum predicantes de hac re post
litteras Romã mittebãt . Magno gaudio militibus itaq; exultantibus & plausũ
percussis armis facientibus corona laurea rursus Mariũ coronantibus / Marius

exusta pyra sacrificia peregit : & rem diuinam transegit . Verum fortuna quędam
uel īuidia uel natura rerum humanarum nullam magnarum felicitatum molestie expertē
euenire sinit . Quę uaria ac instabilis uitam humanā nunc secundis rebus : nunc
aduersis permiscet . Mario enim post paucos dies de catulo eius collega renunti/
atum est . tanq̄ in lucido ac sereno aere orta nebula alium timorē atq; tempestatem
romanis imminere . Nam catulus qui cōtra cymbros copias ductauerat despera/
uerat illos ab alpium transitu arcere posse . Quoniam si contra multos execitus
diuidendus esset formidabat ne propter imbecilitatem atq; tenuitatē copiarum supe/
raretur . Qui cū statim in italiam ad fluuium thisonem descendisset ibiq; cōsedisset
utriq; ea loca quibus aditus esset uallo muniuit atq; fossa obstruit : ut his qui essēt
ultra flumen auxilia mittere posset : si barbari propter meatus angustiam in pro/
pugnacula impetum inferre molirentur . His tanta inerat despicentia hostiū atq;
audatia : ut potius robor atq; animi elationem ostentarent / q̄ id quod in usum ac
necessitatem ueniret efficerent . Nam nudi per niues altissimas atq; glacies alpium
iuga conscenderant . Vt uero summa montiū occupauerant / lata scuta corporibus
supponētes quę lapsus ueloces ingentesq; habebant / per preruptos atq; pręcipites
locos in descensu ferebantur . Postq̄ prope flumē castra posuere ut per aquas tra/
narent operam inceptabāt : & tumulos qui iuxta aderant scindentes tanq̄ gigātes
cesas trabes atq; montium pręcipitia & terre aggeres atq; coniugatas schalas in
fluuium comportabant qui fluxū aquarum frangentes pontem quassabant uastis
roboribus quę ad fluuiū traxerant . Multi ex militibus romanorum terrefacti maio/
ribus derelictis castris secessere . Hic catulus ut imperatorē optimū decet / qui glo/
riam suam in ciuium pectoribus collocauerit uirtutem animi sui ostētauit . Nam
postq̄ fortitudinem persuadere militibus non potuit : prospexitq; magno terrore
castra moueri : iubens aquilā hac signa attolli ad primos cursu contendit : & pri/
mus exercitum duxit . Volebat enim sibi & non patrię turpitudinem assignari :
uideriq; romanos non fugam capere : uerum secedentem ducem consequi . Barbari
traiecto a thisone propugnaculum romanorum occupauere / & romanos ibi existētes
uiros fortes ac pro patria digna pericula aggressos admirantes seruauere : atq; cū
fide & singrapho barbarico ubi ęreus thaurus inerat dimisere / hunc raptum post
dimicationem tanq̄ insignia uictorię in domū catuli delatum fuisse tradūt . Regi/
onem nullis presidiis munitam late ac passim barbari populabantur . Interea per
litteras accitus Marius romam profectus arbitrantibus cunctis ipsum acturum
esse triūphū decernente senatu haud triumphare uoluit : siue q̄ milites aut socios
uictorię ea gloria priuare nollet : siue ut ad pręsentia multitudinem audaciorē fa/
ceret ut deposita gloria primarum rerum bene gestarum propter immineutes casus rei
p . secundis rebus bene gestis clariorem triumphum reddere . Postq̄ disseruit atq;
pro tempore orationē habuit ad catulū profectus illumq; exhortationibus multis
prosecutus milites eius ex gallia accersiuit . Deinde rhodanum traiectus barbaros
ab italia arcere pro uiribus nitebatur . Ex hostibus qui erant ea sententia ut dicerēt
expectandos esse theutones : & qui admirabantur q̄ morā traherent preliū diffe/
rebant / siue q̄ certe ignorarent illorum perniciem : siue q̄ fingerent . Nam renūtiātes
graui pęna ab illis afficiebantur . Itaq; legati ad Mariū ex cimbris missi a Mario
postulabant ut regionem atq; sufficientes ad habitādum urbes ipsis ac fratribus
traderent . Cum Marius interrogaret qui essent quos fratres appellabāt dicētibus

illis esse theutones cęteri quidẽ risu tenebantur. Marius uero salibus utens inquit de fratribus cedat ex animis cura nam illi regionẽ apud nos habent semperqꝫ ha-
bituri sunt. Legati ironiam intelligentes Marium tanq̃ iniuria illos afficientẽ co-
mitiis prosequebantur. Cymbris quidem ĩquit Marius euestigio regionẽ ĩpar-
tiremur. Theutonis antẽ dũ aderunt | uerũ adsunt. Sed haud pro dignitate uestra
esset in salutatis fratribus discedere. His dictis iussit theutonoꝝ reges uictos ad-
duci: nam illos fugientes Sicciani ĩ alpibus exceperant. Postq̃ hęc cymbris renũ-
tiata sunt: repente Marium tacite castra custodientẽ petunt. Fertur Marium in
ea pugna primo nouos ritus de iaculis usurpasse: nam hasta ipsa lignea quę ferrũ
ingreditur antea duos stilos ferreos accipiebat. Tũc uero Marius alteꝝ ut erat
admisit. Alteꝝ tollens ligneũ clauũ ad uulnera imprimenda aptiorẽ pro illo im-
posuit: machinatus iaculũ iactũ scuto hostili haud rectũ hesurũ: sed fracto ligneo
clauo tortum fieri circa ferrũ & hastã per obliquitatẽ cuspidis trahendã fore. By-
orix cimbroꝝ rex cum paucis exercitũ preęquitans | Mariũ tempus atqꝫ locum
contemplantem ut circa regionem cũ hostibus in dimicationem ueniret ad confe-
rendas manus uocauit Marius cũ diceret nũq̃ romanis de more fuisse pro pręlio
adeundo consiliariis hostibus uti: gratum hoc tamen cymbris effecit: ut tertio die
ab illa regione ac planitie apud uercellas ad dimicandũ descenderetur. Nam hic
locus romanis ad equitandũ cymbroꝝ uero multitudini ad regrediendũ idoneus
erat. Seruantes igitur indictũ pugnę diem romani in aciem copias struxere. Ha-
bebat catulus sub eius ordine. xx. milia & trecentos milites. Marius uero duo
& triginta milia. Structa acie catulus in medio se locauit ut Silla qui in eo pręlio
aderat litteris mandauit. Ferunt Mariũ spem omnẽ in cornibus posuisse ut solus
uictoria potiretur & catulus excluderetur ne hostibus sinum permisceret eoꝝ qui
in medio locati erant: qui hostes suscipiebant: ut magnis infrontibus cõsueuerãt
sic copias struxisse. Cęteri qui hanc historiã scripsere catulũ hac malignitate acriter
Marium accusantem defendunt. Cymbroꝝ autem pedestris armatura pariter
diuisa partim ex pro pugnaculis silentio precedebat | partim in fronte locata erat.
Quolibet enĩ latus per stadia. xxx. porrigebatur. Equites qui numero quinqꝫ &
decẽ milia erant fulgentibus armis in equis insiderant. Nam galeas ornatas hor-
rendis hiantium animalium formis ferebant quę pennatę: atqꝫ ęlate in summum
galeę maiores uidebãtur etiã toracibus & ferreis scutisqꝫ albis protecti multo splẽ-
dore fulgebant Quilibet autem bicuspide telo manibus armauerat. Cũ in hostes
irruerent magnis grauibusqꝫ macheris manus conserebãt. Tunc contra romanos
non e conspectu prodiebant: sed ad dextram inclinantes seqꝫ subducentes paulatĩ
in medium irruebant. Acies autem peditũ atqꝫ equitũ ad sinistrã structe fuerãt.
Sed profecto romanoꝝ duces barbaroꝝ dolos sencientes arcere milites nõ potu-
ere. Cum enim inclamatum esset ab uno militum hostes fugiunt: ab oĩbus ceptũ
est hostes insequi. Ad hęc barbaroꝝ pedites more uasti fluctuantisqꝫ pelagi sese
habuere. Marius ad cęlum manus attollens solemnia uouit sacrificia. Catulus
quoqꝫ sublatis ad deum manibus diem illum fortunę celebratuꝝ se ĩquit. Fertur
Mariũ rem diuinam agentem inspectis hostiis magna uoce clamasse mea uicto-
ria est: Postq̃ ad pręlium ineundum itum est rem admiratione dignã Mario cõ-
tigisse Silla litteraꝝ monumentis tradidit. Puluere enim in nubem elato densius
q̃ consentaneum uideretur obductisqꝫ castris cum ille ut prius aggressus fuerat

exercitum ad insequendos barbaros spargeret / consilium de hostibus eum fefellit
& cum acies incampos eduxisset multum ibi temporis protraxit · Catulus autem
forte fortuna barbaros fregit atq; superauit · Nam cũ eo & militibus eius inter
quos Silla erat presertim est confecta pugna · Fertur calorẽ ac solem contra oculos
cimbrorum radios spargentem romanis bellantibus opẽ prestitisse · Illi enĩ adper/
ferenda frigora duri / q; umbrosis in locis atq; frigidis ut aiunt nutriti erant ad
loca calida peruenerant : qui sudorem magno cum hanelitu e corporibus dimit/
tentes scutos ante ora opponebant · Preterea post estiuũ solsticiũ ut ferũt romani
triduo ante . Kl . nunc augusti tunc sextilis dimicatũ est . Puluis etiam romanis
animũ uiresq; auxit : quod multitudo cimbroꝝ inter se conspicere non multũ po/
terat . Qui cursu omnes in romanos ruentes haud ipso aspectu exterriti in mani/
bus hostiũ ueniebant . Sed ita defessa corpora cimbri habebant ita fracti propter
estum quia currẽdo pugnatum fuerat : ut neq; sudantem aliquẽ romanorum neq;
hanelantem conspicerent . Sic ferunt Cathonem milites laudantem scripsisse . Itaq;
maior atq; bellicosior pars hostiũ cesa est . Nam propugnatores ne acies dissolue/
rentur ac milites suo loco discederẽt longis cathenis ad inuicem per baltheos cõ/
iugati atq; connexi dimicabant . At cum fugerent ad uallum miserabilibus cala/
mitatibus occurrerunt . Nam mulieres que ad currus nigro admictu adstabant
fugientes neci tradebant . Quedam enim uiros : quedã fratres : quedam parentes
& filios infantes manibus suffocantes sub curribus deiiciebant : se ipsas autẽ gla/
dio iugulabant . Fama est unam e summitate propugnaculi suspensam ligatis la/
queo pedibus utrinq; pependisse : hominum uero : arborum penuria quosdã cor/
nibus quosdã cruribus boum fune colla illigauisse : deinde stimulo quem manu
ferebant actis bouibus tractos expirasse : Et si hoc modo barbari necẽ sibi pararẽt
capti tamen ex eis ultra sex Myriadas / cesi autẽ bis totidem . Pecunias uero Ma/
rii milites diripuere . Spolia autem & tube & signa in castra catuli delata feruntur
Hec apud se catulus uoluit : ut appareret eum uictorie auctorem extitisse . Cũ inter
milites Marii & catuli de uictoria contentio oriretur . in hec pacta uentum est / ut
legati Parmensiũ qui tamẽ aderant de hac re iudicium ferret . Hi ducti per cada/
uera hostiũ a militibus conspexerunt iaculis militum catuli barrbarorum corpora
esse perforata . Dinoscebantur ex inscriptis litteris que nomen catuli in telis desig/
nabant . Verum famã & gloriã huius rei totã in Mario propter primã uictoriam
& nomen imperii tribuebant . Populus . ro . tertium Rome cõditorem Marium
appellabat : q; non a minori discrimine tunc Romam seruauisset / q̃ cum exactus
galloꝝ furor . Itaq; leti omnes romani cũ filiis atq; uxoribus Mario & diis do/
mi libabant · Quibus dignũ putantibus Mariũ ambos triumphos solũ agere nõ
tamen hoc Marius efficere uoluit . Nam ut in huiusmodi secũdis rebus mãsuetũ
se preberet cũ Catulo triumphare animo ĩstituit . Formidabat preterea milites qui
in ea dimicatione conuenerãt : q; si Catulus honore excluderetur ne ipse quoq; tri/
umpho priuaretur . Quinquies itaq; Marius consulatu functus est . Sextũ uero
ut nemo alius inde auide exoptauit suscepitq; obsequiis populi beniuolentiã cap/
taturus : & cũ ad gratiã multitudinis se inclinaret : uolens humilem ac popularẽ
uideri ad quod minime natus erat / non modo preter molẽ atq; cõmunẽ dignitatẽ
magistratus : uerum preter ingenium atq; animi naturam agebat . Vt ferunt in re
p . & in tumultu populari glorie cupiditatis causa timidus erat : & fortẽ inuictũq;

animum quem in bello gerebat in concionibus propter cotingentes laudes atq͡ꝫ
uituperationes deponebat. Fertur mille homines Camertes qui ęgregie ĩ pręlio
pugnauerant ciuitate donasse. Quibusdam enim accusantibus ꝙ prętèr legẽ egisset
inquit propter strepitum armoꝝ non audiuisse. Verum potius uidetur tenefactũ
esse & clamore contionis expauisse: In re militari propter usum atq͡ꝫ rerum peritiã
auctoritatem ac potentiam habuit. In re. p. cum primores urbis necasset uolens
potius maximum uirum esse q̃ optimum ad gratiam beniuolentiãq͡ꝫ multitudinis
refugium habuit. Omnibus igitur optimatibus sese opponens: pręsertimq͡ꝫ Me-
tellum sibi inuisum formidans qui eo ingenio erat ut propter uirtutẽ contra stu-
diosos multitudinis certaret ut uirũ urbe eiceret insidias tendebat. Quod ut cõfi-
ceret Glaucum & Saturninum homines audacissimos qui multudinis ĩopis atq͡ꝫ
sediciosę beniuolentiam conflauerant familiares sibi faciens per ipsos legẽ protulit
& munus rei militaris transgressus contionibus sese admiscuit: & per seditionem
Metellum oppugnauit. Sed ut a Rutilio scriptum est ueritatem atq͡ꝫ probitatem
Metellus aliis in rebus adamauit: priuati autem Mario infensus erat. Marius
ut sextũ consulatum sortiretur per tribus argentum ferens atq͡ꝫ suffragia emens a
magistratu Metellũ exclusit. Valerium autem laccum ministrum potius q̃ colle-
gam in consulatu suscepit. Nemini eorum qui ante Marium cõsulatum adierant
pręterq̃ Valerio coruino tot consulatus populus. ro. contulit qui nulla in re unq̃
illi repugnauit. Ferunt autẽ a primo illius magistatu ad ultimum quinq͡ꝫ & qua-
draginta annos interfuisse: Marius uero post primum consulatum unius fortunę
impetu quinq͡ꝫ consulatus confecit & in postremo multa pro Saturnino minus ęq̃
faciens qui cesonium tribunatum petentem necauerat permultam sibi inuidiam
comparauit Saturninus. Deinde tribunus legem de regiõe promulgauit & senatũ
ad illam confirmandam accersiuit coegitq͡ꝫ. Lex quidem erat ut nemini nisi quẽ
decerneret populus in regione esse liceret. Marius partim hanc legem in senatu
accusare fingens iusiurãdum se aditurum ne insipientię nomen subiret recusabat.
Nam nisi lex necessitatem haberet senatum iure iurando ui adigere impium fore
dicebat. Sed persuasiones Marii neq͡ꝫ accepte neq͡ꝫ audite. Hęc & si aliter sentiret
ita disseruit. Verum cũ Metello fraudes ineuitabiles struxisset: putans quidem
ambire ac fraudem struere partem esse & uirtutis & eloquentię: omnium rerũ de
quibus in pactionem cum senatu uenerat fidem labefacta uit. Sciens Metellum
uirum fortem esse & ueritatem magnum prĩcipium uirtutis pro sententia Pindari
tuentem uoluit illum anticipantem negationi aduersus senatum iusiurandum non
recipientem inexorabilẽ inimicum populo reddere. Hęc res pro sententia sua pro-
fecto contigit. Metello dicente nullo modo iusiurãdum se prębituꝝ tunc senatus
dimissus est. Post uero paucos dies Saturnino conuocãte senatum in contionem
cogenteq͡ꝫ illum ad iusiurandum Marius orationem habiturus silẽtibus cunctis
atq͡ꝫ de illius sententia sollicitis longe frustatus eos est qui fuerãt ex eius priore cõ-
tione letati aitq͡ꝫ nõ tam latum se collum habere: ut rei tante aduersetur: iuraturũq͡ꝫ
se obtulit legiq͡ꝫ obsecuturum siquidem ea esset lex. Hunc colorem tanq̃ roboris
tegmen apposuit. Populus propter hoc iusiurandũ letus plausus egit atq͡ꝫ fauorẽ
prestitit. Optimates ex eo ꝙ Marius fidem labefactarat nec in sententia steterat
graui merore atq͡ꝫ odio afficiebantur. Itaq͡ꝫ omnes populum pertimescentes pręter
Metellũ statim iusiurandum pręstiterunt. Metellus & si orarent suppliciter amici

ut iuraret : nec ſeipſum ineuitabilibus malis opponeret| quę Saturninus pati non iurantes cogeret : non tamen ſententia ſua atq; conſtantia dimoueri potuit | nec ad iuſiurandum acceſſit| ſed in propoſito mentis permanens paratus omnia potius moleſta ferre q̃ in aliquã turpitudinem labi ex cõtione diſceſſit dicens iis qui una cum eo gradiebantur q̃ fędum eſſe ſcelera perpetrare : honeſta uero agere ſine peri-culo omnibus pertinere . Cum diſcrimine autem priuatim officium boni uiri eſſe. Deinde Saturninus decretum tulit : conſules per pręcones publicare ut Metello aqua igniſq; ac tecto interdiceretur : & quod turpiſſimũ fuit licere oĩbus Metellũ necare . Optimis uiris ad Metellum concurrentibus non permiſit Metellus eius cauſa ſeditionem exoriri . Verum optima ratione uſus urbe decedens inquit | uel ego in patriam reuocatus fuero meliori ſtante re . p . cum populum facti penitebit uel eodem modo rebus ſe habentibus abeſſe ſanius ducendum eſt . Sed Metellus omniũ beniuolentiã atq; honorẽ ĩdiſceſſu habuit . & quã ĩ Rhodo cũ philoſophã-tibus conſuetudinem habuit . Hęc in philoſophorum hiſtoria ſed melius in rebus ab eo geſtis narrantur . Marius uero Saturninum qui pro hoc obſequio omnia poſſe audiebat ſuſtinere coactus malum ingẽs effecturus clam illo euaſit & armis & cede hominum ad tyrannidem & ad rei . p . ſubuerſionẽ conſpirauit . Optimates enim reuerentia multitudinem autem beneficio afficiens facinus tandem illiberale atq; doloſum peregit . Nam cũ ad ipſum ſub noctẽ primores ueniſſent| uocaſſẽtq; ad Saturninũ clam aliis portis ſuſceptus eſt . Deĩde adhibita cauſa apud utroſq; ſe uentris fluxu exagitari nunc illorum nunc illius domum petẽs animũ ad arma capienda exacerbauit | atq; irritaui . Itaq; ſenatorio ac militari ordine congregato arma in forum ferri iuſſit : & illos in Capitolio ſiti fatigatos in poteſtatem ſuam coegit . Nam aquarum ductus ac riuulos ut ſcinderentur effecerat . Illi de ſalute deſperati Mariũ & illius aduocauerunt : ſeſe fidei tradiderunt . Poſtq̃ multa cal-liditate ſaluti illorum fauere ſimulauit | & nullo auxilio fuit illi in forum profecti trucidantur . Hac re & optimatibus & populo inuiſus cum comitia quęſtoris in-ſtarent : Marius glorię cupidus haud magiſtratum petiit| ſed pertimeſcens ne re-pulſam haberet rem ſubornabat atq; fugabat| dicens ne multorum odium ſubiret ſe queſturam nõ petiturum : & uitam atq; mores ipſoꝝ acerbo ſermone carpebat. Cum latum eſſet decretum de Metello ab exilio reuocando . Poſtq̃ omni conſilio & cura inaniter repugnauit| tandem abeundi conſilium cępit . Cum populos ala-criter legem ſanciret Marius ne Metellum in urbe uideret adducta in medium cauſa ꝙ ad peragenda matri deorum uota profecturus erat |q̃q̃ aliã mẽtem pere-grinationis haberet | quam populum latere uolebat : in Capadociam atq; Galliã traiecit . Qui bello aſſuetus & toga & in pace minus idoneus | bello autem mag-nificatus : cum perſpiceret ocio & quiete paulatim eius potentiam deſidioſam & ignauam factam eſſe : primordia ac ſemina nouaꝝ rerum ſcrutabatur . Sperabat enim regibus irritatis & Mithridate regi belli gloria cupido excitato ſtatim cõtra ipſum ducem ſe futuꝝ & urbem nouis triumphis domum quoq; ſpoliis ponticis atq; regiis gaçis oppleturum . Quapropter Mithridatem proſequentem cultu & honore Marium cui nondum animi ferocitas ceciderat : cum dixiſſet o rex uel te romanis minorem eſſe oportet uel ſilentio ipſorum iuſſis patere : unde exterritus Mitridatus eſt hactenus nomen| tunc uero romanorum audaciam intelligens . Reuerſus Romã Marius prope forũ ędes exędificauit| ſiue ut ipſe ferebat nolẽs

sui studiosos atqꝫ cultores Longum iter eum comitari ac molestia affici: siue ꝙ psi/
taret hanc occasionem sibi dari ut a pluribus etiã aliis limina eius frequentaretur.
sed hęc figmenta erãt. Cum enim sermonum dexteritate & facundia atqꝫ familiari/
tate alioꝝ in rebus ciuilibus non uteretur tanꝗ instrumentum militare in pace
contemtui habebatur: sed ab aliis minus odio habebatur. Sylla uero ꝙ ex ini/
micitiis nobilitatis exaltatum Marium uideret permultũ cruciebatur: qui prin/
cipia contentionis & inimicitiarum contra illum ex re. p emanasse uolebat. Nã
postꝗ Bocchus numida romanorum in societate ascriptus uictorias triumphales
in capitolio erexit & apud has aureũ Iugurtham in syllę manibus constituit: Ma/
rius in irã atqꝫ cõtentionem hac re adductus: ꝙ Sylla tanꝗ medius ac legatus ad
negocia conficienda ad bocchum fuerat: parauit statuas ac triumphos dissipare.
Sylle contra inimicitias exercebat. Hinc maiorem in modum concitatam seditionẽ
ꝗ unꝗ per superiora tempora bellum sociorum statim aduersus urbem exortum
cõtinuit atqꝫ repressit. Nam permulti homines atqꝫ bellicosissime italię gentes quę
contra romanos bellum consciuerant paululũ abfuit quin imperium deturbarent.
Nam non modo armis & corporibus multum ualebant: uerum etiã peraudentes
ac fortes in resistendo & admirabiles imperatores bellum gerebatur. In hoc bello
calamitatibus & fortuna uaria quantum glorię & opum Sylla comparauit tãtum
Marius ammisit. Nam ignauia atqꝫ inertia Marius ad uictorias consequendas
ac omnibus in rebus tardus accedebat: siue ꝙ senectus calorem extinxisset: cum
iam supra quintum & sexagesimum annum ętatem ageret: siue ꝙ ut ipse ferebat
ex neruis laborãs/ & officio corporis in rebus agẽdis minus uti ualens militiam
pręter uirium eius dignitatem rubore subiisset tamen eo tempore magna in dimica
tione uictor euadens sex milia ex hostibus trucedauit: & nũꝗ in ea dimicatione
nisi superior fuit. qui cum fossa stipatus fuisset & ludibrio habitus: prouocatusqꝫ
nũꝗ recto consilio se dimouit nunꝗ hostes aliqua irritatione ad temerarium bellum
promouere eum potuerunt. Fertur quidem Popilio silone qui magnum nomen.
magnasqꝫ uires inter hostes habebat dicente aduersus Marium. Si magnus es
imperator. o. Mari. Descẽde ad cõserenda pręlia respondisse Mariũ. Tu quoqꝫ
o. Pipilie si eximius es imperator cohibe me inuitum contra te ad dimicandum.
Rursus cum hostes opportunitatem irruẽdi Mario inicerent/ timentibus roma/
nis: postꝗ utrinqꝫ cessatum est conuocatis ad contionem militibus inquit: animĩ
dubius sum commilitones utrum hostes effemminatiores an uos appellem: neqꝫ
illi terga nostra neqꝫ uos illorũ habenas uidere potuistis. Tandẽ tãꝗ minus ido
neus ad rẽ militarẽ propter corporis imbecillitatẽ magistratũ deposuit. Postꝗ bella
iam sedata erant in italia & multi Mitridati cum bellum per factiosos homines
Romę iterum excitauerant: pręter omniũ expectationem Sulpitius tribunus po/
puli homo temerarius Marium proconsulem contra Mitridatẽ declarauit. Po/
pulus in duas partes diuisus: partim Marium: partim Syllam ad principatum
uocitabat: uolebatqꝫ Marium ad balnea ad Baias curandi corporis gratia ꝙ se/
nectute & fluxibus ut ipse ferebat confectus atqꝫ fessus erat proficisci. Nam ibi
apud Misenum magnificas ędes aduictum atqꝫ effemminatiores ꝗ eẽsset pro dig/
nitate uiri qui tot bella atqꝫ imperia gessisset Marius habebat: fertur septem miri/
adibus semissium has Corneliũ emisse. Paulo post a. L. Lucullo quinqꝫ & ducẽtis
Miriadibus traditas fuisse ita repente sumptuositas cucurrit et tantum sumptum

ad mollitiem tempora tam breui mometo fuisse susceperit . Itaqꝫ Marius permul/
tum glorię cupidus iuueniliter senectutem atqꝫ corporis imbecillitatem agens
quotidie in campum descendebat : & corpus cum adolescentibus exercens agilem
ad arma fereda | idoneum ad equitãdum se se efficere nitebatur : q̃q̃ senilis moles
non leuem sed grauem redderet . Quidam capti uoluptate harum rerum quę age/
bat Marius ad eius ambicionem atqꝫ certamen inspiciendum proficiscebantur .
Bonos uero hęc intuentes |eius ambicionis atqꝫ insaciabilis cupiditatis miserebar.
Qui cum ex paupertate diuicias ex humilitate altitudinẽ cõsecutus fuisset terminũ
fęlicitatis nõ perspiciebat : neqꝫ in ocio rebus presentibus fruebatur . Sed ita agebat
tanq̃ omnium indigens |cum Archelao & neoptolomeo mithridatis sarrapis dimi/
caturus esset & in Capadociam ac euxinum põtum ut triumphis & gloria senectu/
tem extolleret traiecturus foret . Plane hi sermones omnino Marium delirantem
ostenderunt . Aiebat enim eo pręsente uelle filium ad rem militarem exerceri . Hę
res ulcera ac latẽtem diu urbis insaniam rescinderunt . Nam Marius aptissimum
instrumentum Sulpicii temeritatem ad communem perniciem inuenit : qui inter
alia cum admiraretur | atqꝫ imitaretur Saturninum|qui timiditatem ac tarditatem
eius accusabat . Ipse uero haud tardus sexcẽtis equestribus uiris tanq̃ satellitibus
quos pręsidia contra senatum esse dicebat stipatus incedebat . Cum concionem
uocasset egressus armatus contra consules ruit : quorum alterius ex foro fugientis
captum filium iugulauit . Syllam autem fugiẽtem & ędes . Marii ingressum qui
insequebãtur currẽtes preterire . Sed fertur eum per alias portas a Mario tutum
emissum ad exercitum cõtendisse . At a Sylla in suis commentariis haud scriptum
est apud Marium cõfugisse . Verum cum abeũdi consilium capere meditaretur
quod circundatus nudis gladiis a Sulpicio inuitus suffragium reddere cogeretur
& uellet ad Marium confugere quando in campum pergeret ut illi arbitrabãtur
rẽ pro uolũtate Sulpicii absoluisse . His actis Sulpicius uictor Mario preturam
demandauit suffragiis . Cum Marius iam contra hostes signa efferre uellet duos
tribunos militũ a Sylla exercitum accepturos legauit . Sylla cui erãt tria milia equi/
tum & quinque milia peditum ex hortatis militibus & tribunis militum | truci/
datisqꝫ legatis Marii obuiam uenientibus Romam uersus copias ductauit : Mari/
us quoqꝫ ex amicis Sylle multos necauit : ex seruis ut socios sibi illos adiungeret
libertate donatis tres dumtaxat superfuere . Marius postq̃ paululum Sylle irruẽti
obstitit e uestigio ui superatus fugam corripuit . Qui cum eo erant ut primum
urbe expulsus est Marius | sparsi passim noctu : ipse ad quoddam eius suburba/
num Solonium cessit . Filium uero ad loca Mutii soceri sui quę non multum dista
bant necessaria sumpturum legauit . Ipse autẽ hostiã ingressus amico quodam sibi
nauem apparante : non expectato filio sed assumpto Granio eius priuigno nauem
conscendit . Adolescẽs postq̃ ad loca Mucii peruenit : parauitqꝫ ea quę ferẽda sibi
erant : cum altero die abiturus esset : non omnino inimicis prestientibus equites
quidam ex hostibus cõiectura quadam ducti ad loca Mucii properãt . Hos cum
ille cui agrorum cura erat prospexisset : Marium in curru fabas portãte celauit &
iunctis currui bouibus atqꝫ equitibus obuiã profectus in urbem currum aduexit.
Sic Marius domũ uxoris delatus sumptis quę uolebat noctu ad mare preuenit :
& nauem ingressus Lybiam traiecit . Marius uero senior postq̃ secundo uento iux/
ta italiam delatus est geminum quẽdam ex potentibus terracinię eius inimicum

pertimescens nautas monuit ut a terracine lictoribus longius nauigarēt · Illi pro-
uoluntate Marii agere uolebant : sed cum iam ingens tempestas mari incūbere
cępisset neq͡ scapham undationibus agitatam sustinēdam esse uideret uix ad mare
Cyrceum conscendere potuerunt . Tumefacto mari relictaq͡ refrumētaria egressus
Marius nullo signo ac duce errabat : & ut contigebat magna in rerum dubietate
tanq̄ acerbū aliquid instaret assiduā fugā agebat & spē omnem in uiis incognitis
cōiecerat . Postq̄ Marius sociiq͡ per agrum hostilem gradiebantur & mare ad-
uersum habebāt terrore perculso Mario ne cuiq̄ occurreret & ne omnino occursu
hominum priuarētur propter rerum necessariarum indigētiam : tandem quibus-
dam pastoribus obuiauere . Hi illis rogantibus q͡ copia dandi deerat nihil pre-
buere : Cum Marium nouissēt monuere quo breuiore itinere possent uiam corri-
perēt . nam paulo ante ibi equites Marium querentes discurrentes q͡ conspexisse
ferebant . Cum oīum rerum penuria laboraret : & presertim famem socii tollerare
nollēt A uia diuertens in profūdum nemus se se proripuit ingenti q͡ cum molestia
ibi pernoctauit . postridie fatigatus fame prius q̄ occumberet omnia experiri
animo instituens ad lictora discessit hortabaturq͡ socios multis pręcibus ne in ul-
tima spe ad q̄ seruari se antiquorum augurum sententia credebat desererent . Nam
cū ualde adolescēs esset & in agris uersaretur nidum aquile septem pullos haben-
tem in ueste detulerat . Parentes hoc magna cum ad miratione in tuētes Augures
consuluerunt . Illi responderunt Marium clarissimum uirum futurum : maximum
principatum atq͡ imperium septies saltem habiturum . Hęc plane Mario quidem
sic accidisse ferunt . Quidam uero aiunt istos tunc & alia in fuga Marium audien-
tes adq͡ fidem facientes rem ualde fabulosam descripsisse . Aquila enim geminos
tantūmodo pullos parit & Museum de Aquila scribentem dicentemq͡ tres pullos
parere duos autem subtrahere unum uero alere mentitum asserunt . Marius in fu-
ga atq͡ extrema rerum difficultate multotiens inquit ratum sibi esse septimum con
sulatum se consecuturum . Cum iam per uiginti stadia a Minturno italię oppido
abessent turmam ęquitum in eos irruentem et duas naues onerarias errantes pro-
spexere . Omnes igitur pro uiribus pedum & corporis currentes ad mare sese cō-
iecere . Qui iuxta Granium erant altera nauium in insulam Enariam appellatam
quę in conspectu erat traiecerunt . Ipsum uero Marium grauem difficilemq͡ por-
tatu duo serui uix & difficulter per mare ferentes in alteram nauem imposuerūt ·
Cum iam equites instarent iuberentq͡ nautis nauem ad littora appellere uel electo
Mario quo uellent nauigare Marius cum supplex multis lacrimis atq͡ precibus
ad pedes nautarum se proiecisset : principes nauis huc atq͡ illuc agitato consilio
ęquitibus responderunt se Marium in mare non immersuros . Illi propter iram
rursus in aliam uersi sententiam terrę propinquauerunt : & iuxta ostia Lirii flumi-
nis effusionem paludosam suscipientis anchoras proiicientes ipsum adhortati sunt
nauem curandi atq͡ cibandi corporis gratia egredi expectareq͡ auras & secunda
flamina per mare leniter inspiratura : cū iam hora immineret : qua pelagus seuire
consueuisset : Mario his uerbis persuaso & ad terram in quodam cespite a nautis
exposito longe aliter q̄ in animum sibi induxerat accidit . Illi euestigio nauem re-
petentes retractis anchoris fugam capessunt · Non enim laude dignum ducebant
Marium hostibus suis tradere : neq͡ sine eorum discrimine illum seruare posse .
Itaq͡ cum desertum se ab omnibus uideret Marius in lictore diu elinguis iacuit

Tandem collectis uiribus ingratum atq; iniqum iter ingressus postq̃ profundam
siluam & fossas aquarum ceno oppletas euasit : ad Tugurium senis cuiusdam la-
cunas purgantis peruenit . Hunc postq̃ ad pedes eius supplex procubuit orabat
ut sue salutis auctor existeret ·Q· si presentem aduersamq; fortunam euaderet mag-
na ab eo officii premia consecuturum se expectaret . Senex siue ꝙ antea Marium
nouisset : siue ꝙ ipso aspectu ut prestantem uirum admiraretur : inquit Tugurii
copiam sibi facturum : & si eo erraret ut hostes fugere eum alio in loco obscuriore
& minus cognito celaturū · Cum Marius rogaret ita agēdum esse : ductus a sene
in quandam paludem in loco concauo iuxta fluuium introiuit : & senex eum ca-
lamis atq; aliis leuibus uirgultis texit : quibus grauari non posset . Paulo post
Marius strepitū atq; tumultum a tugurio audire excepit .Nam cum ex terracinia a
gemino multi qui Marium insequerētur legati fuissent qu dam forte fortuna hinc
atq; illinc in cursantes senem clamoribus pertenebant : ꝙ hostes Romanorū sus-
cepisset atq; occultasset Marius exiliēs cum se enudasset in palustrem atq; cenosam
aquā uenies delitescebat Hic ab hostibus inuentum nudum & ceno oppletum eri-
pientes ad Minturnenses rapuere : & pricipibus urbis tradidere : nā per omnem
urbem edictum ierat ut publice Marium insequerentur & captum necarent . Ta-
men de nece consilia prius agitare principes uoluere & Marium in custodiam fā-
nie quam illius inimicam arbitrabantur :·quodam in eam delato iudicio tradide-
runt .Hęc Fannia uirum cinium habuerat . Cum turbe inter eos orirentur dotem
amplissimā Fannia reposcebat . Tūc Marius sextū agēs consulatū iudex ī hac re
pręerat Postq̃ cōpertū est fanniā peccasse cū uideret Marius uirū hāc talē susceptu
rū esse : ac diu cum ea uicturū : utrisq; grauiter se ferentibus uirum dotem restitu-
etur mulierem propter adulterii crimen damnatam quatuor ereos soluere iussit .
Fannia quamq̃ muliebri affectu moueretur tamen cum lōge obliuioni iniuriam
tradidisset ut Marium prospexit atq; suscepit . consolando diligenter eum curauit
Marius quoq; illam laudibus prosequens bono animo esse inquit . prospexisse
enim sibi optimum signum adesse hoc huiusmodi fuit postq̃ Marius in domum
Fannie adductus est | parentibus portis Asinus cursu a propinquo fonte delatus
intra ędes irruit | & intuens Marium audentem primo e conspectu stetit : Dein-
de uoce ingēti emissa coram Mario leticia gestiuit atq; exultauit . Quare Marius
preterita animo coniectans inquit magis Mari quam terra a numine salutis signa
sibi portendi : cum Asinus aridum cibum negligeret & ab eo ad aquam diuerte-
ret . Hęc cum ad Fanniam renuntiarētur ad ipsum concedens iussit hostium clau-
di . postquam a principibus & a senatu Minturnensium de Mario consiliū agi-
tatum est : tandem in hāc sententiam cessere : ut confestim Marius necaretur . Ex
ciuibus qui rem conficeret neminem habuere .Sed eques galicus genere uel cymb
rus : nā de utrisq; legimus assumpto gladio Marium petit . Cubiculus ubi Ma-
rius seruabatur sub obscurus erat . Hic fertur ingentem flammam ex oculis Ma-
rii apparuisse militi : magnamq; uocem ex loco opaco exisse dicentem Tu homo
necare . C . Marium audes ? Barbarus repente proiecto in medium gladio por-
tas erumpit : ex clamat quę non possum .C . Marium morti tradere . Hac re om-
nes terror ingēs in uasit deinde se ipsos accusantes ꝙ ingratum iniquumq; con-
silium egerant contra eum qui italiam seruauisset : cui opem non ferre nephas esset
pęnitētia ac misericordia erga Marium capti sunt . Erat igitur exul quo uelit alibi

fatum accepturus . Hos uero uota facimus ut dii nobis irascantur : Marium egenũ ac pauperem urbe emittunt . Hac mente collecti Minturnẽses ad Marium contendentes eum quę circumstantes | cum illo ad Mare proficiscuntur : Cum omnes diuerso studio obsequi prompto animo curarẽt temporis Interea immo/ratio facta est . Lucus Maricus quem religione deorum indigene uenerabantur atq̧ obseruabant ad ea ferenda ad Mare quę secum Minturnenses comportaue/rant impedimento erant . Itaq̧ circuire lucum & longiorem ire uiam expediebat. Hac cunctatione detenti quidam ex senioribus exclamans inquit nullam uiam neq̧ longiorem neq̧ in accessibilem esse dummodo Marium seruemus . Qui ex rebus quę ab ipsis ferebantur summens primus ad nauem iter ingreditur . Hac promptitudine confestim omnibus una proficiscentibus Iulei cuiusdam nauem Mario tradiderunt : qui postea sumptis tabellis omnia hęc ut gesta fuerant litte/ris mandauit : & intemplo tabellas scriptas exposuit . Hinc Marius secundo uento nauigans forte ad insulam Gnariam appulit ubi cum granium cęterosq̧ amicos conuenisset una ĩ Libam traiiciebant . Sed aquę penuria defatigati Sicili/am apud Ericinum coacti petiere . Romanorum questor ea loca custodiens paulu lum abfuit quin Marium comprehenderet . Interfecit uero ex his qui aquatum concesserant decem . Marius ex industra recedens & pelagus legens |meuingamq̧ insulam petens hic primum de salute filii eius una cum Cethego audiebat . Hinc abeuntes ad Iampsam numadum regem auxilia imploraturi contendunt : cum quibus ubi paululum animi resumpsit Marius audere cępit ex insula carthaginẽ contendere . Tunc sextilius homo Romanus in lybia pre uram agebat . Hic neq̧ officio neq̧ iiuria a Mario affectus tunc misericordia uictus aliqua in parte auxi/lio fuit Statim Mario cum paucis in Libiam descensuro lictor occurrens cum e conspectu stetisset inquit Sextilius pretor o mari in Libiam uenire te prohibet : Si autem huic edicto non obtemperaueris se decretum senatus uindicaturum : & te pro hoste Romanorum habiturum . Hęc cũ Marius accepisset merore aĩmi uoci intercepta cum lictorem horrende inspiceret permultum temporis sermonẽ erumpere nõ potuit . Cum ille interrogaret quid pretori renũtiaret ab imo pecto/re susperans inquit : referas . C . Marium in ruinis Carthaginensibus exulem sedentem : sed non miserere sextilium inspecturum . Hac quidem ucce fortunam illius urbis & mutacionem augurauit . Interea Iampsas numadum rex cum dubia consilia animi agitaret | Marium iuniorem & socios honore afficiebat . Volentibus autem abire in medium causa adducta tempora terebat sed haud obscurum erat hac mora nihil nisi iniqum facturum . Verum id accidit quod ad salutem oportu/num consentaneumq̧ foret . Nam Marii iunioris qui egregia facie erat quędã ex pellicibus regis pręter existimationem agens merore afficiebatur . Hec misericor/dia principium atq̧ occasionem amoris prębuit . In principio Marius mulierem a se detrudebat . Sed ut fuge nullam aliã esse uiam animaduertit : & officia illius in se studiosiora fiebant propter illiberalem uoluptatem eam benigne allocutus & ab ipsa emissus ruptis amicitie legibus ad Marium seniorẽ fugam arripuit postq̃ ad inuicem conuenere penes mare cõgredientes scorpionibus dimicantibus oc/currunt . Hoc malum omen cum Marius esse duceret repente nauem ingressi ad insulam Cercinam quę non multum ab Epyro distat traiecerunt & tantum maris anticipauerãt quantum ipsis abeuntibus equites a rege ad locũ missi unde cesserãt

prospiciebãtur . Hoc discrimen immensum : ut cętera effugiendum Marius nite/
batur . Rome fama dissipata erat Syllam in agro boetio cum copiis mithridatis
bellum agere Consules inter se agentes seditionem ad arma capienda concesserant .
& Octauius uictor euadens Cinnam tirannidem exercere conantem urbe eiecerat
& loco eius Cornelium merulam consulem suffecerat . Cinna autem per cęteram
italiam copias cogens aduersus illos arma ferebat . Hęc cum Marius accepisset
euestigio nauigandum putauit . Qui sumptis quibusdam equitibus Mauriciis
ex Libia necnõ quibusdã ex his qui italia cesserant nõ pluribus mille existẽtibus
thelamonium tirrenum oppidum traiecit . hic seruos libertate donauit . Colonis
gloria Marii excitis & ad mare concurrentibus persuasisqꝫ iunioribus magnam
manum breui Marius collegit / & quadragita naues armauit . Cum animad/
uertisset Octauium uirum optimũ & equis legibus imperare uolentem / Cinnam
uero suspectum Sylle / & arma cõtra instantem rem . p . ferentem : huic cum exer/
citu se socium adiungere animo instituit . Itaqꝫ nuntiauit consuli pro uoluntate
imperii eius omnia facturum . Cinna cum eum susciperet proconsulemqꝫ diceret
& fasces atqꝫ alia magistratus insignia mitteret . Hęc ornamenta fortune eius non
conuenire Marius inquit qui cum uili ueste & prolixa barboa intonsisqꝫ capillis
semper uteretur abeo die quo e Roma effugit iam septuagesimum annum agens
tardo ingressu gradiebatur . Cum uellet se miserabilem ostendere plus mansuetu/
dinis in aspectu eius q̃ terroris miseri immiscebat . Hęc mestitia animum non
placatum uerum exacerbatum mutacione rerum effecit Postq̃ Cinnam salutauit
militum animis obseruatis statim ad negocia peragenda animum applicuit : &
magnam rerum mutacionem iniecit . Primum enim direptis nauium cibariis &
mercatoribus predando spoliatis a foro rerum uenalium illos prohibuit . De/
inde ad Maritimas urbes nauigans illas sibi conciliauit : & tandem ostia per
prodicionem occupata res ciuium diripuit & plurimos necauit . Cum pontes in/
flumine struxisset aditus qui ex mare hostibus patebant cedere iussit . Deinde ad
urbem contendens non tantum imperitia atqꝫ negligentia Octauii / q̃tum inutili
cura seruandarum legum montem ianiculum occupauit . Qui multis uolentibus
ad libertatem seruos uocari : ut leges diligentissime coleret inquit se patriam non
daturum seruis a qua . C . Marius arceretur . Postq̃ uero Metellus eius metelli
filius qui a Mario expulsus in Lybia militabat Romã contendit : & multo pre/
stantior imperator octauio apparuit : milites dimisso Octauio ad illum cõtendũt
rogantes imperium capessere & urbi salutem uendicare : longe enim peritum
ducem atqꝫ prestãtiorẽ ad bellandum uincendumqꝫ sibi asciscere uolebant . Metel/
lo hoc modesto animo ferente ac dicente ut ad consulem concederent : ad hostes
cessere . Metellus de re p . diffidens abeundi consilium statuit . Octauium chaldei
ac uates quidam suis persuasionibus Romę detinuerunt : tanq̃ ibi manere & nusq̃
discedere opere precium extaret . Hic uir cum inter alia Romanarum obseruãtissi/
mus legum esse : & presertim formam consulatus circa mores patrios ac leges tãq̃
non perimitatis litteris in exorabiliter custodiret / negligentia quadam rem . p .
gubernauit : qui plurimum temporis per prestigatores & uates potiusq̃ per uiros
in re . p . & in re militari uersatos Imperium administrauit . Hunc priusq̃ Mari/
um aduentaret a suggesto de uulsum uulneribusqꝫ confossum premissi milites tru/
cidauerunt . Fama est syngraphum chaldaicum in sinu eius repertum fuisse . Hęc

res multũ admirationis in se habuit ꝙ ex duobus clarissimis imperatoribus Ma-
rius qui uaticinia non contendebat secundas res habuerit Octauius uero mortem
obierit. Cum hoc modo res .p. se se haberet: senatus frequens per legatos Cinnã
& Marium orabat: uti ciuibus ueniam impartirent. Itaq; Cinna tanq̃ consul
in sella consulari sedens | atq; iura dicens legatis humanissime responsa prębebat.
Marius uero cum iuxta sellam tacitus adstaret apparebat semper rigido ac retro
eius aspectu & facie e uestigio in audita cede urbem repleturum Postq̃ surrexere
Cinna militibus septus incedebat. Marius uero cum apud portas stetisset iram
dissimulans inquit exulem se esse: & patria pro legibus arceri: siquis opera sua in-
digeret opus esse legum antiquare: ut se uirum iustum & liberum redisse in urbem
ostenderet; populum in forum accersiuit & coram tribus aut quatuor lapil-
los & suffragia ferri iussit. Dimittens dissimulationem atq; fucatam illam dexe ilio
orationem satellitibus stipatus gradiebatur: & electis militibus ex seruis pręuen-
titiis qui precipites appellabantur sepiebatur. hi quidam: aut iubente Mario.
aut nutum faciente multorum strage manus suas inquinauere. Tandem Acha-
rium uirum senatorium atq; militarem occurrentem Mario: sed nihil salutis im-
partientem coram Mario gladiis confecerunt. Signum enim dederat uti omnes
occurrentes quos ipse non salutaret: & omnes quorum saluti non responderet in
uiis necarent. Quare amici mestitia simul & horrore animo agitabantur quotiens
homines Mario occurrentes appropinquabant. Multis interfectis iam Cinne
aures ululatu & cedis clamoribus strepebant. Marius animum indies magis
efferatum habens cedemq; siciens omnia suspecta scrutabatur. Itaq; per omnes
uias per omnem urbem ab insequentibus & uenantibus fugientes latentesq; dis-
cursum est Accusabantur hospitalitatis & amicitię iura | ꝙ nihil fidei in secunda
fortuna retinebant. Nam pauci fuere qui amicos ad se fugientes non perderent.
Itaq; admiratione ac laude digni fuere Cornuti cuiusdã serui: qui cum in ędibus
herum suum occuluissent cadauer quoddam ex multitudine cesorum surreptum
collo suspendentes | atq; aureum anulum apponentes ficto funere illum satelliti-
bus Marii ostenderunt. De hac re cum nemo in suspicionem ueniret Cornutus a
seruis in galliam delatus est. M. Antonius orator optimo & iam amico functus
infęliciter obiit. Nam uir quidã & pauper & populariter cum lęto uultu suscepis-
set Antonium uirum romanorum primum ad uicinum cauponem emendi gratia
uini seruum misit. Cum seruus uinum diligentius degustaret dixissetq; de suaui-
ori ad se portari. caupo inquit ꝙ ęgretudine uexatus optimum uinum & non
pro more nouum ac populare emerat. Ille cum inconsulto ac simpliciter tanq̃ ad
familiarem & ad amicum hominem loqueretur diceretq; herum apud se. M.
antonium Marii gladios fugiẽtem ac latentem habere: caupo impius ac nepha-
rius ut abiit seruus ad Marium cenantẽ e uestigio contendens. M. Antonium
ei traditurum pollicetur Marius postq̃ hęc accepit fertur uehementer exclamasse &
manibus propter lęticiã plausum fecisse: paululumq; abfuisse: quin ipse exurgẽs
ad locum ubi erat Antonius concederet. Amicis ne pergeret arcentibus eum.
ad Antonium detruncandum cum militibus Annium mittit. Vt igitur ad locum
uentum est: ad portas subsistens Annius milites per scalas thalamum irrum-
pere iubet. Illi ut coram Antonio steterunt alter alterum ad cedem prouocabat.
Antonius orare incipiens adeo suauis ac dulcis & iocunda erat eius oratio ad

milites ut necem deuitaret. Nemo enim ex militibus Antonium tangere aut torue aspicere audebat: sed defixo in terram uultu omnes collacrimabantur. Sic cum immoratio redeundi a militibus facta esset: Annius ascendens Antonium orantem: milites uero deterritos atque ab eo persuasos offendit. Itaque conuicio acriter illos insequens atque irruens ipse Antonii caput obtruncauit. Catulus lutatius qui Marii collega fuerat & de cymbris cum eo triumphum egerat postque Marius pro Catulo rogantibus inquit mori oportere inclusus domi accensis carbonibus se suffocauit. Truncatis corporibus in uiam proiectis calcatisque homines non misericordia uerum horrore atque tremore ipso aspectu omnes pertulebantur. Sed quo magno dolore populum excruciabat erat Gardianorum petulantia. Nam postque dominos iugulauerat in exercenda uenere pueris pro mulieribus utebantur: & heris ui commiscebantur. Qui omnia diripientes & rapina & cede perturbantes comprehendi non poterant: quousque milites Cinne & Sertorii contra illo in castris dormientes imperum fecere atque eos necauere. Interea tanque omnibus commutatis undique fama orta est Syllam bellum Mithridaticum confecisse: & prouintiis occupatis cum magna manu Romam contendere. Hic rumor efficit ut ferrum a cede nephanda paululum arceretur: quod bellum in eos Romani ingēs conuerti arbitrabantur. Itaque Marius septimo consul designatus est. & cum Kalendis ianuariis quę principia sunt anni magistratum inisset: sextum Lucium quendam precipitem dedit quod ipsis & urbi ad futuras calamitates magnum portentum esse coniectura assequebantur. Ipse autem Marius iam laboribus corporis & animi solicitudine tanque in exhausta aquis scapha repletus ad tanta munimina noui belli nouorumque certaminum perterritus / quod multa pericula expertus fuerat: Hac inre animi ferotiam amisit: existimans non contra Octauiū & Merulā instabilis ac seditiosę turbę pretores: sed in euū discrimē futurū Nā Sylla qui ipsū Mariū expulerat patria nūc autē Mithridatē adeuxinū pontum fugere compulerat Romam repetebat. Huiusmodi mētis agitationibus uexatus Marius cum ante oculos longos errores exiliaque ac pericula maris & terrę adduceret: in uarias dubiasque partes distrahebatur: & nocturnis turbulentisque insomniis terrebatur. Videbatur enim quendam continuo audire dicentem dura esse cubilia leonis. Sed maxime uigilias pertimescens intempestis potacionibus atque ebrietatibus preter ętatis dignitatem indulgebat: tanque per somnum animi cogitationes uitaturus esset. Tandem cum quidam renuntiaret ea quę apud mare gerebantur nouis timoribus perculsus partim futura timens: partim tantum presentiū sacietate male affectus / paulo post ut Possidonius philosophus scribit exilio laborare cępit. Ipse cum iam in malam ualitudinem incidisset: secum disserebat de his rebus quibus in senectutem uenerat. C. autem Piso uir historicus memorie litterarum tradidit Marium post cęnam cum amicis deambulantem in sermonem de rebus ab eo gestis uenisse: & a rerū primordiis incipientem sępiusque de utraque fortuna disputantem dixisse non sanę mentis hominem esse qui fortunę se se committeret. post hęc appellatis lęto uultu qui aderant cum per septem dies paulatim deficeret diem suum obiit. Quidam ferunt eius ambicionem in ipsa mala ualitudine omnino detectam in uanā spem euasisse. putabat enim se in bello mithridatico imperatorem fore. Deinde quem admodum in ipso langore corporis accidere solet: uarias in corpore mutationes cū gemitu atque multis ululatibus

patiebatur. Sic adeo ingens cupiditas magistratus illius belli eum ceperat / ut nulla consolatione curari posset. Duo de septuaginta annis natus erat cum mor-tem obiit. Primus autẽ fuit qui septimum consulatum attigisset: qui cum domũ magnificam struxisset / quę multis regis ędibus clarior extabat fortunam suam crudelem appellebat: ꝙ priusq̃ consilia ac desideria sua peregisset mortem obiret. Plato quidem circa ea tempora quibus defunctus est suo genio atq; fortune gracias egit. Primum ꝙ homo & non bestia: secundo ꝙ gręcus & nõ barbarus natus esset: tertio ꝙ per Socratis tempora ętatem ageret. Ferunt Tharseum an-tipatrum cum prope mortem in sermonem ueniret: de his quę prospere sibi suc-cesserant haud oblitum fuisse nauigationis quam edomo athenas habuerat tanq̃ magnas gratias cumulatissimamq; officiorum retributionem optime eius fortune referendam duceret: & usq; ad obitum in memoria officia retineret: qua nullum thesaurum bonorum hominibus natura stabilius impartiuit: Eorum uero qui & memoria & ingenio tardi semper res geste tabescunt. Qua propter nihil retinẽ-tes bonorum uacui spei autem pleni presentibus rebus neglectis adfutura oculos ĩtẽdũt: profecto hęc fortuna prohibere: illa uero aufferre nõ potest. Sed tamẽ hoc quod fortunę est tanq̃ alienum ommittentes illud ipsum incertum seminant: atq; similia animo pariuntur. Nam potiusq̃ disciplinã atq; sapientię studia adfirman-da tutãdaq; bona externa consequi uelint. Hęc bona fortune cumulant commo-daq; ex illis suscipientes expellere insatiabilem animi cupiditatem non possunt. mortẽ igitur obiit *Marius* septimo & decimo die septimi eius consulatus: quę statim Romam magno gaudio atq; exultatione affecit ꝙ graui tyrannide liberata fuisset. Sed tantum crudelitatis *Marius* iunior senioris *Marii* filius ostendit priores atq; optimates trucidãs: ut intra paucos dies reuiuiscentem senis tyran-nidem Romani sentirent. Qui cum audacia insignis esset / & pericula intrepide adiret in principio filius *Martius* uocitabatur. At cũ statim ex rebus gestis accu-saretur filius Veneris nũcupabatur. Tãdẽ cũ ĩpreneстina urbe a Sylla obsideretur extrema omnia tẽtans ut euaderet cum nullo modo effugere posset se ipsũ necauit.

EVMENI CARDIANO PATREM FVISSE dures Historicus scriptũ reliquit: qui in cherõneso prop/ ter rei familias angustias ex uehiculis uictũ queritaret, Eumenem tamen inlitterarum studiis ac palestra libe/ raliter eruditum. Is cum puer esset eo Philippũ aduẽtasse qui dum per otium puerorũ & adolescentiũ Cardianorũ luctas & certamina spectaret: inter illos strenue obuer/ satum Eumenẽ. Eius prudentia & fortitudine delectatũ Philippum: illum sibi desumpsisse. Verum enim uero lõge probabiliora dicere uidentur: qui Eumenẽ hospitii & amicitie paterne causa a Philippo ad altiora profectum perhibent. Mortuo philippo cum inter equa/ les Alexandri, nemini prudentia aut fide secundus haberetur Archigrãmateus idest scribarum princeps uocabatur. Ex his qui Alexandro amicitia & consue/ tudine iunctissimi essent, adeo ampliores cõsecutus est honores: ut in expeditione indie magnis cum copiis per se imperator emitteretur. & perdice prefecturam acciperet: cũ & in ephestionis uita functi locum perdicas successisset. Quo circa Macedones regiis prefectum stipatoribus, Neoptolemum, derisioni habebant. quod extincto Alexandro dictitarent: se quidem clipeo atq; hasta. Eumenẽ uero stilo ac tabellis sequi solere. Siquidem Eumenem cum aliis honestissimis rebus tum uero ea dignitate affectum: ut necessitudine matrimonii sibi deuictũ faceret. Cum enim Alexander primus in asia mulierẽ Barsinam Artabaçi filiã agnouisset ex qua filium Herculem susceperat. huiusce sorores, alteram quidem Apaniam Prolomeo Alteram Barsinem Eumeni tradiderat: quo tempore etiam reliquas equalibus suis Persicas uirgines inconiugium dispartiens collocabat. haud enĩ usq; adeo integra necessitudo fuit: quod Alexandro plerũq; aduersatus magnũ Ephestionis gratia periculum adiecit. Principio cum Ephestion quãdam Euio tibicini domum tribuisset, quam antea Eumenis serui occupauerant. Indignabũ/ dus Eumenes, ad Alexãdrum unacũ Moerone ueniens, uociferari cępit: quod abiectis e manibus armis Tibiam & Tragediam canere prestaret. Id autẽ mo/ leste ferens Alexander Ephostionem conuitiis insectatus est. Cęterum acta statĩ penitentia grauiter succensuit Eumeni, quod per contumeliam magis & libertatẽ loquendi eo sermonis genere usus esset. Deinde Nearcum ad exterius mare cum Classe dimittens ab amicis pecuniam conquirebat. Erat enim per id tempus inanis regia. Eumenes igitur trecenta petitus talenta centena dumtaxat exibuit: quę tenuiter & magno cum labore suis ex dispensatoribus, eam sententiam corra/ sisse dicitur. Cęterum Alexander ea neq; improbans, neq; suscipiens, seruis ut oc/ cultos ignes tabernaculis subiecerent edixit. Volebat enim ut cum ex incendio exportaretur argentum, homo fallax deprehenderetur in crimine: prius tamen q̃ afferre opem ualerent exustum est tabernaculum. Quę res Alexandro penitendi causam attulit, eius consumptis in igne codicibus. Quod autem auri & argenti exflamma in unum conflati: postea inunum compertum est mille talentũ summã

excessit. exquibus ne minimam quidem partem accepit. cęterum datis ad cūctos
pretores & prouinciarum presides litteris ut incensorum exemplaria librorū ad se
mitterentur effecit: quę omnia iussus accepit Eumenes. Rursus inter se & Ephe-
stionem orta de munere contentione: cum multa male audisset, multaq; male dix-
isset: eo quidem tempore nihil a rege minus accepit. Paulo uero post ut primū
Ephestion excessit e uita. Rex dolore uehementer afflictus: cum omnes iuuentis
inuidos, ac mortuo insultātes grauissimis & asperrimis uerbis insectabatur. Tū
uero maximas in Eumenem suspitiones agitabat, illa sepenumero conuicia &
disceptationes obiectans. At ille callidus & ad persuadendum idoneus, ut unde
perniciem senserat inde sibi salutem compararet nouam aggressus est rationem.
Ad eam enim gratiam & honores confugit: quos in Ephestionem Alexander
factitabat. Eius namq; generis decora excogitabat: quę defunctum honestare
posse uidebantur. Plurima ad instruendum sepulchrū effusissime, ac prōptissimo
sane animo pecunias impartiens. Post Alexandri mortem orta inter milites &
equales eius seditione, iis quidem Eumenes consilium ac sententiam impertiebat
cum tamen oratione comunis & priuatus esset. haud enim sibi homini sane pe-
regrino pertinere uidebatur: ut Demacedonum controuersiis nimis inquirat:
curiosusq; sit. Reliquis subinde ex babilonis instructis equalibus ipse relictus
in urbe plurimos peditū leniit: & ad res componendas mitiores reddidit. Postea
uero q̃ duces in mutuam deuincti concordiam pristinos deposuere tumultus:
Eumenes Capadociam Paphlagoniam: & subiectam mari Pontico regionē usq;
Trapeçuntem suscepit: quę nec dū macedonico suberat imperio. Eam enī Ari-
arates rex habebat. Itaq; decretum est, ut Leonatus & Antigonus manu magna
a se deductum. Eumenem illius prefectum regionis declararent. Cęterū Anti-
gonus iam elatus & omnia per contemptum habens perdice scripta neglexit.
Leonatus uero Eumenis gratia expeditione suscepta ex superioribus locis descē-
dit inphrigiam. Interea Hecateus Cardianorum tyrannus Leonato congressus
orabat: ut Antipatro & Macedonibus ad Lamiā obsessis opem afferret. Quare
ad traiiciendum permotus: secum etiā inuitabat Eumenem: quem per id tēpus
conciliabat Hecateo. Erat enim inter eos simultas, quam in patriam propter ur-
banas contentiones contraxerant. Nam multotiens Eumenes Hecateum quod
rem p: per iniquum occupauerat dominatum palam accusarat: Alexandrumq;
ad restituendam Cardianis libertatem prouocauerat: quapropter nūc Eumene
illam aduersus grecos expeditionem recusante, presertim cum sese Antipatrū re-
formidare diceret: nec dudum sibi inimicus & nunc morem gerens, Hecateo ipsū
necaret. Leonatus ei fidem habens, suū omne sibi consilium apperuit: spe quidē
sese opem afferre dictitans: Macedoni principatum statim ut traiecisset: uendi-
care constituerat: subinde nōnullas Cleopatre: ea autem Alexandri magni soror
erat: cōmonstrat epistolas: quibus futura uxor eum palam accersebat. Verum
Eumenes seu Antipatrum pertimesceret: seu Leonatum insanum ac incerto ue-
hementiorīq; refectum animo cognosceret: suis acceptis militibus nocte discessit.
habebat enim trecentos equites: ex his autem quos a pueritia instruxerat, Alex-
ander ducentos armatos: in argenti uero rationem talentum quinq; milia. Hoc
pacto fuga sese ad perdicam subtrahens: ac Leonati consilia tetegens, statim apud
illum amplissimus factus est: & inprincipandi societatem adscitus. Haud longe

post cum militaribus copiis incapadociam & presente & exercitum ductante
perdica deductus est. Tum capto Anarathe rege & regione in potestatē redacta:
Satrapes hoc est locorum prefectus designatur. Dehinc urbes amicis cōmendat
arcibus custodes imponit: quicq iuri dicendo & rebus administrandis preessent
ex sententia reliquit. Cum interim perdicas omnem rerum earū curam abiiceret:
eo exercitum ducente una profectus est. Eumenes omni illum indulgentie cultu
prosequens/cum nulla exparte ceteris posteriorem regibus se esse cuperet. Ceterū
perdicas cum ea quę instituerat/per seipsum transigere posse confideret: quę autē
reliquerat impigrum ac fidelem cōseruatorem postulare censeret: ex cilicia remisit
Eumenem: uerbo quidem ut suam ad prefecturam reuerteret. Re autem uera ut
perturbatam a Neoptolomo/& sibi finitimam Armeniam pacatam preberet.
Hunc autem quāq̄ insolentia quadam & inani tumescentem animo/suauissimis
tamen uerbis & morum facilitatis retinere tentabat Eumenes. Cūcq Phalangem
Macedonicā/elato spiritu ac ferocem inuenisset: ut equestri robore quasi firma-
mento instructiorem redderet: potentissimos incolarum equites/tributorum ua-
catiōe ac immunitate donauit/tū suis quos fide spectatos habebat/equos emptos
impertiit: eorum quidem animos honoribus ac donis incitans/corpora uero
nunc mouendo nunc exercendo ad preferendos labores impigra efficiens adeo
ut tum stupore tum audacia Macedones afficerentur. cum trecentorum & sex
milium equitum circa Eumenem nuemrum breui conspicerent: postea q̄ Anti-
pater & Cratherus grecia potiti perdice regnum uastaturi in Asiam traiecerunt:
cum irruptionem in Capadociam facturi nuntiarentur. Perdicas expeditionē
in Ptolomeum. cui egiptus sorte euenerat agens: Eumenem omnium quę
in Armenia quęcq in Capadotia fuerant/copiarum ducem & imperatorē creauit.
Hisce de rebus litteras edidit/quibus Aletam fratrem ac neopthbolomū Eumeni
parere: Eumenem autem rebus pro arbitrio uti iubebat. Aletas itacq sese arma
sumpturū/haud dissimulanter negauit. Eos enim Macedones qui secū militarēt
cum Antipatro dimicare uereri. Cratherum autem propter caritatem etiam sus-
cipere paratissimos. Atuero Neoptolemus proditionem quam ne occultare qui-
dem potuit in Eumenem ordiebatur. Vocatus quocq non solum non audiuit/
sed etiā aduersos instruxit milites. Hic primū Eumenes sui apparatus & pro-
uidētie fructū collegit. Siquidē uicto eius peditatu: per equites Neoptolomum
uertit in fugam: omnes eius sarcinas corripiens: tum ad insectandum profuse
Phalangi cum totis adequitasset uiribus uictos positis armis iurare coegit. cum
eo sese militaturos. Neoptolomus igitur paucis ex fuga collectis se ad Cratherū
& Antipatrum recepit: A quibus ad Heumenem missi legati ut se cum illis con-
iungeret: prouocabant. Frueretur quidē quos ex prefecturis percipiebat fructi-
bus: militias ab eis atcq agros habiturus Antipatro amico pro hoste futuro ac-
cederet: quod Cratheri familiaritatem in inimicitiam haud sane conuerteret.
Quibus auditis Eumenes minime fieri potest inquit/ut noua inpresentiarū cum
Antipatro creetis amicitia cum quo ueteres inimicitias gero: quando illū amicis
& hostibus uti uideo: secq ut perdice Cratherū conciliet/& ad equa omnia atcq
iustissima cōiungat paratū: ei preterea qui pro dominantis auaricia ulla sit op-
pressus iniuria/quoad spiritus suos reget artus futurum auxilio: corpuscq ac uitā
potius positurum esse: quam fidem. His attente acceptis Antipater de rerū sūma

consilium agitabat. Neoptolemus ad eos confugiens de prelio certiores facit|&
cum utrunq; tum uero Cratherum|ut auxilium sibi ferant|orat. Cum nanq; tam
magno Macedonibus esse desiderio: ut modo pileũ eius spectent|& uocem ex/
audiãt|ad se non mediocri uenturos impetu. Sane enim grande Crattheri nomen
erat. Et in eum post Alexandri mortem|multitudinis animi mira caritate incli/
nabãtur. Tenebat siquidem memoria|eum q̃plures in Alexandrum inimicitias
pro eorum salute suscepisse. Cumq; Procliuius ad Persicos ritus deferretur: ob/
stitisse|ac ciuibus suis quos per molitiem & insolentiam contumeliose tractatos
cernebat: presidio fuisse. Quocirca missa tunc in Ciliciam Antipatro: Cratherus
cum magna copiarum parte|& Neoptolemo contra Eumenem profectus est ra/
tus insecturum|& neminem expectantem|ac ex recenti uictoria inter pocula cum
dissipatis obuersatum sese facturũ incursum: Qua quidem in re|quod Eumenes
illius presenserit impetum|ociusq; sese instructum prestiterit|uti intenti & uigi/
lantis imperatoris|ita non summi sane accuminis opposuerit. Ceterum etiã quę
sibi aduersa erant hostibus & duci occultasse: & eam conmilitonibus suis oppi/
nionem incussisse: ut se cum Crathero prelium inituros esse nescirent: hoc ipsũ
peculiare imperatoris officiũ fuisse dixerim. Rumorem itaq; disseminat. Neop/
tolomum actigrem cum Paphlagonum & Capadocum equitatu rursus aduen/
tare. Cũ castra noctu mouere instituisset: in somnis noua quędã occurrit ymago.
Videre nãq; uidebatur geminos Alexãdros inter se ad dimicandũ instructos: cũ
uni uterq; phalãge preessẽt|alteri deĩde mineruã|alteri cererẽ subsidio aduẽtasse.
Acri cõmisso prelio superatos quibus socia minerua fuerat. Tũ uictori cererẽ spi/
ceã intexuisse coronam. Ex re igitur ipsa somniũ coniectans ad se pertinere inter/
pretatus. se quidem pro fertilissimis agris & magnam per id tempus & bonam
in spiceis uaginis frugem habentibus dimicare: omnia seminata passim esse speci/
osam ubertim pubescentium|camporum faciem ipsa pace prebente. Ad id autem
confirmatior factus est. Vbi aduersariis signum belli mineruam & Alexandrũ
esse certior est factus. Quamobrem suis cererem & Alexandrum belli signũ ex/
hibens omnes spicarum sertis illigatos arma spicis iubet inuoluere. Multotiens
impulsus est: ut suis ducibus & prefectis militaribus aperiret: quibus cũ bellã/
dum esset: ne solus tante necessitatis arcanum celatum comprimeret: cõsilio tamẽ
prestare & menti periculum credere satis uisum est. In Cratherum neminẽ quidẽ
Macedonum|sed mercennarios equites mille ac uiginti quatuor e regione locat:
quibus Artabaçi filius Pharnabaçus|& Phenix tenedius preerant: quos ut pri/
mum hostis in conspectũ uenisset incitatis ferri cursibus iubet: enim nullis editis
uocibus non regrediendi spacio dato|non misso suscepto precone manum de re/
pente conferre. Valde enim pertimuerat ne Macedones cognito Crathero|ad eũ
transfugerent. Ipse ex equitum robore trecentis in agmine instructis adequitat:
in cornu dextro Neoptolemum inuasurus. Vbi autem medius superatus cliuus
prospectum sui hostibus prebuit: citatum uehementissime faciunt impetum. Ea
res magnum Crathero stuporem incussit: qui multa in Neoptolomum acerbe &
contumeliose inuectus: quod ab eo de Macedonum defectione fraudatus esset:
suos ad capessendum fortiter pugnam adhortatus incurrit. Primis ingressibus
& quidẽ grauissimis|cum post fractas hastas|strictis decertare gladiis cepissent:
Cratherus haud sane dedecori fuit Alexandro. At uero prostratis plurimis

multotiens etiã uersis in fugam aduersariis cum ex Thiace quodã ex transuerso adequitante cum sauciaretur ex equo dilapsus est: quod cum cęteros transcurrẽtes latuisset. Gorgias dux Eumenianus agnouit. Is ab equo descendens corpori iã male se habenti, & per acerbos dolores pereunti custodem se constituit. Dum hęc aguntur Neoptolomus & Eumenes mutuis inter se odiis & diutina flagrantes ira congrediuntur: duobus quidem concursibus, cum sese minus conspectassent tertio cogniti nudis ensibus sibi lato clamore statim equos in se concitant: quibus more triremium in summa collisis manibus se mutuis lora omittentes captant. cassides detrahunt. Thoraces ex humeris discerpunt. Sic igitur in mutuos laniatus intenti subter fugiẽtibus equis ad terrã corruunt: ibi diu multũq; luctantis Eumenes exurgẽti prius, Neoptolomo sub genu uulnus inflexit: quo debilitatus alteri in nixus totis se uiribus in arduum & erectum turbatur Eumenẽ ictus tamẽ haud letiferos incuciens accepta in ceruice plaga protensus concidit. Eumenes uetustis odiis & iracundia probris carpere, arma detrahere, cum interim gladiũ tenens sensum sub thorace Eumenem inguine consauciat: uulnus ex percursoris imbecilitate non sane profundum terroris plus habuit q̃ detrimenti. Raptis dehinc ex interfecto spoliis propter crurum & lacertorum uulnera, se grauiter habebat. Reiectus tamen in equum, perstantibus adhuc in unum hostibus Alterum insectatus est cornu. Cęterum audita Cratheri morte celer aduolans ubi spirantẽ adhuc intelligentemq; conspexit. Descendit & multis lacrimis iniecta dextra, multa inuectus in Neoptolomum & suam uehementer sortem, & propriã miseratus est necessitatẽ: per quam eo deductus esset, ut uel tam feda homini per amicitiam consuetudinemq; cõiuncto infligeret: uel ab eo pateretur. Eumenes hoc prelio decem ferme post alterum diebus uictor, magnam ex eo sibi gloriã & amplitudinem comparauit, quod nonnulla per sapientiam quedam per fortitudinẽ confecisset, plurimam etiam penes hostes & socios inuidiam, & odium plane cõtraxerat. Quod uir peregrinus atq; aduena armis & manibus Macedonũ primarium ex eis & splendore prestantissimum confodisset. Quod si prius de Cratheri cede ad perdicam peruenisset, nemo illam inter Macedones potentia superasset. Biduo autem postq̃ perdicas per seditionem in egypto esset obtruncatus. huius prelii rumor in castra delatus est. Quocirca indignati statim Macedones Eumenem mortis reum faciũt: & suscepti in eum belli ducem unacũ Antipatro Antigonum creant. Eumenes postmodum in regia equorum armenta quę circa idam pascebantur incidens, sumptis ad usum equis: rationem magistris pabuli descriptam misit. Quo audito risisse ferunt Antipatrum, tanta Eumenis prouidentia admirãtem: cum regiis de rebus rationem aut redditurum aut accepturũ sperarit: Cupiebat autem Eumenes circa Sardis uictorioso potẽs equitatu intra Lydie campos depugnare: simulq; suas & Cleopatre copias ostentare glorians ea deinde rogitante: pertinuerat enim ne illam ex Antipatro criminationẽ culpã ue capesseret: superiorem petens Phrigiam intra celenas hibernauit. Vbi cum Alchetam Polemonem & Docimum de imperio contra eum contendentes offendisset: hoc illud est inquit, quod dici solet nulla perniciei ratio est. Deinde pollicitus intra triduum stipendia militibus redditurum. Villas eis & mitiora agri loca mortalibus decoribusq; referta uendidit. Qui autem emerant centuriones reliquorũq; ordinũ prefecti susceptis ab Eumene instrumentis: & machinamẽtis

illa ui & obsidione expugnantes ex rebus captiuis debitam militibus mercedem
impertierunt. Hęc res adeo magnam Eumeni beniuolentiam comparauit: ut cũ
epistole castris aliquando ab hostibus disiecte comparuissent/qua centum talenta
& amplissimos illis pollicebantur honores/qui Eumenem trucidassent/maiorem
inmodum Macedemones instigati sunt. decretum igitur faciunt ut ex principa/
libus mille milites ad corporis custodiam cõstituantur: euntibus in orbem pro/
sua uice uigiliis. Illi subinde eos ab Eumene honores magna cũ caritate capiebãt:
quorum regũ familiares assolent. Eumenes nancꝙ purpureos apices/& clamides/
quod quidem apud Macedones egregiũ regis munus habetur: donare poterat:
quibus tenue ac pusillum est ingenium. Hi ab secundo successo rerum leuitate ac
elatis extollũtur animis: ita ut cũ rebus ab excelsis conuersos in se habent oculos
magnitudinis aliquid & excellentie nacti uidentur. Verum autem magnus aĩmus
& constãs afflictis magis rebus aduersisꝙ dignoscitur/qualis Eumenes fuit. Nã
in conciliis capadocie proditione superatus fugatusꝙ ab Antigono: non ante
fugientem ad hostes proditorem omisit quam patibulo captum suffixerit. Is ex
fuga contrario insectantibus cursu/clam iter conuertens ad pugne locũ profectus
castra posuit/ubi collecta interfectorum corpora ex effractis circũiacentiũ uillarũ
foribus concremauit. conditisꝙ seorsum primoribus seorsum plebeis/omnes ag/
gerans tumulos/inde discessit. Quocirca ad uenientem postmodum Antigonũ
hominis audatiam & constantiam admiratum. Postea in Antigoni sarcinas &
predam incidens/plurima quidem ingenuorum corpora/plurima quocꝙ seruorũ
ingentes opes ex tãtis preliis & discursionibus coaceruatas/cum eas facile diripe/
re posset. Veritus est ne tantis locupletatis spoliis cõmilitones ad fugã grauiores
& ad subeundos errores molliores fierent: & ad tollerandũ tempus in quo oẽm
spem belli collocauerat. Tandem repressurus Antigonum: Vbi uero ita presentes
& ad diripiendum propinquas opes *cernit*/ut Macedones aperte inhibere graue
sit. Equis obiicere pabulum: & corpora curare imperat: & sic ĩ hostes cõmearẽt/
clam deinde ad Menandrum submittit: qui sarcinis hostilibus prefectus erat.
Magnam se de illo pro ueteri consuetudine atcꝙ amicitia curam suscepisse. Pro
inde animaduertere monet ut q̃ celerius liceat ex inferioribus locis ad incursiones
expositis/ad proximas montis radices concedat: quę nullos equites nulli circũ/
acti agminis incursus expauescat. Id autem periculum ut primum menander in
tellexit abscessitcꝙ. Eumenes missus palam speculatoribus armari milites/& frenari
equos iubet/perinde ac ducturus in hostem. Vt autem Menandrum ad iniqua
confugisse loca a speculatoribus renuntiatum est: Eumenes ingenti simulato me/
rore suos introduxit. Hęc ad Antigonum postmodũ testante Menandro Ma/
cedones Eumenem magnopere collaudasse: & mitiores in eum animos suscepisse
fertur. Quod cum eorum liberos inseruitutem redigere: & uxores probro habere
potuisset: pepercisset omisissetcꝙ: quibus Antigonus ille inquit/o beati homines
haud nostri sane cura res nostras omisit. Verum enĩ uero ne sue compedes fuge
adicerentur: pertimunt. Dehinc circũuagari & subterfugere coactus Eumenes
magne suorum cõmilitonum parti/ut abirent persuadebat: siue id eorum caritate
diceret: siue trahere secum eos consilium non esset: quos edconferendam quidem
manum per paucos: ad occultandam autem fugam per nimios intelligeret. Tũ
fugiens sesecum quingentis equitibus/& peditibus ducentis ad Nora recepit.

His autem in Capadocie ac Licaonie confinibus locus est. Hinc denuo quisqꝫ
ex amicis / & iniquitatis locorum / & durissime uite impatiens missum fieri crauit:
benigne ac gratiose alloquutus abire sinit. Aduentās postmodum Antigonus
Eumenem ab obsidione ad colloquium excuit: Cui Eumenes ita respondit: cō-
plures familiares Antigoni & duces esse: post se uero ex eis quorum ipse defēsor
est: esse neminem. Quo circa si colloquia inter se fieri cupiat: obsides ad se mittat.
Cum autem Antigonus ut potentiori Eumenem uerba facere iuberet; nullum
inquit me ipso potentiorem esse arbitror: quod huius gladii fuero dominus. An-
tigono tamē nepotem Ptolomeum / prout popotscerat Eumenes eum ad locū mit-
tente descendit: ubi per mutuos complexus amice & familiariter data acceptaqꝫ
salute: congressi sunt. Vt qui plurimo usu & consuetudine inuicem iuncti essent.
Inter multa colloquia cum Eumenes nullā de pace / aut sui tutela mentionē intro-
duceret. Cęterum prefecturas sibi firmari aut restitui dona postularet: pręsentes
cepit admiratio ingenti hominis spiritu & animi robore delectatos: frequens si-
mul Macedonum concursus factus est: qui aspectandi hominis desiderio affi-
ciebantur. Etenim post occisum Cratherum nulla de altero tanta in castris cre-
buerat oratio. Verum Antigonus aliquid illi uiolentum metuens: primū quidē
aduentantes clamore submouere / & irruentes ferire saxis. Deniqꝫ manibus am-
plexatus Eumenem: repulsa per Satellites turba: eum uix intuta restituit. Dehīc
circumductis ad Norā muris: & relicto ibi presidio / reliquum abduxit exercitū.
Obsessus igitur Eumenes q̄q̄ eo in loco pręter Annonam. Vbertim quidē aquas
& sal usui condimentum haberet: tamen hisce de rebus hilarem sociis uiuendi cō-
suetudinem instruxit: eos ad mense & conuiuii partitus escas: eas interim leporū
& sermonum gratia & comitate condiens. Erat autem Eumenis aspectus perq̄
suauis: non ut hominis bellicosi & plurimum armis attriti. At perpolitus &
iuuenili decore insignis: uniuersa statura membris ad proportionē / sane mirifica
perinde ac singulari artis diligentia comparatis uim quoqꝫ non magnā orandi
consequutus: facundus tamen / & dulcis erat eloquio quēadmodū ex eius epistolis
coniecturam fieri licet. Durante obsidionis tempore plurimis omnium locus
angustissimus suos magno afficiebat detrimēto: pabulum & ipsi & equi per sūmū
ocium capiebant. Cum igitur Eumenes ne per disidiam intabescerent: remediū
adhibere uellet: & ad fugam quodammodo expeditos / si qua obueniret occasio
reddere habitaculum Cubitorum quatuordecim lōgitudine quod eo in loco erat
amplissimum ad hominum deambulationem designauit: ubi corpus agitare iu-
bebantur. Equos autē ad tectum magna per lora collo religatos / rotisqꝫ in sub-
lime suscitatos erigebat / ita ut posterioribus quidem pedibus terre niterentur /
Anterio bus autem summa uix ungula pertingerent. Quibus hunc in modum
suspēsis stabularii nunc clamore nunc scurbica ī stātes: adeo instigabāt: ut animis
et indignatione referti: postremis quidem insilirent pedibus. dumqꝫ altiores hu-
mi sistere concupiscerent: solum pulsantes totumqꝫ corpus agitantes / plurimo cū
anhelitu sudorem effunderent. Ea res ad roboris & uelocitatis exercitium sane nō
incōmoda. ordeaqꝫ minutim attrita. in escam obiiciebant ut et citius conficerent:
et melius digererēt. Interea per obsidionis morā Antigonus uita fūctum in ma-
cedonia cum accepisset antipatrū: & propter cassandri et polipercantis seditiones /
res perturbari non parua sane spe. in uniuersum animo complexus imperium.

et ad res gerendas adiutorem Eumenem habere statuit. Quocirca misso hye-
ronimo indutias cum Eumene fecit: prius tamen iureiurando proposito: quod
cum emendasset Eumenes: apud obsidentes macedones iuditium faciendũ per-
misit, uter eorũ maiori equitate preditus esset. Antigonus enim deliberãdi tãtũmõ
nominis gratia: initio facta de regibus mẽtione, reliquũ inse ipsũ obstringebat
iusiurandũ. Eumenes autẽ primam quidem post regum nomina in iureiurãdo
conscripsit Olympiadem. postmodum sese non soli quidem antigono beniuolum
fore iuratus est, neqꝫ ipsius hostem pro hoste et amicũ pro amico habiturũ esse:
sed & Olympiadi ac regibus sacramentum referebat. Ea cum iustiora censerentur
macedones adacto in hec uerba Eumenis sacramento obsidionem solutã fecere.
Ad Antigonum ut idem iuramenti genus referret Eumeni mictentes. Eumenes
iterũ quos ad Norã capadocas habebat obsides restituit: acceptis pro redẽptione
iumentis equis & tentoriis. tunc congregatis militibus qui exfuga pallantes in
regione uagabantur ad mille conuocauit equites: quos fuge socios habens ob
Antigoni metum euasit. Ille enim suscepta iurisiurandi emendatione: non solũ
Eumenem denuo angi obsidione iubebat. Verum etiam acerbissimas macedo-
nibus litteras misit. Insugiẽtẽ ad Eumenem in Macedoniam referuntur epistole
ab iis qui augeri Antigoni pertimescebant imperium. obtestabatur olympias ut
ueniens Alexandri filiolum multorum obiectum insidiis educandũ caperet. Po-
lipercon autem & Philippus rex, uolebant ut prepositus capadocie copiis, cum
Antigono belligeraret: simul & quindorum denariis thesauris, ad rerum suarum
restitucionem quingenta talenta caperet. Ad bellicos autem usus quantumcũqꝫ
cuperet: quibus de rebus & antigono & Theutamo ducibus Argitaspidũ litteras
miserãt. Acceptis illi litteris uerbis quidem Eumenẽ humaniter ac benigne susci-
piunt. Ceterum liuore & contentione referti: priorẽ ferre Eumenem indignabã-
tur. Eorum inuidiam placauit Eumenes: cum perinde ac nihilo indigenę nihil
pecuniarum accepit. Ad ambiciosas autem eorum contentiones cũ neqꝫ preesse
ualerent: neqꝫ subsequi uellent, hunc inmodum superstitionẽ induxit. Alexãdrũ
enim inquit uisũ in somnis apparatu regio tabernaculum cum solio cõmõstrasse.
dixisseqꝫ hic considentibus & iuris dominandi locum habentibus adero opemqꝫ
simul afferã mõ omniũ a me cõsiliorũ: & instituẽde rei principiũ capiatis. hoc facile
Theutami & Antigoni animũ induxerũt, ad eum nullo aduẽtare pacto uolẽtiũ:
cum Eumenes etiã pro alienis aspectari foribus indignaretur. Quo circa regio
tabernaculo ac solio in somnis denuntiato. hunc in modum collocato. Illuc cosi-
liũ magnis de rebus habituri cõgrediebãtur. Illis deinde ad superiores euntibus
regiones. Pentestas amicitia sibi deuictus ac Ceteri Satrape, cum omnibus pro
cepissent copias: ita in unũ corpus adunarunt, ut cum armorum multitudine,
tum apparatus splendore macedones confirmauerint. hi post Alexandri mortẽ
ob dominãdi licentiam enerues & uiuendo consuetudine deliniti: cũ tyrãnicoꝝ
spiritus barbarorum arrogantia innutritos ĩ unũ contulissẽt interse quidem mo-
rosi ac discordes erãt. Macedones quidẽ effusis blandimentis sumptuosis cõui-
uiis & sacrificiorum impensis delinientes, paruo quidẽ tempore castra ipsa, quasi
quasdã nundinas & prodigalitatis receptaculũ reddiderunt. Inqꝫ diligẽdis du-
cibus õnia tumultu & factionibus quemadmodũ inter populares prĩcipatus fieri
solet pertimiscebãt Eumenes cũ illos sese quidẽ mutuo aspernantes uidere propter

metū aūt si ulla prestaretur occasio de ipsius nece cogitātes : se argēti penuria teneri
cōmētus est . & ab his potissimū qui simultates meū exercebāt Plura mutuatus est
talenta : quo & maiorem erga illū fidem haberent : & a se de mutuata pecunia so/
liciti manus comprimerent . Quāobrem effectū est | ut alienas opes sui corporis
presidia habuerit : solus tutelam ac salutem accipiendo cōsecutus : quam ut adi/
piscantur cęteri magna impendere solent . Macedonum tamen animi | suorum
gratia largitorum | per immensam quandam licentiam corrumpebantur : Circa
illorum fores frequentes obuersabantur . latus stipabant | ac duces extollebant .
Postea uero q̃ Antigonus magnas secum trahens copias nō longe metatus est :
tum res ipse quasi uocem edentes | uerum inuocare imperatorem . nec solum sub /
diti Eumeni auscultare : Verum etiam quicūq; ī pace ac deliciis amplissimus cedere
se se dedere : & tacitus ascriptū sibi seruare locum In traiiciēdo pasytigre fluuio cū
cęteri : qui prostatione erāt nihil sensisset . solus Eumenes Antigoni substinuit impe
tum : & collato marte stratisq; cōpluribus cadaueribus flumē oppletum est : qua/
tuor milia impotestatē redacta . pręcipue uero Macedones in aduersa eius ualitu/
dine quid de illo sētirēt : declarauerūt . Cū cęteros ī apparādis splēdide cōuiuiis
& celebrātibus : solū aūt Eumenē in administrandis principatus | & re bellica
ualeret dictitarent . Nam cū pencestas eis in terra Persica oppipere epulum pre/
buisset : Arietem uiritim ad sacrificandum impertiēs | amplissimum fore se in
spem uenerat . paucis post diebus militibus iter in hostem agentibus . Eumenes
ad euitandas uigilias longius ab exercitu ob periculosam quandam egrotationem
quietus forte in lectica ferebatur : paululum progressus hostes de repente supę /
atis quibusdam collibus apparuere in planū descendentes . Instructa igitur acie
incedentibus ut primum auratis in armis ad solem splendor enituit | ac bellue
cū turribus & purpuree uestes ī specte sūt . Is enī uadentibus imprelīū ornatus est.
Primi iter cū clamore sistūt : Eumenē uocitare : haud enim longius progrediēdū :
nisi exercitum ductet Eumenes . Deinde fixis humi telis : se quidem ut maneant
mutuo adhortantur : duces uero ut quiescant : neq; sine Eumene aut pugnam |
aut ullum in hostem ineundum esse periculū . Quo accepto Eumenes incitatis
lecticariis | cursu delatus ex utraq; lectice parte sūmouit auleum : magna leticia
manum protendens . Id conspicati milites continuo uerbis macedonicis consalu/
tāt : receptisq; clipeis & sarissis instrepētes uociferantur : perq; uices quasi pręsente
iam imperatore hostem prouocant . Antigonus ęgrotum ex castris Eumenem
audiens | male se habentē deferri reliquos nullo negocio propter illius ualitudinē
dissipari censuit posse . Quocirca suos ad pugnā festinabundus eduxit . Vt uero
adequitans instructam hostium aciem formamq; compositam aspexit stupore |
affectus diutius substitit | Cum interim a dextro in sinistrum cornu comportari
lecticā cerneret : magnum itaq; ut assolet risum edens | Antigonus ad amicos hęc
īquit | illa uobis ex aduerso nimirū lectica uidetur instructa | ac statim relictis co/
piis : castra locauit . Alia ex parte paululum denuo respirantes ad factiones reuo/
cati : suis cum ducibus lasciuiam agentes : uniuersum ferme Gabenorum agrum
ad hibernam dum inter se diuiserunt : ita ut primorum a postremis tabernacula
mille stadiorum spacio abesse : quibus de rebus factus certior Antigonus percō/
pediosam quidem | cęterum asperam difficilem & aquarum indigam conuersus
uiam | in eo scilicet motus est . Spe enī ducebatur si dispersos per hiberna miltes

adorietur / fore ut ea hominū multitudo suis haud difficile ducibus iterum ad
scisceretur. Is ubi in habitatū īgressus est agrū terribiles uēti & immēsa frigora ex-
ercitu perturbato. Iter nō mediocri sane detrimēto rapuerūt. Ad hāc igitur rē
ignes ꝗplurimi necessario fuere adiumēto: quocirca hostes nō latuit: tū barbari
qui mōtes inhabitabilē respiciētes agrū incolunt. tantā incendiorū multitudinē
admirati / nuntios ad peucestam cum dromedariis mittunt camelis: quod
ut intellexit terrore exanimatus: cum & cęteros eodem modo habentes cerneret:
miratus fuga reliquos inter eundum repertos milites ad fugiendum permouit.
Eumenes autē oībus pauorē ac perturbationē ademit: hostiū uelocitatē statim
repressurū se esse pollicitus ut triduo expectatione tardius aduētent. Illis itaqꝫ per-
suasis tū nūtios dimisit quibus ut copię ex hibernis ꝗprimū cōgregarētur iube-
bat. Tū ipse cū reliquis exequitās ducibus / locū qui deserta per meātibus spectari
potest: procul āplexus & dimēsus īcendia permulta castrēsi more per ītercapedi-
nes fieri precepit. Ignibus deinde ex collibus ad Antigonos comparentibus
dolor & angustia cępit Antigonum. Existimauerat enim hostes cum iam pridē
eius aduentum sensissent obuios fieri. Ne igitur itineris labore laxatus attritusqꝫ
manum eum hostibus cōserere cogeretur Expeditus quidē & per bona eductus:
hiberna omisso uię cōpendio. per uicos urbesqꝫ tacitus abduxit. Interim ex ho-
stibus ut assolet occurrente nullo: audiens postmodum ex incolis / nullū ibi fuisse
exercitum: at loca dumtaxat ignibus referta: imperatoris Eumenis arte delusū
se esse cognouit. Quod grauiter ferens / ut aperto marte decerneret / sępius admo-
uit copias. Coactis interea militibus / maxima eorum pars Eumenis sapientiā
admirari & soli imperium deferre. Eam ob rem princeps argiraspidum Antigo-
nes & Teuthamus dolore ac inuidia cōmoti insidias tendere: & cōuocatis prę-
fectorum ac principum cōplurimis modum ac tempus necandi Eumenes agitāt
decernunt igitur omnes / ut ad huius usū prelii reseruatus / confecto statim prelio
trucidetur. Cęterum Eudamus elephantum prefectus / ac Phaedemus rem de-
cretam Eumeni denuntiant. Nulla mediusfidius In Eumenem beniuolentia /
aut caritate. Verum enim uero pertimuerunt ne mutuatas Eumeni pecunias
amitterent: Eumenes illis collaudatis tabernaculum ingressus seseqꝫ ītra belluarū
conuentū uersari prefatus: testamenta conscripsit: ac codicillos descripsit: ut con-
scidit & dispersit. Nolebat enim post eius mortem ullis ex litteris accusationes
& crimina de rebus occultis conflari. His itaqꝫ dispositis deliberare cępit uictoriā
ne aduersariis dimitteret: an per mediam fugitans & armeniam in capadociam
proficisceretur. Nihil autem in amicorum presentia firmū decernit sed permul-
ta mouēs animo / seqꝫ pro fortunis in partes uersans uarias aciē instruxit: grecos
exhortatus & barbaros. Phalanx deinde & argiraspides eum bono animo esse
iubent: suum hostibus haud expectaturis impetū. Philippi siquidē & Alexā-
dri ueterani fuerant: quasi quidam inuicti bellorum pugiles / & ad id usqꝫ tem-
pus intrepidi / multi annos septuaginta nati / nullus autem sexagenario minor.
Progredientes igitur in antigomanos: inqꝫ eos cū indignatione irrūpentes sub-
stinente nullo uniuersam dissipant phalangā / manu obtruncantur plurimi. Hac
quidē ex parte sūma ui prorsus superatus est Antigonus: equitatu tamē uictor
euadebat. Cunctum etiam Peuceste apparatum sarcinasqꝫ diripuit: cū segniter
ac remisse prelium iniisset. Se autem Antigonus cum terror uocaret ad usū belli

uigilantem ac intentum exibunt: oportunitatem ex loco nactus. Aperta enim est ac uasta planities: non sane pinguis non aspera, non solida: sed arenosa & squalenti referta salsugine. Ea tot equorum, tot mortalium pulsata cursationibus, sub ipsum pugne tempus, puluerem calcis instar exalans aerem inalbabat. qui oculos turbidus inuolueret. Hoc igitur occultatus Antigonus hostiles facilius sarcinas & bona in suam potestatem redegit. Statim post pugnam Theutamus legatos res suas repetitum mittit. Antigonus namq; sibi & argiraspidis has res redditurum esse, & cęteris in rebus secum benigne conuterq; acturum pollicitus erat: si Eumenem sibi traderēt. Argiraspides abbominandum cepere consilium: ut uiuū Eumenem in hostili manu ponerent: principio nullam per suspicionem se se propius applicant obseruantq;. Non nulli pro rebus amissis deplamērabātur. Postmodū irruentes ei pugionem detrahunt: & reflexa ī manus zona colligant. Postquam missus est ab antigono Nicanor: ut illū susciperet: ductus per mace donas Eumenes: ut sibi exercitum alloqui liceret, orat, non ut preces non excu/sationes adhibiturum: Cęterum de illorum cōmodis uerba facturum. Silentio facto: in edito quodam loco constitutus colligatas protendit manus. Et quod nam inquit O Macedonum pessimi de uobis Antigonus. Tropheum erexit: quale ipsi deuobis exigitis cum imperatorem uestrum uinctum captiuumq; de/ditis. Nonne graue & periculosum erat: ut uictores uos propter rerū uestrarū iacturam uictos esse fateremini Quasi uero inpecuniis atq; opibus non armis uictoria ipsa constaret. quin etiam pro uestrarum redemptione sarcinarum im/peratorē uestrū. mittitis Ego quidem inuictus atq; hostiū uictor a uobis trahor. Ab his qui mihi socii sunt in perniciem datus. Vosq; per castrensem iouem, per iurisiurandi presides deos oro & obtestor. hic me inter uos occidite. Cum apud antigonum obtruncatus opus uestrum futurus sim: nec ullas quidē quę/rimonias edet Antigonus. Illi siquidem non uiuente, sed defuncto Eumene opus est: quod si uestris parcitis manibus una soluta sat erit ut meis rem ipse cō/ficiam. Si autem gladium mihi non creditis obstrictum feris obicite, Quod cum perfeceritis uos uti sanctissimos uiros & in ducem uestrum equissimos iure/iurando soluo. Hęc cum oraret Eumenes cętera multitudo dolore compressa collacrimābt. Argiraspides autem ducendum esse: & contrarienti ī amacq; iactāti minime adhiberi animos oportere clamabāt. Haud enim in dignum facinus esse: si Cheronensiaca pernicies lugeat: cum innumerandis macedonas bellis de/fatigauerit. Id autem grauissimum est si prestantissimi Alexandri, ac Philippi milites tot antea per labores agitati suis bellorum premiis in senectute priuentur: ab aliis cibos capientes. cum suę interim uxores, tertiam iam noctem cum hoste concunbant. Post hec Eumenem maturato cursu ducunt. Antigonus globum ueritus: nemo enim in castris relictus erat: decem ualidissimos emisit Elephautos: frequentissimosq; Medos & Partos hastatos: qui multitudinem summouerent. Eumenem quoq; propter ueterem amicitiam & familiaritatem, in suum uenire conspectum minime sustinuit. His qui asseruandum acceperant quonam pacto custodiendus esset rogantibus: ut Leo: ut Elephantus inquit. Non longe tamē post miseratus eum: & grauiores dimisit catenas: & consuetum dedit seruum: qui illum perungeret: & ex amicis quisquis interdiu secum uersari: & necessaria illi deferre uoluit: & adire sinit agitans pluribus diebus de illo consilia, &

ſermones : & pollicita faciebat . Cum Demetrius eius filius / & Nearcus cretēſis
maiorem inmodum de eius ſalute contenderēt : in cumbentibus eius morte una
cęteris omnibus ferūt cuſtodē Eumenē eius Onomarcū aliquando interrogaſſe :
Quamobrem Antigonus hoſtē atq; inimicum inpoteſtatē habens nec mature
necat : neq; generoſe liberat . Cui cum Onomarchus contumelioſe dixiſſet : non
īpręſentiarū equidē / uerū ī pręlio animoſus ad mortē eſſe debuiſti. Subiecit Eu/
menes & ita mediusfidius per id tēpus ſui : ab his pęrcōtator inquit qui mecū
manū conſeruere . Verū preſtātiori cōcurriſſe nemini me ſcio Tum Onomarchus
quādoquidē preſtātiorē comperiſti / cur eius expectandū eſſe tēpus nō exiſtimas :
Antigonus ubi neci Eumenē dedere conſtituit : ei cibum ſubduxit . Ita bidui aut
tridui medie ad ſummū uitę diē adducebatur . Cū autē caſtra repēte mouedo forēt:
intromiſſo homini iugulum prębuit . Deinde Antigonus corpus amicis traditū
cremari permiſit : ſimulq; reliquias in urna argentea compoſitas ad uxorem &
liberos reddendas miſit . Eumene hunc inmodum expirante proditorum ſuorū
ducū / neq; atq; militū nulli alii uindictam fortuna conceſſit . Verum Antigonus
ipſe Argiraſpidas / & impios homines & inmaniſſimas belluas propulſans / &
abiciens / eos ibircio Arachoſie procuratori tradidit : ut quouiſmodo homines
ita diſperderet : ac in perniciem daret ut nemini in Macedoniam abire aut gręcum
cernere pelagus liceret

HEC SVNT QVE DE SERTORIO AC EVME/
ne digna memoratu ſuſcepimus . In his comparandis
illud utriq; commune : quod & externi & alienigene / &
extorres uariis gentibus / bellaciſſimis exercitibus / &
ampliſſimis copiis / uſq; ad exitum pręfecti fuere . At
peculiare quidem eſt / quod Sertorio uniuerſis a ſociis
dignitatis gratia collatus eſt principatus . Eumenes
uero cum permulti de imperio diſceptarent priores
ad ſe partes ex rebus ipſis aſſūpſit . Pręterea qui iuſto
ſubeſſe principi uoluerunt alterum ſecuti ſūt . Qui autē ipſi principes eſſe nō pote/
rant : alteri ad utilia parebāt . Romanus enim hiberis & luſitanis . Cheronēſis
uero macedonibus imperitabat. Ex quibus cum illi iam dudum romanis ſeruirēt:
hi cunctos in ſeruitutem homines deducebant . Ad hęc Sertorius conſilii & rei
militaris admiratione . Cęterum Eumenes ob ſcribe officiū in contemtu habitus
ad imperatoris peruenit dignitatem / Eumenes nō modo paruis quę ſibi adeſſēt
ad poteſtatem occaſionibus uſus non eſt : ſed etiam maiora quędam habuit im/
pedimenta . Nam & qui aperti ſibi eſſent aduerſarii : & qui occultas ei tenderent
inſidias complures . nō ſic alter : cui cū nemo palam / pauci poſtremo ſocii deīde
inſurrexere . Quamobrem huic quidem hoſtes periculorum exitum attulerunt .
Illi autem inuidi ex uictoria periculum importarunt . quę ad militandi negocium
attinent / inter ſe paria ſunt . Alio tamen modo . Contentionis enim ac bellandi
ſtudioſus Eumenes . comitatis & quietis Sertorius amator . quoniā cum alteri
modo ſe ſe eminus conſtituiſſet / tutam & honorificam uitā agere liceret / contra

eos qui sibi pacis interceptores erat, bellum erat. Eumenem siquidem Antigo-
nus dũ de rerum fastigio ne secum contenderet admonebat. secundo contentus
ordine, libens utiq; adusus regni asciuisset. Pompeius Sertoriũ ne ociosã quidẽ
uitam agere permittebat. Id circo illi ut initio sponte pugnaret: obuenit. Huic
uero ne oppugnaretur inuitus imperabat. Qui maiores tutelę fortunas ante-
ponit. Is bellorum auidus habendus est. At bellicosus qui tutelam bello sibi
uendicat. Rursus ut aliter extinguerentur euenit. Huic quidem ut nihil ante prę-
sensisset: illi uero cũ & necem continuo expectaret: e quibus alterum benignitatis
est: amicis enim fidem habere uidebatur: imbecillitatis alterum: quoniam cum
salutem fuga cõparare uellet comprehensus est. Alteri mors nullo dedecore uitã
maculauit, qui ab amicis ea passus est, quę nullus hostis inferre potuit: Alter
cũ priusꝗ in captiuitatem ueniret: fugam capessere nequiuerit. Et Postquam
in captiuitatem uenerit uitã retinere cupiuerit: mortem nec bene uitauit, nec recte
tulit: qui supplex atq; orans hostẽ, qui corpus dumtaxat in manu habere uide-
batur. sui quoq; animi compotem fecit & dominum

CREDO NONNVNQVAM TIBI EVENISSE
Antoni carissime: mihi namq; ipsi sępius ꝗ uellem & in-
terdum non sine quadam indignatione ac fastidio con-
tigit: ut in sermone quorundam ĩcideres: qui gestis
militaribus ueterũ uiroꝝ hęc noua temporis nostri facta
esse longe perferenda contumaci ac proterua obstinatiõe
contenderent. Aduersus quorum falsam assertionem cũ
per homines hystoriarum peritos, & uetustatis simul
ueritatisq; defensores amatoresq; resistitur cõfestim alio-
quin efficacibus ac ueris rationibus uicti, ad illud tamquam arcem unicam sui
erroris confugere solent: ut dicant, antiquos illos prisca quadam bonitate refer-
tos, uersutia ingenii dolisq; & fallaciis: quibus in hoc tẽpore homines superha-
bundant, caruisse. Et in hoc quidem uno eorũ asseueratio plerumq; ut aĩaduerti
in coronis circumstantiũ repetit assensores: propterea quod inest hoc ferme cũctis
hominibus uitium: ut sibi ipsis ac ętati suę ĩ opinione ingenii calliditatisq; plu-
rimum blandiantur. Omnes autem facilem iis assensum pręstant: quę uel existi-
mationi uel cupitati suę consentanea sunt. Ego uero & si cupiam hanc decoris
palmam tempori nostro potius dari: tamen quotiens ad excellentissimã ueterum
pręstantiam mentem erexi, ac postposita utrinq; affectione uelut iustus arbiter
medius constiti: disperearn nisi hęc nostra ad illorũ cõparationem uelut puerilia
quędam iuditia existimare compellor. Expertia ordinis, expertia disciplinę, ex-
pertia scientię rei militaris: nunꝗ collatis signis dimicare ausa: sed lenibus cer-
taminibus fugisq;: & insectationibus instar puerorũ contenta. Nam quid ego
de hac facili & cõsueta nostris temporibus remissione captiuorum loquar: ꝗ quis
merito & optimo iure nõ ridebit & puerili ludo persimilem iudicabit. Iam uero

quid de fallaciis | dolisq́ gloriantur | sunt sane quędam eiusmodi omni tempore detestanda | ut fęderum fractiones | fidei defectus | proditiones fidentium . In quibus si excedere nostri contendant | non solum improbi uerum etiam stulti ui-debuntur. Sunt & quedã eiusmodi in bello concessa . Vnde corebus apud Ma-ronem in illa turbulentissima nocte captiuitatis troyane | post androgei mortem inquit . Mutemus clipeos | danaũq́ insignia nobis aptemus | dolus an uirtus quis in hoste requirat . Hęc autem quia ingenio perficiuntur : dicit Crispus con-pertum esse in bello plurimũ ingenium posse . In hac itaq́ ingenii & intelligentię parte si recte iudicare uoluerimus | nec nos metipsos caritati nostri decipere | iam uidebimus manifeste nec in re militari nec in studiis bonarum artium : nec in gubernatione rerum | nec in eloquentia tempora nostra antiquis respondere . Nisi forte Platoni Aristoteli aut Carneadi | aut multis aliis ueteribus in sapiẽtia & doctrinis . Aut Demosthenı & Tulio in eloquentia | Aut in gubernatione rerũ publicarum | Pericli Soloni & Catoni | Aut ĩ hac ipsa de qua contedimus militari arte | Pyrrho aut Hannibali | aut Fabio maximo | aut . M . marcello | aut . C . Iulio cęsari secula nostra pares aliquos aut comperandos | queunt proferre . Sed nos de hiis rebus alio in loco uberius disseremus . Nunc autem cum proximis die-bus Sertorii prestantissimi ducis facta in greco legerem | huius questionis admo-nitus uitam eius in latinum conuersam tibi mittere decreui | ut & nostrum amorẽ erga te propensissimum recognosceres : & si quando in sermones eorum hominũ deuenires | huius quoq́ uiri exemplo temeritatem contendentium profringere | & segnitiem nostri temporis obiurgare possis Vale

NON EST FORTASSE MIRANDVM PER infinitum tẽpus alibi aliter fortuna influente res huma-nas in eundẽ sępius casum deferri . Siue enim subiacen-tium rerum multitudo terminata non est | abundantem & facilẽ habet fortuna ad similitudines edendas materiã. Siue ꝙ ex quibusdam terminatis numeris series rerũ cõ-nexa existit : necessarium est ex illarum discursu sępe eadem euenire . Cum uero quidam huiusmodi fortunę opera quę ratione & consilio factis similia uidentur· hystoria adnotarint . Veluti ex duobus atteonibus : quorum alter syrus | alter Arcas fuit utrumq́ ab Apro interemptũ fuisse Duorũ attenum | alterũ a canibus alterum ab amatoribus discerptũ : Duorũ scipionum ab altero uictos carthaginẽ-ses | ab altero funditus euersos . Troyam ob Laomedontis equos primum ab Hercule | deinde per ligneum equm ab Agamenone: Tertio propter equum qui in porta consistens yliensibus claudere uolentibus impedimento fuit . Acharide-mo duce captam fuisse . Duarum ciuitatum quę olentissimarum plantarum noĩa habent | Chyo scilicet: ac Smirua in altera natũ fuisse Homerum | in altera decessisse. Age & hoc adiungamus qui duces maxime bellacissimi fuerunt eos altero caru-isse oculo: Philippum | Antigonum | Hannibalem & Sertorium : de quo ista stri-

bimus: quē Philippo continentiorem in mulieres: Antigono fideliorē in amicos Hannibale placabiliorem in hostes: quis ostendat. ingenio autem nulli eorum inferiorem: sed fortuna omnibus ipsis: qua sēper magis infesta ꝙ hostibus usus, se peritia Metello, audatia Pōpeio, fortuna Sylle, potentia romano populo, Exul & barbaris imperitās adequauit. Huic autem pręcipue omnium gręcorum Eumenem cardianum assimilabimus. Nam imperiosi ambo: & cum dolo bellaces: extorres suarum ciuitatum, duces alienarum fuerunt. Ambo pręterea fraude suorum ad extremum necati. Q. Sertorii genus nō obscurissimū fuit, ex Mirsia urbe sabinorum. educatus autem honeste sub matre uidua, sūmo amore coluisse illam uidetur. matri nomen Rheam fuisse tradunt. Eruditus uero in causis orādis potentiam quandam in ciuitate adolescens ad huc sibi per eloquentiam cōparauit. licet postea rei militaris splendida opera: illum ad se totū attraxerint. Prima eius militia sub Scipione fuit: & aduersus cymbros tunc galliam ingressus: cū ab romanis male pugnatum esset, amisso equo, & uulnere insuper accepto Rhodanū amnem cum Thorace & Scuto per aduersos fluctus plurimum natando traiecit: ita robusto & exercitato erat corpore. Post sub hęc. C. mario duce aduersus eosdē hostes militauit. quo in tempore cum cymbri tanto terrore tantaq; multitudine ytaliam intrassent: ut uix quisꝗ romanus inueneretur: qui ordinem seruare aut duci parere uellet. Sertorius ipsę intrepidus castra hostium ingressus est: celtica ueste & quadam eorum lingue noticia ad congressus obuiantium fretus: per hūc modū cōsiliis ordinibusq; eorum exploratis ad Marium rediit: eiusq; rei gratia ab eo donatus est. In reliqua uero expeditione multa prudentię & fortitudinis opera ostendens: famam & gloriam sibi comparauit: Post Cymbricum & Teutonicum bellum: sub Didio pretore. tr. militum in Hyberiam missus, in urbe Cathalone cum hibernaret & milites utpote in magna rerum copia constituti petulantia uterentur: ac sępe ebrii essēt: oppidani conspiratione facta: & auxilio ex uicina Girisenorum urbe per noctem intromisso: hospitia militum inuadentes eos trucidare adoriuntur. At Sertorius cū paucis prolapsus, & quotquot effugiebant ex militibus in unum collectis circuiuit urbem: per ipsam portam qua pauloante hostis intrauerat, eam namq; aptā reperit ingressus, nec stationibus ut antea barbari fecerant neglectis: sed diligenter in ipsa porta dispositis urbeq; subinde omnibus locis occupata: cunctos qui per ętatem ferre arma poterāt trucidauit. ac subinde milites arma & insignia ostiū sibi aptare iubet: seq; ad eam urbem sequi ex qua auxilium Catolonēsibus uenerat. sic ergo illos specie armoꝝ deceptos & uelut ciuibus suis obuiā effusos, repēte occupat: multisq; circa oītas mactatis: reliquos ī deditionē accepit uenundauitq;. Ex hoc Sertorius magnā ī Hiberia famam assecutus: ut primum Romam rediit: questor gallię quę circa padum est, designatur: & quidem oportuno tempore. Instante enim Marsico bello delectum militum & armoꝝ pręparationem sibi cōmissam tanta celeritate diligentiaq; peregit: ut uiri impigri & in rebus agendis maxime efficacis, ex ea quęstura gloriam reportarit. Nec tamen ad honores licet dignitatesq; prouectus militarem audaciam remisit: sed in pręliis sine ulla exceptione corpus suum periculis obiectans: & fortitudinis opera manu propria edens, tandem alterum amisit oculum. De quo etiam gloriari solebat quod alii non semper uirtutis suę testimonia secum deferrent: sed torques & hastas & coronas domi relinquerent:

ſibi uero bellice laudis inſignia continuo adeſſent . eoſdemq; haberet fortunę|& uirtutis ſuę inſpectores . Tribuit & populus . ro . ſibi pro his rebus magnifice honorem . Venientem ſiquidem in theatrum populari plauſu & multis cōmen/dationibus eum excepit . quod genus honoris nec ſenioribus quidem & clariori proſapia ortis facile tribuebatur . Cum tamen tribunatum peteret non obtinuit: Sylla per factionem ipſum oppungnante : eaq; uidetur fuiſſe cauſa cur Sertorius Syllam oderit . Mario deinde pulſo Syllaq; ad Mithridaticum bellum profecto: cum Octauius conſul in partibus ſyllanis perſeueraret:Cinna uero eius collega res nouare adortus partes Marii ſibi aſciſceret : Sertorius Cinnę adheſit : ea po/tiſſime ratione | quod Octauium ebeciorem & Marii amicis minime fidentem cernebat . Cōmiſſa itaq; in ipſo foro inter conſules pugna Cynna & Sertorius ſuperantur |pelluntur q; ex urbe : haud paucioribus quā decem milibus in pug/na ipſa amiſſis . Poſt hęc militibus : qui circa ytaliam erāt collectis cum ſufficiēs robur contra Octauium ſibi comparaſſent :Marius ex africa nauigauit quem ut priuatū ſe conſuli offerentem | cum alii recipiendum cenſerent | Sertorius diſuaſit ſeu ueritus ne auctoritas ſua pręſente uiro maioris auctoritatis minueretur:ſiue ne Marius ob ſęuiciam & iram modum in uictoria ſeruare neſcius |cuncta auer/teret . Differebat ergo Sertorius parū iā negocii ad plenam eis uictoriā ſupereſſe| ꝙ ſi Marium reciperent :totam apud illū confecti belli gloriam futuram | gra/uemq; & infidū fore poteſtatis ſocium . Cuius cum rationibus Cinnā ſe aſſentiri diceret : cęterū neſcire qua fronte Marium repudiare poſſet|preſertim ī ſocietatē belli a ſe uocatum :reſpondens Sertorius : at ego inquit ſuopte conſilio ueniſſe Mariū putabam nō a te uocatū . Itaq; cū de eo recipiendo uel nō recipiendo cō/ſultares : quę optima rebar oſtendi . Tú uero ſi eum uocaras ne in conſultatione quidem an recipiendus foret ponere debuiſti : ſed ultro recipere :cum fides tua illi tradita cogitandi ac deliberandi rationem excludat . Sic igitur Mario ab eis recepto|diuiſis trifariā copus |bellum cōfecerunt:& cū in uictoria Marius ipſe & Cinna omnia crudelitatis exempla proderent :Sertorius ipſe nec trucidaſſe quēq̄ ob iram:neq; contumeliā alicui intuliſſe dicitur .ſed ea continuo improbaſſe :quę Marius fęde crudeliterq; faciebat : & apud Cinnam interceſſiſſe:ut moderatius uictoriam exerceret . Tandem uero ſeruos:quos Marius in bello quidem ſocios poſt uictoriam uero Satellites|ac miniſtros Tirannidis habuerat ſuę :cū partim illius iuſſu : partim ex ſe ipſis |cuncta fęde & uiolēter agerent|dominos mactarēt dominabus per uim admiſcerentur :pueros etiam conſtuprarent : indigne ferens Sertorius:nec ulterius id tollerandum ratus :contra eos impetum fecit:omnesq; ad unum ſupra quatuor milia ſeruorum erant & caſtra in campo habebant tru/cidauit . Deinde cum . C . Marius diem obiſſet :& Cinna paulo poſt interfectus fuiſſet : ac Marius adoleſcens inuito eo|contra leges conſulatum occupaſſet:car/bones uero & Narboni & Scipiones aduerſus Syllā redeuntem male·reſiſterent ac partim ignauia ducum|partim proditorum malignitate res corrumperentur: nec Sertorius ipſe quāq̄ preſens propter improbitatem eorum qui plus poterāt emendare res poſſet : ac tandem Scipio ſub ſpe pacis a Sylla deceptus |exercitum āmiſiſſet : deſperatione rerum urbanarum adductus : in Hiberiam contendit:eo conſilio ut partium ibi ſuarum refugium conpararet . Graui autem atq; aduerſa tempeſtete delatus per loca montuoſa | & aſpera trāſitum a Barbaris pecunia

redemit: quod cum socii indigne preferrent, ac turpe esse dicerent, si populi. R. proconsul Barbaris tributum persolueret: tempus se redimere inquit: quo nihil rarius esse consueuerit, magnarū auidis rerum uiris. Sic igitur barbaris pecunia placatis in hiberiam transiuit. Suscipiens autem prouinciam multitudine quidē populorū florentem, sed auaritia & superbia magistratuum male dispositam, familiaritate & cōuersatione potentes, tributorū releuatione populos in suā beniuolētiā conuertit. Inter cętera gratissimum prouincię fuit: q̄ a receptione militum hoīs liberauit: insuburbanis enī milites hybernare iussit: tabernaculis sibi pro tēpore instructis, ipseq̄ ante omnes ita fecit. Non tamen ad gratiam prouincialium oīa gerebat, sed armatis quotquot in hiberia habitabā Romonis: tormentaq̄ oīs generis machinatus, ciuitates sub imperio continebat. humanus quidā in pace sed in bellico apparatu terribilis. Vt uero. L. Syllā audiuit romam ingressum: Mariiq̄ & carbonis partes delatas esse. ratus cōfestim ducē aliquem cū exercitu cōtra se uenturum: Pyrenei iuga per Liuium salinatorem cum sex milibus militū occupauit. Nec multo post. C. Annius a Sylla missus aderat: qui cum inexpugnabilem Salinatorem cerneret: sub ipsis montibus cum exercitu subsedit. Salinatore autem per dolum a quodam Calpurnio cognomine Lanario interfecto, cum Sertoriani milites Pyrenei deseruissēt arcē transgressus Annius magna manu contra Sertorium contendebat. At Sertorius cū nō tantas haberet copias ut Annio resistere posset: cum tribus milibus hominum Carthaginem nouam aufugit: indeq̄ nauibus mare ingressus Lybię apud Maurusiū applicuit. Hic sine stationibus aquatum egressi milites a barbaris impetu facto multi necantur Inde rursus in hyberiam rediens: cum repelleretur a littore: Cylicibus Pyratis sibi coniunctis in Pytuisam insulam: superato Annii pręsidio quod illi pręerat: descēdit. Nec multo post ipse Annius uenit cum multis nauibus, & quinq̄ milibus militum: contra quem Sertorius nauali pręlio: quamuis eas naues haberet: quę nō ad pugnā sed ad felicitatem fabricate erant, pugnare agressus, surgēte çephiro & Pelagus agitāte, plerisq̄ Sertorii nauibus ob leuitatē transuersum in Scopulos delatis: ipse cum paucis terra ab hostibus mari autem a uentis cum excluderetur decem continuus dies in festis undis agitatus, uix tandem fluctus superauit. Cessante uento ad insulas quasdam aquarum expertes delatus est: ex quibus postea nauigans gades transfectus, extremam hyberie oram tenuit. Haud multū super becidis fluuii ostia: qui athlāticū influens mare nomen circū iacenti Hiberię tradit. Hoc in loco naute quidam Sertorio obuiam fiunt. tunc forte redeuntes ex Athlanticis insulis quas beatas uocant. Duę quidem hę sunt paruo inter se diuise mari: decē milibus stadiorū a Lybia distanti. Imbres illic rari mediocresq̄ uenti aurē plurimum suaues ac rorifert solum uero pigue, nec arari modo, plātari ue facile, sed etiam ex se absq̄ ullo humano studio fructum producit, dulcē quidē & ociosam multitudinem nutrire sufficientem. Aer sincerus ac temperatus, & mediocri mutatione per tempora contentus. Nam qui a terra perflāt Venti boreaq̄ & aquilo, propter longinquitatem uasta & mania incidentes spacia fatigantur: & deficiunt prius q̄ ad eas insulas peruenerint. Qui uero a mari perflant Argete & çephyri refrigerātes raros quidē & temperatos imbres ex pelago afferunt: plurima uero per humiditatem aeris cum summa facilitate nutriunt. Vt etiā apud Barbaros increbuerit fides: ibi Helyseos esse campos: & beatorum domicilia ab

Homero decantata. Hęc igitur cũ audisset Sertorius mirabilis eum cupido cępit insulas eas adire incolereq & illic quiete uiuere|sine magistratibus & bellorum curis|cuius animũ cum intuerẽtur Cylices|homines nequaq̃ pacis aut quietis|sed rapinarum auidi|statim in Lybiam nauigarunt|Ascalium in Maurisiorũ regnũ reducturi. Nec tamẽ ob hoc Sertorius defecit animo: nec sibi quiescẽdũ putauit sed hostibus Ascalii ferre auxilium decreuit|ut hi qui secũ erãt iniecta aliqua spe nouarũ rerũ. cõtinerẽtur Cupiẽtissime itaq Maurisiis adueniẽs|Ascaliũ debellauit: obseditq: ad quẽ liberãdũ cũ Paccianus a Sylla missus uenisset: Sertorius ipsũ aggressus Paccianũ quidẽ necauit: exercitiũ autẽ ui cepit. Tigennam uero oppidum: in quo Ascalius & fratres confugerant: expugnauit. Ibi sepultum esse Antheum incole tradunt: eiusq monumentum | cum propter magnitudinẽ asserentibus Barbaris fidem non prestaret Sertorius perfodit: repertoq ibi corpore septuaginta cubitorum obstupuit: restauratoq tumulo famam eius honoremq adauxit. Fama est apud tigennita | Anthei uxorem Tigennam nomine post mortem uiri ab hercule cognitã|syphacem genuisse: qui postea illis in locis regnãs urbem de matris nomine cõdidisse dicitur. Ex syphace natum postea dyodorum tradunt: cui gręcũ habenti exercitũ ex oliuianis myceneisq ab hercule bis ĩ regionibus relictis magna pars lybie paruit. Hęc dicta sint gratia iube|omnium regum in hystoria prestantissimi: cuius origo a diodoro & syphace tracta esse memoratur Sertorius cum omnia uictor superasset: Maurisiis qui se se illi crediderant: absq ulla fraude urbes & imperium & pecunias restituit. nec quitquã nisi quę illi sponte dabant retinuit. Inde cum iam de recessu cogitaret: legati Lusitanarum uenerunt: rogantes ut imperium eorum acciperet. Omino enim uiro aliquo rei militaris perito magneq auctoritatis ob eum qui iminebat ab romanis metum indigentes|in Sertorium propter ęgregam eius famam conuersi erãt Et enim dicitur Sertorius neq uoluptate neq metu superari facilis fuisse: fortissimus in aduersis modestus uero insecundis: in subitis improuisisq casibus ita constans: & audax ut omnes sui temporis duces anteiret. In cunctis uero quę siue ingenio | siue astu | conficiuntur occupatione locorum & preuentione hostium celeritate fallaciis circumuenientibus: & dolis quociens expediret | profundissimus artifex: In remunerando largus|impuniẽdo mitis & clemens. Quãq̃ id q ad extremum in obsides Hiberorum peregit arguere uideatur ipsum non mitem neq placidum natura|sed arte & consilio temporis causa simulatum fuisse. Mihi uero meram uirtutem | & rationem stabilitam fortuna nunquam incontrarium mutare posse uidetur. Bonas tamen uoluntates & naturas laudabiles| nihil prohibet magnis aduersitatibus contra merita contingentibus immutari. q equidem Sertorio euenisse credo: rebusq aduersis irritatum contra iniurias malignantium accerbius inseuisse. Sed hęc postea. Tunc ergo ex Libia inLusitaniam profectus | & dux cum imperio factus prouinciam stabiliuit|& Hyberiã proximam eius imperio adiunxit: plerisq sponte se se illi de dentibus maxime propter humitatem eius | & efficaciam in agendo. Sunt quoq abipso nonnulla alciori fallacia & arte perfecta: inquibus illud pręcipuum: quod ceruam candidi coloris mansuefactam sicut uocantem exaudiret: & uadentem sequeretur: nec strepitum castrorum nec militũ clamorem formidaret: paulatim apud Barbaros homines & religioni pronos iactare cepit | donum id esse diane sibi transmissum

multaqꝫ ex occulis per illam edoceri. Quotiens enim hostes ingressos fines aut urbem aliquam cepisse occulte presenserat in somnis dictum sibi A cerua simula-bat: ut copias in armis haberet. Rursus uero si uictoria aliqua suorum ducum deferebatur: occultato nuntio: Ceruam coronabat: sibiqꝫ ab ea fauste nuntiatū & ob id diis supplicandum esse dicebat: quasi feliciter aliquid gestum audituros: per hanc artem illos sibi magis ac magis parere compellbaet: ueluti nō hominis alienigene sed dei consiliis ducerentur. Et sane huic fame res ab eo geste attesta-bantur. Cum duobus enim milibus & sex centis quos Romanos uocabat: sep-tingentis Afris admixtis: in Lusitaniam uenerat: ibi ad has copias quatuor milibus Lusitanorum peditum & septingentis equitibus adiunctis: aduersus quatuor duces Romanorum bellum gessit: sub quibus erant peditum milia centum uiginti: equitum septem milia: sagittariorum & funditorum duo milia urbes innumerabiles cum ipse non nisi uiginti urbes in sua ditione ac initio haberet: Tamen cum hac tanta copiarum tenuitate non solum gentes magnas/ & urbes multas subegit/sed & missos contra eum ab Romonis duces. Coctam quidem apud Mallariam nauali prelio superauit: Phidiam uero pretorem Hi-berie profligauit: interfecitqꝫ/in ea pugna duo milia romanorum ciuium: domi-tium proconsulem contriuit. Toranium a Metello missum cum toto exercitu de-leuit. ipsum quoqꝫ Metellum uirum sue ętatis amplissimum ī tantam compulit necessitatem/ut. L. Lollius ex prouincia Narbonensi sibi auxilium ferre cogere-tur & Pompeius magnus ex urbe cum summa festinantia mitteretur: ut Sertorio resisteret. Neqꝫ enim habebat Metellus quo se uerteret: contra hominem in feste audacie & nō iusta acie/sed tumultuariis certaminibus &/uariis sēper artibus insultantem/expedito ac leui exercitu/ipse stabili ac pedestri assuefactus pugne/& cum eo exercitu qui manus conserere/ & robore decertare ęgregie ductus erat: cęterum montes scandere/& se succingere / ad persecutiones fugasqꝫ incessabiles & difficultates medię inquietudinisqꝫ tollerare / instar Sertorianorum militum nequaquam potens. Accedebat ad hoc/qꝫ Metellus ipse iam grandior natu ex multis ac magnificis gestis ad quietam ac uoluptuosam uitam declinabat. Con-grediebatur autem cum Sertorio recentis spiritus uiro: cui corpus mirabiliter dispositum erat ad robur & celeritatem/& laborum tolerantiam. uino enim nec dū quietem agere indulgebat: ad difficultates maximas ad longas itinerationes ad continuas uigilias/ad uenationes per aspera queqꝫ atqꝫ inuia asuefactus: ex quibuscūqꝫ locis inuadendi euadendiqꝫ peritiam habebat: ex quo fiebat ut Me-tellus facultate pugnandi non prestita: omnia quę uictis euenire solent pateretur. Hic autem pugnam detractando superaret. neqꝫ enim aquatum nec pabulatum exeundi facultatem inimicis prestabat. mouere castra prohibebat. castrametatos uexabat: quod siquam urbem obsidere pergerent: ipse superueniens obsidentes obsidebat: ut uicti tedio qui cum Metello erāt/quo se uerterent aut ubi consisterēt nescientes/clamarent ut Metellus ipse singulari certamine cū Sertorio: eum nāqꝫ Sertorius prouocauerat/dimicaret. Dux cum Duce & Romanus cum Ramono detrectantem uero pugnam Metellum/ut ignauum aspernabantur. Sed ipse Metellus hęc dicentes merito contēnebat: ducem enim ut inquit Theophrastus non militis sed ducis obire mortem decet. Cum uero animaduertisset Metellus Lagobritas: qui non paruam opem Sertorio afferebant; siti faciliter expugnari

posse. Vnum enim dumtaxat puteum intra urbem habebant: suburbanas uero & circa Menianas obsessor aquas poterat aufferre: aggrediebatur urbem ea spe ut duorũ spacio dierum ablatis aquis ea potiturus esset. Itaq; militibus edixerat ut quinq; dierũ cibaria secũ deferrẽt. At Sertorius celeriter cognita re auxiliatus: duo milia utrũ impleri aqua iubet pollicitusq; pro quoq; utre certa argẽti põdere multis ex hyberis multis etiã ex Maurusiis negotiũ suscipiẽtibus: delectis uiris robustis ac uelocibus mãdat ut cũ aquã inferãt: tũ ĩ utilẽ bello turbã: ut diutius potus sufficiat reliquis educãt. quod cũ intellexisset Metellus: & iã deerãt cibaria: Aquilium cum sex milibus militum frumentatum mittit. Huic uero redeunti Sertorius insidias tendit: in eũq; redeuntem tria milia militum a tergo ex quadã ualle excitat. ipse a fronte obuiam factus uertit Aquilium profligatq;. Ex militibus qui cum Aquilio erant partim capti sunt partim necati. Aquilius ipse amisso equo solus effugit: quo facto confestim Obsidionem relinquere: Metellus ac turpiter nimium a Sertorianis densus abire coactus est. Sertorius cum ob huiusmodi opera plurimum a Barbaris amabatur: tum etiã q; Romanis armaturis ordinibusq; & signis feritatem ipsorum aufferens pro predatoria manu ingentem exercitum effecerat. Insuper argento & auro liberaliter usus galeas militum clipeosq; ornabat: docebatq; ut thalamidibus pictis floridisq; uterentur. ad hoc donans & prouocans homines sibi beniuolos faciebat. Maxime autem beniuolẽtiam sibi comparauit: ex his quę circa puerorum eruditionem machinatus est. Nobilissimis siquidem adolescentibus in Oscam urbem conuocatis: preceptores eis tradidit gręcarum simul & latinarum litterarum per quem modum re quidem uera obsides habebat: spetie autem erudiebat: quasi cum uiri forent in partem administrationis & imperii eos suscepturus. At patres eorum uehementer gaudebant: cernentes filios pretextatos honestissime ad mgrõs euntes: & Sertoriũ pro eis salaria pendentẽ ac sępe ipsos examinantem & prima doctoribus tribuentem: bullasq; aureas donantẽ. Quanta uero beniuolentia prouĩciales erga Sertoriũ affecti essent: uel ex illo intelligi potest: quod cum mos esset yberis: ut qui duci se deuouerant: una cum illo morerentur: atq; ob eam causam ceteris quidem ducibus pauci admodum amici adesse consueuissent. Sertorium multa hominum milia deuota sequebantur. Et dicitur iuxta quandam urbem superantibus hostibus se se neglexisse hyberos ut Sertorium protegerent: nec prius de salute propria cogitasse quam Sertorium humeris asportatum in tuto posuissent Nec solum Hyberis uerumetiam ytalis carus erat Sertorius. M. Perenpnam eiusdem factionis hominem cum multis pecuniis & magnis copiis in Hyberiã profectum & per se ipsum seorsum aduersus Metellum belligerare cupientem grauiter ferebant milites. plurimusq; sermo apud eos de Sertorio erat. Ita ut Perpennam nobilitate generis & diuitiis tumentem perureret. Cum ergo nuntiatũ esset Pompeium montes Pyreneos transcendere Perpenne milites raptis signis magno clamore postulare ceperunt ut ad Sertorium ducerentur & nisi eos duceret Perpenna: se relicturos eum testabantur ituros q; ad uirum qui & se ipsum: & eos seruare posset. qua necessitate adductus Perpenna copias suas tres enim supra quinquaginta cohortes habebat: Sertorio coniunxit. Sertorius autem omnibus trans Hyberum amnem ad eum concurrentibus multitudine quidẽ habũdabat: nam confluebatur ad eum undiq;. sed erat ut fit Barbara

turba : quę feritate & superbia cuncta turbaret : nec expectaret iussum ducis : sed sua temeritate in hostes ferretur. Primum igitur Sertorius rationibus ac uerbis instruere eos conatus est / deinde ut uidit ipsos nichilominus temere properantes statuit sic eos obicere hosti : ut non omnino frangerentur : sed plagas acciperent multas. sperans per hoc ipsis de reliquo mansuetioribus usurum. Gesta itaq; re ut ipse cogitauerat : succurrit in tempore : & fugientes suscepit / reduxitq; in castra ac post paucos dies ut mentes eorum erigeret / consolareturq; : aduocata totius exercitus contione / duos equos adduci iussit. alterum in acie senioq; confectum / alterum fortem & nitidum caudamq; habentem magnam. Adstabat autē iuxta gracilem illum uir magnus & robustus : iuxta nitidum uero & fortem uir paruus & imbecillis. Dato autē signo uir ille magnus ut ei preceptum erat caudam gracilis equi ambabus manibus captam euellere : setas omnes uno impetu adnixus est. paruus contra uir nitidi equi caudam paulatim uellebat. Tandem uero ubi ille frustra simul totam candam trahens / sibi quidem molestias inanes : circumstātibus uero risum prebens defessus est. Et ille paruus euellendo paulatim setas caudam fortis equi spatio perbreui nudauit. Tunc assurgens Sertorius. uidetis inquit cōmilitones ingenium plus posse quam uires. Multa enim quę uno impetu superari non possunt : paulatim superantur. Omnia namq; uincit studiosa sedulitas : nec est ulla tam magna potentia : quam non exuperet tempus / fidele auxilium eorū qui aptitudinē eligunt intempestiue autē properantibus inimicissimum. Hęc Sertorius ad cōsolationem simul disciplinamq; Barbarorum de tempore disserebat. Non parue admirationis inter cętera eius ęgregia rei militaris opera illud habitum est : quod in Cacitanos edidit. Ea est gens supra Tagnium amnem : non Oppida neq; Vicos habens sed Montem iuste magnitudinis / antraq; & concauitates ad Boream uersus. Cęterum omne circa solum Argillam continet : & terram facile ab estu putrescentem puluerulentamq; : neq; super gradientes sustinere ydoneam : & modice contacta uelut cinis diffunditur. In eas speluncas Barbari quotiens belli terror imminet confugere / suaq; asportātes secure degere consueuerant. quasi nulla uis nocere eis posset. Euenit igitur Sertorium per id tempus a Metello pulsum / haud procul ab eo monte castra habere : quē cum Barbari ueluti uictum contemnerent : siue ob iram siue ne fugere uideretur prima luce obequitans situm naturamq; loci contemplabatur / qui cum nullum penitus aditum haberet : uaniq; omnes essent conatus / cernit ex solo magnam uim pulueris in eos deferri. Et enim spelunce ut diximus ad Boream conuerse sunt & uentus ab arcto ueniens : quem Ceciam uocant / maxime contra eas perflat. Tunc igitur licet estas foret uehemens / & Arctę glaciei liquefactione nutritus dulcissime flabat : ipsos & pecora per diem refrigerans. Hac igitur re animaduersa Sertorius iubet milites puluerulentam ac cinerosam terram confodere : & contra ipsum montem cumulum agere : quem Barbari putātes ad expugnationē aggerem strui : ab initio deriserunt. Sertorius cum usq; ad noctem milites in opere habuisset : eos in castra reduxit. Postridie prima luce aura leuis perflare cępit. & subtilissimum puluerem deferre : deinde ualido flante uento : milites aggerem quatere : ac non nulli cum equis ingressi perequitare : ut puluis altius insurgeret ceperunt / quitquid insurgebat pulueris uentus arripiens in Barbarorum habitacula deferebat : quę cum ad eam partem dumtaxat qua uentus flabat aperta

essent|subito oculi|subito fauces replete spiritusq; preclusi sunt. Itaq; uix duas dies
tollerantes tertia se se Sertorio dediderunt|non tantum inde comoditatis|quantum
glorie cōsecuto quod ea quę armis superari non possent|ingenio confecisset. Quā-
diu Sertorius aduersus Metellum bellum gessit|ob senectutem potius & innatam
Metelli tarditatem superior esse extimabatur. sed cū iam aduersus Pompeium mō-
tes Pyreneos transgressum decertaret: positisq; iuxta castris omnem rei militaris
experientiam inferendo repellendoq; pericula ostenderet: ac etiam aduersus Pom-
peium superior esset tunc maxime fama Sertorii claruit: ut etiam Romę opinio
esset cunctos eius ętatis duces in bello gerendo Sertorium antecellere. Neq; enim
tunc parua erat Pompeii fama: sed maxime floruerat ob res sub Sylla gestas ab
eo: ob quas etiam magnus meruerat appellari. & per quas non dum pubes
triumphauerat. Vnde primo eius aduētu in Hispaniam multe ciuitates quę antea
in partibus Sertorianis erant|in Pompeium cōuerse defectionis impetum ceperāt
quarum tamen consilia repressit|id quod pręter omnium spem circa Lauronum
oppidum euenit. Sertorio namq; eos obsidente accessit Pompeius cum omnibus
copiis auxilium his qui obsidebantur laturus. Ibi cum Sertorius oportunum
aduersus urbem cumulum occupare uellet: & Pompeius prohibere niteretur: ac
preueniens Sertorius in eum locum milites deduxisset: Pompeius facultatem sibi
prestitam rei gerende: & hostem medium inter urbem sociorum & sua castra in-
clusum conficere posse ratus: leticiam suscepit: oppidanisq; per nuntium edixit:
ut bonam spem haberēt: intuerenturq; pro menibus sedentes ipsum Sertorium
non obsidentem sed obsessum. At Sertorius hęc audiens risit & Syllę discipulo
sic enim Pompeium uocitabat|se ostensurum inquit|oportere ducem post terga
magis|q̄ ante se prospicere. His simul dictis sex milia militum in primis castris
unde profectus ad occupationem tumuli precesserat: a se relictos ostēdit; ut Pom
peii si se aggrederetur terga inuaderent: quos cum Pompeius uidisset: nihil est
ausus attemptare ne circumueniretur formidans. Sed cum erubesceret socios in
periculo cōstitutos deserere: pręsens eorū euersionem aspicere coactus est. Oppi
dani enim amissa spe se dediderunt Sertorio: qui eis quidem pepercit|& omnes
dimisit: urbem autē intendit: non ira neq; crudelitate: minime enim omniū ducū
hic uir indulgebat irę: sed dolore & uerecundia eorum qui Pompeium admira-
bantur: ut uulgaretur inter Barbaros: ꝙ pręsens Pompeius quasi ad incendium
socię urbis calefactus auxilium ferre amicis nequiuisset. In uictoriis quas hostes
Sertorii habuerunt semper euenit: ut Sertorius ipse inuictus esset: eosq; qui iuxta
se erant incolumes seruaret. Instaurationes uero ac remedia sua magis claram
eius uirtutem in rebus aduersis faciebant. Veluti in ea pugna quę aput Sucronē
cōtra Pompeium commissa est: & rursus in ea quę aput Tuctiam aduersus Me-
tellum simul & Pompeium. Dicitur autem in illa pugna quę apud Sucronem
fuit Pompeius manus conserere properasse: ne Metellus particeps uictorię foret.
Et ipse quidem Sertorius cupiebat antequam Metellus cōiungeretur contra Pom-
peium dimicare. Sed tamen instructa acie inclinato iam sole pręliari cepit: ratus
aduenis & locorum insciis hostibus tenebras & ad fugam & ad insectationem
impedimento futuras. Ac forte euenit ut contra eam partem: qua Sertorius erat
nō Pompeius|sed Afranius pugnaret. Nam Pompeius dextrum cornu Afra-
nius sinistrum regebat. Cum ergo audisset Sertorius suos qui contra Pompeium

ſtabant | ſuſtinere Pompeii impetum non poſſe : celeriter accurrit : ac ſuis in or-
dinem reductis | Pompeianos uictoria exultantes inuaſit fugauitqꝫ ita ut Pom-
peius ipſe pene interficeretur : poſtratusqꝫ ex equo | & uulneratus nulla alia cauſa
euaſit q̃ quod milites Sertoriani | capto Pompeii equo aureis phaleris magnificen-
tiſſime & precioſiſſime ornato | dum ſimul de preda contendunt | Pompeius ipſe
interlapſus aufugit . Afranius uero qui ab alio erat cornu ut Sertorius abiuit
aduerſarios ſuperauit : & uſqꝫ ad caſtra perſecutus caſtra diripiebat non enim ſcie-
bat Pompeii fugã | nec milites a rapina cõtinere poterat . Inter hęc Sertorius u ctor
redibat & cõtra Afraniũ impetu facto | milites eius uarie diſperſos occidit ſuperatqꝫ
Deinde cum ſentiret Metellum cum alio exercitu aduentare pręlium diſſoluit :
reuocatiſqꝫ ſuis . At ego inquit puerum hunc niſi ueniſſet Anus illa caſtigatum
uerberibus domum remiſiſſem . per id tempus cerua illa de qua diximus nuſquã
apparente grauiter angebatur Sertorius . Ea namqꝫ fictio ad continendos in fide
Barboros plurimum ualebat : tunc maxime conſolatione aliqua indigentes . Sed
paulopoſt inuenta a quibuſdam per noctem & colore cognita ad Sertorium re-
ducta eſt . Sertorius illis ne cui diceretur magnam pecuniam pollicitus | ceruam
in ſecreto loco continuit & poſt paucos dies profectus ad tribunal ex hilerata
facie quaſi fauſtum aliquid hiberis quod in ſomnis uidiſſet nũtiaturus | cum ſug
geſtum aſcendiſſet : cerua a cuſtodibus ut mandatum erat dimiſſa curſum ad ſug-
geſtum | ibi namqꝫ Sertorium aſpexerat | ſe contulit | caputqꝫ inter genua eius ſub-
miſit : oreqꝫ illius dexteram tetigit : conſuetaqꝫ prius hoc idem peragere : cui cũ
blandiretur Sertorius illacrimaretqꝫ primum admiratio habuit milites : deinde
plauſu & gratulatione ut diuinũ & cęleſtibus amicum hominem Sertoriani lauda-
uerunt : ipſi autem in leticia ac bona ſpe erant . In agro Saguntino in extremas ne-
ceſſitates compulſis hoſtibus : tandem pugnam decernere coactus eſt | dum fru-
mentatum proficiſcerentur : pugnatum eſt ęgregie ab utraqꝫ parte | quo in pręlio
Memmius uir omnium : qui aput Pompeium erãt pręſtautiſtiſſimus interfectus
eſt . Vicit autem Sertorius & multa hoſtium ſtrage uſqꝫ ad Metellum peruenit .
Hic dum Metellus ſupra ętatem uiriliter reſiſtit | pilo percutitur : quod & qui ui-
derant : & qui audierant ex Romanis grauiter ferentes : ac turpe rati ducem ſuũ
deſerere : per iram conuerſi Metellum protexerunt magnaqꝫ adniſi Sertorianos
in fugam uertunt . Facta itaqꝫ conuerſione uictorię Sertorius in urbem montuoſã
ſe recepit : portaqꝫ obſtruſa & męnibus undiqꝫ inimicis ſe obſidendum prębuit
callido conſilio : ut Romani circa oppidum intenti & potiri poſſe confiſi cętera
negligerent : nec reſtaurari copias prohiberẽt : aut uictos perſequi curarent . Mi-
ſerat enim Sertorius duces ad eas ciuitates quę ſibi parebant pro delectu haben-
do : dederatqꝫ illis in mandatis : ut cum ſatis copiarum congregaſſent cerciorem
ipſum facerent : qꝫ cum eſſet factum abſqꝫ ulla difficultate ex abſeſſa urbe aufugiẽs
ſe ſuis coniunxit : rurſusqꝫ cum magna manu profectus mari & terra hoſtẽ uex-
abat . Terra quidem inſidiis circuitionibus & omnium locorum temptationibus
improuiſis . Mari autẽ predatoria claſſe : ſic littora infeſtans ut deficiente cõmea-
tu : duces ſe ſe diſiungere | ac alter in galiam tranſire : alter circa Cacceos hiemare cũ
ſumma penuria cogeretur : unde etiam ad ſenatum ſcripſit Pompeius niſi pecu-
nie ſibi mitterentur : milites e prouincia deducturum : ſe iam dum ytaliam prote-
gat ſuum patrimonium conſumpſiſſe : fuitqꝫ Romę opinio : Sertorium prius q̃

Pompeium in italiam rediturum | in tantum pręſtantiſſimos belli duces Sertorii
aſtus perfregerat . Oſtendit autē Metellus quanti Sertorium faceret . Nam pub/
lice premia ſtatuit ſiquis eum necaret : centum argenti talenta | & duo milia agri
iugera : ac ſi exul foret reductionē & ueniam Niſus proditionibus conſequi | quod
bello non poterat . Inſuper cum aliquando aduerſus Sertorium ſuperior in pug/
na fuiſſet ſic gloriatus eſt : ſic ſe ipſum extulit : ut imperatorem appellari & feſtis
ac ſacrificiis a ciuitatibus ſe recipi ſuſtinuerit : & ſerta capiti impoſuiſſe & cōuiuia
in ueſte triumphali egiſſe dicitur . Victorie inſuper trophea aurea | & chori puerorū
ac mulierum eius laudes canentes obuiabant . Pro quibus plane ridiculus erat
Metellus ſi eum quem fugitiuum Sylle & reliquas carboniane fuge nuncupabat
ſic gloriabatur ceſſiſſe Magnanimitatis uero Sertorii illud fuerit : quod pulſos ex
urbe ſenatorios : qui penes eum degebant | ſenatum nuncupabat . duceſqꝫ & que/
ſtores ex eis deligebat : & patriis legibus cuncta adminiſtrabat : deinde quod
armis pecuniis | urbibus Hyberorum utens nullam eis poteſtatem concedebat
ſed pretores & magiſtratus omnes ex romanis creabat : quaſi non Hyberos
contra populum romanum augeret ſed libertatem populi . R . aſſerere uellet.
Et enim erat Sertorius patrię amator . affectuſqꝫ humane ad reditum | ſed in
aduerſis duriſqꝫ temporibus fortem ſe pręſtabat : in uictoriis autem ad Metellū
Pompeiumqꝫ mittebat : ſe paratum offerens depoſitis armis : priuatum in urbē
redire uelle | ſi ſibi permittatur Malle ſe enim Romę ignobiliſſimum ciuem |
quam exulem omnium aliarum ciuitatum imperatorem nuncupari . Dicitur
autem non minime cupiuiſſe reditum ſuum ob amorem matris : ſub qua Or/
phanus educatus mirabiliter erga illam affectus erat . Cuius poſtea audita
morte : paulo abfuit quin męrore interiret . Septem namqꝫ continuis diebus
nec teſſeram dedit nec ab amicorum quopiam conſpectus eſt . Vix tandem anni/
tentibus iis qui ordinem ducebant : ſuaderi potuit ſibi ut exiret : ac ſe militibus
oſtenderet . & rebus quę fęliciter procedebant uti uellet . Ob quę multis uiſus
eſt uir natura mitis & ad quietem aptus : ac pręter uoluntatem coactus ſe bellis
ac imperiis immiſceri : & cum ſecure uiuere ſibi non liceret : ſed ab aduerſariis
compelleretur : in arma neceſſariam corporis tutelam diuertiſſe . Declarant etiam
magnanimitatem eius res cum Mithridate gęſte . Nam cum Mithridates ex
Syllano conflictu : ueluti ad ſecundam luctationem aſſurgens Aſiam inuaſiſſet
& magna Sertorii | fama iam cuncta penetrante rumoribuſqꝫ de eo ab Heſperia
in pontum per nauigantes delatis : omnia complerent : cupido cępit Mithridatē
legatos ad Sertorium mittere : maxime ab adulatoribus incitatum : qui Sertoriū
Hannibali Mitridatem Pyrrho comparantes negabant populum : ro . contra tam
ſublimia ingenia | tantaſqꝫ potentias bifariam inuadentes reſiſtere poſſe : peritiſſi
mo rei militaris duce cum maximo rege coniuncto . Miſit igitur Mithridates
legatos in Hiberiam | litteras Sertorio & mandata portantes : per quę offerebat
ſe pecunias & naues Sertorio daturum : petebat uero ut Aſia prouintia ſibi con/
cederetur . Aduocato itaqꝫ conſilio quem ſenatum appellabat . Sertorius cum
de hac re ad eos referret : cenſentibus cunctis oblationes regias leto animo re/
cipiendas eſſe titulum uero inanem eorum quę in ſua poteſtate non forent : pro
his quorum plurimum indigebant concedendum : non tulit Sertorius | ſed By/
thiniam inquit & Capadociam occupanti Mithridati nō inuidere gentes parere

asuetas / nec quisquam pertinentes ad imperium populi . R . q̄ si prouinciam populi . R . iustę partam ipse occuparit : & dum eam teneret a fymbria depulsus sit : & in fędere quod cum Sylla iecerit illam demiserit : Hanc inquit se non laturum ut iterum usurpet . Et enim suis uictoriis rem romonam augeri debere : non autem per ipsum diminutionem fieri romane rei . p . generoso quidem homini cum honestate uincere optandum esse : Cum turpitudine uero nec salutem quęri debere . Hęc Mithridati renuntiata plurimum terruerunt . Et dicitur dixisse ad amicos quid censeret Sertorius si Romę in palatio sederet : quando nunc in Atlanticū depulsus mare terminos regno nostro imponit : & imminentibus Asyę bellum minatur . Inita est tamen inter eos confęderatio ut Mithridates Cappadociam & Bythiniam haberet : utq̄ Sertorius ducem sibi & milites transmitteret . Ipse autem Sertorio naues quadraginta & tria milia talenta pręberet . Et misit quidem Sertorius in Asyam . M . Marium prętorem uirum senatorii ordinis / & ipsum exulantem / quem urbes quasdam Asyę intrantem cum fascibus & securibus ipse Mithidates sequebatur : illum tanq̄ maioris potestatis premittens . Ab eo pretore quędam ciuitates liberate sunt / quibusdam tributa remissa Sertorii gratia : quę res Asyam superbia & auaritia publicanorum dudum uexatam ad spem nouarum rerum & Sertorii desiderium erexit . In Hyberia uero amplissimę dignitatis homines qui cum Sertorio erant : ut primum spes magna effulsit metusq̄ abscessit inuidia aduersus illum perurere cępit / cupidoq̄ mala inuasit animos : Ante omnes . M . Perpenna nobilitate familię & ingenii uanitate principatum affectans : sermones haud quaq̄ sanos inter amicos diffudit . Quisnam inquit demon improbus de malo in peius nos continuo differt . totius simul orbis dominanti Syllę parere domi manentes indignum putauimus : huc autem profecti uoluntarie seruimus : & Sertorii exilium tamquam satellites custodimus : derisi ab omnibus ob inane senatus nomen / in quo mandatis Sertorii non minus paremus quam Hyberi aut Lusitani . His & huiusmodi uerbis concitati quidem Sertorio infensi erant non tamen aperte nam formidabant eius potentiam : sed clam res corrumpebant : & subditos per acerbitatem punitionum ac tributorum onera quasi Sertorio iubente ad defectionem concitabant Ex quibus rebus ciuitates quedam a Sertorio desciuerunt : & turbis quibusdam exortis qui ad eas sedandas comprimendasq̄ mittebantur : fomenta discordiarum exaugendo multis bellis & seditionibus regiones implicuerunt : effeceruntq̄ ut in dies minus Sertorio pareretur . Et hęc quidem indignatio ex priori humanitate Sertorium contra pueros Hyberorum : qui in Osta erant irritauit ut alios necaret : alios uenderet . Perpenna cum uero multos sibi asciuisset : Manlium quendam ex Sertorianis ducibus ad hoc sibi adiungit . Hic tum forte adolescenti cuius amore distinebatur hęc omnia pandit : & hac spe elatus cęteris amatoribus obmissis : sibi uni se addicere hortatur : maximam confestim potentiam habituro . Adolescens cuidā Aufidio amatori qui sibi gratior erat hęc apperuit / quę cum audisset Aufidius obstupuit : nam & ipse unus ex coniuratis erat ignorabat tamen Manlium ista sentire : Perpennam uero & quosdam alios de quibus sibi notum erat nominante adolescente conturbatus sermonem abrupit / & insanum contempnendumq̄ Manlium dixit : qui ita uanas fictiones inducat . Ipse autem ad Perpenā

profectus rem prout audiuerat & quanta celeritate opus foret exposuit. Rem igitur aggressi conficiendam | nuntium induxerunt uictoriam quandam unius ex Sertorianis ducibus & cedem magnam inimicorum significantem: ad quē exilaratus Sertorius cum immolasset: Perpennam ipsum & alios qui aderant| Hi erant omnes coniurati: ad cenam inuitat: exoratq;. Mos erat Sertorio in conuiuis plurimam semper honestatem decoremq; seruare: nec uidere quicq̃ turpe nec audire sustinebat. docueratq; omnes suos ab omni maledicto ac iurgio abstinere sed placide ac modeste ioco uti Tunc igitur in medio conuiuii rixę initium quęrentes aperte uerba turpia flagitiosaq; iactabant. & ficta ebrie-tate multa sceleste agebant ut: Sertorium prouocarent. Sertorius uero siue quod grauiter ferebat in concinnitatem eorum: siue quod ipsorum mentes ex tarditate loquendi | & in consueto contemptu animaduerteret mutato discumbendi mo-do se supinum disposuit: quasi uidere nec quicq̃ uellet nec audire. Perpenna autem Phialam meri in medium proiciente & strepitum inde facto quod erat sig-num coniuratis datum. Antonius qui supra discumbebat | gladio Sertorium percutit: conuersi nero ad plagam & insurgere conantis in pectus ruit: manusq; ambas capit ne resistere ualeret: per hunc modum a multis confossus occiditur. Maxima Hyberię pars Metello & Pompeio post mortem Sertorii se se tradidit. Eos qui manserunt Perpenna suscipiens aduersus inimicos bellum gerere ad-ortus est. Inquo statim sui experientiā dedit ut uiri nec ad parendum nec ad im-perandum apti. Nam fretus Sertorii apparatibus aduersus Pompeiū congressus breui superatus fuit: & captus: nec ultimam quidem fortunam ingenue tulit. Sed cum haberet Sertorii litteras Pompeio promisit uirorum consularium & qui plurimum Romę poterant epistolas propria manu scriptas per quas cupidi no-uarum rerum Sertorium in italiam uocabant se ostensurum. Sed Pompeius non ut iuuenis sed ut grauis: & prudentis animi uir eas quidem litteras nec legere ipse uoluit: nec a quoq̃ ut legerentur permisit: sed ipsas omnes in unm collectas cremauit. Quod eius factum multos ciues periculo: & magnis nouitatibus patriā liberauit. Perpennā insuper statim occidit ueritus ne uulgatis quorūdā no-minibus turbationes & scandala orirentur. Reliquorū uero qui Sertoriane necis cōscii fuerāt: alii ad Pompeiū deducti mactati sūt: Alii ī Libiā profecti a Mau-risiis interfecti fuerūt. Nec quisq̃ eorū euasit pręter unū Aufidiū Manlii Riualē. Hic enim siue latēs siue neglectus in quadā Barbarie uilla inpos ī uisusq; cōsenuit

[illegible]

cc